

DIVINUM, AC IMMOBILE  
SANCTI PETRI  
APOSTOLORUM PRINCIPIS,

Circà omnium sub cœlo Fidelium ad  
Romanam ejus Cathedram

APPELLATIONES

*Adversum profanas hodie vocum novitates*


ASSERTUM PRIVILEGIUM,  
PER F. CHRISTIANUM LUPUM,

*Ipse in Alma Lovaniensi Universitate Sacra Theologiæ Doctorem, ac Professore  
Primarium & Regium, Heremitarum Sancti Augustini nuper Priorem Provinciale.*

EJUS OPERUM TOMUS OCTAVUS

STUDIO, AC LABORE

F. THOMÆ PHILIPPINI RAVENNATENSIS EJUSDEM ORDINIS.



VENETIIS, MDCCXXVII.

Prostant & APUD JO: BAPTISTAM ALBRITUM Q. HIERON.  
ET SEBASTIANUM COLETI.  
CUM GRATIA, ET PRIVILEGIO.

DIVINUM, AC IMMOBILE  
SANCTI PETRI  
APOSTOLORUM PRINCIPIS,

Circà omnium sub cœlo Fidelium ad  
Romanam ejus Cathedram

APPELLATIONES

*Adversùm profanas hodie vocum novitates*


ASSERTUM PRIVILEGIUM,  
PER F. CHRISTIANUM LUPUM,

*Imprensam, in Alma Lovaniensi Universitate Sacra Theologiae Doctorem, ac Professore  
Primarium & Regium, Heremitarum Sancti Augustini nuper Priorem Provinciale.*

EJUS OPERUM TOMUS OCTAVUS

STUDIO, AC LABORE

F. THOMÆ PHILIPPINI RAVENNATENSIS EJUSDEM ORDINIS.



VENETIIS, MDCCXXVII.

Prostant APUD JO: BAPTISTAM ALBRITUM & HIERON.  
ET SEBASTIANUM COLETI.

CUM GRATIA, ET PRIVILEGIO.



Sanctissimo Domino, ac Beatiss. Patri, D.

# INNOCENTIO XI.

CATHOLICÆ ECCLESIAE

PONTIFICI OPTIMO MAXIMO.

Sanctus Gelasius Pontifex Epist. 4.

**N**obis opponunt Canones, dum nesciunt quid loquantur: Contra quos hoc ipso venire se produnt, quod Primæ Sedi, sana rectaque suadenti, parere fugiunt. Ipsi sunt Canones, qui Appellationes totius Ecclesiæ ad hujus Sedis examen voluere deferri. Ab ipsa verò nusquam prorsus appellari debere sanxerunt. Ac per hoc illam de tota Ecclesia judicare, ipsam ad nullius commere iudicium, nec de eius unquam præceperunt iudicio judicari. Sententiamque illius constituerunt non oportere dissolvi, cuius potius Decreta sequenda mandarunt.

BEATISSIME PATER,



Sanctum Petrum Apostolum, ejusque in Romana Cathedra Successorem, post Dominum Deum esse primum totius Mundi Patrem ac Doctorem, rectè apud Bonifacii secundi Pontificis Consistorium solemniter professus fuit Stephanus Larissæ Episcopus, Metropolitana Thessaliæ. Hinc dubias & morum, & Dogmatum quæstiones ad ipsum referre, atque ab ejus Sacro-sancto & supremo Oraculo, infallibili ac semper immaculato Evangelici Depositi Custode, atque Interprete, Orthodoxam veritatem & Catholicam pacem supplicare atque accipere, est Apostolica institutio, perpetua consuetudo omnium Ecclesiarum.

Et hac in pietate semper cunctis antecelluit Gallicana Ecclesia. Etenim ad Viennensis Provinciæ Episcopos scripsit olim Magnus Leo: *Nobiscum vestra Fraternitas recognoscat Apostolicam Sedem pro sui reverentia à vestra etiam Provinciæ Sacerdotibus, innumeris relationibus esse consultam.* Unicæ istius Provinciæ relationes affirmat esse innumeras. Quod S. Victricius Rothomagensis Episcopus, secundæ Lugdunensis Provinciæ Metropolita, licentiosos Moralis Theologiæ Articulis ad S. Innocentium primum retulerit damnandos, docemur ab hujus ad illum Rescripto: *Exstiterunt nonnulli, qui Statuta Majorum non tenentes, castitatem Ecclesiæ sua presumptione violarent, Populi favorem sequentes, & Dei Judicium non timentes.* Hominibus placendi amor, est consuetus fons istiusmodi libertatum. Plurima sunt istiusmodi exempla Gallicanæ Ecclesiæ: Et vetusta, & recentia. Nec mirum. Etenim ad Alexandrum tertium Pontificem verè scripsit Guilielmus Electus Carnutenis Ecclesiæ: *Inter omnia Regna Mundi non est ex animi mei sententia Regnum, quod fidem sinceriolem, charitatem ferventiolem, devotionem ubertiolem Apostolicæ Sedi semper exhibuerit, quàm Francorum. Non est inter Reges & Principes, qui benignitas exaudiat preces vestras, qui Mandatis obediatur humilius, qui Ecclesiam & Viros Ecclesiasticos devotius honorer, & studiosus tueatur, Christianissimo Rege nostro. Non est Ecclesia, quæ Romanæ Ecclesiæ fuerit utilis in omnibus angustiis suis, quàm Gallicana.* Exstat epistola in Regesto S. Thomæ Archi-Episcopi Cantuariensis. Quàm prompta mente, non soli cunctarum Gentium Christiani Reges, sed & ipsi Romanæ Monarchiæ Augusti Principes, consueverint has Romanorum Pontificum Decisiones amplecti, docet nos Imperator Justinianus, tunc Domesticorum Comes, de Articulis per Schyrtiæ Monachos ad Apostolicam Sedem relatis scribens ac supplicans Hormisdæ Pontifici: *Quid suscipiendum sit, quid sequi, quid super hoc evitare debeamus, Paterna provisione Reverentia vestra cautissimo suo Rescripto nos certiorare dignetur. Imponite igitur vobis semel susceptum laborem, Sanctæ & venerabilis Pater, & de hac intentione liberos nos properetis reddere, & securos. Hoc enim credimus esse Catholicum, quod vestro Religioso Responso nobis fuerit intimatum.* Hujus obedientiæ plenitudinem singulariter emicuisse in Gallicana olim Ecclesia, demonstrat sanctissimus destructæ apud nos Christianitatis Restaurator Apostolus Bonifacius: *Tanta reverentia Apicem Apostolicæ Sedis omnes suscipiunt, ut sanctorum Canonum disciplinam, & antiquam Christianæ Religionis institutionem, magis ab ore Præcessoris ejus, quàm à sacris Paginis & Paternis Traditionibus expetant. Illius velle, illius nolle tantum explorant, ut ad ejus arbitrium suam conversationem & ipsi remittant aut intendant.*

Pari pietate Clementissimus Dominus noster, & Rex Catholicus Carolus secundus ad Venerabiles vestræ Sanctitatis Pedes transmisit nos, supplicaturos variis Christianæ vitæ Capitibus Apostolicum Judicium, laxatæ Disciplinæ medelam, Ecclesiasticam quietem suis Populis ac Ditionibus. Et vestræ Beatitudinis Divinus pro Catholica Regula zelus est imitatus sanctum suum Antecessorem Innocentium, rescribentem laudato Victricio: *Ergo ne silentio nostro existimemur his præbere consensum, dicente Domino, Videbas furem, & cuttebas cum eo, hæc sunt quæ deinceps intuitu Divini Judicii omnem Catholicum expedit custodire.* Proscripsit & damnavit sexaginta quinque Christianis moribus scandalosos ac perniciosos Articulos: Evangelico Apostolicæ authoritatis Ventilabro multam novarum ac pravaru vocum paleam è quibusdam Scholasticorum Doctorum Areis sanctissimè eventilavit. Venerabile opus summo cum gaudio excepit omnis Ecclesia. Veri namque Fideles nihil explorant, nisi vestrum velle, aut vestrum nolle. Quisquis ei non acquiescit, se adjungit numero illorum, de quibus ad Possessorem nescio cuius in Africa Sedis Episcopum vester Antecessor Hormisdas: *Quando virus, quod viscera penetravit, evellitur? Quando corda malè sibi credula veritatis obtemperant Instituitis? Quando induit obedientie humilitatem opinionibus suis vallata superbia? Quando acquiescunt paci contentionum studitis adsueta, sola certamina de Religione amantes captare, & Mandata negligere? Nunquam apud*

eos cbaritas novo commendata Præcepto, nunquam pax Dominico relicta discessu: Una pertinacis cura Propositi, rationi velle imperare, non cedere. Contemptores auctoritatem veterum, novarum cupidi questionum, solam putantes scientia rectam viam qualibet conceptam facilitate sententiam: Et usque tumoris elati, ut ad arbitrium suum utriusque Orbis putent inclinandum esse Judicium, nec in numero Fidelium deputantes Sequaces Traditionis Paternæ, si sua viderint cedere nolle sententiæ.

At ecce dum ex hujus vestri saluberrimi examinis atque Judicii causa moras duco in alma Urbe, & ob litterariorum instrumentorum absentiam cogor inchoatis Synodorum Scholiis largiri ferias, incido in Magni Papæ Leonis opera, novis typis & Commentariis donata per Paschasium Quesnelum, apud Parisienses Presbyterum Congregationis Oratorii Domini JESU. Commentariis eruditius. Dignis carere nævo & ruga. Verùm adeo rugosa sunt, ut etiam ipsum, cujus Encomiasten agunt, invadant Magnum Leonem, adseverantia eum, dum suæ Cathedræ Phylacteria studet ampliare, excessisse in Canones, in Provincialium Synodorum jura, in privilegia & libertatem Ecclesiarum. Quin & ipsum impetit Apostolorum Principem, ejusque Divinam Potestatem, qua à Christo Domino accepit solvere omnia, & suos in iniquæ damnationis fallo fluctuantes aut naufragantes Fratres confirmare. Romanastotius Mundi appellationes contendit esse non à Divina Majestate impartitam Romanæ Cathedræ auctoritatem, sed nescio quod Hosii Cordubensis Episcopi, & Sardicenis non-Œcumenicæ Synodi fragile Indultum. Quin immò prorumpit ulterius. Etenim scribit: *Certissimè vincitur Orientales ab Occidentalium ore tunc temporis non pendisse.* Est diserta ac lucida professio Eusebiani Schismatis: Philippo-Politani Conventiculi. Longè aliud nos docet Stephanus, laudatus Larissæ Episcopus, adversus sibi inflatam ab Epiphano Patriarcha Constantinopolitano degradationem clamans ad vestrum Antecessorem Reficiam: *Si enim & alia peccata dimittere potestatem à Verbo Dei percipitis, Divina dicente Scriptura, quia quod in terra solveritis, hoc & in caelis esse solutum, quantò magis habebitis potestatem in his, quæ adversus me acta sunt atque decreta?* Profitetur, non solum Metropolitanarum, sed & Patriarcharum, nec dumtaxat circa fidei dogmata, sed etiam circa Canonicas causas Synodalia judicia posse retractari & exsufflari per Romanorum Episcopos, & hanc potestatem esse non modicam portionem cœlestium Clavium, quas Magister-Deus dedit Sancto Petro.

Nec in solum Apostolici Collegii Coryphæum, ac ejus Romanam Sedem sistit istorum Commentariorum injuria. Invadit omnes Episcopos, omnes Christianos. Etenim ad Sylvanestensis, quæ Rothaldum Svevionensem Episcopum exauctorarat, Synodi Antistites rectè scripsit Sanctus & Magnus Pontifex Nicolaus: *Privilegia Sedis nostræ usque ad mortem, Divina annuente gratia, vestigia Patrum nostrorum sequentes, defendemus. Sed & vos illa, quatenus illibata, utpote totius Ecclesiæ Domini remedia, custodiantur, toto conamine & omnibus votis operari ac desudare debetis. Quoniam Apostolica Sedis Privilegia sunt tegmina, ut ita dicamus, totius Ecclesiæ Catholicæ. Privilegia, inquam, hujus Ecclesiæ sunt munimina circa omnes impetus pravitatum. Nam quod Rothaldo hodie contrigit, unde scitis, quod cras cuilibet non eveniat vestrum?* Quod ipsum, uti caput magni ponderis, repetit in litteris ad Francorum Regem Carolum Calvum, ac in litteris ad Rudolphum Archi-Episcopum Bituricensem. Agit in Hinemarum Metropolitanam Rheimentium Rothaldi Degradatorem, Romanas appellaciones ordientem rodere, & mustitatem ipsas adversari Juribus Provincialium Synodorum. Rosionem in plenum morsum, mustitationem in altum clamorem perficiunt hæc Commentaria. Clamant Sardicenis Synodi commentum non transisse in mores, Provincialium Synodorum Judicia mansisse olim suprema & inconcussa, nulli subesse nisi Œcumenicæ Synodo totius Ecclesiæ, damnatos olim Episcopos ad hanc solam, non ad Romanam Sedem provocasse. Omnibus Christianis claudunt Divinum illum ac Beatissimum portum, in quo tot omni sæculo magni quarumcumque Gentium Episcopi, itemque Clerici ac Laici, inflata sibi aut intentata à suis Metropolitanis aut Patriarchis Synodalia naufragia gloriosè evaserunt. Innovant & firmant Eusebianæ Factionis Philippo-Politanam Aristocratiam. Improbant Matrem Ecclesiam, quæ cum Photianæ Rebellionis Sectatoribus Græcis nunquam sustinuit redire in communionem, nisi Sancto Petro reparatis ac ex integro redditis omnium gentium appellationibus. Scio illa Commentaria multis verborum phaleris profiteri Primatum Romanæ Ecclesiæ. At sibi-ipsi non cohæreere fabulam demonstrat in litteris ad Thessaliæ Episcopos. Sanctus Pontifex Bonifacius primus: *Tenet Sedes Apostolica Principatum, ut querelas omnium licenter accipret.* Porro Commentaria habent non paucos Symmystas. Omnium Princeps est Petrus de Marca, Archi-Episcopus Parisiensis Ecclesiæ. Et malum non desinit serpere. Haud leve malum. Verè enim ad Orientalis Illyrici Episcopos scripsit laudatus Bonifacius: *In Sancti Petri contumeliam quisquis insurgit, habitator cœlestium non poterit esse Regnorum, in quæ nullus sine gratia Janitoris intrabit.*

Quis hæc Christiano pectore considerans, in anima sua non sentiat aliquam sciaticillam istius Sacerdotis Ignis, cujus plenam flammam sensit Jeremias Propheta: *Factus est in corde meo quasi ignis exarsuans, claususque in ossibus meis. Et defeci, ferro non sustinens.* Cum Magno Leone novi Apostolicam Cathedram esse Sacratissimæ firmitatis Petram, cui nec Inferorum portæ, longè minus humana possit prævalere temeritas. Nihilominus ad vindicandam ejus dignitatem optabam saltem duo pauperculæ Viduæ minuta conferre. Verùm deerat sanitas, deerat libraria suppellex. Animavit me Facundus Hermianensis Episcopus: *Mociamus cogit me non consideratis viribus valetudinis meæ, & quomodocumque inceptis ejus Assertionibus respondere. Nam & Codices ad necessaria Testimonia requirenda mihi nunc desunt.* Etiam de suis eruditissimis duodecim libris præfatur: *Hoc opus suadentibus*

bus fratribus ad Imperatorem Constantinopoli scripsi. Facundum semper æstimavi, & sui veneratus. Ex animo dolui tantum Virum pro iniqua & frivola causa expendisse tempus, & quasi pro schismate gloriosam famam decoxisse. Hinc ex ipso deduxi exemplum: Si pro suis infelicibus Capitulis Facundus, non solum sine sanitate & libris, sed & sine Divini luminis subsidio tantum valuit, cur pro Divina Apostolicæ Sedis causa tantumdem quis non audeat, Sancti Petri meritis & cœlesti radio ducendus omnino, atque adjuvandus? A Spiritu Sancto, quem vestræ Beatitudinæ adeste cuncti videmus manifestis indicibus, præsumpsi omnia mihi suggerenda.

Sanctissima vestra opera altè clamant ad omnem Ecclesiam: *Spiritus Dei est hic.* Etenim quid sanctius sub Cœlo, quod Romano Pontifice magis dignum opus, quàm Apostolicam sanctimoniam revocare in Clerum, atque ita cum S. Joanne Baptista corda Patrum reducere in filios? Exstat Magni Cardinalis Juliani Cæsarini, adhuc legitimo Basileensi Concilio præidentis, ad Eugenium quartum Pontificem gravissima epistola, qua nervosè docet necessitatem istius operis, nec aliam superesse viam aut spem, qua in Christianum Populum tunc restitueretur benedictio Divinæ Clementiæ. Quantæ plagæ ex lapsa & neglecta Cleri Disciplina in Ecclesiam irruant, & vario tempore irruerint, malim legi in Regeſto Sancti Gregorii septimi Pontificis, & litteris Sancti Cardinalis Petri Damiani, quàm scribere. Ab ista Prælatorum somnolentia Ecclesiam quasi in afflictionis sepulchro concludi constanter asserit ille Gregorius. Per istam portam Saraceni, Turci, Normanni, Barbari omnes, Hussitæ, Lutherani, aliæque humani generis pestilentia intraverunt in mundum. Quin & Gentilium olim Persecutiones intrasse per istam portam testatur gloriosus Martyr Cyprianus in Sermone de lapsis. Inchoatum à vestra sanctitate opus, quàm sit acceptum Divinæ Majestati, olim in Germaniæ Monasteriis demonstratur Sanctorum Reliquiæ: In restauratæ Disciplinæ Ecclesiæ cœperunt intra suas thecas exultare, & frequentibus coruscare miraculis. Ita habemus in Chronico Augustensis Ecclesiæ. Et hanc esse propriam Apostolicæ Sedis functionem, licet res ipsa clamet, insigniter tamen ob quorundam contra Benedictum duodecimum Pontificem obloquia, demonstrarunt Magnum Belgii Chronicon, & Henricus Monachus Rehdoffiensis.

Sanctissima vestra Providentia juxta S. Petri Damiani consilium rectissimè exordium ducit à supremo Clero Romanæ Ecclesiæ. Nempè Spiritus S. Te docet Christianæ Sanctimoniam unguentum debere fundi in caput Aaron, quod inde per barbam diffusetur usque ad oras totius vestimenti. Et certè Apostolici Patrimonii non recta dispensatio quantum percutiat & lædat infirmas simplices fidei conscientias, docet concepta in Symmachum Pontificem suspicio. Erat temeraria & falsa. Nihilominus tantum valuit, ut Romana plebs ipsum lapidaret. Quod quisq; Episcopus Ecclesiæ suæ substantiam, non per filios aut Nepotes, sed per Presbyteros aut Diaconos administrare debeat, & quod ipsis, nisi forsitan Pauperibus, ut minus egeant, nihil possit elargiri, est altissimus clamor Sacrorum Canonum. Nec sine gravi vindicta dantium atque accipientium. Episcopos, qui Nepotibus Dignitates, licet non ex Ecclesiæ facultatibus, sed à Principis gratia ambirent, gravissimè culpavit S. Gregorius Nazianzenus. Ex eodem opere Theophilum Alexandriæ Patriarcham malè apud omnes oluisse affirmat Palladii Helenopolitani Episcopi Dialogus cum Theodoro Diacono Romanæ Ecclesiæ. Quid S. Cyrilli Nepotibus ex isto fonte manaverit, ostendunt Acta Chalcedonensis Concilii. Crimen istud adeo averſatus est Imperator Justinianus, ut eos qui Nepotes haberent aut filios, ad Episcopatum reddiderit inidoneos. Et istas olim leges adeo venerata est Romana Ecclesia, ut propter ipsas Pelagius I. Pontifex Syracusanæ Ecclesiæ Electum, quod filios haberet superstites, nec ad Cethegi Patrii preces fuerit ausus confirmare. Et sanè vestra Sanctitas novit plenam Sacrorum Canonum custodiam ad nullam arctius spectare Sedem, quàm ad primam. Novit illos esse Spiritu Dei conditos, ideoque etiam Apostolicæ Sedis Reverentia consecrandos.

Qua in re æmulatur Eugenium III. Papam, qui Nepotem suum Gratianum Romanæ Ecclesiæ sub-Diaconum, virum omni virtutum splendore illustrem, nunquam voluit, vel in Diaconum suum sublimare. Unde utriq; tanta crevit auctoritas, ut etiam post Pontificis mortem Henricus II. Angliæ Rex in suis contra Ecclesiasticam libertatem insultibus, magis timuerit istum unicum sub-Diaconum, quàm omnes Eminentis. D. Cardinales. Ex eadem radice Sanctitati vestræ apud omnes hujus Mundi potestates non minor est auctoritas, quàm B. Pio V. Pontifici Elisabetham Angliæ Reginam excommunicanti fuisse scribit in Anglicani schismatis historia Ven. Nicolaus Sanderus. Quod Judicium Hæreticos in primis malè habuit, quod non ab alio Pontifice profectum sit, quàm ab eo, qui omnium bonorum calculus sanctissimus, & ipsorum Protestantium opinione, in optimis multorum sæculorum Pontificibus habebatur. Libro 3.

Ceterùm, qui Vestram Sanctitatem tam gloriosè & necessariè citra quietem laboribus videt distendè, quomodò possit feriari? Hæc enim sunt opera, quæ omnino consequetur magnus ille fructus, quem similibus ab Antecessore vestro Joanne II. postulatis ac præstitis operibus promissit Imperator Justinianus: *Plus ita & circa vos omnium amor, & vestræ Sedis crescet auctoritas.* Hinc & ipse apprehendi instrumenta litteraria, & pro Apostolica Sede feci, non quod debuì aut voluì, sed quod potui. Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas. Hanc spero placituras Benignissimæ S. V., quàm ad suæ Ecclesiæ solatium Divina Clementia dignetur in multa tempora custodire.

Dabam Romæ, ad D. Augustini, in Fæsto SS. Apostolorum Petri, ac Pauli, 1679.

Sanctitatis Vestræ


Minimus Famulus  
ac Filius,

FR. CHRISTIANUS LUPUS.

Christ. Lupi Opera T. VIII.

A 3

NOI



# NOI REFORMATORI DELLO STUDIO DI PADOVA.

**A**Vendo veduto per la Fede di Revisione, ed approvazione del P. F. Tomaso Maria Gennari Inquisitore nel Libro Intitolato: *Divinum, ac Immobile S. Petri Apostolorum Principis, &c. Circa Appellationes, &c. F. Christianum Lupum, &c.* non v'esser cos' alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Secretario Nostro; niente contro Principi, e buoni costumi, concedemo Licenza a Sebastian Coleti Stampatore, che possi esser stampato, osservando gli Ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. 12. Agosto 1726.

( Carlo Ruzini Cav. Proc. Ref.  
( Andrea Soranzo Proc. Ref.  
( Z. Pietro Pasqualigo Ref.

Agostino Gadaldini Segr.

2. Ottobre 1726.

Registrato al Magistrato Eccellentiss. degli Effecutori Contro la Bestemmia.

Antonio Canal Notaro.

DIVI-



## DIVINUM AC IMMOBILE APOSTOLICÆ SEDIS Quoad Romanas Appellationes Privilegium, ADSSERTUM AC DEMONSTRATUM *Adversus quosdam nostrorum* TEMPORUM NOVATORES.



Ost laudatas suas parabolis Sapiens Ecclesiastes adjunxit: *His amplius, filii mi, ne requiras. Faciendi plures libros nullus est finis: Frequentique meditatio, carnis assiduo est.* Alii legunt: *Fili mi cave ne multos libros conscribas.*

Cap. 12. *Non est finis. Quem textum olim Origeni, plurimorum librorum scriptori, quidam objecerunt. Hinc se in Philocalia purgaturus demonstrat omnes veritatis assertores libros non esse nisi unicum, & solum errorem dividi in plures, atque concludit: Quare si hæc fidem facere apud vos possunt, quid sit unus liber, & quid multi, nunc magis sum sollicitus, non quidem propter multitudinem scriptorum, sed propter vim intellectuum, ne forsitan edrolabar ut Mandatum transsiam, si quid præter veritatem tamquam veritatem exponam, vel in unorum Commentariorum. Tùm enim fuero scriptor multorum librorum. Et cum nunc specie ac prætextu cognitionis aliarum opinionum affecta in Sanctam Christi Ecclesiam insurgant, & multorum librorum compositionem divulgent, quibus Evangelicarum & Apostolicarum constitutionum expositionem pollicentur, si jam sileamus, nec illis salutaria & vera documenta*

*opponamus, avidas & jejunas animas cibi inopia expugnabunt, ad veritas, & omnino impuras, atque abominandas escas festinantes. Quare necesse mihi videtur esse, eum, qui sine fraude ac prævaricatione potest se pro Ecclesiastico sermone Oratorem interponere, & confutare eos, qui falsam sibi cognitionem assumunt, stare adversum hæretica commenta, & excelsum Evangelici præconiis illis opponere, in quo est plenissima consensus communis doctrinæ: Veteris cum novo Testamento. Hinc omnia utriusque Testamenti à pluribus conscripta volumina non sunt nisi liber unicus. Proinde soli Errones sunt plurium librorum scriptores. Quos inter omnino sunt, qui Catholicæ Ecclesiæ Monarchiam lacerant aut turbant, ac in Christianum Orbem reducere satagunt schisma Eusebianum. Peculanti errori est obviandum, & contra ipsos ampliandus unicus liber avitæ veritatis. Hoc, filius Divino auxilio, aggredior, idque sine fraude & prævaricatione. Etenim constanter profiteor regulam, quam Imperatori Constantio, Eusebiani Schismatis Coryphæo, Papalis autoritatis protendentæ ambitum & studium improperanti, reposuit Liberius Pontifex: *Secutus sum morem, ordinemque Majorum. Nihil addi Episcopatu urbis Romæ, nihil minui passus sum.**

Epist. 2.



DISSER.

## DISSERTATIO PRIMA.

De antiquis Gallicanæ Ecclesiæ ad Apostolicam Sedem  
Appellationibus.

## CAPUT PRIMUM.

Exponuntur Paschasti Quesnelli Sensa circa has Appellationes.



**M**ota inter Sanctum Leonem Pontificem, & Sanctum Hilarium Arelatensem Archi-Episcopum quæstio est Eruditis explorata. Originem duxit ex Chelidonii Episcopi, per Hilarium Synodaliter degradati, ac Romanam appellanti, facta per Sanctum Leonem reparatione. Dicebatur ille interruptam suo adhibuisse conjugio, & sæculi administratione perfundus capitali aliquos condemnasse sententia. Ita scribit in præfati Hilarii vita incognitus Auctor, quem pretendunt esse Sanctum Honoratum Massiliensem Episcopum, atque adjungit: *Accusatio testimonio confirmatur. Et prosequitur: Chelidonius Urbem credidit expectandam. Quod ubi comperit vir B. Hilarius, incussa fidei radice constanter animatus, intrepidus Urbem Romanam festinus intravit. Apostolorum ac Martyrum occursum peracto, B. Leoni Papæ illic se præsentat, cum reverentia impendens obsequium, & cum humilitate deprecans, ut Ecclesiarum statum more solito ordinaret, adstruens aliquos apud Gallias publicam meritis excepisse sententiam, & in Urbe Sacris Altaribus interesse. Rogat atque constringit, ut si suggestionem suam libenter accepit, secretò jubeat emendari. Et se ad officia, non ad causam venisse. Protestandi ordine, non accusandi, quæ sunt acta suggerere. Porro autem si aliud velit, se non futurum esse molestum. Et quod tantorum virorum, præsertim jam ad supernam gratiam vocatorum, nec in narratione audeo judicia ventilare, hoc breviter tetigisse sufficit: Quod solus tantos sustinuit, quod nequaquam minantes expavit, quod inquirentes edocuit, quod altercantes vicit, quod potentibus non cessit, quod in discrimine vitæ positus, communioni suæ, quem cum tantis viris damnaverat, conjungi nullatenus acquievit, quod custodibus appositis, hyemis rigore sæviante, quos ratione non flexerat, credidit relinquendos.*

Encomiastes affirmat plura. Primò, quod Chelidonii Appellationem ac Romanum accessum Hilarius indignissimè tulerit, ideoque sit ipsum mox secutus. Et quidem per faxeas alpes, pedes, sine equo aut asino. Emphaticè hæc differetè addit. Secundò affirmat, quod Hilarius primum Sanctos Apostolos & Martyres, deinde statim Pontificem salutaverit, cum reverentia impendens obsequium. Haud dubiè tunc etiam consueta oscula pedum. Tertio, quod cum humilitate depoposcerit Ecclesiarum statum more solito per Pontificem ordinari. Questus est vetustum

administrandæ Ecclesiæ modum à Pontifice alterari ac innovari. Et expressit inductæ novitatis speciem: *Adstruens aliquos apud Gallias publicam merito excepisse sententiam, & in Urbe Sacris Altaribus interesse.* Notat Chelidonium, quem in Gallia degradatum, Pontifex ante visum ac auditum Hilarium, antè discussam causam revesiverat in Episcopum, & uti talem permiserat secum in Sacris procedere. Et hoc in puncto censuit Pontificem excessisse. Hinc ipsum rogavit atque contrinxit, ut suum factum secretò emendaret. Ad didit se ad officia, ad explendum Metropolitanici muneris debitum venisse, non ad istam causam judicialiter retractandam. Hinc se uti protestandi ordine, non accusandi. In Romano, aut quovis alio appellatarum causarum judicio prior judex demutatur in Reum, aut certè in Accusatorem: Eò descendere Hilarius noluit, ideoque edixit se simpliciter protestari. Et nostri Leonis clementiam audiamus ex ejus litteris ad Episcopos Viennensis Provincia: *Hilarius nobiscum residens. Honoravit Hilarium, non detruxit ad Reos aut Accusatores; sed uti conjudicem in appellationis retractatu gratiosè admisit ad Synodalem consensum & suffragium. Quæ fuit gratia admodum singularis.*

Præfatus Encomiastes pergit: *Solus tantos sustinuit, minantes nequaquam expavit, inquirentes edocuit, altercantes vicit, potentibus non cessit, in discrimine vitæ positus, communioni suæ, quem damnaverat, conjungi nullatenus acquievit. Hæc omnia egit, qui dixerat se venisse ad simpliciter protestandum. Verùm longè alia scribit in præfatis litteris Magnus Leo: Quæ apud nos in causa Chelidonii Episcopi gesta confecta sunt, & quæ Hilarius dixerit dum cum eodem præfate Episcopo audiretur, inditus chartis rerum ordo demonstrat. Ubi postquam Hilarius rationabile, quod in sanctorum concilio Sacerdotum posset respondere, non habuit, ad ea se occulta cordis ipsius transfulerunt, quæ nullus Latcorum dicere, nullus Sacerdotum posset audire. Doluimus, Fratres, & huic ejus mentis tumorem medelis patientiæ nostræ curare tentavimus. Nolebamus etenim ea illi exacerbare vulnera, quæ suæ animæ insolentibus subindè sermonibus infligebat: Et quem susceperamus ut fratrem, delensere magis ipsum, quamvis ipse se suis responsonibus inmoderatè, quam contristare nostris interlocutionibus nitentur. Absolutus est Chelidonius Episcopus, quoniam se injustè Sacerdotio fuisse dejectum, manifesta testium responsione; ipso etiam præfate monstraverat, ita ut quod Hilarius nobiscum residens posset opponere non haberet.*

vet. Paternum contra viduarum maritos Canonem demonstrat plenissimè observari à Romana Ecclesia, addit Chelidonium ab isto vitio probatum immunem, atque concludit: *Manisset namque in illum prolata sententia, si objectorum veritas existisset. Reddita itaque est Ecclesiæ suæ, & huic, quam amittere non debuit, dignitati Co-Episcopus noster Chelidonius, sicut Gestorum series, & post de cursum cognitionem sententia, quæ à nobis prolata est, restatur.*

Aliud ille Encomiastes, longè aliud scribit Magnus Leo. Ille Hilarium in Romana Synodo vicisse ac triumphasse, hic affirmat fuisse convictum atque confusum, utpotè qui pro suo in Chelidonium judicio nihil rationabile potuerit adducere. Hinc in iram abreptus prorupit in mentis tumorem, in suorum arcanorum propalationem in insolentes sermones, quos Laicorum nemo dicere, nemo Sacerdotum posset audire. Et adjunxit contumaciam, de qua Scriptor iste: *In discrimine vitæ positus, utique apud Urbem Romanam, communioni ejus, videlicet Chelidonii, quem cum tantis viris, inter quos Sanctus Germanus, Antiodori Episcopus, damnaverat, conjungi nullatenus acquievit. Papale pro Chelidonio judicium probare & admittere contumaciter noluit: Noluit Chelidonio ut Episcopo communicare, hinc custodibus appositis, hyemis rigore sæviante, quos ratione non flexerat, credidit relinquendos. Pontifice insalutato aufugit. Verba, Custodibus appositis, innuunt durum Hilarium fuisse Papali jussione, ne fugeret, arctè custoditum.*

Notanda sunt hæc Laudatoris verba: *Tantum virorum, præsertim jam ad supernam gratiam vocatorum, nec in narratione audeo judicia ventilare. Paschastus Quesnellus non probat hanc modestiam: Revelata fronte asseverat Sanctum Leonem graviter & multipliciter excessisse. Hinc demonstrare cogor excessisse Hilarium. Antè Sardicensem Synodum aliqui hinc indè Metropolitanæ degradatis à se Episcopis mox consecrabant successorem, & Romanæ appellationi solum dabant devolutivum effectum, non suspensivum. Adversabatur Apostolico Canonem. Hinc quartus laudatæ Synodi Canon de appellante Roman Episcopo edixit: Non prius in Catbedram alius substituat, quam Romanus Episcopus causa cognita sententiam tulerit. Edixit per appellationem suspendi Metropolitanæ, aut etiam Patriarchæ judicium, appellentem permanere Episcopum, spoliari non posse, spoliatum plenè restituendum, ne nudus ac inermis teneatur cum armato Metropolita, ac ejus Synodo præliari. Hinc pro Maximo Cynico, qui à Constantinopolitana Synodo degradatus Romam appellaverat, & in cujus appellantis locum illa consecraverat Nectarium, ad Imperatorem Theodosium scripserunt Sanctus Ambrosius & ceteri Italianæ Episcopi: Prius quam attentaretur ista Consecratio, consilare oportuit, utrum huic abrogandum, quam alii conferendum Sacerdotium videretur. Itaque cum Maximum Episcopum receperunt in communionem nostram Consortia, quoniam eum à Catholicis constitit Episcopis ordinatum, nec ab Episcopatus Constantinopolitani petitione putavimus removendum. Exstat epistola apud Jacobum Sirmondum*

post Appendicem Theodosiani Codicis. Affirmat appellentem à sibi per tantam Synodum inflicta degradatione Maximum fuisse à Sancto Damaso Pontifice ac ejus Synodo agnitum pro Episcopo, atque ita admittum ad judicium retractatorium. Plurima sunt hujusmodi exempla. Eandem regulam in degradato ac appellante Chelidonio secutus fuit Magnus Leo Pontifex: Hinc vana fuit Hilarii querimonia. Et hic fuit primus illius excessus.

Secundus fuit, quod Papale de Chelidonio judicium protervus spreverit, illum noluerit agnoscere ut Episcopum, nec ipsi ut tali communicare. Tertius est, quod Roma aufugerit insalutato Pontifice. Utique post absolutum ac reparatum Chelidonium. Ex nimia impatientia. Paschastus Quesnellus scribit egressum ante pronuntiatam sententiam. Verùm plura Sancti Leonis verba palam innuunt oppositum, Quartum ejus excessum edicit Sanctus Leo in litteris ad Episcopos Viennensis Provincia: *Non nobis Ordinationes vestrarum Provinciarum defendimus, quod potest forsitan ad depravandos Sanctitatis vestre animos Hilarius pro suo more mentiri. Quintus excessus est, quod non dumtaxat in Galliam rediit, sed & in alma urbe, ac in ipsa Papali Synodo effutiverit insolentes ex iracundia sermones, quos nullus Latcorum dicere, nullus Sacerdotum posset audire.*

Qui ab Hilario Romanas Appellationes censent tentatas excuti, sunt in ipsum graviter injurii. Omnis lis fuit non de substantia, sed de forma Sardicensi. In Chelidonii reparatione damnavit duo. Primò reparationis modum. Revestitionem ante omne judicium. Clamavit illum non ex Canone, ideoque non ex Sancti Petri Privilegio reparatum, sed violenter per potentiam, ideoque ipsi noluit uti Episcopo communicare. At inania clamasse evincunt hæc verba Pontificis: *Absolutus est Chelidonius Episcopus, quoniam se injustè Sacerdotio fuisse dejectum manifesta testium responsione, ipso etiam præfate monstraverat, ita ut quod Hilarius nobiscum residens posset opponere, non haberet. Remotum est judicium, quod ab Hilario prolatum in hac sententia legebatur. Chelidonius, licet ob invocatum Sancti Petri auxilium statim reindutus, tamen non nisi post plenum examen fuit purgatus, ac in Episcopali gradu stabilitus.*

Alter Hilarii clamor fuit longè audacior. Audiamus rem ab ipso Pontifice. Divinum, qui etiam in Successores traducitur, Sancti Petri Apostoli Primatum exponit eleganti ac sublimi compendio, atque prosequitur: *Verùm hanc Patre istius Sacratissimam firmitatem, Deo ædificante constructam, nimis impia vult præsumptione violare, quisquis ejus potestatem tentat infringere favendo cupiditatibus suis, & id quod accepit à Veteribus, non sequendo. Cum nulli se subditum legi, nullis institutionis Dominicæ credat regulis contineri, à vestro nostroque per usurpationis ambitum more desciens præsumendo illicita, & quæ custodire debuit negligendo. Verùm hæc nos, servata circa vos nostræ charitatis gratia, quam Sanctitati vestre Apostolica semper Sedes impendit, nitimur consilio maturiore corrigere, & vestrarum Ecclesiarum statum, communicato vobiscum labore, componere, non nova insti-*



uentis, sed vetera renovantes, ut in status consuetudine, quæ nobis à nostris Patribus est tradita, perduremus, Et Deo nostro per boni operis ministerium, remotis perturbationum scandalis, placeamus. Nobiscum itaque vestra fraternitas recognoscat Apostolicam Sedem, pro sui reverentia, à vestra etiam Provinciae Sacerdotibus, innumeris relationibus esse consultans, et per diversarum, quemadmodum vetus consuetudo posebat, appellationem causarum aut retractata, aut confirmata fuisse iudicia, aded ut servata unitate spiritus in vinculo pacis, commentibus hinc inde litteris, quod sanctè agebatur perpetuè proficeret charitati: Quoniam sollicitudo nostra, non sua querens, sed quæ sunt Christi, dignitatem Divinius datam nec Ecclesiis, nec Ecclesiarum Sacerdotibus abrogabat. Sed hunc tramitem, semper inter Majores nostros et bene tentum et salubriter custoditum, Hilarius Ecclesiarum statum et concordiam Sacerdotum novis præsumptionibus turbaturus excessit, ita suæ vos cupiens subdere potestati, ut se B. Apostolo Petro non patiatur esse subiectum, Ordinationes sibi omnium per Galliam Ecclesiarum vindicans, et debitum Metropolitanis Sacerdotibus in suam transferebat dignitatem, ipsius quoque Beatissimi Petri reverentiam verbis arrogantioribus minuendo, cui cum præ ceteris solvendi et ligandi tradita sit potestas, pascendarum tamen ovium cura specialitè mandata est: Cui quisquis Principatum estimat denegandum, illius quidem nullo modo potest minuire dignitatem, sed in status Spiritu superbie suæ semetipsum in inferna demergit.

Hinc discimus plura. Primò, quod mota inter magnum Leonem et Sanctum Hilarium quæstio fuerit de Gallicanæ Ecclesiæ, Episcoporum præsertim, ad Apostolicam Sedem ac ejus Pontificem appellationibus. Secundò, quod hæ appellationes sint antiqua Gallicanæ Ecclesiæ consuetudo: Non novum Institutum, sed vetusta traditio. Tertio, quod existit diversa illius antiqua exempla. Quarto, quod Apostolica Sedes Gallicanæ Ecclesiæ iudicia, ad se per appellationem devoluta, quandoque confirmaverit, quandoque cassavit et reformavit, ideòque super ipsa habuerit ac exercuerit plenissimam autoritatem. Quintò, quod propter has appellationes nulla unquam fuerit contentio inter Ecclesias, sed constant spiritus in pacis vinculo unitas, perpetua ac inconcussa charitas. Sextò, quod hic sit vetustus trames, inter Majores nostros bene tentus, ac salubriter custoditus. Septimò, quod hæc sit Dominica seu Evangelica regula. Octavò, quod Romana Ecclesia non sua, sed quæ Christi sunt querat, adeoque aliis Ecclesiis aut Episcopis datas Divinitus dignitates nunquam tentarit invadere: Quod istæ appellationes sint Divina dignitas Romanæ Ecclesiæ. Nonò, quod quisquis hanc ejus dignitatem tentat infringere, non sequatur traditionem veterem, sed seruiat suis novellis cupiditatibus: Quod sequatur novæ usurpationis ambitum, quod deficiat à veteribus Ecclesiæ moribus, quod præsumat illicita, quod velit esse exlex, etiam extra regulas Dominicæ institutionis. Decimò, quod hæc omnia facinora patret Metropolita Hilarius. Quod Ecclesiarum statum et Episcoporum concordiam turbet novis præsumptionibus. Quod totius Nar-

bonensis Galliæ Episcopos cupiat ita suæ subdere potestati, ut se Beato Petro non patiatur esse subiectum. Quod nempe ipsos à se synodaliter damnatos clamaret non posse accedere Romam: sua iudicia non posse istic retractari per Pontificem, longè minus reformari. Quin et ipsius quoque Beatissimi Petri reverentiam minuebat verbis arrogantioribus, cui cum præ ceteris solvendi et ligandi tradita sit potestas, pascendarum tamen ovium cura specialitè mandata est. Ut Romanas appellationes truncaret, quibusdam videtur ipsum quoque Sancti Petri Primum arctasse. Hæc verba, Cui cum præ ceteris &c. Videntur mendosa. Videtur legendum: Cui licet cum ceteris, &c. Magni et multi sunt hi excessus Sancti Hilarii.

Ad laudata Pontificis verba scribit in quinta Dissertatione Paschasius Quesnellus: Controversiæ cardo in eo positus est, utrum recepti tunc in Gallia Canones, et Gallicanæ Ecclesiæ mores ac consuetudo id ab Hilario exigerent, ut sententiam ritè et Canonice in Gallicana Synodo prolata ab Episcopo Romano ad examen revocari, et vi appellationis aut confirmari, aut retractari sineret. Quid posterioribus sæculis actum fuerit, vel fieri debuerit, quid novo, ut ajunt, jure, nostra vel Majorum ætate, quid etiam per illa tempora in aliis Provinciis fuerit usu inductum, non est animus inquirere: Quippe quod ad Hilariæ causam non facit. Satis enim superque sanctissima ejus memoria ab omni improbe cupiditatis nota vel violati Pontificis juris suspitione vindicabitur, si nihil ab ipso præsumptum esse ostenderit, quod Gallicanæ Ecclesiæ consuetudini consonum non esset, nec ullam unquam appellationem à Gallicanis partibus ad Romani Episcopi tribunal esse delatam ab ipse fidei incunabulis usque ad Hilarii Arlatensis tempora. Totum igitur opus, totus labor noster in examine erit Facti, non in discussione Juris, quæ ab Instituto nostro aliena est.

Quin immò, optime Quesnelle, te mihi quæstioni juris: Affirmas à Gallicana olim Ecclesia ad Apostolicam Sedem non potuisse provocari. Etenim prosequeris: Porro jam à primordiis seminari intra Regionem nostras Evangelii hoc Antiquum Gallicanorum mentibus insedit, quod Africanis semper fuit persuasum totis his quadragesis quinquaginta et amplius annis, nempe Episcopatum unum esse atque indivisum, cujus à singulis in solidum pars tenetur, ac proinde si quem ex portione gregis Christi adscripta, quam regit Pastor unusquisque ac gubernat, in aliquod crimen prolabi contingeret apud eundem agere causam suam compelli debere, servato appellanti ad Provinciale vel etiam majorem synodum jure. Si quis secus fecisset, et ad extraneos iudices vellet per appellationis libellum confugere, is Episcoporum concordiam coherentem collidere, unitatemque scindere meritò putabatur. Autoritas autem, quæ Episcopis quibusque in suos Presbyteros, ceterosque gregis sui alumnos competebat, hæc eadem Metropolitanis unà cum Provinciale Concilio in Comprovinciales Episcopos deferrebat jure quodam naturali, et consuetudine ab omnibus recepta, quam sacro-sancta postmodum Conciliorum firmavit autoritas. Palam dogmatizat et in Gallicana et in Africana olim Ecclesia nec Presbyteros aut alios Clericos, immò nec ipsos Episcopos potuisse à suæ Synodi iudicio Romam accedere aut appellare. Omnium Provin-

vincialium aut sanè Diocesanarum Synodorum iudicia fuisse olim inconcussa atque inappellabilia. Eusebiana Arianorum factio in suo olim Philippopolitano Conventiculo sanxit Patriarchalium Synodorum iudicia esse istiusmodi; de Provincialibus nemo unquam Orthodoxus, nisi nostris nuperimè diebus, istud fomniavit. Somniantur id in Opere de Sacerdotii ac Imperii concordia Petrus de Marca, et in Præfatione ad Gratiani Monachi Decretum Stephanus Baluzius. Has sordes refoebet Paschasius Quesnellus. Inconcussam Provinciale synodorum autoritatem censet esse jus quoddam naturale.

## CAPUT II.

An Gallicani Episcopi à suis Synodis damnati olim appellaverint ad Sedem Apostolicam?

Jam audivimus Magnum Leonem in momentosissima ad Viennensis Provinciae Antistites epistola id constantissime affirmantem: Asserantem innumera Relationum, diversa esse Appellationum exempla. Verum Paschasius Quesnellus hæc omnia evadit insigni compendio: quod ut ritè ac secundum juris ipsius leges inquiratur, non ex Leonis Epistola, aliisque Scriptis discutiendum est, nemo enim in propria causa testis est idoneus; sed ex publicis, quæ supersunt, Ecclesiæ monumentis, quæ quid in occurrentibus Episcoporum causis gestum sit, sincerè exhibent. Et infra scribit: Qui attentè, nec occupato animo ea omnia perspexerit, quæ hæcenus differimus, haud dubito, quin conceptam adversus Hilarium pervicacem cupiditatis ambitionisque opinionem facile ex animo deponat, hocque potius sibi persuadebit, Majorum suorum vestigia pressisse Hilarium, cum sententiam in Synodo latam à Sanctissimis Episcopis tanta constantia et fortitudine tutatus est: Sed mirabitur e contra, quod Sanctus Leo consuetudinem disciplinamque tam continua serie custoditam sit prætergressus, Sedis suæ amplitudini, quæ Sanctorum etiam virorum infirmitas est, plus æquo studens. Pergit in tertia istius Dissertationis parte: Nihil contra Canones actum est ab Hilario, immò verò nihil nisi pro custodia Canonum, vel contra Chelidonium decretum in Synodo, vel Romæ coram Pontifice prolatum est ab Hilario. Quamobrem quod Leoni sententiam æquitate plenam rescindere volenti strenuè obstitit, non protervia in eo indicium, sed invicti animi, disciplinæque tenacissimi argumentum fuit. Affirmat Hilarium per omnia bene, Sanctum Leonem per omnia malè egisse: Excessisse suæ potestatis limites, esse prævaricatum Canones, Gallicanas appellationes esse per ipsum intrusas, ideòque in suis momentosissimis litteris imposuisse varia, immò esse mentium: ad pretendendam suæ Sedis amplitudinem. Eodem pede graditur in Dissertatione de causa et Romana appellatione Hæresiarum Eutychetis: Non Leoni ipsi, Sanctissimo licet

viro, aurem accommodamus, Sedis videlicet suæ splendorem ac jura prosequenti.

Est lepida evasio, hausta ex purissimis Fontibus: Ex Marco Antonio de Dominis, Archiepiscopo Spalatensi, qui Sancti Petri supra alios Apostolos Primum impugnans, tentans destruere, Sanctis Leonis sibi ipsi opponens testimonia, respondet et scribit: Fateor, si præcedentia et subsequenta hujus eloquentissimi Pontificis verba considerentur, cum plurimum in Petri Primum inclinare. Ex quo Primatu cum Romani Pontificis Primatus deducatur, quidni Leo Romanus Episcopus in propria dignitate et Sedis autoritate inclinaret, ubi Lib. 1. liberum videatur esse opinari? Propterea omnium Romanorum Pontificum in hoc genere dicta merito suspensa possunt haberi. Demonstrare nititur nemini credendum in causa propria, et concludit: Verum hoc non tam Leonis, aut aliorum veterum Pontificum elationi aut ambitioni, ut nunc, quam bono cuidam pioque ipsorum Zelo tribuendum, dum Cathedram suam exaltarent, quo nimirum sincera tunc fide, addita Sedis autoritate, tot undique pullulantes hæreses possent facilius comprimere. Calva excusatio.

Marcus Antonius hæc didicit à Joanne Calvino. Hic in quarto Institutionum libro affirmat præteritum Romanæ Ecclesiæ Primum consistere in quatuor capitibus: Ordinatione Episcoporum, Conciliorum Indictione, audiendis appellationibus, aut jurisdictione, Monumentibus castigatoriis aut Censuris. Demonstrare nititur quartum ac duo priora nunquam competisse Romano Episcopatu, atque prosequitur: Superest quarta species Potestatis, quæ appellationibus constat. Summum imperium penes eum esse constat, ad cujus tribunal provocatur. Multi sæpè Romanorum Pontificem appellarunt: Ipse quoque causarum cognitionem ad se trahere conatus est, sed semper fuit derisus, quoties suos fines excessit. Nihil dicam de Oriente aut Græcia, sed constat Gallicæ Episcopos fortiter resistisse, cum sibi imperium in eos sumere videretur. In Africa diu fuit ea de re discutatum.

Etiam ipse Galliam Africæ æquiparat, et affirmat neutra in Diocesi Romanas olim appellationes fuisse admittas. An Sancti Hilarii cum Magno Leone, an verò Hincmari Remensis cum Nicolao primo et Adriano secundo, an potius ambas quæstiones respiciat, non possum affirmare. Quidquid sit, blaterat Pontificem semper fuisse derisum; ideòque nec creditum ipsi nec esse credendum. Calvinus hæc dicit ab Eusebiana Arianorum factione, quæ in præfato Philippopolitano Conventu Sanctum Julium Pontificem arguit, quod suæ Papalis autoritatis limites excessisset, et tentasset transfigere. Ex quo spiritus etiam Imperator Constantius istud ipsum improveravit Sancto Liberio. Et erat quæstio de appellationibus.

Sequentia Paschalis Quesnelli verba sunt non nihil molliora: Talis fuit Ecclesiæ Gallicanæ status Num. 16. usque ad Sancti Leonis tempora, qui proinde cum dixit per diversarum appellationem causarum, sicut vetus consuetudo posebat, aut retractata, aut confirmata fuisse iudicia, vel memoria lapsus est, vel à Chelidonio palpante et imponente delusus, vel denique alia penes se rerum in Gallis gestarum monumenta, ha-

habuit, quæ ad nos usque non pervenerunt. Hoc tertium est omnino verum. S. namque Leo ex authenticis suæ Ecclesiæ Scriptis scripsit, ideoque à nemine est arguendus falsi, longè minùs impossitum aut mendacii. Scripsit ex sui Prædecessoris Innocentii ad Sanctum Vetricium Rothomagensem Metropolitam litteris: *Si quæ causæ vel contentiones inter Clericos, tam superioris ordinis quam etiam inferioris, fuerint exortæ, ut secundum Nicenam Synodum congregatis ejusdem Provinciae Sacerdotibus jurgium terminetur. Nec alicui liceat, sine præjudicio tamen Romanæ Ecclesiæ, cui in omnibus causis debet reverentia custodiri, vel dictis Sacerdotibus, qui in eadem Provincia Dei Ecclesiam nutu Divino gubernant, ad alias convolare Provincias. Quod si quis fortè præsumpserit, ab officio Clericatus submotus, velut injuriarum reus judicetur.*

Agit de interdictis post terminatum à Provincia Synodo jurgium appellationibus. De appellationibus etiam infimi Cleri. Affirmat ipsas fieri non posse ad vicinam, quamvis in Gallia, vel alibi Provinciam, sed dumtaxat ad Sedem Romanam. Huic enim in omnibus causis debet custodiri reverentia: Utique non solius Relationis reverentia, sed & Appellationis. Et quod ita sanxerint non soli Sardicenses, sed etiam Nicæni Canones, suo loco demonstrabitur. Proinde non soli Episcopi, sed & infimus Galliæ Clerus semper Romam provocavit.

Paschasius Quesnellus reponit hæc verba, *Cui in omnibus causis debet reverentia custodiri*, non reperiri apud Abbatem Dionysium Exiguum, ideoque esse spurium additamentum: Et margine irrepsisse in textum. Respondeo ista verba reperiri in pluribus exemplaribus Dionysio antiquioribus, ideoque locum esse his ipsius Paschasi Quesnelli de quodam Africano, etiam non reperto apud Dionysium, Canone verbis: *Respondere potest Dionysium incidisse in truncatos mendososque Codices, nec Africanam collectionem habuisse ex Romano Codice, in quem Africanorum ad Bonifacium Epistolam nunquam relata esset.* Et certè clausulam istam esse legitimam agnoscunt non solummodo Jacobus Sirmondus ac Philippus Labbæus, sed etiam Petrus de Marca, ac Hincmarus Remensis. Ex quo lucet ipsam apud Gallicanæ Ecclesiæ Bibliothecas esse antiquissimam, ac universalissimam. Addo tamen forsitan esse spuriam & adjectitiam. Etenim deest etiam in antiquo Codice Romanæ Ecclesiæ. Quidquid sit, ipsius intermissio nobis non nocet. Ejus quippe substantia plenè continetur in verbis prioribus: *Sine præjudicio tamen Romanæ Ecclesiæ.*

Hæc omnia affirmant in Novella ad Ætium Patricium ac utriusque militiæ Magistrum lege Imperatores Theodosius II. ac Valentinianus III. *His talibus & contra Imperii Majestatem, & contra reverentiam Apostolicæ Sedis admissis per ordinem Religiosi viri Urbis Papæ cognitione discussis, certa in Hilariū ex his, quos malè ordinaverat, lata sententia est.* Agit de Apostolica in Hilariū ac perperam ab ipso consecratos Episcopos lata sententia. Et prosequitur: *Et erat quidem ipsa sententia per Gallias etiam sine Imperiali sanctione valitu-*

*ra. Quid enim tanti Pontificis auctoritati in Ecclesiis non liceat? Utique sententia, quæ damnatos per Hilariū Episcopos repararat, & per ipsum consecratos degradarat. Et post quædam denudò pergit: Ne levis saltem in Ecclesiis turba nascatur, vel in aliquo minui Religionis disciplina videatur, hoc perenni sanctione decernimus, ne quid tam Episcopis Gallicanis, quæm aliarum Provinciarum contra consuetudinem veterem liceat sine viri venerabilis Papæ Urbis æternæ auctoritate tentare, sed illis, omnibusque pro lege sit, quid, quid sanxit vel sanxerit Apostolicæ Sedis auctoritas, ita ut quisquis Episcoporum ad iudicium Romanæ Antistitis vocari venire neglexerit, per Moderatorem ejusdem Provinciae adesse cogatur, per omnia servatis, quæ Divi Parentes nostri Romanæ Ecclesiæ detulerunt.* Principes palam agunt de Romanis appellationibus. Palam asserunt ipsas esse antiquam consuetudinem: Non donatam, sed Romanæ Ecclesiæ delatam à suis etiam Majoribus. Utique secundum Nicænos ac Apostolicos Canones. Hoc enim Imperator Valentinianus proficitur in variis quoque litteris, scriptis adversum Acta Ephesini Latrocinii.

Harum Appellationum ac Evocationum antiquitas laudatur etiam à Sancto Avito, Viennensi Archi-Episcopo, in litteris ad Romanæ Urbis Senatores Faustinum & Symmachum: *Fuerat talis status rerum desiderandus, ut ipsi per nos Urbem Urbis Venerabilem pro dependendis Divinis humanisque officiis expeteremus.* Hoc est, antiquus Galliæ sub Romano Imperio status, antè ipsam laceratam à Barbaris. Et inter ista Divina ac humana Episcoporum apud aliam Urbem officia omnino erant & appellationes. Lucet hoc ex aliis ejusdem sancti Episcopi litteris ad illustrem virum Anfemondum. Nescio quis petulus juvenis Sacram Virginem maculaverat, & pro ipso ad solemnem pœnitentiam damnato Anfemondus intercedebat; hinc ad ipsum Avitum: *Licet diversas in me flammæ evomat, & ad Romanæ forsân Ecclesiæ audientiam vocet, nec minus assentatione placabo, nec fatigatione itinerum verebor.* Hinc discimus varia. Primò, quod isto etiam, dum Barbari Reges omnem Romanum sine sua venia accessum vetabant, tempore non soli Gallicani Episcopi aut Clerici, sed etiam Laici consueverint Romam appellare. Secundò, quod appellarent etiam à publicis pœnitentiis. Tertiò, quod appellatio impostorem pœnitentiæ Episcopum evocaret, & cogeret ad Romanum accessum. Quartò, quod Barbari Reges istas appellationes ac evocationes nec sisterent, nec impedirent. Nec ista fuit nova apud Gallias disciplina. Quod antiqua fuerit, laudata per præfatam Sancti Leonis Epistolam, rectè advertit, ac disertè affirmat in suis ad Sancti Avici Epistolâ Notis Jacobus Sirmondus.

Eandem sententiam constanter tenuerunt Imperator Ludovicus Pius, & cuncti tunc per Galliam ac Germaniam Episcopi. Etenim ille sanxit in quarto Additamento suorum Capitularium: *Ut omnes Episcopi, qui in quibusdam gravioribus pulsantur vel criminantur causis, quoties necesse fuerit, liberè appellent Apostolicam Sedem, atque ad*

Epist. 49.

Cap. 15.

eam

*eam quasi ad matrem confugiant, ut ab ea, sicut semper fuit, profulcantur, defendantur & liberentur, cujus dispositioni omnes majores Ecclesiasticas causas, & Episcoporum judicia, antiqua Apostolorum, eorumque Successorum, atque Canonum auctoritas reservavit.* Quoniam culpantur Episcopi, qui aliter erga fratres egerint, quam ejusdem Sedis Papæ fieri placuerit. Canonibus quippè jubentibus in talibus Episcopum convocari debere: *Et quidquid ex his eo inconsulto præsumptum fuerit, viribus carere.* Romanas Appellationes affirmat esse antiquam SS. Apostolorum, Successorum Episcoporum, & Sacrorum Canonum auctoritatem. Et firmat ex Synodo Sardicensi, ex Sancti Leonis ad Cæsarensis Mauritanæ Episcopos litteris, ac ex laudata lege Theodosii ac Valentiniani. Hanc omnino respiciunt hæc verba: *Culpantur Episcopi, qui aliter erga fratres egerint, quam ejusdem Sedis Papæ fieri placuerit.* Quæ omnia in suis Capitularibus firmavit & Carolus Magnus. Quin immò hæc appellationes sunt Evangelicum jus, Sancto Petro ac ejus Successoribus datum per Domini verba: *Confirma fratres tuos.* Ita tradunt antiquissimi atque gravissimi Patres.

Eadem omnia firmat Sancti Hilarii pœnitentia ac palinodia, de quo in Gallias regresso scribit ejus Encomiastes: *in civitatem regressus, licet corporali infirmitate fractus, tamen perfectione sanctus, & pietate promptissimus, totum se ad placandum tunc animum Sancti Leonis inclinata humilitate convertit.* Misit primitus Ravennium tunc Presbyterum, postmodò proprium Successorem; dein à Sancto Nectario, Sanctumque Constantium, præcipuos Sacerdotes. Fecit hæc omnia non spontaneo motu, sed compulsus nova evocatione Pontificis, & Divali jussione Valentiniani Imperatoris. Hæc ipsi extorserunt humilitatem, & voluntatem placandi Pontificis. A personali accessu se excusavit ob infirmitatem, atque ita misit suorum Presbyterorum Primatem Ravennium. Verùm hæc Legatio non satisfacit Apostolicæ Sedi. Hinc successit alia per duos digniores provinciæ Episcopos, Nectarium Diniensem, & Constantium Uctiensem. Pergit Encomiastes: *Quanta in hac causa dilaverit, huic operi nulla possum ratione commedere.* Suorum Actorum plures scripsit Apologias, haud dubiè partim expurgatorias, partim pœnitentiales. Hoc palam asserunt verba: *Inclinata humilitate.* Sua contra Chelidonium judicicia & Acta studuit, licet non firmare, tamen purgare. Huc respicit Encomiastes: *Tantum virorum nec in narratione audeo ventilare judicicia.*

Etenim Hilarius, licet erraverit, possit fuisse non prævaricatus: Quod tamen de suis in Apostolicæ Sedis auctoritatem attentatis omnino egerit pœnitentiam, & pœnitentiales scripserit Apologias, non est dubitandum. Alias nunquam admisisset Romana Ecclesia: Item sine aliis Hilariū nunquam inscripisset suis Sanctorum tabulis. Hæc purgatrices ac pœnitentiales litteras haud dubiè detulerunt Legati Episcopi. Et nihilominus Leonem Pontificem adeò timuerunt, ut primò accesserint ac imploraverint Auxiliarem Præfectum, & ad illum non præsum-

Christ. Lupi Opera T. VIII.

pterint accedere, nisi priùs ab hoc dispositum atque placatum. Encomiastes adducit fragmentum ex Auxiliaris Præfecti ad Sanctum Hilariū Rescripto: *Sanctos Nectarium & Constantium Sacerdotes, de Beatitudinis tuæ parte venientes, digna admiratione suscepi. Cum his sæpius sum locutus de virtute animi atque constantia, contempnive rerum humanarum, quo inter fragilitates nostras semper beatus es. Nam quid potest in hac corporea vita esse securum, quæ cum sit misera, tamen non potest esse perpetua? Locutus sum etiam cum Sancto Papa Leone. Hoc loco, credo, aliquantum animo perborrescis, sed cum Propositi tui tenax sis & semper aequalis, nulloque commotionis felle rapiaris, sicut nullis extolleris illecebris gaudiorum, ego nec minimum quidem factum Beatitudinis tuæ arrogantiam memini contagione fuscarum. Sed impatienter ferunt homines, si sic loquamur, quomodo nobis consci sumus. Aures præterea Romanorum quadam tenetudine plus trabuntur: In quam si Sanctitas sua se dimittat, plurimum, nihil perditurus, acquiris. Da mihi hoc, & exiguas nubes parvæ mutationis serenitate compeste. Paschasius Quesnellus affirmat omnia Hilarii apud Urbem Acta ab Auxiliari, teste oculato, laudari & probari, & adjungit: *Hilarius sui Propositi tenax, semper aequalis, jura suæ Ecclesiæ, & usque ad extremum spiritum obtinuit, & qua pollebat eloquentia, strenuè defendit.**

Respondeo Auxiliaris verba esse afflictæ, tenis, infirmi, ac magni Episcopi consolatoria, ideoque non per fallacem adulationem, scripta tamen per dispensatoriam commiserationem: Et omnia videntur agere de sola reparatione Chelidonii. Absit ut tantus Romani Imperii Minister contra suorum Principum Avitam fidem, & perpetuam in novissima etiam contra Hilariū lege professionem laudaret aut probari impugnari ac everti Romanas appellationes. Fuisset crimen læsæ, etiam humanæ Majestatis. Absit ut vel cogitaverit Magno Leoni talia proponere. Singula ejus verba sunt introspicienda.

Primò scribit se cum Nectario & Constantio Episcopis differuisse de virtute animi, de constantia, de rerum terrenarum contemptu, quo Hilarius erat beatus. Scribit ipsum solo isto contemptu, non etiam animi virtute & constantia fuisse beatum. Nempè disputavit, an Hilarii Acta essent vera constantiæ virtus, & cum tam eximia rerum mundanarum contemptu rectè cohererent? Quis non videat notari Hilariū? Auxiliaris egit cum ejus Legatis, uti magnus Gregorius egit cum Joanne Jejunatore, Constantinopolitano Episcopo, Monasticæ humilitatis tenacissimo, rogans an hæc cum ejus circa *Universalis Episcopi* titulum Gestis conveniret? Etiam reliqua Præfecti ad Hilariū verba, licet nobilis humanitatis vario melle condiantur, omnino arguunt & admonent. Tantus, & variè afflictus, Episcopus non erat sale perficandus.

B

C A.



## CAPUT III.

Quæstiones aliquot circa Lapsum  
Sancti Hilarii.

Quæstio prima est, Quis fuerit Sancti Hilarii scopus, quis circa Romanas appellationes error, quæ audacia? Quidam censent impigisse in Romanæ Ecclesiæ Primatum, & ex hac radice Romanas Appellationibus, quæ istius Primatus sunt palmaris character, pertinaciter ivisse obviam. Adhæsisse Philippo-Politano sensui Eusebianæ factionis. Et huic opinioni favere videntur Magni Leonis ad Viennensis Provinciae Episcopos adversus Hilarium verba: *Cui, Beato Petro Apostolo, ac ejus Romanæ Cathedralis quicquid Principatum aestimat denegandum, illius quidem nullo modo potest diminueri dignitatem, sed inflatus spiritu superbiae suæ, semetipsum in inferna demergit.* Respondeo tamen Sanctum Hilarium ab ista non duntaxat schismatica, sed & hæretica impietate fuisse per omnia longè alienissimum. In ejus Actis & Scriptis nullum est illius vestigium. Quod Papalem Primatum usque tunc Occidentalium nullus, nisi forsitan Ursacius & Valens, errando aut rebellando tetigerit, est cunctis exploratissimum. Et Hilarii scopo non solummodò non proderat ista impietas, sed etiam capitaliter adversabatur. Etenim Philippo-Politana factio non quasvis, sed solas Patriarchales, ac alias Autocephalas Synodos voluit esse supremas, inconcussas, inappellabiles: Quod cunctæ Provinciales ad Patriarchæ, aut Autocephali Primatis Cathedralam possent appellari, nunquam dubitavit. Istam Patriarchalem ac Primatalem dignitatem defendit constantissimè. Eandem constantissimè defendit omnis Factio Phorii, ac Michaelis Cerularii. Quare hodierna Petri de Marca, Stephani Baluzii, Paschali Quefnelli, ac Symmistarum doctrina est profana vocum novitas, longè remotius transiliens limites veritatis. Cuncta Sancti Hilarii quæstio fuit circa auctoritatem suæ Provincialis Synodi: Quare ejus error & lapsus fuit alterius ordinis.

Quibusdam videtur fuisse idem ipse error, qui postmodò invasit Sanctum Marinianum, Metropolitanam Ravennatis Ecclesiæ. Etenim nescio cujus Abbatis Claudii appellationem excussit, & deferri noluit ad magnum Gregorium. Errorem revellit Optimus Pontifex, & adjungit: *Vos autem ibi stultorum verba non moveant, nec per nos credatis aliquod dispendium Ecclesiæ vestræ fieri.* Nempe per Imperialis Exarchi Sedem exaltata erat tunc Ravenna, atque ita quidam spargebant prima Autocephaliae femina: Circumscripserunt Sanctum Marinianum, & cum tanto Pontifice commiserunt. Eadem vanitas possit ob nuper in Arelateni civitate positam Gallicani Prætorii ac Præfecti Sedem illuisse S. Hilario. Possit censuisse non minùs suas Episcopales, quam ipsius Præfecti sententias esse inappellabiles. Ex ista suæ civitatis dignitate Sedi suæ accessisse Autocephalam.

Hilarius omninò videtur ab ista vanitate fuisse circumscriptus. Ejus namque Encomiastes scribit: *Hilarius Beato Leoni Papæ illic se præsentat, cum humilitate deprecans, ut Ecclesiarum statum Cap. 17. more solito ordinaret, adstruens aliquos apud Galhas publicam meritò excepisse sententiam, & in Urbe Sacris Altaribus interesse.* Assumat Hilario adversus Pontificem fuisse duplicem querimoniam. Primò, quod Gallicanis Ecclesiis novas leges imponeret, novam formam Hierarchiæ. Quod solidam Narbonensis Galliarum Provinciam divideret in plures, atque ita Arelateni Cathedralis non modicam irrogaret injuriam. Secundò, quod à sua Synodo degradatos, ac Romanam provocantes Episcopos permitteret Urbem accedere, quod provocationi suspensivum effectum adscriberet, quod Romanum provocantis accessum probaret, & in suo Apostolico tribunali causam retractaret. Quod ipsam ad priores Judices non remitteret. Hinc pergit Encomiastes: *Hilarius rogat atque constringit, ut Leo secretò jubeat emendari. Se ad officia, non ad causam venisse: Protestandi ordine, non accusandi, quæ sunt acta suggerere. Se venisse ad explendum tuendam suæ Dignitatis & Cathedralis officium, non ad causam retractandam. Se nolle demutari in accusatorem, sed merè protestari. Hinc Pontificem non solummodò rogavit, sed insuper constringere præsumpsit ad secretam saltè palinodiam.*

Utramque querimoniam insigniter elucidat in sua Novella adversus Hilarium lege Imperator Valentinianus tertius: *Verùm ne levis saltè inter Ecclesias turba nascatur, vel in aliquo minui Religionis disciplina videatur, hac perenni Sanctione decernimus, ne quid tam Episcopis Gallicanis, quam altarum Provinciarum, contra consuetudinem veterem liceat sine viri Venerabilis Papæ Urbis æternæ auctoritate tentari, sed illis, omnibusque pro lege sit, quidquid sanxit, vel sanxerit Apostolicæ Sedis Auctoritas. Ita ut quisquis Episcoporum ad Judicium Romani Antistitis conventus venire neglexerit, per Moderatorem ejusdem Provinciae adesse cogatur, per omnia servatis, quæ Divi Parentes nostri Romanæ Ecclesiæ detulerunt. Prior respicit Hierarchiam ac Ordinationem Narbonensis Provinciae; posterior legis pars frænata Hilarii in Romanas appellationes, aut potius in Romanas Appellantium Evocationes impetum. Hilarius namque Romanas appellationes nullatenus prætendebat auferre aut circumducere. Quo enim colore, quo fuso? Proinde circa prosequendæ appellationis modum prætendebat solus duo. Ne Appellationi suspensivus tribueretur effectus, & ne retractatorium Judicium Romæ fieret in tribunali Apostolico. Huic enim audaciæ frænnum palàm injiciunt hæc Legis verba: *Quisquis Episcoporum ad Judicium Romani Antistitis conventus venire neglexerit, &c.**

Verùm quis huic prætensioni color, quis fuit fucus? Etenim Sardicenses, quin immò & Apostolici Canones utramque istam formam omninò deserunt Romanis Appellationibus. Eo ipsos Hilarius ignorare non potuit. Etenim Sanctus Maximinus Treverensis, Euphratas Colonienis, Sanctus

Sanctus Servatius Tongrensis, alique plures Gallicani Episcopi Sardicensi Concilio adfuerant, aut certè illi subscriperant, atque ita ejus Canones deportarant, aut traduxerant in Galliam. Et quidem gloriosus ille Maximinus sancto Pontifici Julio fuerat author, ut in Sanctum Athanasium, aliosque Orientales ad ipsum appellantes Episcopos faceret quæcumque fecit: Ut plena, per Apostolicos, immò & per Evangelicos Canones donata, suæ Sedis auctoritate in ipsos uteretur. Quare etiam Author fuit, ut hanc Divinam Romanæ Cathedralis auctoritatem Hosius & Gaudentius per Sardicenses Canones innovarent ac stabilirent. Hæc sunt ejus prætenfa crimina, ob quæ ad suos Gregales scripsit Eusebiana ac scelerata Philippo-Politani Conventiculi Factio: *Julium Urbis Romæ, Hosium, & Protogenem, & Gaudentium, & Maximinum à Treveris damnavit omne Concilium secundum antiquissimam Legem, ut Auctoritates communionis Marcelli, & Athanasii, & ceterorum sceleratorum.* Horum omnium Gallicana Ecclesia semper fuit, uti callentissima, ita & observantissima. Proinde aliud nequit Hilarium in istos errores circumscribere, quàm fucus novæ Aucephaliæ. Ex ipso censuit suæ Sedi accrevisse nova jura, nova Privilegia. Suis Synodalibus Judiciis accessisse dignitatem illam, quæ Prætorialium Præfectorum sententias non per Appellationem suspendi ac retractari, sed duntaxat ob humiles preces permittit devolvi ac revideri: Quæ Præfectum non permittit humiliari in Reum aut Accusatorem, sed mandat ipsum revivore cognitioni adesse, immò & præsidere. Et hæc est vera causa, ex qua magnus Leo offensum Hilarium in retractatorio Chelidonii Judicio non jussit stare ut Reum, sed gratis permisit ut Judicem confidere & suffragari. Hoc dispensatorio beneficio speravit ejus animum liberandum ab ulcere.

Ex eadem radice adversus pertinacem, & ab Urbe fugitivum Sanctus Pontifex scripsit ad Antistes Viennensis Provinciae. Exponit Sancti Petri ac Apostolicæ Sedis Divina Privilegia, ac pergit: *Verùm hanc Petreæ istius Sacratissimam firmitatem, Deo edificante constructam, nimis impia vult præsumptione violare, quisquis ejus potestatem tentat infringere favendo cupiditatibus suis, & id quod accepit à veteribus non sequendo, cum nulli se subditum legi, nullis Dominicæ Institutionis credit regulis contineri, à vestro nostroque per novæ usurpationis ambitum more desciscens, præsumendo illicita, & quæ custodire debuit negligendo.* Hilarius arguit, non quod hæretica vel schismatica sapiendo, sed quod suis cupiditatibus favendo tentaret Apostolicæ Sedis potestatem infringere: Non quod ab orthodoxa fide, aut unitate, sed quod ab avitis Romanæ ac Gallicanæ Ecclesiæ moribus per novæ usurpationis ambitum descisceret. Quod veteres Patrum traditiones excuteret, quod nullis subdilegibus, nullis vellet contineri Canonibus, quod illicita præsumeret, quod negligeret observanda. Certum est Pontificem in his omnibus respicere ac laudare Sardicenses Canones, & ab ipsis stabilitos favores Romanis Appellationibus. Eos queritur excuti & sperni ab Hilario. Idque contra

Christi. Lupi Opera T. VIII.

perpetuam pietatem ac observantiam Gallicanæ Ecclesiæ.

Hinc prosequitur: *Verum hæc nos nitimur consilio maturiore corrigere, & vestrarum Ecclesiarum statum communicato vobiscum labore componere, non nova instituentes, sed vetera renovantes, ut in statum consuetudine, quæ nobis à nostris Patribus est tradita, perduremus, & Deo nostro per boni operis ministerium, remotis perturbationum scandalis, placeamus.* Nequaquam agit de stabilendæ Narbonensis Provinciae divisione, ac variis in ipsa manuteneendis Metropolitanis. Hæc enim omnia nequaquam erant vetustissima, sed omninò noviora. Agit igitur de instaurando Romanarum Appellationum antiquo statu & formâ. Hinc enim subjungit: *Nobiscum itaque Fraternitas vestra recognoscat Apostolicam Sedem, pro sui reverentia, à vestra etiam Provinciae Sacerdotibus, innumeris Relationibus esse consultam, & per diversarum, quemadmodum vetus consuetudo posebat, Appellationem causarum aut retractata aut confirmata fuisse Judicia, aded ut servata unitate Spiritus in vinculo pacis, commeanibus hinc inde litteris, quod sanctè agebatur perpetuè proficeret charitati.* Quoniam sollicitudo nostra, non sua quærens, sed quæ sunt Christi, dignitatem Divinitus datam nec Ecclesiis, nec Ecclesiarum Sacerdotibus abrogabat. Constantè affirmat in Chelidonii causa se non novo modo, sed juxta avitam consuetudinem ac regulam processisse.

Notanda sunt verba: *A vestra etiam Provinciae Sacerdotibus.* Affirmant avitam consuetudinem ac regulam æquis semper passibus ambulasse per omnem Galliam: Etiam per Provinciam Narbonensem. Istum tramitem à nullo unquam fuisse derelictum, longè minùs redargutum, nisi nunc ab unico Hilario. Quod Pontifex potentissimis verbis exprimit: *Sed hunc tramitem, semper inter Majores nostros & benevolentem, & salubriter custoditum, Hilarius, Ecclesiarum statum & concordiam Sacerdotum novis præsumptionibus turbaturus, excessit, ita suæ vos cupiens subdere potestati, ut se Beato Apostolo Petro non patiatum esse subiectum.* Revera enim quisquis Romanam Appellationem, licet non excutere, tamen studet suis Juribus truncare, omninò ambit in subditos sibi Episcopos dominatum ac tyrannidem exerceat; & Sancto Petro, quemadmodum oportet, non esse subiectus.

Notanda sunt & hæc verba: *Sollicitudo nostra dignitatem Divinitus datam nec Ecclesiis, nec Ecclesiarum Sacerdotibus abrogabat.* Affirmant quod antiqua prosequendæ appellationis forma nullius Ecclesiæ, nullius Episcopi privilegium aut dignitatem circumscripterit: Quod per ipsam Romana Sedes non sua quæsierit, sed quæ Jesu Christi. Quod ipsa sit Divinum, ab ipso Christo Domino impartitum, Apostolicæ Cathedralis Privilegium. Hinc item discimus, quod Hilarius etiam clamavit suæ Ecclesiæ dignitatem ab ista forma mutilari. Notanda denique sunt & hæc verba: *Quemadmodum vetus consuetudo posebat.* Edicunt istam exequendæ appellationis formam non esse à Sardicensi Synodo, sed à perpetua omnium Ecclesiarum consuetudine: Ab Aposto-

lico, immo ab Evangelico Canone, per istam Synodum declarato dumtaxat ac innovato. Hinc etiam in sua lege Imperator Valentinianus, postquam dixerat evocatum à Romano Pontifice Episcopum esse à Rectore Provinciæ compellendum ad obedientiam, statim subiunxit: *Per omnia servatis, quæ Divi Parentes nostri Romana Ecclesia detulerunt*. Affirmat hæc Romanæ Sedis Privilegia esse longè antiquissima, à Christianis Imperatoribus semper agnita, honorata, atque defensa. Ex quibus omnibus lucet Paschasium Quesnellum non solummodo in Magnum Leonem, sed etiam in Sanctum Hilarium esse iniquum. Huic enim, qui solum prosequendæ Appellationis modum invasit, imponit quod destruere tentarit omnem ejus substantiam. Quod fieri non possit citra manifestam Hæresim.

Secunda Quæstio est, an Sanctus Hilarius in his suis præsumptionibus victor adversus Pontificem evaserit ac permanserit? Paschasius Quesnellus affirmat: *Hilarius sui Propositi tenax, semper æqualis, Jura suæ Ecclesiæ & usque ad extremum spiritum obtinuit, & qua pollebat eloquentia, strenuè defendit*. Respondeo oppositum diserte afferi ab ipso etiam Hilarii Encomiaste: *Hilarius in civitatem regressus, licet corporali infirmitate fractus, tamen perfectione sanctus, & pietate promptissimus, totum se ad placandum tunc animum Sancti Leonis inclinata humilitate convertit. Misit primitus Sanctum Ravennium, tunc Presbyterum, postmodò proprium Successorem: Deinde Sanctum Nectarium, Sanctumque Constantium, præcipuos Sacerdotes*. Quod etiam hi potentes ac validi intercessores, nec quoad Narbonensium Provinciæ integritatem, nec quoad prosequendæ Appellationis modum, nec item quoad Chelidonium causam obtinuerint ullam victoriam, est per omnia exploratissimum. Etenim & Narbonensis Gallia fuit secta in plures Provincias, & Sardicensis appellandi disciplina per omnem Galliam mansit constantissima. Etiam Chelidonium permansit Episcopus. Licet hoc non valeam ad oculum ostendere, nullum tamen possit adduci dubitandi indicium. Graves Authores ex authenticis Ecclesiarum monumentis affirmant Chelidonium fuisse Vefontionensem Episcopum, & à Sancto Leone restitutum, esse in sua Sede defunctum. Addunt Importunum, quem Hilarius dejecto Chelidonio mox superordinaverat, fuisse ab eodem Pontifice turpiter ejectum. Nempe in Magno Leone fervebat ille animi vigor, ex quo ad Sabinianum, suum Diaconum, ac in Regia civitate Apocrifarium, postmodò scripsit Magnus Gregorius: *Ante paratior sum mori, quam Beati Petri Apostoli Ecclesiam in meis diebus degenerare*. Et ista Importuni Superordinatio etiam persuadet Hilarium recalcitrasse adversus solum Chelidonianæ Appellationis suspensivum effectum, adversus solam formam Sardicensem.

Tertia Quæstio est, An Sanctus Hilarius ob istos excessus fuerit à Sancto Leone degradatus? Quidam affirmant. Et ipsis suffragari videntur

hæc præfata Novellæ verba: *His talibus & contra Imperii Majestatem, & contra reverentiam Apostolica Sedis admissis, per ordinem Religiosi viri Urbis Papæ cognitione discussis, certa in Hilarium ex his, quæ malè ordinaverat, lata sententia est*. Alii legunt: *Quos malè ordinaverat*. Et omnino videtur ita legendum. Verba affirmant, quod Magnus Leo non solas Hilarii Ordinationes, sed etiam Ordinatorum personas synodaliter discussit, ac non in solum Hilarium, sed etiam in istorum quosdam tulerit sententiam. Utique degradationis. Respondeo tamen ita non esse. Etenim Novella statim subdit: *Hilarium adhuc Episcopum nuncupari sola mansueti Præsulis Leonis permittit humanitas*. Affirmat Hilarium fuisse degradatione dignissimum, gratiosè tamen ac dispensatoriè non degradatum. Interim fuit insigniter multatus: Per divisionem non solius solidæ Narbonensis, sed etiam ipsius Arelatenfis Provinciæ. Hujus non modica portio fuit transcripta in Viennensem Metropolim. Novella rectè affirmat ipsum deliquisse non solummodo in Apostolicæ Sedis reverentiam, sed insuper in Majestatem Imperii: Quia nempe civitatibus, quas non sola Apostolica Sedes, sed & Imperium in singulares Provincias erexerat, pertinaciter volebat cedere. Per armatas violentiam tentabat perseverare solidus omnium Metropolita.

Quarta Quæstio est, An Hilarius post suam ex alma Urbe fugam fuerit à Sancto Leone revocatus ad Judicium? Respondeo fuisse. Lucet ex laudata lege, nec non ex ipso Hilarii Encomiaste. Hæc enim evocatio est omnino sententia illa, quam in Hilarium à Leone latam Novella asserit, ac adjungit: *Et erat quidem ipsa sententia per Gallias etiam sine nostrâ Sanctione valitura. Quid enim tanti Pontificis Autoritati in Ecclesiis non liceret? Sed nostram quoque Præceptionem hæc ratio provocavit, ne ulterius vel Hilario, nec cuiquam alteri licent Præceptis Romani Antistitis obviare*. Hanc sententiam lucidius exponit ipse Pontifex in datis statim post Hilarii fugam litteris ad cunctos Galliæ, Viennensis præsertim Provinciæ, Episcopos: *Quali pertinacia Hilarius Judicium nostrum effugerit, sancta vestra Fraternitas non ignorat. Unde & justum esse videmus, ut quia Principis Apostolorum magnam in judicis moderationem, quam in potestate per Vicarios suos semper exhibet, Arelatenfis Episcopus non exspectavit, à Privilegio suæ civitatis submotus humil loco discat, quod in magno, gratis munere nostrorum Prædecessorum concessio, tenere noluit. Sitque redintegratum Viennensi Archi-Episcopo Privilegium, & jus antiquum, quod Apostolica Benignitas ad Arelatensem ex parte transulit civitatem, ut tali severitate Hilarius coercitus discat non temerè transgredi terminos antiquos, Canonica prolatione fundatos*. Affirmat varia. Primò, quod Hilarius in retractatorio Chelidonii judicio tamquam Conjudex noluerit assidere Pontifici, ideoque Roma aufugerit. Nempe pertinaciter volebat

lebat ipsum fieri in suo Tribunali. Secundò Pontifex affirmat, quod istam retractandarum Appellationum formam Apostolica Sedes semper servaverit: Etiam ante Sardicensem Synodum. Tertiò, quod hoc vetustum Privilegium Canonica Prolatio fundarit seù confirmarit: Utique Sardicensis. Quartò, quod hæc Hilarii prævaricatio non sit modica, ideoque propter ipsam jure merito sit mutilatus amplo suæ Cathedræ Privilegio, gratis donato per Romanam Ecclesiam. Nihilominus inaudire Leo damnare noluit, ideoque & Romam revocavit. Tunc igitur reductus est ad mentem Hilarius, & uti ejus Encomiastes scribit, Romam legavit primò Ravennium Presbyterum, deinde duos Primates Episcopos, ad placandum Pontificis animum, & se à Romani tribunalis accessu excusandum. Et tandem conversus ac illuminatus est ad seriam adeò poenitentiam, ut quidam asserunt ipsum ponte ex Episcopali Throno descendisse, ac rediisse ad silentium Lerinensis Monasterii. Quidquid sit, certum est fuisse ex pleno corde contritum. Alioquin ipsum in suas Sanctorum tabulas nunquam admisisset Romana Ecclesia. Et hinc patet illos, qui hodie ad Divinum Romanæ Sedis circa Appellationes Privilegium circumducendum, aut certè circumscribendum utuntur illius autoritate & exemplo, esse similes istis, qui olim ad firmandas suas de Rebaptismo nugæ invocabant autoritatem & exemplum Sancti Cypriani.

Quinta quæstio est, An memoratus Sancti Hilarii Encomiastes sit revera Sanctus Honoratus Massiliensis Episcopus? Et quidem quod Honoratus Hilarii vitam scripserit, videtur non dubitandum. Etenim in ejus elogio Gennadius Massiliensis, aut certè quis ejus Professor hæc habet: *Honoratus sanctorum Patrum vitas ad edificationem Posterorum coaptat legendas, præcipuè nutritoris sui Hilarii Arelatenfis Episcopi*. Dico: *Vel quis ejus professor*. Etenim in Gennadii Scholiis ad Sancti Eugenii Carthaginensis Episcopi elogium scribit Aubertus Miræus: *In vulgatis Gennadii exemplaribus post Eugenium Pomerius Maurus, & Honoratus Massiliensis subnectuntur, quos tamen duos Honorius Augusto-Dunenensis in suo catalogo non habet, ideoque videntur ad Gennadii catalogum non pertinere. At vero Isidorus Hispanensis ac Sigibertus Gemblacensis Pomerium memorant, Honorati neuter meminit. Manuscripta Gennadii exemplaria vetustiora inter se variant: In quibusdam solus Honoratus, in aliis præterea Pomerius, Casarius, Sidonius, & Gelasius Papa omittuntur. Ne quid tamen à curioso Lectore desiderari possit, plenam Scriptorum centuriam dabo, ut eam Gennadii titulo Suffridus Petrus Colonia Agrippinæ publicavit. Cujuscumque verò sit istud caput, quæstio est, an hæc præfens Sancti Hilarii vita sit genuinum opus Sancti Honorati? Paschasius Quesnellus constantè affirmat: Quo per ejus autoritatem firmet omnia Hilarii Acta, & illorum, quæ Sanctus Leo ad Viennensis Provinciæ Episcopos scripsit, fidem exfufflet. Respondeo tamen esse rem penitus incertam. Rectè enim in primo Gallicanarum Synodorum tomo scribit Jacobus Sirmondus*

*Christ. Lupi Opera Tom. VIII.*

*duus: Honoratus, seù quis alius vitæ Hilarii auctor*. Et Aubertus Miræus affirmat se à Joanne Jacobo Chiffletio, Societatis Jesu Presbytero, habere litteras sequentis tenoris: *Gennadii Massiliensis de Scriptoribus Ecclesiasticis habeo exemplar unum per vetustum, edito non plenus, immò contractus à fine. Pomerium enim nonagesimo quinto, eoque ultimo loco recenset, Honoratum Massiliensem præterit. Sanè vitam Sancti Hilarii Arelatenfis, quam auctor Chronologie Lerinensis huic Honorato inscribit, solo vulgati Gennadii fretus testimonio, Petrus Saccius in Pontificio Arelatenfi, ex manu-scripto Codice, vendicat Reverentio, seu Ravennio Arelatenfi Episcopo, Hilarii Successori. Et sunt alia, quæ mihi suspensam faciunt illam apud Gennadium Honorati Massiliensis mentionem. Lerinense Chronicon habet hanc Epigraphen: *Sancti Hilarii vita ex membrano per antiquo manu-scripto Monasterii Lerinensis, auctore Anonymo*. Proinde vetustus ille codex caret auctoris nomine. Etiam Fratres Sammarthani in Gallia Christiana censent illud Honorati elogium non esse à Gennadio, sed adjectum post ejus mortem. Quidquid sit, nec Ravennius, nec Honoratus, nec Angelus de cælo possit evacuare fidem Magni Leonis.*

#### CAPUT IV.

*Discutuntur quæ circa hanc Romanam Chelidonii Episcopi appellationem nuperimè scripsit Joannes Gerbais, Doctor Parisiensis, Socius Sorbonicus, Regius Eloquentiæ Professor.*

Sapientissimus hic ac Eloquentissimus Magister noster in sua de Majoribus causis Dissertatione hæc scribit: *Anno quadragesimo quadragesimo Chelidonium Episcopus in Concilio Arelatenfi dejectus est, quia, ut ferebatur, Viduam Uxorem acceperat, præfueratque aliquando Judicis capitalibus. Quia verò inique secum putavit actum, ad Leonem Papam se contulit, Judicii reformationem juxta Concilii Sardicensis Placita petiturus*. Errat in duobus. Primò, quod dicat istam Synodum ab Hilario fuisse actam anno illius sæculi quadragesimo. Etenim Chelidonium statim à sua damnatione abiit Romam, Hilarius est ipsum statim secutus, paucis diebus hæsit Romæ, ac refugit in Galliam, & Magnus Leo est fugientem statim secutus suis litteris: At verò prima hujus contra illum ad omnes Gallicanæ Ecclesiæ Antistites Epistola est data octavo Idus Januariæ anni quadragesimi quinti, ideoque Synodus ista omnino fuit habita anno quadragesimo quarto. Et quidem sub finem: forsitan mense Octobri. Tunc enim est tempus Episcopali Synodorum. Hinc famosus Encomiastes scribit Hilarium faviente hiemis rigore rediisse Roma: Nempe in exordio Januarii, aut in fine Decembris. Secundus error est, quod scribat istam Synodum fuisse

actam in Arelatenſi civitate. Jacobus Sirmondus ad Gallicanas Synodos rectius ſcribit eſſe incerti loci. Et Fratres Sammarthani in Gallia Chriſtiana ſcribunt: *Vetus auctor vita Sancti Romani Abbatis Jurenſis docet circa annum quadrageſimum quadrageſimum quartum habitum Concilium baud procul ab urbe Veſontionenſi*. Revincunt utrumque errorem. Eloquentiſſimo tamen viro gratulamur, quod non parum veritatis agnoſcat: Quod profiteatur Chelidonium iſſe Romam ad poſtulantiam Hilariani iudicii reformationem juxta Placita Sardicenſis Concilii. Proſitetur hoc in Gallia tunc ſolemniter viguiſſe.

Senſa ſua lucidè aperit in alio loco: *In ſuper contendo præter Canones primorum Conciliorum Orientalium, qui continebantur in antiquo Eccleſiæ codice, alios etiam in Gallia ante Carolum Magnum uſitatos fuiſſe, qui deinceps à Dionyſio Exiguo præſcis illis adjecti ſunt, puta tam Africanos, quam Sardicenſes*. Hos demonſtrat quoad varia morum capita laudari ac firmari à prima Turonenſi, ac à prima Synodo Aurelianenſi, & adjungit: *Quod ſi Sardicenſis diſciplina quoad aliqua capita valuit apud Gallos ante Carolum Magnum, quidni & quoad appellationes valuiſſe ibidem aſſeramus? Maxime verò cum Episcopi Romani occaſionem nullam omiſerint ejus, ut cæteris Eccleſiis, ita & Gallicanis intromiſſent. Demonſtrat hæc ex Decretalibus Sancti Innocentii primi ad Sanctam Victricium Rothomagenſem Metropolitanam litteris. Adducit totum caput de Eccleſiaſticis iudiciis: Et quidem cum famoſa circa Romanam Eccleſiam clauſula: *Cui in omnibus cauſis debet reverentia cuſtodiri*. Et exponit: *In priori Reſponſionis hujus parte Pontifex cauſas quidem Clericorum, tam ſuperioris quam inferioris ordinis, terminari vult in Synodis Provincialium, juxta Niceni Concilii Placitum, quod & ab ipſo ibi laudatur; ſed neque in poſteriori parte Sardicenſes Canones de liberis ad Apoſtolicam Sedem Appellationibus prætermiſit. Synodus enim, que commemoratur ab Innocentio, alia non eſt à Sardiceniſi*.*

Veniò pergit: *Jam verò cum Eccleſia Gallicana obſequentiſſima fuerit ſemper Apoſtolicæ Sedis, quorſum, quaſo, Sardiceniſem de Appellationibus diſciplinam rejeciſſet? Quæ cum Apoſtolicæ Sedis grata eſſet & honorifica, leges tamen à ſanctis Patribus, Nicæni præſertim, de iudiciis Eccleſiaſticis latas non evertet. Hæc omnia non recedunt à Regno Dei. Quod enim iſta Sancti Innocentii epiſtola partim Nicænos, partim Sardiceniſes Canones laudet, advertit etiam Remenſis Hincmarus. Et eſt longè certiffimum. Eadem epiſtola eſt quaſi primus Canonum codex Gallicanæ Eccleſiæ. Et apud ipſam ſemper fuit in ſumma authoritate ac reverentia. Secunda Turonenſis Synodus ex ipſa reſtaurat lapſam diſciplinam, & adjungit: *Quis Sacerdotum contra Decreta talia, que à Sede Apoſtolica proceſſerunt, agere præſumat? Et quorum auctoritas valere poſſit prædicatio, niſi quos Apoſtolica Sedes ſemper aut intromiſit, aut Apocryphos fecit?* Et Patres noſtri hoc ſemper cuſtodierunt; quod eorum præcepti auctoritas. Affirmant laudatam Decretalem, adeoque & Sardiceniſes Canones ſemper in Gallia floruiſſe. Hi tanè floruerunt etiam*

ante iſtum Pontificem. Nec enim ipſe primus, ſed dudum antea per Galliam promulgarunt Sanctus Maximinus Treverenſis, Euphratas Coloniſis, Sanctus Servatus Tongrenſis, aliique noſtri Parentes Episcopi, qui Sardicæ fuerunt, aut ejus Acta in ſuis Sedibus ſubſcripſerunt. Eoſdem in Apologia ad Conſtantium Imperatorem laudat magnus Pictaviſium Episcopus Hilarius.

Eloquentiſſimus Magiſter pergit de Appellatione Chelidonii: *Hunc tamen ageat modum, appellandi nempe à Provincia Synodo ad Romanum Pontificem, ægerrimè tulit Hilarius Arelatenſis, qui Chelidonii damnationi præſuerat. Quia nempe insolentior paulò viſus eſt, neque hæc Gallia talem conſuetudinem habuerat*. Suadet hæc per ſuperius adducta Hilariani Encomiæſta verba, & proſequitur: *Leo Magnus non ſic facile acquievit Hilarii ſuggeſtioni, ſed Chelidonii cauſam retractari apud ſe voluit. Ex quo quidem incenſus Hilarius auriſibus paulò verbis Leonem inſequutus eſt, ipſeque inter hæc, neque expectato fine iudicii, neque ſalutato Leone, ex Urbe exceſſit. Et ſtatim poſt: *Quod ad Chelidonium attinet, quia injuſtè accuſatus fuerat, re ipſaque innocuus viſus eſt, Eccleſiæ ſue eſt redditus. Fuitque pariter reſtitutus Projectus, cui ægro-tanti alterum ſubſtituiſſe Hilarius prohibebatur*.*

Eloquentiſſimus vir retrocedit à veritate, quam fuerat profeſſus. Profeſſus namque fuit Sardiceniſes Canones, & ab ipſis ſancitam Romanæ Appellationis diſciplinam ſemper viguiſſe in Gallia; at verò nunc ſcribit iſtum appellandi modum fuiſſe inſolentiorē, & uſque tunc apud Gallos non fuiſſe illius conſuetudinem. Hinc Hilarium fuiſſe offenſum. Agit non de quavis Appellatione, ſed de illa, quæ in Romana Synodo per ipſum Pontificem retractari debeat, ac in qua prior iudex, in Reum aut Accuſatorem demutatus, poſſit Romam evocari, cogendus reddere rationes ſui iudicii. Et graviter labitur, Etenim Sanctus Leo ad Vienneniſis Provincie Episcopos diſertè & conſtanter ſcribit: *Nobisſimum Fraternalitas veſtra recognoſcat Apoſtolicam Sedem, pro ſui reverentia, à veſtra etiam Provincia Sacerdotibus, innumeris relationibus eſſe conſultam, & per diverſarum, quemadmodum vetus conſuetudo poſcebat, Appellationem cauſarum aut retractata, aut confirmata fuiſſe iudicia. Et hunc tramitem, ſemper inter Majores noſtros & benè tenum, & ſalubriter cuſtoditum, Hilarius Eccleſiarum ſtatum, & concordiam Sacerdotum novis præſumptionibus turbaturus exceſſit: Ipſus quoque Beatiffimi Petri reverentiam verbis arrogantioribus minuendo, cui paſcendarum ovium cura ſpecialiùs mandata eſt. Affirmat plura. Primò, quod adduci poſſint innumera Relationum ac Appellationum exempla. Secundò, quod iſtas Appellationes Apoſtolica Sedes non quovis modo, ſed apud ſemetipſam diſcuſſerit: Et priora iudicia confirmaverit quandoque, quandoque etiam reformarit. Quod eodem modo proceſſerit, quo jam procedebatur in cauſa Chelidonii. Tertio, quod hæc ſit perpetua conſuetudo Gallicanæ Eccleſiæ: Perpetuus trames, ſemper benè tentus à Majoribus, ac ſalubriter cuſtoditus. Quarto, quod circa hæc omnia ſemper fuerit firma concordia Eccleſiarum ac Sacerdotum. Quintò, quod iſtam*

iſtam conſuetudinem, iſtamque concordiam pri-mus rumpere tentarit Hilarius, atque ita inſigniter turbarit Eccleſias. Sextò, quod iſta Appellationis proſequendæ forma ſit non à Sardiceniſi, vel quavis alia Synodo, ſed ab ipſo Chriſto Domino, qui Apoſtolicæ Cathedræ tradidit Paſtorem ſolvendi atque ligandi. Proinde penitens devium eſt, quod Hilarius ſe fundarit in priori conſuetudine Gallicanæ Eccleſiæ. Iſta tamen adeò inſolenter tentaſſe non poſſit ſine aliquo colore aut fūco. Ego neſcio aliud, niſi quod ex Gallicani Præſecti Sede cenſerit ſuo Throno acceſſiſſe novam dignitatis ſpeciem.

Quod ipſum non vanè colligitur ex adeo feſtina in degradatorum Episcoporum Sedes ſuperordinatione. Etenim Hilarius non ſoli Projecto, ſed & Chelidonio ſtatim ſuperordinavit. At verò hæc feſtinatio erat penitens aliena ab antiquis Gallie moribus. Etenim duæ Gallicanæ Synodi, quæ Euphratam Coloniſem dicuntur degradatæ ſe, non præſumpſerunt ſuperordinare, licet degradarent ob manifeſtam hæreſim. Etiam Biterrenſis Pſeudo-Synodus, quæ Sanctum Hilarium Pictaviſem deiecit, non ſuperordinavit. Nec item Pſeudo-Synodus Arelatenſis, eiciens Sanctum Paulinum Treverenſem. Nec ipſa item Orthodoxa Pariſienſis, damnans Saturninum Arelatenſem, auſum ſceleratas manus mittere in duos iſtos glorioſos Antifiſtes.

Hodierni Apoſtolicæ Sedis Detractores aſſiduè proclamant ad Africanam Eccleſiam: Clamant ipſi eandem cum Gallicana ſemper quoad iudicia fuiſſe diſciplinam. Inſigniter fallunt ac fallunt. Interim etiam Africana Eccleſia degradatis Episcopis nunquam ſtatim ſuperordinavit. Nequidem ante Sardiceniſem Synodum. Etenim Donatus Carthagenſis Episcopus damnato à ſe Privato Lambethano ſuperordinare non præſumpſit, antequam Sanctus Fabianus firmaveſſet ejus iudicium. Ita colligitur ex Sancti Cypriani litteris ad Sanctum Cornelium. Et Sanctus Auguſtinus Donatiſtas graviter arguit, quod ante ſimilem Romanam confirmationem præſumpſerint deſecto Ceciliano ſuperordinare Majorinum. Nempe Provincialium Synodi, uti ad Sanctum Victricium ſcripſit Sanctus Innocentius, ſuum de deſectis Episcopis iudicium debuerunt ſemper referre Romam, & ante Apoſtolicum Reſcriptum non ſuperordinare. Quapropter clarum eſt, quod hanc ſuam novitatem Hilarius fundare non potuerit in avitis moribus Gallicanæ Eccleſiæ. Ego neſcio fundamentum aliud, niſi novam dignitatem ex Sede Præſecturæ.

Poſſunt opponi duo. Primum eſt, quod non ſoli vulgares Metropolitanæ, ſed etiam quicumque Autocephali Exarchi, ac ipſi etiam Patriarchæ fuerint obligati circa Romanas Appellationes revereri ac obſervare Sardiceniſem formam ac diſciplinam; adeoque Hilarius ex vano Autocephaliæ prætextu non potuerit iſtud onus excutere. Erat namque doctus Episcopus, peritus Eccleſiaſticæ Hierarchiæ. Secundum eſt, quod ipſe regulam, quæ datam alicui civitati aut regioni à Principe dignitatem transfundit in iſtius civitatis

aut regionis Episcopum, ſemper averſatus ode-rit. Hinc enim à Romanis Imperatoribus erectas in Narbonenſi Gallia novas Provincias pertinaciter agnoſcere in rebus Eccleſiaſticis noluit: Voluit & quoad Conſecrationes, & quoad iudicia permanere ſolidus ac ſolus Metropolitæ. Quomodo igitur credi poſſit, quod ille ex Præſecti Sede tentarit ſibi ſingularem dignitatem advocare?

Reſpondet in litteris ad Sanctum Marinianum, Lib. 5. Ravennæ Metropolitanam, Magnus Gregorius: *Epist. 24. Scripta Fraternalitatis veſtræ ſuſcepimus, in quibus indicaviſtis quosdam de Clero ac Populo clamaviſſe, contra leges & Canones eſſe, ut inter Eccleſiam veſtram & Claudium Abbatem cauſa hic examinari ac iudicari debeat. Qui ſi Eccleſiaſticum ordinem, vel inter quos venit, noſſent advertere, ſe à ſuperſua querela modis omnibus abſtinerent: Præſertim quia nec cauſa illic dici poſſit, ubi ſe prædictus Abbas à Deceſſore veſtro queſtus eſt injuſticiam pertu-liſſe, & ex ea hæcenus laborare. Hoc enim poterat fortassis opponi, ſi non ad Majorem recurreret, & apud eum cauſa ſua meritum poteret terminari. Nunquid non ipſe noſti, quia cauſa, que à Joanne Presbytero contra Joannem Conſtantinopolitanum fratrem & Co-Episcopum noſtrum orta eſt, ſecundum Canones ad Apoſtolicam Sedem recurrit, & noſtra eſt ſententia deſinita? Si ergo de illa civitate, ubi Princeps eſt, ad noſtram cauſa cognitionem ducta eſt, quomodo magis negotium, quod contra vos eſt, hic eſt veritate cognita terminandum? Vos autem ibi ſultorum verba non moveant, nec per nos credatis diſpendium aliquod Eccleſiæ veſtræ fieri. Fraternalitas autem veſtra ſapienter egiſt Perſonas pro negotio ipſo tranſmittere, & verba inania non audire*.

Claudius Abbas non à Mariniano, ſed ab ejus Anteceſſore Joanne in neſcio quo negotio gravatus appellavit Sedem Apoſtolicam: Et Magnus Gregorius Appellationem admiferat, ideoque Mariniano mandavit, ut Reſponſales tranſmitteret, qui in retractatorio iudicio purgarent Joannis ſententiam, aut ipſam audirent reformari. At interceſſit Ravennæ Clerus ac Populus, altè clamans eſſe contra leges & Canones, ut iſte retractatus Romæ fieret. Clamarunt Ravennatis Eccleſiæ dignitatibus per Pontificem inferri vim atque diſpendium. Quod nempe Ravenna eſſet Exarchi, Prætoriorum Præſectis æqualis, glorioſa Sedes, ideoque ejus Episcopus gauderet eorumdem circa Eccleſiaſticas cauſas Prærogativis: Et Imperator Juſtinianus nuperrimè ſanxerat, uti Præſectorum, ita & Patriarcharum, adeoque & omnium Autocephalorum Primatum ſententias eſſe inappellabiles. Hinc Claudii Abbatis, & ſpectantis ad ipſum cauſæ Romana evocatio clamabatur eſſe etiam contra leges. Nequaquam Appellationis ſubſtantiam, ſed ſolam ejus Sardiceniſem formam tentabant effugere: Volebant cauſam iſtam ab ipſo Mariniano cum quibusdam per Dominum Papam adjunctis Episcopis eſſe revidendam. Et Sanctus Mariniſianus, licet in Romana civitate, ac ſub Monachiſta ipſius Gregorii diſciplinâ enutritus, nec non inſigniter eruditus, attendit ad iſta, & non parum ceſpita-vit.

tavit. Attamen ne magistrum Pontificem, ac Romanam Ecclesiam offenderet, transmisit Responsales, verum cum protestatione. Quid ad ista Gregorius? Respondit esse verba stultorum: Verba inania. Et demonstravit ex recentissimo Constantinopolitana, in qua non Italiae Exarchus, sed totius Mundi Imperator Sedem habet, Ecclesie exemplo. Etenim Joannes Presbyter contra Joannem Patriarcham appellaverat Romam, & ipse Marinius propriis oculis viderat istam causam retractari in urbe, ac definiti juxta formam Sardicensem. Viderat nec Patriarcham, nec Imperatorem, qui tamen uterque admodum modice diligebat Gregorium, in ullo contraiisse. Ista igitur ipsa stultorum inania verba, qua Sanctum Marinianum cespitare fecerunt, seduxerunt Sanctum Hilarium. Utrumque eximie doctum ac sanctum. Nempe in propria dignitatis causa *Quandoque bonus dormitat Homerus.*

Iterum audiamus eloquentissimum Magistrum nostrum: *Sua hec Judicia Leo significavit Episcopi Viennensis Provinciae epistola illa, que jam laudata est; cum autem inteligeret vis habitura effectum apud Gallos, tum quia nondum assueti erant Appellationibus illis nuper inventis, tum vero maxime quod Episcoporum Gallicanorum causas Romae cognovissent, Valentinianum Imperatorem rogavit, ut Edicto suo Judiciorum, qua tulerat, executionem vellet adjuvare. Valentinianus, Leonem morem gerens, Edictum emisit: Magister adducit Capitalia Edicti verba, & pergit: Hec porro Constitutione plus dedit Valentinianus, quam Leo rogaverat. Immo & amplius dedit, quam ipse posset. Plus quidem dedit quam Leo rogaverat: Aliud quippe nihil optaverat Leo, quam ut Judicium contra Hilarium latè executio Imperatoria Autoritate juvaretur. Plus etiam indulget, quam posset: Cum enim Imperatores condere leges de Ecclesiasticis rebus non possent, nisi que conformes sint Canonibus, quaque ad eorum executionem tendant, fert ibi legem Valentinianus, qua Canonibus non quibusvis, sed Sardicensibus ipsis omnino contraria est. Jubent enim Sardicenses Canones Episcoporum causas agitari in Provinciis, sive quoad primam, sive quoad secundam cognitionem. Imperator vero cogendos vult Episcopos, ut in Urbem ab Episcopo Romano judicandi sese conferant. Quare mirum nihil est, si Galli, Canonum antiquorum usque semper observantissimi, generali huic legi de petenda Urbe nunquam obsecuti sint.*

Palam retrocedit à sua priori sapientia in plures errores. Primus est, quod Romanæ Appellationes tunc essent nuper inventæ, ideoque Gallicani Episcopi necdum essent ipsis assueti. Etenim Sanctus Maximinus Treverensis Episcopus, dum Sancti Athanasii, ac aliorum Orientalium Episcoporum Appellationem admitti, & Antiochenæ Synodi de ipsis Judicium suspendi ac retractari suavit ac persuasit Sancto Julio, omnino suavit ex more & sensu non solius Romanæ, sed & Gallicanæ Ecclesie. Quin immo quod Julius sit antiquum Universalis Ecclesie Canonem ista in re sequutus, disertè testatur in Ecclesiastica historia Theodoretus. Ipse item Julius idem asseverat in litteris ad Antiochenam Synodum.

Et istum Canonem laudatus Maximinus omnino innovavit ac stabilivit apud Sardicam. Et quid Magnus Leo de harum Appellationum apud Gallos antiquitate dicat, jam abundè audivimus. Proinde de hoc eloquentissimo Magistro nostro Magnus Gregorius diceret, quod venum exponat *inania verba stultorum.* Secundus error est, quod Magnus Leo in eo maxime deliquerit, quod Gallicanorum Episcoporum causas cognoverit Romæ. Etenim laudatus Maximinus Sancto Julio etiam author fuit, ut Sancti Athanasii & aliorum Orientalium Episcoporum causam cognosceret Romæ. Et istius sui consilii fundamenta omnino desumpsit ex more & Canone totius Ecclesie, suæ præsertim Gallicanæ. Quæ omnia Magnus Leo confirmat. Operis hujus decursus adducet plura authentica exempla ac testimonia.

Proinde tertius error est, quod Magnus Leo ad hanc sui operis novitatem Gallicanis Ecclesiis imponendam ab Imperatore Valentiniano postularit Legis adjutorium. Etenim ipse Imperator in ipsa lege palam scribit contrarium: *Hec cum hæcenus inviolabiliter fuerint custodita, Hilarius contumaci ausu illicita quedam præsumenda tentavit. Ne quid Gallicanis Episcopis contra veterem consuetudinem liceat, Unica igitur postulanda Legis ratio fuit dura Hilarii in Papalem Autoritatem, & avitam Gallicanæ Ecclesie consuetudinem contumacia. Hoc ipse Imperator disertè profitetur. Et erat quidem ipsa Papalis sententia per Gallias etiam sine Imperiali Sanctione valitura. Quid enim tanti Pontificis Autoritati in Ecclesias non liceret? Sed nostram quoque Preceptionem hæc ratio provocavit, ne ulterius Hilario, nec cuiquam alteri liceat Preceptis Romani Antistitis obviare. Et Lex nulli magis prosuit quam ipsi Hilario. Ejus enim duritiam fregit, aperuit oculos, perduxit ad veritatis cognitionem ac veram poenitentiam, perfecitque in sanctissimum Episcopum.*

Quartus error est, quod Magnus Leo solam sui contra Hilarium Judicii executionem postularit, adeoque Valentinianus plura dedit, quam fuerit rogatus. Etenim Magnus Leo nullam contra Hilarium tulit definitivam sententiam, sed Principi exposuit plura alia, omnia postulans adjuvari per ejus Brachium. Primò, quod Hilarius alios incompetentè removisset, alios Episcopos indecenter invitis ac repugnantibus civibus ordinasset. Secundò, quod ipsos per armatam violentiam intrussisset suis Sedibus. Tertio, quod Romanis Appellationibus nec suspensivum effectum, nec Romanum vellet concedi accessum, ideoque nec appellantes Episcopos Romam accedere, nec eorum Damnatore permitteret illuc evocari. Quod his evocationibus omnem denegaret obedientiam. Idque contra sacræ, Sardicensis utique ac Nicænæ, Synodi Autoritatem. Et omnia tria Valentinianus damnavit, plene confirmans Pontificis Judicium.

Quintus error est, quod Valentinianus suæ Potestatis limites excefferit: Quoniam Sardicenses Canones nec Appellantium Episcoporum Judi-

Judices Romam evocari permittant, nec istas causas per Pontificem retractari. Hunc Magistrum nostrum plane credo esse non dumtaxat eloquentissimum, sed & sapientissimum: Easdem interim virtutes omnino credo inuisse magno Leoni, nec non & Valentiniani III. Assessoribus. Et hic ipse Magister profitetur se istis omnibus scribere contraria. Cui igitur sit credendum judicandum permitto cunctis Lectoribus. Quod igitur iste Magister ab avito Gallicanæ Ecclesie sensu longissime retrocedat, licet tanti Pontificis ac istorum Assessorum Autoritas abundè evincat, volo tamen paucis aliis demonstrare exemplis ac testimoniis. Gloriosus Treverensium Antistes Maximinus Papæ Julio author fuit, non dumtaxat ut Sanctum Athanasium statim revestiret, sed etiam ut ejus Damnatore citaret Romam: Et hanc vetustam Romanæ Appellationis disciplinam curavit innovari atque firmari per Sardicenses Canones. Omnia ista fecit ex avito sensu Gallicanæ Ecclesie. De Sancto Briccio Turonensi Episcopo, per rebellem populum ejecto, & Romam abeunte ac appellante, scribit Sanctus ejus Successor Gregorius: *Post cujus abscissum ajunt Turonici suo Sacerdoti Justiniano, quem Briccio superordinaverant, vade post eum, & exerce negotium tuum. Quia si persecutus eum non fueris, ad nostrum omnium contemptum humiliaberis. Justinianus vero egressus à Turonis, Vercellas Italia civitatem adgressus, Judicio Dei percussus, obit peregrinus. Omnis Populus cum gravibus minis Justiniano mandavit, ut & ipse Romam accederet, in Retractorio Pontificis Judicio purgaturus civitatis factum, ac suam ordinationem defensusurus. Mandavit juxta Sardicenses Canones. Quod nempe eorum legitimus intellectus non apud solum Clerum, sed etiam apud Gallie Populum esset longè notissimus. Et hinc Justinianus promptè obediit. Gregorius adjungit, quod Briccius per Romanum Apostolicæ Sedis Judicium tandem receperit suum Thronum atque Ecclesiam. Heroten & Lazarum, Gallicanos Episcopos, Zozimus Pontifex in litteris ad Aurelium Carthaginensem & cæteros Africæ Episcopos appellat: *Erubescenda Factis & Damnationibus nomina, & adjungit: Specialis illos Sedis Apostolicæ Autoritas ab omni communione submovit. Nempe in Gallia damnati Romam appellaverant atque accesserant: Et eorum causam Romæ per semet-ipsam retractarat Zozimus, & firmarat Gallicanam sententiam. Idem Pontifex in litteris ad Hilarium Narbonensem Episcopum enumerat Ursi ac Tuentii, Gallorum ac in Gallia damnatorum Episcoporum, crimina, & adjungit: *Hæc omnia apud nos Gestis, Testimoniisque discussa sunt. Utique in retractatorio Appellationis Judicio. De nescio quo obsceno Juvene, quem subdere volebat publicæ poenitentia, ad illustrem virum Ansemundum scripsit Sanctus Avitus Viennensis Archi-Episcopus: Licet me ad***

Lib. 2.  
Cap. 11.

Epist. 49.

*mus solliciti esse, ut si quis venerit, non faciliè nobis, tamquam ignavis subrepere aliquid videatur. Melius tamen Fraternitas tua faciet, si cognoscens illos, quos suspicamini, ad nos esse venturos, etiam vos personam instruatam ex omni parte dirigatis, quæ eis possit obstrere. Quia cum epistola vestra nihil de causa contineat, si hic, qui modò nobis ex voluntate vestra verbo suggestu, tunc apud nos nequeat inveniri, videbimur nos Accusatoris officium suscepisse. Palam affirmat Accusatoris in appellatis causis officium spectare ad ipsum Sapaudum. De Salonio ac Sagittario, Gallicanis ac Synodaliter damnatis Episcopis, scribit Sanctus Gregorius Episcopus Turonensis: *At illi, cum adhuc propitium sibi Regem nosset, ad eum accedunt, deplorantes se injustè remotos, sibi que tradidissent, ut ad Papam Urbis Romanæ accederent debeant. Rex vero annuens petitionibus eorum, datis Epistolis eos abire permittit. Qui accedentes coram Papa Joanne tertio exponunt se nullis rationalibus existentibus causis dimotos. Ille vero Epistolas ad Regem dirigit, in quibus eosdem locis suis restitui jubet. Quod Rex sine mora, castigatis prius illis verbis multis, implevit. Pontifex eos revestivit, dilato in opportunum tempus retractatorio Judicio. Et fuit plenissime obediit. Etenim uterque quarto, quod sub Benedicto primo, proximo Joannis Successore, fuit celebratum, Parisiensi Concilio assistit & subscripsit ut integer Episcopus. Quæ omnia manifestissime facta sunt juxta Sardicenses Canones. Quid opus multis? Et Dionysius Exiguus, & Ildorunt Mercator Sardicensem Canonem transtulerunt hoc modo: *Si depositus Episcopus proclamaverit agendum sibi negotium in Urbe Roma, alter Episcopus in ejus Cathedra non ordinetur nisi causa fuerit in Romani Episcopi Judicio determinata. Et hanc translationem probavit etiam, ac suæ Canonum collectioni inseruit Cresconius Africanus Episcopus. Quare grandi stupore digna sunt istius Magistri nostri hæc verba: Galli generali huic legi de petenda Roma nunquam obsecuti sunt.***

Lib. 5.  
Cap. 20.

## CAPIT V.

*Romanarum in Gallia Appellationum antiquitas demonstratur ex Sancto Cypriano:*

**M**artianus Arelatenfis Archi-Episcopus olim patravit tria crimina: Primò *jababat & prædicabat, quod Novatiano studens, & ejus pervicaciam sequens, à nostra communicatione se segregasset. Nec Sanctum Cornelium, nec Sanctum Lucium, nec item Sanctum Stephanum voluit uti Pontifices agnoscere: Dixit Novatianum fuisse legitimum Romanorum Antistitem, ideoque etiam defuncto perstitit contumax adhærere. Secundò, item Novatiani errorem pari pertinacia tenuit ac defendit. Docuit Lapfos non posse reparari*



parari per Ecclesiae Claves: Istud crimen esse reservatum iudicio Divinae Majestatis.

Tertium ejus crimen habes in his Sancti Cypriani verbis: *Ex quibus, utique execrandis Haereticis, cum Martinus esse coepit, & se Novatiano conjungens, adversarius misericordiae & pietatis existerit, sententiam non dicit, sed accipiat, nec sic agat quasi judicaverit de Collegio Sacerdotum, quando ipse sit ab universis Sacerdotibus iudicatus.* Blaterabat Sanctos Pontifices Cornelium & Lucium, ipsamque Romanam & omnes ei adherentes Ecclesias in suo pro Lapsis Decreto errasse, Novatianum autem docuisse ex Evangelio. Lucent haec ex sequentibus Sancti Cypriani verbis: *Servandus est enim Antecessorum nostrorum, Beatorum Martyrum Cornelii & Lucii, honor gloriosus, &c.* Utrique honor martyrii. Eos Martinus clamabat esse praevaticatores Christiani dogmatis, ideoque & Pseudo-Martyres. Homo sceleratus ac impudens damnabat omnem Ecclesiam. Commovit omnem Galliam, & plurimos lapsos sine Sacramentalis Reconciliationis Pace ac Viatico transmisit ad aliud saeculum.

Audiamus rei decursum ex Sancti Cypriani litteris ad Sanctum Papam Stephanum: *Faustinus Collega noster, Lugduni consilens, semel atque iterum mihi scripsit, significans ea quae jam scio vobis utique nuntiata, tam ab eo, quam à ceteris Co-Episcopis nostris, in eadem Provincia constitutis. Quod Martinus, Arelatae consilens, Novatiano sese conjunxerit, & à Catholica Ecclesia unitate atque à corporis nostri & Sacerdotum consensione discesserit, tenens haereticæ presumptionis durissimam pravitatem. Nempe pravitatem crudelitatis Novatianensis. Exponit crudele dogma, & concludit: Quapropter facere te oportet plenissimas litteras ad Co-Episcopos nostros in Gallis constitutos, ne ultra Martinum, pervicacem, & superbum, & Divinae pietatis ac fraternae pacis inimicum, Collegio nostro insultare patiantur, quod necdum videatur à nobis absentis, qui jam pridem jaclat & praedicat, quod Novatiano studens, & ejus pervicaciam sequens, à communicatione se nostra segregaverit, cum Novatianus ipse, quem sequitur, olim absentis, & hostis Ecclesiae iudicatus sit. Et post quaedam: Quam vanum est, Frater charissime, ut Novatiano nuper refo et refutato, & per totum orbem à Sacerdotibus Dei absentis, nunc adulatores nobis adhuc patiamur illudere, & de maiestate ac dignitate Ecclesiae iudicare? Dirigantur in Provinciam, & ad plebem Arelatae consilientem à te litterae, quibus absentis Martino alius in locum ejus substituantur. Et tandem concludit: Significa plane nobis, quis in locum Martiani Arelatae fuerit substitutus, ut sciamus ad quem Fratres nostros dirigere, & cui scribere debeamus.*

Ex quibus verbis discimus plura. Primum, quod Martiani per Galliam grassatio fuerit saepius relata ad Stephanum Pontificem. Relata fuit per Faustinum Lugdunensium Metropolitanam, & per ipsos Martiani Comprovinciales Episcopos. Et ad haec atque similia exempla respexit Magnus Leo, dum ad Viennensis Provinciae Episcopos scripsit Gallicanas ad Apostolicam Sedem Relationes ante se fuisse innumeras. Secundò, disci-

mus verum esse hunc Jacobi Pamellii commentarium: *Licuisse jam olim Pontificibus Romanis Episcopos justis de causis excommunicare, imò desituere, & novos in eorum locum substituere, perspicuum facit hoc loco Cyprianus de Gallis. Quod mirum in modum commendat auctoritatem & Primum. Quae verba probavit, & in suos Commentarios transcripsit etiam vir Francus ac eruditus Nicolaus Rigaltius. Insuper eleganti compendio refutat somnia Joannis Launoy, ex Apostolicae Sedis odio praesumentis istam epistolam proferre ad spuria. Ita consuevit Errorem desperatio. Hinc Paschasius Quesnellus istam evadendi portam vidit nec honorificam sibi fore, nec securam.*

Nihilominus irrefragabilem Sancti Cypriani auctoritatem omnibus nervis tentat evacuare. Ex ejus multiloquio audiamus aliqua: *Martinus Arelatenus Episcopus, Novatiana labe infectus, vastabat Gallias, Sedis suae amplitudine fretus. Cum autem ceteri Episcopi Gallicani adversus hominem in sua Provincia potentem nihil auderent, nec id etiam temporum ratio sineret, cum praeterea plebs Arelatenus, Martiani fraudibus decepta, Episcopum suum tueretur ac defenderet, uti ex epistola Cypriani licet conicere, à ceteris exterarum Provinciarum Episcopis opem imploraverunt, praecipueque à Romano & Carthaginensi, quorum maxima erat in Ecclesia auctoritas. Ad utrumque ergo litteras dederunt Faustinus Lugdunensis Episcopus, & Romanae Provinciae, id est, Narbonensis solidae Episcopi.*

Imprimis verò Romanum Episcopum tanquam caetus Episcopalis Caput, Apicemque sollicitabant, ut Ecclesiae sub schismatici Episcopi jugo laboranti adesset, auctoritate Sedis suae fretus. Quod eam ob rationem egerunt, quod & nullum in ea Provincia sibi imminentem habebat Martianum, & non ita pridem à Sede Apostolica transmissum acceperant Trophimum, de cuius indigno Successore Martino apud ipsum querelam deferendi jus habebant. Tardante verò Stephano, nec suppetas ferente, iterum ad Cyprianum scripsere Galli, ut ipse apud Romanum instantius ageret de Martiani depositione. Fecit quod rogabatur Cyprianus, deditque litteras ad Pontificem querelarum, praecumque Gallicanae Ecclesiae indices, in quibus utriusque Ecclesiae mentem ac disciplinam licet intueri.

Divinae veritatis potentiam demonstrant haec verba: *Instantius ageret de Martiani depositione procuranda.* Etenim Quesnellus, ut hujus epistolae pagella cantat, assidue blaterat ipsam non agere de depositione. Depositionis ab abstentione discrimen affirmat à nemine ignorari. Et ecce hic profitetur Martiani depositionem fuisse à Gallis Episcopis & Sancto Cypriano postulatam, ideoque & à Sancto Stephano Pontifice inflatam. Haec veritas in adductis illius verbis lateret inter plurimos errores, uti aurum inter lutum. Porro primus error est in his verbis. *Cum ceteri Episcopi Gallicani adversus hominem in sua Provincia potentem nihil auderent.* Etenim Episcopi isti fuerunt adeo generosi, ut suis clamoribus permoverint omnem Galliam, ut Martianum apud vicinum Metropolitanam Faustinum detulerint, ut Apostolicam Sancti Stephani auctoritatem saepius

pius imploraverint, ut ejus moras tandem abruerint per Sanctum Cyprianum. Verum cur ipsi illum non dejecerunt? Aperta est ratio: Quod esset ipsorum Metropolitanus. Hinc nec per propriam Synodum, nec per vicinum Metropolitanam damnari & exui potuit, sed per solum Pontificem, suum Primum ac Patriarcham. Quod Metropolitanam per solum Patriarcham possit deici, nequaquam ducit originem ex famosa Imperatoris Gratiani ad Sanctum Damasum Pontificem lege: Est Apostolica regula, per Patrum Canonum & Principum leges postmodò adversus quorundam praevaticationes frequenter confirmata.

Secundus error est in his verbis: *Nec id etiam ratio temporum sineret.* Quae temporum ratio? Etenim tempus, quod per omnem Galliam & Africam clamari, quod hominem multis ad Apostolicam Sedem Relationibus invadi, ac tandem per ejusdem Sedis Antistitem degradari permittit, cur non permitteret projici per propriam Synodum? Certè quin omnes istae Relationes fuerint Synodales, non est dubitandum. Quapropter omnis ratio fuit defectus potestatis in proprium Metropolitanam.

Tertius error est in his verbis: *Cum Arelatenus plebs Episcopum suum tueretur ac defenderet.* Etenim oppositum disertè edicunt haec Sancti Cypriani de Arelatenibus verba: *Servis Dei poenitentibus & dolentibus, & ad Ecclesiam lacrymis, & gemitu, & dolore pulsantibus, diebus & noctibus ingemiscunt, & Divinam ac Paternam, utique Episcopalem, misericordiam deprecantes, solatium nostrae opitulationis expostulant.* Nempe adversus suum Episcopum Martianum. *Grex Christi ab illo dissipatus & vulneratus contemnitur.* Dum ab ipso Sacramentalis Reconciliationis Pacem magnis fleatibus postulabat. Quartus error est in his verbis: *Ab exterarum Provinciarum Episcopis opem imploraverunt.* Etenim non refugerunt, nisi ad vicinissimum Faustinum, Metropolitanam Lugdunensem, qui quod par nihil valeret in parem, rem omnem cum Martiani Suffraganeis reculit Sancto Stephano, omnium Papae & Patriarchae. A Faustino aliud non flagitarunt, quam fratrum auxilium.

Quintus error est in his verbis: *Praecipueque à Romano & Carthaginensi.* Tardante verò Stephano, nec suppetas ferente, iterum ad Cyprianum scripsere Galli. Falsum est, quod iterum. In prima instantia scripserunt ad solum Stephanum. Lucent ex Cypriani verbis: *Quae etiam vobis scio nuntiata tam ab eo, quam à ceteris Co-Episcopis nostris in eadem Provincia constitutis.* Nempe antequam ego ab illis invocarer. Hinc Cyprianus perguit: *Faustinus semel atque iterum mihi scripsit.* Nempe Cyprianus ad primam epistolam movere se noluit, & Pontificem quasi de negligentia increpare. Forsitan nata inter ipsos de Haereticorum Baptismo controversia possit illum reddidisse tardorem. Quidquid sit, Cyprianus non nisi tardante Stephano fuit invocatus.

Quare sextus error est in his verbis: *Quorum maxima erat in Ecclesia auctoritas.* Nempe si agatur de auctoritate Sedium. Etenim Carthaginensis Ecclesia, licet Primatialis, non tamen fuit

Autocephala, ideoque ejus Sedes auctoritate non fuit inter maximas. Et quid Gallis cum ipsa? Certè Joanni Hierosolymae Episcopo, à Theophilo Alexandriae Patriarcha auxilium postulanti, respondit olim Sanctus Hieronymus: *Tu qui Regulas quavis Ecclesiasticas, & Niceni Concilii Canonibus uteris, responde mihi, ad Alexandrinum Episcopum Palaestina quid pertinet? Ni fallar, haec ibi decernitur, ut Palaestinae Metropolis Caesarea sit, & totius Orientis Antiochia. Aut igitur ad Caesareensem Episcopum referre debueras, aut si procul expectandum Judicium erat, Antiochiam potius litterae dirigenda.* Eadem ratione ad Carthaginensem Episcopum Gallia quid pertinet? Niceni Canones nullum ei dant Primum, nullum Patriarcham, nisi Dominum Papam. Proinde dum Sedium respicitur auctoritas, contra Martianum Faustinus nullatenus ad Cyprianum poterat, sed referre debebat ad solum Stephanum.

Fuit tamen, verum longè alia, ratio referendi etiam ad Cyprianum. Eam exponit praefatus Joannes in illis, quas Sanctus Hieronymus impugnat, litteris ad Patriarcham Theophilum: *Tu quidem ut homo Dei, & Apostolica ornatus gratia curam omnium Ecclesiarum, maxime ejus, quae in Hierosolymis est, sustines, cum ipse plurimis sollicitudinibus Ecclesiae Dei, quae sub te est, distingaris.* Affirmat alias esse, alias Ecclesias non esse sub Theophilo, & tamen laudat, quod gerat omnium sollicitudinem: Nempe de istis Paternae justitiae, de his sollicitudinem solius Fraternalis charitatis. Et hanc charitatem Sanctus etiam Cyprianus de omni Ecclesia habuit: Praesertim circa materiam Novatianensis crudelitatis. Etenim usque ad ista tempora Lapsis non fuerat data Sacramentalis Reconciliationis Pax: Nequidem in ipso exitu. Clementiae novitas excogitari & agitari coepit post Sancti Fabiani Pontificis Martyrium, vacante Romana Ecclesia. Ob Imperatoris Decii de non creando novo Pontifice Edictum vacavit illa diutius, & graffians persecutio omnem Romanum Orbem impleverat Lapsis. Et ipsi ejulantes ac flentes Catholicæ Marris viscera & fores pulsabant apud omnes Ecclesias: Et magnum Cyprianum ad sui commiserationem permoverunt. Hinc ille viduato Clero fuit auctor, ut clementiam sub futuri Pontificis Beneplacito admitteret. Et postmodò per Sanctum Cornelium Pontificem, ejus Successorem Lucium, & pleraque sub caelo Ecclesias fuit comprobata, & suscepta in mores. Hinc Gallicani Episcopi adversus clementiam istius hostem Martianum invocant Sanctum Cyprianum. Non propter Sedis, sed propter solius personae, in ista praesertim causa auctoritatem. Alias potuerunt magis amicum Pontifici intercessorem impendere.

Haec Paschasii Quesnelli verba, *Imprimis verò Romanum Episcopum tanquam caetus Episcopalis Caput, Apicemque sollicitabant, nescio an sint atra, vel alba.* Suspicionem fovent & augent item haec: *Ut Ecclesiae laboranti adesset, auctoritate Sedis suae fretus. Quod eam ob rationem egerunt, quod nullum in ea Provincia sibi imminentem habebat Martianum, & non ita pridem à Sede Apostolica trans-*

transmissum acceperant Trophimum, de cuius indigno successore Martino apud ipsum querelam deferendi jus habebant. Sunt tenebrosa ac amphibia. Tenebras augent hæc: Quod nullum in Provincia sibi imminetentem habebat. An fateantur ei ullum in omni Ecclesia fuisse superiorem Episcopum, novit Divina Sapia. Possint asserere, quod nimia Martiani Tyrannide lassati Gallicani Episcopi refugerint ad primum Christianitatis Episcopum, uti olim suorum Regum violentiis fracti Persidis fideles imploraverunt Imperatorem Constantinum. Deinde, Abbatia passim propagantur ex Abbatibus: Et propagantis Abbas dicitur propagatæ Pater, & aliquid potestatis in ipsam retinet. Eadem forma viget in Ecclesiis. Hinc enim Hincmarus Remensis aliquid suæ in Laudunensem, istius Juris aliquid scripsit Hipponensi Cathedrali esse in Fussalensem. Hinc igitur etiam R. P. Paschasius videtur Romanæ Ecclesiæ ob datum primum Episcopum Trophimum adscribere aliquid potestatis in Arelatensem. Ego nolim indulgere suspitionibus: Nolim accusare quod nescio. Clarè profiteamur, quod Martianus, utpote Occidentalis Metropolita, nullum in terris, nisi Romanum Pontificem, habuerit sibi Prælatum ac imminetentem, ideoque Gallicani Episcopi nullum, nisi Romanæ Cathedrali, potuerint implorare auxilium. Sic nobis erit pax & veritas.

Nec vacat nec lubet singula viri verba discutere. Post quadam ille pergit: *Nequaquam verum est hic agi de depositione, cuius ne nomen quidem apparet in epistola, sed de absentione agitur, cuius à depositione discrimen qui ignorat, ad iudiciorum Canonum tradationem illotis manibus, pedibusque accedit.* Immo non sine fundamento quis dicat ad tractandas S. Cypriani epistolas illotum te accedere. Etiam S. Cyprianus per Episcopi aut Clerici absentionem frequentissimè intelligit depositionem. Etiam in hac ipsa epistola: *Cum Novatianus olim absentus, & hostis Ecclesiæ iudicatus sit.* Est Romani Imperii phrasis, quod abiciendum & degradatum Imperatorem prius iudicabat ac declarabat hostem Imperii, & tunc abstinere se deponere. Pergit epistola: *Novatiano nuper reufo & refutato, & per totum Orbem à sacerdotibus Dei absentio.* Quis non videt laudari degradationem? Eandem manifestè laudant hæc verba: *Absentio Martiano, allus in locum ejus substituitur.* Etenim substitutio seu novi Episcopi consecratio fieri non potest, nisi post degradatum Episcopum: Suspendio aut excommunicatio nullatenus sufficiunt. Eadem vocis acceptione Sanctus Cyprianus utitur etiam in aliis locis. Scio vocem ab ipso etiam pro excommunicatione accipi. Excommunicatio enim est absentio à communione. Verùm apud antiquos fideles vox, *Communio*, importabat varia: Communione Episcopalem, Clericalem, Laicam. Et cuiusvis communionis absentio erat quandoque perpetua, quandoque temporanea & reparabilis. Ab Episcopali aut Clericali communione absentio perpetua erat Episcopi aut Clerici in laicam communionem dejectio, ideoque vera degradatio. Proinde Papa Stephanus non suspensionem Martiani, aut excommunicationem fuit rogatus, sed omninò de-

gradationem. Et licet de sola suspensione aut excommunicatione ageretur, scopus noster manet integer. Etenim & ista sunt jurisdictionis actus, ideoque evincunt Papalem auctoritatem in Gallicanos Episcopos.

Pergit Paschasius Quesnellus: *Supponit Cyprianus Martianum sine ulla Synodi sententia, vel alio iudicio, sententia adversus Novatianum prolatæ subjici debere.* Affirmat Martianum, utpote professum Novatiani Sectatorem, non indigere novo degradationis iudicio, sed ipsum Novatiani per Sanctos Cornelium & Lucium factæ damnationi esse per omnia obnoxium, & irretitum, ideoque opus esse sola istius iudicii extensione. Etenim data in Novatianum sententia obstrinxit omnes Novatianos: Et præsentis & futuri. Quesnellus vult hæc à Cypriano adduci ad evacuandam, aut certè contrahendam auctoritatem Romani Pontificis. Respondeo Cyprianum ista omninò sensisse. Epistolæ verba sunt lucida. Continent avitum & Apostolicum Canonem, ex quo postea & Sanctus Felix tertius scripsit contra Eurychianitas: *Facta semel Synodus abjecti cuiuslibet erroris cunctos sequaces consequenter involvit.* Verùm absit, ut Sanctus Cyprianus ista adduxerit ad describendam auctoritatem Romanæ Ecclesiæ. Palam adduxit ad firmendam. Etenim Novatianus non à Generali, immò nec à Patriarchali Synodo, sed à solo Sancti Cornelii Presbyterio degradatus fuerat: Et Cyprianus constanter affirmat iudicium istud valere ac extendi etiam in Martianum. Allegat ista ad excutiendam Stephani tarditatem: Edixit nec nova Synodo, nec novo examine, nec alio iudiciali molimine, sed sola executione esse opus, ideoque omnem in tanto negotio moram esse inexcusabilem. Hinc contentus non fuit scripsisse: *Quapropter facere te oportet plenissimas litteras.* Sed statim repetivit: *Dirigantur in Provinciam à te litteræ.* Et tandem conclusit: *Significa planè nobis, quis in locum Martiani fuerit institutus.* Omnia ad lentum Pontificem accendendum. Et hæc quoque evertunt Quesnelli commentationes. Etenim cur Provinciam Synodus, cur vicinissima Provinciam Metropolita Faustinus, cur Sanctus Cyprianus non extruxit Martianum? Cur necessaria ac imploranda fuit Sedes Apostolica? Quod ista etiam extrusio sit Patriarchalis auctoritatis actus, ideoque fieri non potuerit nisi per Patriarcham.

Paschasius Quesnellus opponit hæc Cypriani verba: *Quapropter facere te oportet plenissimas litteras ad Episcopos nostros in Galliis constitutos, ne ultra Martianum Collegio nostro insultare patiantur, quod necdum videatur à nobis absentus.* Et commentatur: *Cyprianus per illud, Nobis, satis insinuat Gallos non solum Romani Pontificis sententiam attendisse, sed etiam Carthaginensis, quem & pro sua parte in Galliis scripsisse, verba hæc dubitare non sinunt. Præsertim cum superius dixerit. Cui rei nostrum est consulere & subvenire, Frater charissime: Et postea suum à fratribus Gallicanis postulatum esse asserat auxilium.* Probat ex his ejusdem epistolæ verbis: *Solutum nostræ opitulationis exposcunt.* Respondeo plures iterum misceri errores. Primus est, quod Sanctus Cyprianus suo

motu & ex officio, seu pro sua parte scripserit in Galliis. Lucet ex verbis: *Faustinus semel atque iterum mihi scripsit.* Asseverant, quod Cyprianus non nisi ex iterato Faustini motu se moverit.

Ex ipso enim norat etiam à Gallis esse scriptum ad Urbem: Hinc credidit suum incitamentum non esse Pontifici necessarium. Et repetit: *Quid Gallicanæ Ecclesiæ cum Africana? Quesnellus assidue decantat Cypriani verba: Singulis Pastoribus portio gregris adscripta est, quam regat unusquisque & gubernet, rationem sui actus Domino redditurus.* Quo apud ipsum iure Gallicana Ecclesia spectat ad portionem Primatis Carthaginensis? Hinc enim Cyprianus scripsit ad Stephanum: *Cui rei nostrum est consulere & subvenire, Frater charissime, qui Divinam clementiam cogitantes, & gubernandæ Ecclesiæ libram tenentes, sic vigoris censuram peccatoribus exhibemus, ut tamen lapsis erigendis, & curandis vulneris bonitatis & misericordie Divinæ medicinam non denegemus.* Excusat se, quod se misceat alienæ Ecclesiæ. Affirmat se esse illum Episcopum, qui cum Stephano; tunc inter majores Romanæ Ecclesiæ Clericos constituto, & cum ejus Antecessoribus Cornelio & Lucio condiderit clemens in lapsos Decretum, ideoque hæc causam ad se pertinere. Hinc Gallicanæ Ecclesiæ lapsi: *Opitulationis solatium ab ipso exposcunt.* Hoc est, fratris apud Papam intercessionis auxilium. Nec aliud Cyprianus attentavit.

Secundus error est, quod Galli non solum Romani, sed etiam Carthaginensis Episcopi sententiam attenderint. Etenim qui sub cælo Canon sancit aut suadet Gallicanam Ecclesiam Romano Episcopo non aliter subjici quam Carthaginensi? Quæ sunt hæc paradoxa? Certè Sanctus Cyprianus agere debuit, & omninò egit cum Arelatensi Martiano, quomodo Acacius Constantinopolitanus Episcopus egit in Petrum Mogum Pseudo-Patriarcham Alexandrinum, de quibus Sanctus Gelasius Pontifex scripsit ad Orientales Episcopos: *Acacius Petrum petita Sedis Apostolicæ præceptione damnavit.* Et adjungit petitiæ præceptionis causam: *Nam cum Acacius nullo Privilegio fulciretur, ut de secunda Sede posset ferre iudicium, non potuit jure quemquam damnare.* Utiq; sine ista præceptione. Affirmat eandem esse rationem de Petri reparatione, & prosequitur: *Sicut ergo Acacius ante non prius damnavit, quam & referret & posceret Petrum Apostolica auctoritate dammandum, sic & in recipiendò modum servare debuisse, ut priusquam se ei communionem misceret, per Sedem Apostolicam posceret examinari eum, & legitima ratione purgari, cum nec examinandi, aut recipiendi eum haberet ipse Pontificium, & non nisi per illius Sedis auctoritatem consensumque hoc posset implere, sine cuius auctoritate non potuerat ipse damnare.* Cum enim consuet semper aut Sedis Apostolicæ auctoritate hujusmodi personas discussas, vel esse purgatas, etc. Extat epistola apud Jacobum Sironium post appendicem Theodosiani Codicis. Affirmat Petrum Mogum, alienæ Diocesis Episcopum & Patriarcham, licet manifestè hæreticum atque intrusum, ab Acacio nec damnari potuisse, nec

Christi Lupi Opera T. VIII.

reparari: Et Acacium adhuc Catholicum sensisse istud ipsum, utpote qui illum non nisi post petitam & obtentam Apostolicæ Sedis facultatem præsumpsit damnare. Addit semper fuisse ita factum, & istud certò constare. Esse omnibus exploratum Canonem Apostolicum.

Eodem sanè modo in Hæresiarum Nestorium processit Sanctus Cyrillus Patriarcha Alexandrinus. Dorotheus Martianopolitanus Episcopus, secundæ Mœsiæ Metropolita, in solemnè Constantinopolitanæ Ecclesiæ Synaxi coram Præsidente Nestorio, & omni adstante Clero ac Populo dixerat pro concione. *Si quis Mariam esse Deiparam dixerit, Anathema sit.* Anathematizavit totam Christi Ecclesiam, omnes ejus orthodoxos Episcopos, qui cuncti una voce profiterentur sacrosanciam Virginem esse Dei Matrem. Hinc gravissimè offensus Cyrillus scripsit: *Cum nos ipsi, qui etiam in vita manemus, ceterisque terrarum Orbis Episcopi, tum Patres quoque nostri, qui hinc jam olim ad Deum profecti sunt, Anathemate ab illo percussi sumus, quid vetabat & nos quoque vocibus illius contraria scribere, ac dicere; Anathema, si quis Mariam Deiparam esse negaverit? Verùm id hæcenus propter illum facere nolui, ne sint qui Episcopum Alexandrinum, Ægyptiamve Synodum Anathematis sententia in Nestorium tulisse, atque ita suæ potestatis limites transgressi dicerent.* Affirmat id spectare ad Occidentem Synodum, ad Episcopum Romanum. Uti Alexandrinum Episcopum ac Ægyptiam Synodum, ita Occidentem Synodum & Romanum Episcopum habet pro eisdem: Causa Præsidentia; Quod est notandum. Etiam in suis ad Sanctum Pontificem Celestinum litteris Cyrillus de multis Nestorii in se injuriis, de pertinacia in hæresi, de impudentibus ejus blasphemis plura refert, & concludit: *At quamvis res ita se habeat, non prius tamen illius communionem confidenter deserere ausi sumus, quam hæc ipsa Pietati tuæ iudicarem.* Plura sunt hujusmodi antiqua exempla. Eandem ergo regulam secuti sunt Gallicani Episcopi, & Sanctus Cyprianus: Martianum damnare non sunt ausi sine præceptione Stephani. Hinc Romanam retulerunt, & Pontificem urserunt.

Error tertius est, quod hæc Cypriani verba, *Quod necdum à nobis videatur absentus*, asserunt Gallicanis Episcopis fuisse aliquid dependentiæ à Carthaginensi. Etenim illa adhærent his præcedentibus: *Nè ultra Martianum Collegio nostro insultare patiantur.* Respiciunt avitum Ecclesiæ morem & Canonem, ex quo Patriarcha, ac præsertim Romanus Pontifex, super degradati à se Episcopi nomine per omnes Dioceses mittebat subscribendam Tractoriam, atque ita suum iudicium jubeat ab omni Episcopali Collegio confirmari. Damnatum à se Episcopum jubeat ab omnibus Collegis condemnari & abstineri. Hujus Canonis executionem fieri per Galliis rogat à Stephano Cyprianus, ut ita facinorosus Marcianus se videat absentem ab omnibus, etiam sibi subjectis Episcopis, ac proinde desinat toti per istam Diocesim Episcopali Collegio, ac præsertim subjectæ sibi Provinciæ furiosus insultare. Proinde voces, *A nobis*, non solos Stephanum

& Cy-



& Cyprianum, sed comprehendunt cunctos generatim Episcopos, ideoque Reverendus Pater Paschasius Quesnellus irrito conatu aliquid ex ipsis venatur. Fateor tamen Sanctum Cyprianum utpotè novæ in Lapsos clementiæ Authorem, singulariter in Martiani damnationem influxisse ac debuisse influere. Non ob suæ Sedis, sed ob singularem istius sui operis auctoritatem. Quare risu digna sunt hæc verba Quesnelli: *Quid porro Cyprianus de Pontificis Romani circa depositionem Episcoporum potestate senserit, non est hujus loci inquire. Satis clarè mentem suam aperit aliis in locis. Sufficit, quod ad rem præsentem spectat, probasse, nihil in causa Martiani posuisse Gallos à Stephano Papa, quod à Cypriano similiter non peterint, nihil Cyprianum scribi voluisse in Gallias à Romano Pontifice, quod ipse non scripserit; totamque demum causam Synodi Gallicanæ potestati fuisse restitutam.* Attamen hoc non est Romanæ Appellationis, sed primæ instantiæ exemplum, Evincit Gallicanos Metropolitans in prima etiam instantia, ideoque & Provinciales Episcopos in causis appellatis semper pleno jure spectasse ad Tribunal Romanæ Ecclesiæ.

Adducenda sunt & hæc R. P. Paschasii Quesnelli verba: *Vide quidem auctores nonnullos magni nominis hæc epistolam mirum in modum jactare pro suprema Pontificis Romani in Episcopos deponendos potestate. Quos emulatus, aut etiam prætergressus novitius quidam Scriptor multa oggerit, homine causis forensibus procurandis addidit digniora, quam in Theologia versato. Per istos magni nominis Auctores existimo intelligi Jacobum Pameium, ac Nicolaum Rigaltium. Hi enim ex hac epistola non jactant, sed demonstrant supremam Romanam Pontificis in deponendis Episcopis potestatem. Utriusque Scriptoris verba, profectò alta ac reverenda, adduxi superius. Nec dubitandum, quin Rigaltius, vir Laicus, ac Regii Tribunalis Præfectus, scripserit ex communi sensu totius Galliæ. Ex eodem sensu, & quidem per longè altiora verba, scripsit istius R. P. Paschasii Magister Dominus Petrus de Marca: *Summum jus Romanæ Sedis in sententia de rebus ad se relatis ferenda, disertissimis verbis Cyprianum agnovit. Quod evidentissimè patet in causa Martiani Arelatensis Episcopi, qui se Novattani, à Sacerdotibus Dei per totum Orbem abstanti, partibus adjunxerat. Faustinus Episcopus Lugdunensis, & suæ Provinciæ Co-Episcopi, qui Martianum Sacerdotio dejicere non poterant, quod alterius Provinciæ, nempe Narbonensis, esset Episcopus, hac de re Stephanum Papam Relatione sua monuerunt. Et post varia profecit: *Sed illustriora sunt verba quæ sequuntur, quibus decernendi & pronuntiandi de re proposita, juxta sententiam Gallicanorum, & Africanorum Episcoporum, potestas Romanæ Ecclesiæ asseritur, eique plenissima executionis cura demandatur. Adducit laudata Sancti Cypriani verba, & concludit: *Nulla industria Novatores hoc Cypriani testimonium elevare possunt. Futilis est enim illa responsio, non deponi à Stephano Martianum, sed deponendum declarari. Quin immò conceptis verbis Cyprianus exigit à Stephano, ut suis litteris Martianum damnet, atque ad eum substituendum decer-****

L. B. c. 10.

nat. R. P. Paschasius dignetur suum Magistrum attendere & imitari: Et ob ejus imitationem non reprehendere, ac elogiis insignire eruditum virum Joannem David.

## CAPUT VI.

Discutitur aliud, ex Sancto Cypriano adductum, Romanæ Appellationis Exemplum.

**B**asilides Asturicensis in Hispania, & Martialis Emeritensis ibidem Episcopus, ob Idolatriæ libellos ac alia crimina à suis Synodis degradati, Romam appellaverant, & per Sanctum Stephanum Pontificem fuerant reparati ac restituti. Et quidem Asturicensis in Basilidis appellantis locum elegerat & consecravit Sabinum. Emeritenses, Romanam Appellationem reveriti, videntur non superordinasse. Quidquid sit, per istam reparationem, & Reparatorum ad suas Sedes reditum turbata fuerunt istæ Ecclesiæ, & Sancti Cypriani Synodum consulere. Hæc litteræ perierunt, ipsarum tamen substantiam novimus ex Synodali Rescripto Sancti Cypriani: *Cum in unum convenissemus, legimus litteras vestras, quas ad nos per Felicem & Sabinum Episcopos nostros pro fidei vestræ integritate, & pro Dei timore fecistis, significantes Basilidem & Martialem libellis Idolatriæ commaculatos, & nefandorum facinorum conscientia vinculos, Episcopatum gerere & Sacerdotium Dei administrare non oportere, & desiderantes rescribi ad hæc vobis, & justam pariter ac necessariam sollicitudinem vestram vel solatio vel auxilio nostræ sententiæ sublevari.* Epistola enumerat utriusque degradati Episcopi facinora, & pergit: *Frustra tales sibi Episcopatum usurpare conantur, cum manifestum sit ejusmodi homines istæ Ecclesiæ Christi posse præesse, nec Deo sacrificia offerre debere. Maxime cum jam pridem nobiscum, & cum omnibus Episcopis in toto Mundo constitutis etiam Cornelius Collega noster, Sacerdos pacificus ac justus, & martyrio quoque dignatione Domini honoratus, decreverit ejusmodi homines ad penitentiam quidem agenda posse admitti, ab Ordinatione autem Cleri atque Sacerdotali honore prohiberi. Nec vos moveat, Fratres dilectissimi, si apud quosdam in novissimis temporibus aut lubrica fides mutat, aut Dei timor irreligiosus vacillat, aut pacifica concordia non perseverat. Et tandem concludit: *Quare etsi aliqui de Collegis nostris existuerunt, qui Deificam disciplinam negligendam putant, & cum Basilde & Martiale temerè communicant, conturbare fidem nostram res ista non debet, &c.**

Discimus hinc varia. Primò, quod Basilides & Martialis fuerint Romæ per Stephanum Pontificem reparati, & quod Stephanus ipsis ut integris Episcopis communicaverit, atque ut tales remiserit in suas Sedes. Item reducibus non dumtaxat Laici aut Clerici, sed etiam quidam Hispaniarum Episcopi plenè communicarunt. Quidam alii ipsos à Apostolicæ Sedi obrepisse, ideoque

que non admittendos, sed magis puniendos instarent, isti perrexerunt in suo opere, reveriti qualemque Romani Pontificis judicium. Perrexerunt & isti alii. Et ad hos Sanctus Cyprianus multis demonstrat damnatorum Episcoporum communionem esse contagiosam atque vitandam, & concludit: *Propter quod integritatis & fidei vestræ religiosam sollicitudinem, Fratres dilectissimi, & laudamus pariter & probamus, & quantum possumus, adhortamur litteris nostris, ne vos cum profanis & maculatis Sacerdotibus communicatione sacrilega miscatis, & ut sinceram fidei vestræ firmitatem religioso timore servetis.*

Secundò discimus fundamentum, ex quo quidam Hispaniarum Episcopi crediderint Basilidem & Martialem, licet criminum reos, fuisse per Stephanum legitimè reparatos. Discimus ex his verbis: *Cornelius Collega noster decrevit ejusmodi homines ad penitentiam quidem agenda posse admitti, ab Ordinatione autem Cleri atque Sacerdotali honore prohiberi.* Episcopi illi censentur nuperum clementiæ in Lapsos Decretum esse non pro solis Laicis, sed etiam pro Episcopis & Clericis, ideoque ipsos potuisse in sui quoque gradus communionem redintegari. Quod ipsum suadent hæc verba: *Præceptis Divinis necesse est obsequia nostra deseruiant, nec personam in ejusmodi rebus excipere, aut aliquid cuiquam largiri potest humana Indulgentia, ubi intercedit & legem tribuit Divina præscriptio.* Eodem errore laborarunt Antonianus & quidam alii intra Africanam Episcopi. Crediderunt istius Decreti vigore lapsum Episcopum Trophimum fuisse à Sancto Cornelio plenè reparatum, ideoque ipsum, utpotè Apostolicæ regulæ prævaricatorem, noluerunt agnoscere in Pontificem. Erat crassus error. Etenim Decretum omninò se extendebat etiam ad Clericos atque Episcopos. Verùm pro sola laica communionem.

Tertiò discimus causam, ex qua Hispaniarum Ecclesiæ in tanto dubio habuerint recursum ad Sanctum Cyprianum, ab ejus sententia expectantes auxilium aut solatium: *Quia videlicet ille fuerat istius clementis Decreti author, ideoque reperiri non poterat securior interpres.*

Audiendus est reliquus Sancti Cypriani contextus. Exponit Apostolicam Episcopalis electionis formam, laudat ipsam vigere in Hispaniarum Ecclesiis, & profecit: *Quod & apud vos factum videmus in Sabini Collegæ nostri Ordinatione, ut de universæ Fraternalitatis suffragio, & de Episcoporum, qui in presentia convenerant, utique de eo ad vos litteras fecerant, iudicio, Episcopatus ei deferretur, & manus in locum Basilidis imponeretur. Nec rescindere Ordinationem jure perfectam potest, quod Basilides post crimina sua detecta Romam pervensit, Stephanum collegam nostrum longè positum, & gestæ rei ac tacitæ veritatis ignarum sefellit, ut exambiret reponi se injustè in Episcopatum de quo fuerat justè depositus. Hoc eo pertinet, ut Basilidis non tam abolita sint, quam cumlata delicta, ut ad illa superiora peccata ejus etiam fallacia & circumventionis crimen accesserit. Neque enim tam culpandus est ille, cui negligenter obrepitum est, quam hic execrandus, qui fraudulenter obrepit.* *Christ. Lupi Opera T. VIII.*

*psit. Obrepere autem si hominibus Basilides potuit, Deo non potest. Sed nec Martiali potest profuisse fallacia, quo minus ipse quoque delictis gravibus involutus Episcopatum tenere non debeat, &c.*

Etiam ex his verbis plura addiscimus. Primò, Sabinum, novum Asturicensis Episcopum, fuisse à solis quibusdam presentibus Provinciæ Episcopis electum & consecratum, reliquos verò consensisse per litteras. Et hanc formam Sanctus Cyprianus affirmat esse Apostolicam. Est illa ipsa, quam postmodò instauravit & confirmavit quartus Canon Nicænus. Secundò discimus, quod Basilides & Martialis, à suis Synodis degradati, Romam appellaverint & accesserint, fuerintque per Sanctum Stephanum restituti. Tertiò, quod Stephanum per obreptiones circumvenerint, ideoque cassâ fuerit ista reparatio: *Quod ipsorum crimina non purgaverit, sed auxerit.* Quartò, quod Stephanus sibi obrepi negligenter permiserit. Quintò, quod Asturicensis Ecclesiæ Basilidis Appellationem speraverit ut frivolum, ideoque Sabinum sibi in novum Episcopum consecraverit. Sextò, quod Emeritensis Ecclesiæ sui Episcopi Martialis Appellationem fuerit reverita, atque ideo cessaverit à nova electione & consecratione. Et Sanctus Cyprianus videtur sensisse cum Asturicensibus. Ex quo discimus similem novi Episcopi creationem tunc fuisse accipiem: *Diversas & adversas de ipsa fuisse sententias. Quidquid sit, istud Cypriani iudicium Africana Ecclesiæ non fuit ample-*

xa. Etenim in litteris ad quosdam Donatistarum Episcopos Sanctus Augustinus Secundum Tigitanum Episcopum, Numidiæ Primatem; ejusque Synodum gravissimè arguit, quod damnato per ipsos Cæciliano Carthaginensi Archi-Episcopo, antequam ista damnatio confirmaretur per Romanam Ecclesiam, Majorinum superordinassent. Supponit hanc regulam isto etiam tempore fuisse certam apud omnes Afros: *Et Orthodoxos & Donatistas. Et loqui nequit ex Sardiceni Canone: Constat enim istos Canones Afri, etiam Sancto Augustino, fuisse ignotos. Et Sanctus Cyprianus videtur non negasse regulam: Videtur dumtaxat asserere, quod in Basilidis manifestè frivola appellatione non haberet locum. Eandem Romana Ecclesiæ semper tenuit constantissimè. Hinc de damnato, & suæ causæ defensore Evaristo Episcopo scripsit ad Sanctum Cyprianum Sanctus Cornelius Pontifex: *Evaristus autor Schismatis fuit, & Successor plebi, cui ante præfuerat, Zetus in locum ejus est Episcopus constitutus. Ex novi Episcopi constitutione concludit datum de Evaristo iudicium jam transiisse in rem judicatam, & nullum esse locum retractationi. Esse Apostolicum Canonem, suo loco demonstrabitur.**

Audiamus nunc Paschasii Quesnelli de his censuram: *Priori, per Provinciæ Synodum datæ, Sententiæ standum esse respondit Cyprianus, omisso Stephani iudicio, quod rescindere Ordinationem alterius Episcopi, in locum Basilidis substituti, jure perfectam non potuit: Basilides porro appellatione sua aliud non profecit, quam ut cumlaret delicta, & ad*

Epist. 162.

Epist. 48.

Et ad priora peccata ejus etiam fallacia & circumventionis crimen accederet. Respondeo aliud esse adverteri Romanæ appellacionis operi ac effectu, aliud ejus auctoritati. Non hoc, sed istud fecit Cyprianus. Stephani in datas contra Basilidem & Martialem à Provinciæ Synodo sententias auctoritatem palam profitetur, aut ipsarum cassationem affirmat factam per obreptionem, ideoque & appellacionem & Papale judicium rectè fuisse refutata ab Hispanis. Quod obreptio esset manifesta. Hinc enim scribit: *Quapropter cum, sicut scripsistis, Fratres dilectissimi, & ut Felix & Sabinus Collegæ nostri asseverant, utique alius Felix de Cæsar - Augusta, fidei cultor ac defensor veritatis, litteris suis significat, Basilides & Martialis nefando idololatriæ libello contaminati sunt, &c.* Tantis testimoniis Cyprianus fidem adhibuit, ideoque censuit Stephanum non sine potestate, sed per errorem judicasse. Quid Stephanus circa istos Episcopos egerit, non plenè constat. Certum est, quod ipsos non reparavit per potentiam, aut dispensatoriam gratiam. Hæc enim ignorabat istorum temporum immobilis disciplina. Certum item est, quod ipsos ob Appellacionis reverentiam revesiverit. Quid de Retractorio ad plenam reparationem judicio fecerit, aut faciendum sanxerit, ignoro. Quidquid sit, hoc exemplum manifestè ac firmè evertit commenta Paschafii Quesnellii.

## CAPUT VII.

Adducuntur alia antiqua Romanæ  
Appellacionis Gallicana  
Exempla.

Paschafius Quesnellus ad Romanas appellaciones à Gallia proficibendas adducit & alia exempla. Primum est Euphratæ Colonienfis Episcopi, Metropolitæ per secundam Germaniam, ab Agrippinensi Synodo degradati propter hæresim. Blasphemabat enim & docebat Christum Dominum fuisse purum hominem. Quesnellus adjungit: *Euphratas de sententia Synodi per appellacionem ad Sedem Romanam deferenda ne cogitavit quidem.* Respondeo non esse mirum. Constabat enim de crimine, & plena sententiæ justitia. De ipso enim edixit Sanctus Maximinus Treverensis Episcopus, primæ Belgicæ Metropolitæ: *Perditum & blasphemum Euphratam omnis Mundus jam ore Domini cognovit esse damnatum.* Et Severinus Senonensis Episcopus: *Constat Euphratam subscriptione Fratrum plurimorum in Spiritum Sanctum blasphemasse, negando Christum Deum.* Et Jesses Spirensis Episcopus: *Non solum Epistolis omnium Ecclesiarum, quæ audierunt Euphratam negare Christum Deum, sed ego ipse auribus meis audi vi sub præsentia Martini Consenioris nostri, & Meropii Presbyteri, & Victoris Diaconi. Victor Wortmatiensis Episcopus addidit reum fuisse multorum*

aliorum criminum. Proinde non Romanæ Sedis impotentia, sed manifesta sententiæ justitia Euphratam retraxit ab appellacione. In Gallia Christiana Fratres Sammarthani perperam affirmant illum damnatum ob Arianam hæresim. Etenim aliud in suo suffragio habet Valerianus Antistodorenfis Episcopus: *Euphratas, falsus Doctor, nondum tantum hominem asserit Christum.* Fuit è hæce Pauli Samosatensis, aut Marcelli.

Respondeo secundo non esse improbable, quod Euphratas appellaverit ad Romanam Ecclesiam, aut ad ejus gratiam suppliciter confugerit. Etenim sequenti post hanc Synodum anno, uti integer & Canonicus Episcopus, adfuit & subscripsit Sardicensi Concilio, ab eodem una cum Vincentio Capuano Episcopo Legatus ad Imperatorem Constantium, suppliciter relegatos ob Catholicam fidem Episcopos revocari in suos gradus & Sedes. Refert hæc in epistola ad suos Monachos Sanctus Athanasius, & adjungit ambos fuisse viros mirificos, promptos ad quodvis facinus. Et uti tales à Constante Augusto per litteras Fratri Constantio commendatos.

Euphratas fuit Arianis adeo odiosus, ut ipsorum apud Antiochiam Patriarcha Stephanus ipsi nocturnam meretricem sceleratissime immiserit; non ejus pudicitiam, sed famam devastaturus. Et impudens scortum adeo veneratum fuit viri dormientis faciem, ut mox fugerit è cubiculo, & multis clamoribus infames Stephani dolos propalaverit. Et sanè Synodales Legatos, qui Synodalia Decreta rogarent à Principe in executionem mitti, oportuit esse viros integerrimos. Proinde oportet Euphratam ab infami prioris anni apud Agrippinam judicio fuisse expurgatum plenissime, ac reparatum. Sancti Servatii Tongrensis Episcopi Acta affirmant in damnati Euphratæ locum fuisse mox ordinatum Sanctum Severinum. Oportet omnia hæc fuisse ex integro exsufflata. Et exsufflari non potuere, nisi per Sedem Apostolicam: Uti que ab Euphrata invocata. Aut hæc vera sunt, aut ista Colonienfis Synodus nequit, uti ejus Acta habent, fuisse celebrata anno quadagesimo sexto quarti sæculi. Certè postmodò, post Sardicensem Synodum, celebrari non potuit. Etenim Sancti Servatii Acta affirmant Euphratam præsentè Sancto Athanasio delirasse, adeoque & tunc temporis fuisse discussum Synodaliter, atque damnatum. Nempè dum post Tyriam Synodum à magno Constantino proscriptus Athanasius exulabat in Gallia, & qui post Sardicensem Synodum eò non rediit, nec potuit redire. Imperator quippè Constans tunc statim fuit occisus à Tyranno Magnentio, & Occidentis Imperium est devolutum ad Constantium, professum Athanasii adversarium, atque ita isthuc ille proficisci non poterat, nec esse securus. Proinde nec Agrippinensis Synodus potuit celebrari post Sardicensem. Quidam existimant Euphratam fuisse integerrimum semper Episcopum, ideoque hæc omnia esse spuria figmenta: Similia illis, quæ circumferuntur de Lapso Sancti Pontificis Marcellini.

Nec desunt fundamenta. Etenim nec Sanctus Athanasius, nec quis alius apud Antiquos athen-

thenticus Scriptor istorum meminit. Deinde quis credat tot & tantos istius Agrippinensis Synodi Episcopos circa Euphratam fuisse circumscriptos, ideoque ipsum provocasse ad Sedem Apostolicam, fuisse exsolutum à perperam injectis vinculis, & reparatum? Præsertim quia Synodalia Acta affirmant fuisse relapsum. Quomodo tanti viri adeo deviascent? Præterea gratiosam ac dispensatoriam lapsi, ac præsertim relapsi in hæresim Episcopi reparationem penitus ignorabat disciplina istorum temporum. Et quomodo per gratiam reparatus, ideoque delicti sui stigmata adhuc portans Episcopus fuisset per Sardicensem Synodum honoratus tam gloriosa Legatione, & adjunctus atque æquatus magno Capuanorum Vincentio? Quomodo Eusebiani, qui tanta clamant contra Marcellum, non plura clamassent contra Euphratam? Quomodo non clamassent esse relapsum Hæreticum, bis damnatum, ab ipso etiam Athanasio? Quomodo hæc omnia ipsi etiam Julio non impropersassent? Et certè Sanctus Severinus videtur Euphratæ tunc non successisse. Etenim hic Sardicam profectus est, & istic omnibus fuit in Episcopali gloria. Quæ omnia fortissimè suadent ista Agrippinensia Acta esse infirma & caduca. Est intricata quæstio. Et ejus decisio non est necessaria ad nostrum Propositum.

Paschafius Quesnellus pergit ad secundum exemplum: *Ab Arelatensi Synodo, quæ Paulinum Treverorum Episcopum Catholicum injustè deposuit anno trecentesimo quinquagesimo tertio, à Biterrensi anni trecentesimo quinquagesimo sexto, undè Saturnini Arelatensis opera Sanctus Hilarius in exilium pulsus est, & à Parisiensi anni trecentesimo sexagesimo secundo, quæ ipsum Saturninum damnavit, appellatum esse non apparet, licet injusta Paulini & Hilarii damnatio utriusque ad Romanum Pontificem confugiendi jus peculiare tribuerit.* Respondeo hanc fabulam sibi ipsi non cohæere. Etenim si Paulinus & Hilarius habuerint peculiare jus suam injustam damnationem referendi, ac item propter ipsam confugiendi ad Apostolicam Sedem, omnino potuerunt etiam appellare. Ista enim relatio & istud refugium fieri non poterant, nisi ad iniquum judicium circumducendum, & recuperandum Episcopatum: Quæ quid sunt aliud, quàm Romana appellatio?

Quæstio est. Quare non appellaverint? Quidam respondent ipsos fuisse non dumtaxat damnatos ab istis Synodis, sed insuper à Principe relegatos. De Paulini relegatione scribit ad Imperatorem Constantium Sanctus Hilarius: *Paulinum beatæ passionis virum, blandimento sollicitatum relegasti, & Ecclesiam sanctam Treverorum tali Sacerdote spoliasti. Ipsum usque ad mortem demutasti exiliis, & fatigasti. Extra Christianum quoque nomen relegasti: Ne panem aut de horreo tuo sumeres, aut de Montani Maximillaque antro profanatum expectaret.* Eum Constantius relegavit in Phrygiam: Et istic, quò hæreticis communicare compelleretur, circumscriptis intra civitates Montanistarum. Deinde eorum damnatio ac relegatio incidunt in annos, quibus deportati Liberii Pontificis Cathedram insedit intrusus Felix, cui nemo Catholicus poterat communicare. Hicce de cau-

Christ. Lupi Opera T. VIII.

sis aliqui censent neutrum ab iniquis damnationibus provocasse. Verùm hæc non concludunt. Istæ enim causæ impedire potuerunt appellacionis prosecutionem, non ipsam appellacionem. Hinc Romam appellaverunt etiam Sanctus Joannes Chrysostomus, ejus Successor Sanctus Flavianus, Eusebius Dorylæi, Theodoretus Cyri Episcopus, alique plures, quos Regiæ relegationis violentia impedivit à Romano accessu, & provocacionis prosecutione.

Proinde respondeo Sanctum Paulinum, itemque Sanctum Hilarium, de hisce suis damnationibus censuisse istud ipsum, quod de attentata in Sanctum Cyrillum per Joannis Antiocheni Factionem damnatione censuit in Ephesino Concilio Acacius Melitenensis Episcopus, secundæ Armeniæ Metropolitæ: *Fieri non potest, ut hi qui à Sancta Synodo desciverunt, & pravæ opinionis Nestorii se adjunxerunt, quidquam contra Ecumenicæ hujus Synodi Præsides audeant efficere, cum nullam omnino habeant auctoritatem.* Dixit istam sententiam fuisse non Episcopale judicium, sed hostile convitium, ideoque nulla opus fuisse appellacione vel abolutione. Et hanc Acacii assertionem confirmavit in relatione ad Sanctum Celestinum Pontificem plena Ephesina Synodus, scribens istam sententiam fuisse non dumtaxat iniquam, & à Canonibus discrepantem, sed insuper Contumeliam, utpotè attentatam citra quamvis potestatem. Idem de attentata per Nicænum Dioscori Patriarchæ Alexandrini Conventiculum in Magnum Papam Leonem excommunicatione judicavit in relatione ad Valentianum ac Martianum Imperatores universa Chalcedonenfis Synodus: *Dioscorus super alias suas nequitas adversus ipsam Apostolicam Sedem lavavit, & excommunicationis litteras adversus Sanctissimum Papam Leonem facere conatus est.* Hujusmodi Synodales Hæreticorum in Orthodoxos latratus sunt manifesta convitia & attentata, ideoque nulla appellacione indigent, nulla circumductione. Sunt incruenta persecutio, incruentum martyrium. Disertè hoc scribit ipse Hilarius in libello ad Imperatorem Constantium, quem ipsi apud Constantinopolim tradidit in proprias manus: *Episcopus ego sum in omnium Gallicarum Ecclesiarum atque Episcoporum communione, licet in exilio, permanens, & Ecclesia adhuc per Presbyteros meos communionem distribuens. Exulo autem, non crimine, sed factione.* Apud adversantem sibi Principem intrepidus adleverat se esse, non degradatum, sed exulem: Et quidem non crimine, sed factione. Se adhuc esse plenum Episcopum, & talem agnosci ab omnia Gallia: *Utpotè qui in omnium istic Episcoporum ac Populorum communione permaneat, eandemque per suos Vicarios Presbyteros pleno jure distribuat Pictaviensi Ecclesiæ. Gallicana Ecclesia norat avitam, postea à Pelagio primo Pontifice in litteris ad Narsetem Patricium laudatam ac expositam, Regulam, quæ per talia hæreticarum aut schismaticarum Synodorum facinora affirmat neminem à Sacerdotum Collegio, aut Christianitatis consortio separari, sed elongari à polluto ipsorum contagio. Eandem secutus fuit gloriosus Treverensis*

C 3 sum

sium Antistes Maximinus, dum in damnatum ab Eusebianis, & ab Augusto Constantio proscriptum Athanasium fecit, quod in Eusebiano Chronici supplemento laudat Sanctus Hieronymus: Maximinus Treverorum Episcopus clarus habetur, à quo Athanasius, dum à Constantio quaeretur ad penam, honorificè susceptus est. Eadem ex regula idem Hieronymus scribit in illustrium virorum Catalogo: Hilarius factione Saturnini Arelatensis Episcopi, de Synodo Biterrensi in Phrygiam relegatur. Addit in Dialogo contra Luciferos: Hilarius de prelio revertentem Gallicana Ecclesia complexa est. Circa omnem Appellationem aut revestitionem. Quod ipsum censuit omnis etiam Orientalis Ecclesia. Nam & Seleucienfis Synodus Sanctum Hilarium, licet damnatum & exulem, circa omnem absolutionem admisit ad eorumque atque suffragium.

Eadem est ratio Sancti Paulini. Imitatus est suum gloriosum Antecessorem Maximinum, ejusque Collegas, Hosium Cordubensem, Protogenem Sardicensem, aliosque plures, quos notat à crudelissima Philippo-Politani Conventiculi sententia nunquam appellasse. Quis enim appellat ab istiusmodi contumeliis? Hinc Paulinum Treverensium Ecclesia, quia vivum recipere non potuit, defunctum è Phrygia reportavit in Galliam, & uti canonicum Episcopum immo ut triumphantem Martyrem, gloriosè sepelivit.

Tertium Paschali Quesnellii exemplum est Hæresiarcha Priscillianus. Ejus Acta sunt breviter audienda. Sanctus Sulpicius Severus in Chronico affirmat à Prisciliano adhuc laico etiam Instantium ac Salvianum, Hispaniarum Episcopos, fuisse seductos, & pergit: Quo Adginus Cordubensis Episcopus comperto, ad Idatium emeritæ ætatis Sacerdotem refert. Igitur post multa inter eos certamina apud Cæsarem Augustam Synodus congregatur: Cui tum etiam Aquitani Episcopi interfuerunt. Verum Hæretici committere se iudicio non ausi. In absentibus tum lata sententia, damnati Instantius & Salvianus Episcopi, Elpidius & Priscillianus laici. Additum etiam: Ut si quis damnatos in communionem recepisset, sciret in se eandem sententiam promerendam. Hac sententia Instantius & Salvianus offensi Priscillianum ad ampliandas sui erroris vires creaverunt Episcopum Labensem, & Sanctus Sulpitius profequitur: Tunc Idacius atque Ithacius, Orthodoxi Hispaniæ Episcopi, acriter instare, arbitantes posse inter initia malum comprimi. Sed parum sanis consiliis seculares iudices adveniunt, ut eorum Decretis atque executionibus Hæretici urbibus pellerentur. Igitur post multa & fœda, Idacio supplicante elicitur à Gratiano tunc Imperatore Rescriptum, quo universi Hæretici excedere non Ecclesiis tantum aut urbibus, sed extra omnes terras propelli jubebantur. Quo comperto Gnostici diffisi rebus suis, non ausi iudicio certare, spontè cessere qui Episcopi videbantur, cæteros metus dispersit. At tum Instantius, Salvianus, & Priscillianus, Romam profecti, ut apud Damasum, Urbis ea tempestate Episcopum, objecta purgarent. Hi ubi Romam pervenerunt, Damasus se purgare cupientes, ne in conspectum quidem ejus admissi sunt. Regressi Mediolanum, æquè adversantem sibi Ambrosium repererunt. Tum

L. 2. c. 61.

vertere consilia, ut quia duobus Episcopis quorum ea tempestate erat summa auctoritas, non illuserant, largiendo & ambiendo ab Imperatore capita extorquerent. Ita corrupto Macedonio, tum Magistro Officiorum, Rescriptum eliciunt, quo calcatis quæ prius decreta erant, restitui Ecclesiis jubebantur. Ita Instantius & Priscillianus redierunt iactabundi in Hispaniam, & suas receperunt Ecclesias. In ipsispermanerunt usque ad invasum à Maximo Imperium, & Sulpitius profequitur: Ubi Maximus Oppidum Treverorum victor ingressus est, Ithacius ingerit preces, plenas in Priscillianum ac socios ejus invidiae atque criminum. Quibus permotus Imperator, datus ad Praefectum Galliarum atque ad Vicarium Hispaniarum litteris, omnes omnino, quos labe illa involverat, deduci ad Synodum Burdigalensem jubet. Ita deducti Instantius & Priscillianus. Quorum Instantius, prior iustus causam dicere, postquam se parum expurgabat, indignus esse Episcopatu pronuntiatus est. Priscillianus verò, ne ab Episcopis audiretur, ad Principem provocavit. Permissumque id nostrorum inconstantia: Quia aut sententiam in refragantem ferre debuerant, aut si hi ipsi suspecti habebantur, aliis Episcopis audientiam reservare.

Hæc postrema appellatio facta est anno tertio post mortem Sancti Damasi. Ejus meminit etiam Prosper in Chronico: Priscillianus in Synodo Burdigalensi damnandum se intelligens, ad Imperatorem Maximum provocavit. Audiusque Treveris ab Evodio Praefecto Praetorio, à Maximo gladio additus est. Omnem rei seriem edidit in suo Chronico Idacius Lemicensis Episcopus: Priscillianus declinans in heresim Gnosticorum, per Episcopos, quos sibi in eadem pravitate collegerat, Abiile Episcopus ordinatur. Qui aliquot Episcoporum Conciliis auditis Italiam petit & Romam. Ubi ne ad conspectum quidem S. S. Episcoporum Damasi & Ambrosii receptus, cum his, cum quibus ierat, redit ad Gallias. Inibi similiter à Sancto Martino Episcopo, & ab aliis Episcopis Hæreticus iudicatus, appellat ad Cæsarem: Quia in Gallis his diebus Maximus Tyrannus obtinebat potestatem Imperii. Rectè scribit Priscillianistas ab aliquot Synodis fuisse auditos in Hispania & damnatos. Et hi ab omnibus illis Romam appellarunt, atque accesserunt.

At longè aliud censer Paschasius Quesnellus. Etenim de postrema ad Imperatorem Maximum provocatione scribit: De Romano Episcopo ab alterutro appellato nulla mentio. Respondeo non esse mirum. Qua enim fronte scelerati homines, qui Sancto Damaso detecti non potuerant illudere seù obrepere, ideòque nec ejus faciem fuerant permitti videre: Qui insuper ad evadendum istud totius Hispaniæ ac Apostolicæ Sedis iudicium fecerant perfugium ad laicas Potestates, ipsas pecunia corruperant, atque ita rursus turbarant & macularant plures Ecclesias. Qua, inquam, fronte isti provocassent aut accessissent ad Successorem Siricium? Norant se per ipsum eodem modo tractandos. Hinc uti Gratiani Ministros auro depravarant, ita sperarunt & ipsum Maximum inescare, ideòque ad ipsum provocarunt.

Major est Paschali Quesnellii fiducia circa primam Appellationem. Querit, cur Sanctus Da-

Anno 386.

Cap. 21.

masus appellantes nec ad suam faciem admiserit? Et respondet rationem esse hæc Cæsar-Augustanæ Synodi verba: Si quis damnatos in communionem recepisset, sciret in se eandem promerendam sententiam. Respondeo hæc iterum olere Eusebianæ Factionis proterviam. Etenim & ista Factio Sanctum Julium Pontificem censuit cecidisse in infestam Sancto Athanasio damnationem, quod eum à se damnatum ille in communionem recepisset. Suarum Synodorum sententias censuit non posse devolvi Romam, nec istic retractari, longè minus corrigi aut exsufflari. Et quidem illi agebant de solis Patriarchalibus, aut totius Orientalis Ecclesiæ Synodis; at verò Paschasius Quesnellus scribit de Synodis Occidentalium Provinciarum, quas suo Patriarchæ subdi nemo est unquam inficiatus. Proindè Sanctus Damasus nequaquam timuit istud contagium, sed secutus est antiquissimum Romanæ Ecclesiæ morem, ex quo Sanctus Papa & Martyr Stephanus Sancti Cypriani, circa Baptismum errantis, Legatos Episcopos nec ad sermonem colloqui saltim communis admisit, & omne illis apud fideles interdixit hospitium. Ita in famosa sua epistola restatur Firmilianus, apud Cappadoces Archi-Episcopus Cæsariensis. Eodem modo Magnus Papa Leo tractavit Eutyrianos Legatos Alexandrinæ Ecclesiæ: Legati nec ad aciem usque salutationis admitti, sine aliquo effectu reversi sunt. Ita Dioscorus Presbyter & Chæremone Lector, ejusdem Ecclesiæ apud Constantinopolim Apocrifarii, questi sunt Cresconio & Germano Episcopis, istic Legatis Anastasii secundi Pontificis. Etiam de Petro Fullone, Antiochiæ Patriarcha, & Joanne Apamænsi Episcopo, Metropolita Secundæ Syriæ, Eutyrianis Hæreticis, scribit Narratio de Eutyrianæ perfidiæ successu usque ad damnatum Acacium Constantinopolitanum Episcopum: Acacius petit Apostolicam Sedem, ut si ad eandem confugerent, ne ipso quidem digni haberentur adpectu. Et de Sancto Agapeto Pontifice, Constantinopolim advecto, scribit in Breviario Liberatus Diaconus: Agapetus Antimi, Hæretici ac intrusi Constantinopolitani Patriarchæ, presentiam sprexit, eumque ad salutandum suscipere noluit. Et nullis Principum, ipsius etiam Augustæ Theodoræ Promissis, precibus, aut minis ad id se permittit inclinari. Et de Græcorum Episcopis, sibi circa tria famosa Capitula obedire detrectantibus, ad omnem Ecclesiam scripsit Vigilus Pontifex: Eos ulterius non permittimus esse nostræ communionis particeps, nec adpectus eorum oculi nostri receperunt. Hinc & Pyrrhus, Eutyrianus Constantinopolitanæ Ecclesiæ Antistes, à Sancto Abate Maximo convictus & confusus, humiliter supplicavit: Hoc unum & solum rogo, primum quidem ut merear Apostolica Delubra, magis autem ipsos Apostolorum Principes adorare. Deindè verò ut liceat sanctissimum Papam in faciem videre, eique libellum eorum, quæ absurdè gesta sunt, tradere. Et Sanctus Maximus, ac Gregorius Patricius responderunt: Quando tua propositio bona est atque utilis, sic fiat. Tunc Pyrrhus ex Africa portarunt Romam, & Sanctus Maximus pergit: In hanc celeberrimam Urbem Romam cum Pyrrhus ve-

nisset nobiscum, Promissum implevit, damnavitque impiæ Eusebii dogmata, ac se per rectam professionem cum sancta Ecclesia conjunxit. Et fuit admittus ad faciem Pontificis. Nemo Hæreticus, nisi post conversionem & solemnem Hæresis abjurationem, potuit unquam hanc videre. Et hanc regulam secutus est Sanctus Damasus in Priscillianum.

## CAPUT VIII.

Examinatur Imperatoris Gratiani Lex, quæ omnes Occidentalis Ecclesiæ Metropolitanas Episcopos iussit in prima etiam instantia iudicari à Romano Pontifice.

Zozimus Pontifex ad se traxit primam instantiam Proculi Massiliensis Episcopi, se novum secundæ Narbonensis Provinciæ Metropolitanam præcedentis, & de hac re scribit Paschasius Quesnellus: Hoc illustrissimus Petrus de Marca dicit actum esse Romæ post Gratiani legem promulgatam, quæ Romani Pontificis iudicio commiserat Metropolitanos, quamque merito iure non multi factebant Gallicani, utpote consuetudini Ecclesiasticæ, receptisque regulis adversam. Quidquid sit de hac lege, quæ Canonum sanctiones infirmare non potuit, non est cur nos Zozimi conatus iste plurimum sollicitet, &c. Anti-Papæ Ursicini, licet Coloniam Agrippinam relegati, Factio graviter vexavit Ecclesias. Plures Episcopos movit in rebellionem Romanæ Ecclesiæ. Hinc in Romana Synodo Sanctus Papa Damasus ab Imperatoribus Gratiano ac Valentiniano postulavit plura auxilia, inter quæ fuit & hoc: Jubere Pietas vestra dignetur, quicumque vel Fratris nostri Damasi, vel nostro iudicio, qui Catholicus sumus, fuerit condemnatus, atque iniuste voluerit retinere Ecclesiam, vel vocatus à Sacerdotali iudicio non adesse, accitus ad Urbem Romam veniat, aut si in longinquis Partibus huiusmodi emergerit questio, ad Metropolitanum deducatur examen. Vel si ipse Metropolitanus est, Romam necessario, vel ad eos, quos Romanus Episcopus Iudices dederit, contendere sine dilatione jubeatur. Et Principes in eadem verba rescriperunt. Paschasius Quesnellus cum Petro de Marca censet & Synodum postulasse, & Principes sanxisse contra Canones.

Respondeo hanc esse enormem contumeliam & in istam Synodum, & in istos Principes. Quæ contumelia major, quam tantum Pontificem, ejusque Apostolicam, cui Sanctus Ambrosius adfuit, Synodum de Apostolicorum Canonum infractione infamare? Apostolicum namque Canonem omnino laudat in relatione ad Sanctum Cælestinum Pontificem Ephesina Synodus, scribens contra Joannis Patriarchæ Antiocheni Factionem, ausam damnare Sanctum Cyrillum Patriarcham Alexandrinum: Si quibuslibet potestas fiat majoribus Sedibus contumeliam inferendi, & in illos, in quos nihil juris habent, sententias pronuntiandi usque adeo iniquas, & à Canonibus discrepantes, vel

potius

potius contumelias, in extremam confusionem res Ecclesiasticas delabentur. Quod ipsum in causa Aca-  
cii Constantinopolitani Episcopi scribit in litteris  
ad Dardaniam Episcopos Sanctus Gelasius, & suum  
Rescriptum fundat in hac generali Regula: *Ab  
Inferioribus Potior discuti non potest, aut judicari.*  
Etiam in Tomo de Anathematis vinculo scribit  
idem Pontifex: *Inferior Potiorem absolvere non po-  
test.* Addit hunc esse perpetuum Ecclesiae trami-  
tem. Est Apostolica regula, quæ Clericum à  
proprio Episcopo, Episcopum à Metropolita,  
Metropolitam à Patriarcha vel Exarcho, Exar-  
chum & Patriarcham semper jussit à Papa Syno-  
daliter judicari. Hinc in Ephesino Concilio ad-  
versus Joannem Antiochiæ Patriarcham, Syno-  
dali evocationi parere detestantem, dixit Juve-  
nalis Hierosolymæ Episcopus: *Oportebat Joan-  
nem confestim accurrere ad Apostolicam Sedem Magnæ  
Romæ nobiscum confidentem, apud quam mos est ex  
Apostolico ordine & traditione, ut ipsa Sedes Antio-  
chena dirigatur & judicetur.* Romanæ Sedi hac in  
parte adjunxit Apostolicum Hierosolymæ Thro-  
num. At ex proprio arbitrio: Quod fucaret suum  
ambitum. Ex isto Canone Pentapolitana Ægy-  
ptiæ Dioecesis Provincia suum Patriarcham  
Dionysium, profani Dogmatis suspectum, de-  
tulit Sancto Dionysio Pontifici: Et hic illum ju-  
dicavit. Hæresarcham Nestorium, quod Con-  
stantinopolitana Ecclesia tunc Patriarchalia jura  
ambiret, Sancto Cælestino Pontifici detulit San-  
ctus Cyrillus. Hujus Successorem Dioscorum  
Clerici Alexandrini accusarunt apud Sanctum Pa-  
pam Leonem. Plura sunt istiusmodi exempla.  
Arabici Canones Patriarcham à subdito Metro-  
polita nec accusari permittunt, nisi de consilio &  
assensu alterius Patriarchæ.

Ex eadem regula Metropolitanus à suæ Pro-  
vinciæ Synodo nunquam damnari potuit aut judi-  
cari, sed à solo Patriarcha aut ejus Synodo. Ita  
docet primus Canon Ephesini Concilii. Omnes  
quippe Episcopos, qui Synodo præsentem fuerant  
Joannis Antiocheni Patriarchæ Factionem secuti,  
damnat, & pergit ad absentes ejus Congregales:  
*Si quisquam Metropolita Provinciæ derelicta sancta &  
ecumenica Synodo aut accessit ad illorum defectionis  
Confessum, aut accedet impofterum, sive cum Cæle-  
stino sensit, sive sentiet, ipse nihil amplius poterit  
agere adversum Provinciæ Episcopos, ut qui jam  
indè à Synodo totius Ecclesiasticæ communionis expe-  
rit factus, & prorsus inutilis, sed & ipsis Episcopis  
illius Provinciæ, circumque vicinis Metropolitis re-  
cta sentientibus subjacebit, ut omnino dejectus à Se-  
de Episcopatus.* Ephesina Synodus fuit in duas  
partes lacerata. Et istorum, qui Hæresarcham  
Nestorium damnaverant, aut ejus damnationi  
accesserant atque subscripserant, Metropolitanus  
ac aliorum Episcoporum aliqui, à Joanne  
Patriarcha Antiocheno circumscripti aut seducti,  
post-modò verterunt vela, recantarunt sua suf-  
fragia, & ad Joannis factionem retrocesserunt.  
Hos castigat laudatus Canon. Et inter alias  
istiusmodi Metropolitanæ penas ponit, quod de-  
inceps suæ Provinciæ Synodo subfuturus sit, &  
ab ipsa judicandus: *Quia videlicet integer Metro-  
polita ipsi non subest, nec ab ipsa potest judica-*

ri. Hinc Edeffenæ Metropolis Clerici suam  
Episcopum Ibam accusarunt non apud Synodum  
suæ Provinciæ, sed apud *Magnam & sanctum  
Concilium*, Domni Patriarchæ Antiocheni. Ita  
habes in decima Actione Concilii Chalcedonen-  
sis: Et hujus nonus Canon sanxit Clericum apud  
Episcopum, Episcopum apud Provinciæ Syno-  
dum, Metropolitanam esse conveniendum apud  
Dioecesis Primatem, aut apud Episcopum Re-  
giæ civitatis Constantinopolitanæ.

Agit de Thraciæ, Asiæ ac Ponticæ Dite-  
cesios Metropolitanis, quorum Consecrationem  
Constantinopolitanus invaserat, & invadere mo-  
liebatur etiam judicalem in ipsos auctoritatem.  
Hoc Synodus noluit: Statuit Alternativam, pos-  
sitam in arbitrio Convenientis, Interim Metro-  
politam noluit judicari à sua Synodo. Quod  
ipsum confirmavit octava Synodus. Sanxit ut  
damnatus à Metropolita Episcopus provocet ad  
Patriarchale Caput, & adjunxit: *Insuper etiam  
nullo modo quisquis Metropolitanorum ab Episcopis  
Provinciæ suæ judicetur, sed à solo proprio Patriar-  
cha.* Idem habent Arabici Canones, & adjun-  
gunt: *Patriarcha querelam unius Archi-Episcopi de  
alio Archi-Episcopo non accipiat, nisi altero Archi-  
Episcopo ex Fratibus interveniente.* Ex simili ne-  
scio quo Canone Guntharius Colonienfis, &  
Thergaudus Treverensis Metropolitanæ, à Nico-  
lao primo Pontifice damnati, apud Ludovicum  
secundum Imperatorem conquefi sunt, quod  
isti iudicio nullus alter Metropolita adiuisset.  
Ex isto capite tentarunt iudicium exstinguere.  
Quæ omnia nequaquam ducunt originem ex lege  
Gratiani Principis. Hæc enim scripta sunt ad  
solam Occidentalem Ecclesiam, ad solum Pa-  
triarchatum Romanum. Nec item sunt novum  
jus: Sunt Canones innovantes ac stabiliantes  
Apostolicam traditionem.

Fateor tamen istos Canones quandoque non  
viguiffe in Gallia. Etenim tertia Aurelianensis  
Synodus Episcopis & Clericis rigidè interdicit  
omne extranearum mulierum contubernium,  
omnem præsertim carnis Lapsum, atque conclu-  
dit: *Metropolitanus, utique lapsus, à Compro-  
vincialibus suis distringatur.* Et quinta Synodus  
sanxit: *Si Metropolitanus à Comprovinciali Episco-  
po bis fuerit in causa propria appellatus, & cum au-  
dire distulerit, ad proximam Synodum, quæ consti-  
tuetur, negotium suum in Concilio habeat licentiam  
exerendi, & quidquid pro justitia à Comprovinciali-  
bus suis statutum fuerit, studeat observare.* Utique  
Metropolitanus. Quod ipsum repetit secunda  
Arvernensis Synodus. Paschasius Quæsnellus dat  
causam: *Gratiani legem merito jure non multi fa-  
ciebant Gallicani, utpotè consuetudini Ecclesiasticæ,  
receptisque Regulis adversantem.* Respondeo le-  
gem à Gallicanis Episcopis nec contemptam fuis-  
se, nec neglectam. Ea enim usi sunt sub Ponti-  
ficibus Innocentio, Zozimo, Bonifacio, Cæ-  
lestino, Sixto, Leone. Et ipsam ad Magni Leo-  
nis preces innovavit contra Sancti Hilarii novita-  
tes Valentinianus tertius. Neglectus igitur cau-  
sa fuit non legis ad Ecclesiasticam consuetudi-  
nem aut receptos Canones contrarietas, sed Gal-  
liæ invasores Reges barbari, qui suis Episcopis  
in-

interdixerunt Regni egressum, ac ipsum etiam  
Romanum accessum, eosque jusserunt esse con-  
tentos solis Relationibus. Ita testatur in litteris ad  
Romanos Senatores Faustum & Symmachum S.  
Avitus Archi-Episcopus Viennensis. Hinc Me-  
tropolitæ, ne sibi impunis foret delinquendi aut  
excedendi licentia, semetipsos suarum Provin-  
ciarum Synodis spontè submiserunt. Erat mani-  
festè contra Canones. Hinc unà cum multis  
aliis, per barbaros istos Reges intrusus, Eccle-  
siasticæ disciplinæ depravationibus morem istum  
abolevit, & Canonum vigorem reduxit Magnus  
Imperator Carolus, Reparator Gallicanæ Chri-  
stianitatis. Etenim in septimo Capitularium li-  
bro habemus: *Si adversus Provinciæ Metropolitanam  
Episcopum vel Clericum habuerit querelam, petat  
Primates Dioeceseos, & apud ipsum judicetur, aut  
apud Sedem Apostolicam.* Primates tunc habere  
incepit Gallia: Hinc Capitulum aliquos apud  
suum Primatem, aliquos Metropolitanas mandat  
apud Sedem Apostolicam judicari. Utique istos,  
qui non habebant Primatem. Est Canon Chal-  
cedonenfis. Hæc ejus verba, *Aut Sedem Regiæ  
urbis Constantinopolitanæ, Carolus transmutat in  
hæc: Aut apud Sedem Apostolicam.* Hanc hoc ex  
fictitia epistola, quæ passim adscribitur Sancto  
Julio Pontifici. Et hinc videmus, quod Hinc-  
marus Metropolita Remensis non cepit primus  
hunc antiquum Canonem introducere in Gallias.  
Nam & Adrianus primus, dum Bituricensem  
Cathedram reposuit in Metropolitanam dignita-  
tem, voluit ejus Episcopum deinceps judicari à  
sola Sede Apostolica. Eandem regulam habent  
Capitula, quæ Angilramnus Metensis Episcopus  
vel accepit ab eodem Pontifice, vel potius ipsi  
obtulit.

Canon tamen semper habuit exceptionem,  
quam in suo ad Ephesinam Synodum libello ad-  
duxit Charisius, Philadelphienfis in Lydia Eccle-  
siæ Presbyter: *Omnes qui rectè sapiunt, ita com-  
parati sunt, ut honorem semper, & quam decet ob-  
servantiam spiritualibus maxime Patribus & Docto-  
ribus deferre desiderent. Si verò illos, qui docere  
debent, talia de fide auditoribus insonare contige-  
rit, quæ omnium & aures & animos offendant,  
tunc sanè ordinem commutari necesse est, & pravæ  
doctrinæ Magistros à Subjectis reprehendi.* Excep-  
tionem in sua Romana, octavi Concilii Actis  
inserta, Synodo exponit Adrianus II. Pontifex,  
dicens de suo Antecessore Honorio, damnato ab  
Orientalibus: *Sciendum est, quia super hæresi fue-  
rat accusatus, propter quam solum licitum est Mino-  
ribus Majorum suorum motibus resistendi, vel pra-  
vos sensus liberè respuendi.* Quæstio est, quid hic  
intelligatur per reprehensionem ac resistantiam?  
Quidam censent intelligi solam facultatem accu-  
sandi, aut sanè se separandi ab errantis Prælati  
communione.

Respondeo tamen intelligi etiam facultatem  
judicandi. Quisque privatus, etiam Laicus,  
possit accusare Prælatum similem, ac ejus com-  
munionem deferere; subdita autem Synodus ha-  
bet auctoritatem ipsius etiam judicandi. Ita sub-  
jecta Antiochena Synodus damnavit ac ejecit  
suum Patriarcham Paulum Samosatensem. Et

Euphratam Colonia Episcopum, Metropolitanam  
secundæ Germaniæ, damnavit propria Synodus.  
Et de Cosma Epiphaniensi ac Severiano Arthu-  
ræ Episcopo, Severi Patriarchæ Antiocheni ma-  
nifesta hæresi offensis, scribit Evagrius Epipha-  
niensis: *Cosmas & Severianus primum se à Severi  
communione segregarunt, deindè libellum abdicatio-  
nis ad eum mittunt.* Non est dubitandum, quin  
iste libellus fuerit Synodalis, formatus ab aliqua  
Synodo. Similem Synodum laudat antiqua &  
authentica Eutyriani successus Narratio, scri-  
bens de ejusdem Sedis Patriarcha Petro Fullone:  
*Petrus, pulso Martyrio, Catholico Episcopo, per  
villissimum populum & hæreticos Sedem ipsius occu-  
pavit, continuoque est damnatus ab Episcopis, at-  
que à Leone Imperatore Oasim deportatus.* Hujus-  
modi Synodale iudicium præfati Antistites fue-  
runt in Severum executi.

Notanda tamen sunt verba Charisii: *Quæ om-  
nium & aures & animos offendant.* Esse debet ma-  
nifesta hæresis. Si dubia sit & palliabilis, opus  
est prævia Relatione ad Sedem Apostolicam.  
Hinc Dionysium, suum Alexandriæ Patriar-  
cham, Pentapolitanæ Provinciæ Episcopi non  
presumpserunt damnare, sed accusarunt apud  
Dionysium Pontificem: Quod nempe ejus error  
esset dubius, non manifestus. Eadem de causa  
Jubajanus, Pompejus, aliique per Africam Epi-  
scopi suum Primatem Cyprianum, prava de Ba-  
ptismate docentem, non invaserunt, sed detu-  
lerunt apud Stephanum Papam, quod ejus error  
haberet aliquid fundamenti. Item dum error esset  
dubius, subjecta Synodus semper sibi adscioavit  
aliquem æqualem, aut etiam majorem reo Me-  
tropolita, Primatem, aut Patriarcham. Ita An-  
tiochena Synodus contra Paulum Patriarcham,  
processura ad definitivam sententiam, adesse vo-  
luit Dionysium Patriarcham Alexandrinum, ac  
item Firmilianum Cæsaræensem in Cappadocia  
Episcopum, Exarchum Ponticæ Dioecesis. Et  
suum iudicium mox retulit ad Sedem Apostoli-  
cam. Ex eadem regula Colonienfis Synodus,  
missura damnationis manum in suum Metro-  
politam Euphratam, sibi adjunxit Maximinum Tre-  
verensem, & Valentinum Metropolitanam Arela-  
tensem. Et ex hoc fonte possit prodire Arabi-  
cus Canon, mandans Patriarcham aut Metro-  
politam non judicari, nisi præsentem alio Patriarcha  
aut Metropolita. Quod observatum voluit, et-  
iam dum Metropolita judicaretur à suo Patriar-  
cha. Præfata exceptionis ratio est clara. E-  
tenim manifestè hæreticus semetipsum damnat ac  
degradat. Est opus non iudicio, sed sola decla-  
ratione ac executione. Hanc Canones semper  
permiserunt etiam subjectæ Synodo.

Eadem fuit ratio de peccato idololatriæ. Hinc  
enim Martialem Emeritentem Episcopum, Me-  
tropolitam Lusitanæ, propria Synodus degrada-  
vit. Si tamen fuerit Metropolita. Etenim Fer-  
dinandus Mendoza, Joannes Mariana, ac alii  
Hispanicarum rerum periti, affirmant usque ad  
Imperatoris Constantini tempora nullos in His-  
pania fuisse Metropolitanos Episcopos, sed tunc  
istic viguisse Hierarchiam Africanam, quæ acce-  
ptæ Consecrationis ætate seniore faciebat Pri-  
ma-



matem Provinciae. Et ipsorum assertio habet fundamentum in Canonibus Illiberitanis. Antiquam formam insigniter exponit in litteris ad quosdam Donatistarum Episcopos Sanctus Augustinus, scribens adversus Secundum Tigistanum Episcopum, Numidia Primatem, ausum damnare Cæcilianum Carthaginensem Episcopum, Primatem totius Africae, quod diceret Ordinatam à Traditoribus. Cæcilianus ad Synodum evocatus adesse noluit, allegans Superiorem citari aut evocari non posse à Subditis. Hinc illum Secundus pro confesso habuit, & damnavit in contumaciam. Hunc impetum Augustinus graviter improbat, & adjungit Secundum debuisset ad suam Synodum perorare in hujusmodi verba: *Videtur Frater, post tantam stragem persecutionis misericordia Dei à Principibus sæculi pacem esse concessam, non debemus nos Christiani & Episcopi unitatem dirumpere Christianam, quam jam Paganus non insequitur inimicus. Itaque aut omnes istas causas, quas clades turbulentissimi temporis infligit Ecclesiae, Deo Judici dimittamus, aut si aliqui in vobis sint, qui certa istorum crimina ita noverint, ut ea facile valeant edocere, negantesque convincere, & talibus communicare formidant, pergant ad Fratres & Collegas nostros Transmarinarum Ecclesiarum Episcopos, & ibi primò de istorum Fidei & contumacia conquerantur, quod ad iudicium Collegarum Afrorum malè sibi consilii venire noluerint, & inde illis denuntietur ut veniant, ibique objectis respondeant. Quod si non fecerint, ibi eorum pravitas & perversitas innotescet, missaque, Tractoria super eorum nomine per totum Orbem terrarum, quocumque jam Ecclesia Christi dilata est, ab omnibus Ecclesiis eorum communicatio præcedatur, ne aliquis error in Cathedra Ecclesiae Carthaginensis oriatur. Tunc demùm securi Episcopum alium Plebi Carthaginis ordinabimus, cum à tota Ecclesia illi fuerint separati, nò fortè cum alius modò fuerit ordinatus, non ei communicetur ab Ecclesia Transmarina, quia iste ab honore depositus non videbitur, quem jam Ordinatam fama celebravit, & ad eum commearum communicatorias litteras fecit, atque ita magnum scandalum schismatis in unitate Christi jam pacatis temporibus oriatur, dum præproperè nostras volumus præcipitare sententias, & non contra Cæcilianum, sed contra Orbem terrarum, qui ei per ignorantiam communicat, Altare alterum erigere audeamus.*

Sanctus Augustinus docet varia. Primò, quod Africana Synodus Primatem suum Cæcilianum, si quidem ejus in traditionem Lapsus erat certus ac manifestus, potuerit evocare ad iudicium. Secundò, quod contumacem non potuerit cogere, nec damnare in contumaciam. Tertio, quod contumacem debuerit deferre ad tribunal Romanæ Ecclesiae. Quarto, quod Romana Ecclesia potuerit contumacem damnare, & super ejus nomine ad omnes sub cælo Ecclesias mittere damnationis Tractoriam. Quidam codices habent: *Tractoriam*. Est mendum. Hæc omnia fundantur in Cæciliani Primatu, propter quem non subdebatur isti Synodo. Quintò Augustinus docet quod antè confirmatam à Romana Ecclesia Cæciliani damnationem nequiverit procedi ad creationem novi Episcopi. Et addit causam:

Quia nempe ante istam confirmationem inflicta per Africanam Synodum degradatio non est firma, ideoque Sedes necdum censetur vacare. Traditio & per Traditores accepta Consecratio erant crimina capitalia graviora hæresi. Propter ipsa Cæcilianus poterat judicari à suis Subditis. Attamen Afrorum tanta erat in suum Primatem reverentia, ut ipsum subdita Synodus invitum non potuerit ad se trahere, sed contumacem debuerit Romam provocare. Et istam Regulam noscens Cæcilianus recusavit evocatus adesse. Maluit Romæ judicari. Ex eadem regula Carthaginensis Donatistarum Synodus in suum Primatem Primianum fecit, quod in quarto contra Cresconium libro scribit Sanctus Augustinus: *Synodus ad Primianum non semel, sed iterum ac tertio Legatos misit, ut si ad eos ipse venire nollet, ipsos ad se venire permitteret. Quæ omnia non fundantur in lege Imperatoris Gratiani, sed in Apostolico Canone per istam Legem innovato & confirmato.*

Ex his addiscimus causam, cur Narbonensis Provinciae Synodus suum Arelatensem Metropolitanam Martianum damnare non præsumperit: Cur item Sanctus Stephanus Pontifex in ipso damnando fuerit lentior, & per iteratas Sancti Cypriani litteras debuerit urgeri. Quia nempe palmare ejus crimen erat adhuc utcumque ambiguum, nec plenè exploratum. Clemens Sancti Corneli in Lapsos Decretum quidam Episcopi noluerunt admittere per hæreticam contumaciam, quidam per rigidam disciplinam. Nam & de clementi Sancti Zephyrini in Mæchos Decreto scribit ipse Cyprianus ad Antonianum Episcopum: *Apud Antecessores nostros quidam de Episcopis isthic in Provincia nostra dandam pacem Mæchis non putaverunt, & in totum penitentiae locum contra adulteria clausurunt, non tamen à Co Episcoporum suorum Collegio recesserunt, aut Catholica Ecclesie unitatem vel duritiam vel censuræ suæ obstinatione rupeverunt, ut quia apud alios adulterii locum contra adulteria clausurunt, non tamen à Co Episcoporum suorum Collegio recesserunt, aut Catholica Ecclesie unitatem vel duritiam vel censuræ suæ obstinatione rupeverunt, qui non dabat, de Ecclesia separaretur. Manente Concordie vinculo, & perseverante Catholica Ecclesie individuo sacramento, actum suum disponit & dirigit unusquisque Episcopus, rationem Propositi sui Domino redditurus.* Episcopi isti clemens Zephyrini Decretum non impugnabant hæretica duritia aut censura: Nequaquam censebant esse Divinae legis prævaricatorium. Censebant Mæchiam per Ecclesie claves post expletam poenitentiam posse absolvi: Attamen clementiam istam credebant suis populis non convenire. Populis, de quibus postmodò scripsit Sanctus Salvianus: *Tam impossibile est Afrum esse castum, quam Afrum non esse Afrum.* Hinc illi à communi Ecclesie Altari se non separarunt. Hæc ipsa sententiarum diversitas evenit Decreto Corneli. Nam & diù post Illiberitana Synodus quibusdam & Mæchis & Lapsis negavit extremum Sacramentalis Reconciliationis viaticum. Censuit antiquam disciplinam esse suis populis convenientiorem. Quod ipsum quidam Gallicani Episcopi adhuc cenueverunt multo tempore post Nicænum Concilium. Lucet ex litteris Sancti Celestini Pontificis. Porro qua sententia ageretur Martianus, videtur dudum

Judum latuisse ac fuisse obscurum. Hinc nec Synodus ipsum fuit ausa invadere, & Stephanus diffimulavit. Tandem ille palàm blateravit Decretum esse prævaricatorium Evangelici dogmatis, professus est se docere cum Novatiano, erexit novum Altare, evasit manifestus hæreticus. Tunc Stephanus prævenit Synodum, functus officio.

## CAPUT IX.

Discutuntur Joannis de Gerbais Sensa circa laudatam Imperatoris Gratiani legem.

**H**æc Lex mirificè ferit oculos novarum hodie vocum Authoribus. Eloquentissimus igitur ille Magister noster post impugnatam Valentianam tertii pro Magni Leonis adversus Arelatensem Hilariū Decretis legem pergit ac scribit: *Non plus habet roboris lex altera, quæ à Gratiano paulò ante ad Relationem Concilii, tum Aquilejensis, tum Romani, edita erat.* Adducit palmaria legis verba, & concludit: *Non habet, inquam, lex ista plus roboris, si fortè generaliter accipiatur. Nam & peccat ista quoque contra Canones, & quatenus Episcopos judicandos decernit à Damaso & quinque aut septem Episcopis, & quatenus Metropolitanos promiscuè Episcopi Romani, aut viro- rum ab ipso deputatorum iudicio planè subicit. Hic novarum vocum Dilector potius primas judicandorum instantias, quam judicatorum Episcoporum Appellationes vult Apostolicæ Sedi subripere. Cunctos à suæ Provincie Synodo, nullum vult posse à Papa damnari. Nec ipsos Metropolitanos. Hinc Augusti Gratiani legem censet impingere in Canones. Istud hominum genus tentat novam Hierarchiam fabricari, ideoque protèrvè asseverat, quod ante ipsorum Gloriosum Magister nemo sub Sole intellexerit Canones.*

Dico igitur istum eloquentissimum Magistrum hic labi in duos errores. Primus est, quod lex in Canones peccet, quatenus decernit Episcopos judicandos à Romano Pontifice cum consilio quinque aut septem Episcoporum. Lex enim sanxit de Suburbicariis Romanæ Provincie Episcopis, quorum Pontifex erat proprius Metropolitanus. Vastissima erat tunc ista Provincia. Omnis Italia non habebat nisi quatuor Metropolitanos: Romanum, Mediolanensem, Aquilejensem, & Calaritanum. Proinde tunc omnes à Liguria usque ad Jonium mare intra Italiam Provincie, ipsaque etiam Sicilia spectabant ad Metropolitanicam subjectionem Romani Pontificis, ac proinde nullus istic Episcopus judicari poterat, nisi per ejus Synodum. At verò hanc tantam Synodum adunare erat non parvi moliminis. Longè majoris, quam adunare aliquam Africanam. Hinc uti Africanani Canones degradandorum Episcoporum potestatem soli cum duodecim Episcopis Primati crediderunt, ita perpetua Italice consuetudo illam

semper permittit soli Pontifici cum consilio quinque aut septem Episcoporum. Non cum Concilio, sed cum consilio. Rationem dat in sua ad Orientales Clericos & Monachos Synodali epistola Sanctus Felix III. *Quoties intra Italiam propter causas Ecclesiasticas, præcipuè fidei, colliguntur Domini Sacerdotes, consuetudo tenetur, ut Successor Præsulum Sedis Apostolicæ es; persona cunctorum totius Italiae Sacerdotum cuncta disponat, qui Caput est omnium.* Affirmat in ista Synodo solum Pontificem sancire ac definire omnia, adfidentibus ei Episcopis esse consultivum dumtaxat suffragium. Affirmat hanc esse perpetuam consuetudinem, & adjungit ipsam fuisse confirmatam à Nicæna Synodo: *Utrique per sextum Canonem. Romanus igitur Pontifex subiectos suæ Metropolitanis Episcopos poterat etiam solus degradare: Attamen nè in mente aut effectu patereur aliquid humani, passim adhibebat quinque vel septem Episcoporum consilium. Et hanc consuetudinem Imperator Gratianus sua lege confirmavit. Quod contra Canones aliquid egerit, in nullius unquam mentem incidit.*

Alter, istius eloquentissimi viri error est, quod ista lex impegerit in Canones, quatenus Metropolitanus promiscuè Episcopi Romani, aut viro- rum ab ipso deputatorum iudicio planè subicit. Etenim lex nequaquam de cunctis sub cælo, sed de solis Romani Patriarchatus, præsertim tamen de Italiae ac Gallie Metropolitanis sanxit, ideoque est lucidissima observatrix ac executrix Canonum. Uti Metropolitanarum Consecratio, ita & prima de ipsorum delictis cognitio per Apostolicos Canones ac perpetuam consuetudinem semper spectavit ad Patriarcham, aut certè ad Primatem. At verò Romanæ Ecclesie Patriarchatus nullum olim Primatem habuit, nisi solum Carthaginensem, ideoque omnes per Illyricum, Italiam, Galliam, ac Hispaniam Metropolitanæ sine medio suberant Romanorum Episcopo: Proinde à nullo, nisi ab isto, aut ejus Delegatis poterant judicari. Hanc ejus perpetuam auctoritatem lex confirmavit. Quod contra Canones egerit, sapientissimus ille Magister dignetur suæ Rhetoricæ artis Auditoribus, non Ecclesiasticæ Hierarchie Peritis suadere aut prædicare.

Audiamus sequentia: *Sed neque etiam Gratianus mens fuit constitutionem istam generaliter proponere, quasi verè & pro locis omnibus, & in omne tempus valitura esset. Verùm ea dumtaxat cautum esse voluit, nè Ursicinus, qui Romanam Sedem Damaso invadebat, amplius quidquam moliretur contra Damasum: Non per se quidem, cum jam in exilio esset, sed per Episcopos, quos olim ordinaverat, & qui contempto Damaso, ac aliorum Episcoporum, qui Damaso favebant, iudicio Sedes suas impuè retinebant.* Eloquentissimus Doctor adducit verba legis, & concludit: *Itaque lex ad supplicationem hujusmodi lata, temporanea tantum fuit, atque ad id unum comparata, ut pax Ecclesie redderetur, quam turbabat Ursicinus, utque Episcopi, qui legitimis obtemperare iudicis recusabant, ad obsequium cogerentur.* Quod lex pro omnibus locis non fuerit lata, libens fateor. Jam enim professus sum esse latam pro solo Romano Patriarchatu. Præsertim

fertim pro Italia & Gallia. At quod lata non sit pro omnibus temporibus, est insignis error. Illa enim confirmavit, ac in executionem misit Apostolicum Canonem, quem Barbarorum violentiæ, licet pro tempore dissimulandum suaserint, non tamen potuerunt circumducere.

Proinde quod Apostolicus Canon, qui primam de Patriarchis, Autocephalis Exarchis, & Romani Patriarchatus, si solam forsitan domas Asiaticam, Metropolitans cognitionem privativè defert Romano Pontifici, etiam post istam legem semper vigerit, licet abundè demonstratum sit, ostendere placet aliis adhuc testimoniis & exemplis. Oportet penitus obstruere os loquentium iniqua. Memnon Ephesinorum Episcopus, ac Asiaticæ Dioceseos Exarchus, suum Presbyterum Bassianum ex quibus nescio causis non diligebat, ideoque ipsum, ut à suis amoveret oculis, reluctantem & recalcitrantem consecravit Evazorum Episcopum. At verò ille Thronum istum ascendere, immò & accedere penitus noluit, ideoque humilis & afflicus permansit Ephesi. Defuncto Memnoni successit Basilius, & de ipso Bassianus dixit ad Chalcedonensem Synodum: *Is evocans Concilium Provinciae, & agnoscens violentiam quam fueram passus, & quoniam machinatio fuerat, alium in illa civitate ordinavit Episcopum, mihi verò reddidit communionem & locum Episcopatus.* Communionem & locum yacantivi Episcopi. Bassianus pergit: *Contigit iterum & hunc vitæ finem suscipere, me autem cum multa necessitate & vi inthronizaverunt in eadem civitate Ephesi Populus & Clerus, & Episcopi, quorum unus Olympius Episcopus hic est.* Episcopus Theodosio-Politanus. Omnes post Sanctum Joannem Chrysostrum Constantinopolitani Episcopi tentaverunt Ephesinos Exarchos sua Autocephalia exuere, ac Regiæ civitatis Throno subijcere, atque ita sese evehere in Patriarchas. Et istic tunc sedebat Sanctus Proclus, laudati Joannis Diaconus, omniumque ejus Actorum acerrimus defensor ac Profecutor. Hinc ejus potentiam, qua novum Episcopum omnino erat consecrandum ad suas manus evocaturus, metuentes Ephesiorum Clerus & Populus, consecratum Bassianum exaltarunt, atque ita se præservandos sperarunt à multis contentionibus, à multo periculo suæ Exarchalis Autocephaliæ. Bassianus pergit: *Agnoscentes autem hæc piissimus noster Imperator, repente hoc confirmavit, & continuè per Communionem aperit declaravit, confirmans Episcopatum. Postea direxit iterum Sacram per Eustatium Silentiarium, quæ confirmaret Episcopatum. Veni autem in Regiam Constantinopolim, & suscipiens nos idem rerum Dominus, id est, me & eum, qui erat in Regia civitate, Episcopum Proclum, amicos nos fecit. Et communicavit cum eo, & cum omnibus Episcopis, qui tunc temporis sunt reperti. Et faciens Synodicam idem Sanctissimus Proclus direxit & civitati, & Episcopis, & Clericis.* Ex his docemur plura. Primò, quod Sanctus Proclus istam sine sua Patriarchali venia, seu prævia confirmatione factam Inthronizationem pessimè ceperit, ideoque & minatus sit Bassianum extrudere. Secundò, quod Bassianus Imperatorem Theodosium

de Ecclesiæ suæ dignitate, & ei donata per ipsos Apostolos Autocephalia intruxerit, atque ita binam sui Episcopatus confirmationem obtinuerit. Nempè tunc necdum prodierat vigesimus octavus Chalcedonensis Canon, ideoque Princeps judicabat juxta regulas antiquæ Hierarchiæ. Tertio docemus, quod Sanctus Proclus propter ista non cessaverit, sed constans perrexerit apud Pincipem urgere sua Patriarchalia Jura. Quarto, quod hæc omnia Bassianus timens tandem iverit Constantinopolim, & quod illic Princeps ipsum cum Proclo pacificaverit. Haud dubiè per aliquam, salvo utriusque partis jure, interlocutoriam transactionem. Quintò, quod hac via placatus Proclus ei dederit Synodicam, ejusque Episcopatum plenè confirmaverit.

Quæ omnia sunt planè verissima. Eis enim ad Chalcedonensem Synodum attestatus est Lucianus Byziæ in Europa Episcopus. Gloriosissimis iudicibus interlocuentibus, Reverendissimus Episcopus Bassianus edocuit, quis eum fecit Episcopum, præfatus Lucianus respondit: *Qui habuit jus, suscepit eum bonæ memoriæ Proclus. Et suscepit eum beatæ memoriæ Theodosius, piissimus Imperator: Et vocans eos amicos fecit.* Notanda sunt verba: *Qui habuit jus.* Affirmant illud in Ephesinam Ecclesiam, ac omnem Asiaticam Diocesim jus omnino competitisse Proclo, & Constantinopolitanæ Cathedræ, ideoque de legitima Bassiani promotione non esse dubitandum. Isti ipsi gloriosissimi Iudices Teodosio Assessores & Authores fuerant, ut ante Procli interventum Bassiano Episcopatum confirmaret: Utique juxta antiquos mores & Canones. Item ut Proclum cogeret ad faciendam præfaram interlocutoriam transactionem. Hinc Lucianus eos intrepidè notat: *Affirmat plenum istius rei Jus Constantinopolitano Throno competere. Nempè erat in ipsa Europæ Provincia Episcopus, ideoque mordicus stabat pro istis rapinis Constantinopolitanorum Antistitum.* Et hinc ejus testimonio non fidentes Gloriosissimi Iudices perrexerunt: *Si Proclus sanctæ memoriæ suscepit Bassianum Reverendissimum Episcopum, & communicavit ei tanquam Episcopo Ephesiorum Metropolitans, Reverendissimus Clerus sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ nos edocuit.* Et Theophilus istius Ecclesiæ Presbyter respondit: *Ut coram Deo, & suscepit eum sanctæ memoriæ Proclus communicantem, & Synodalibus literis honorans dimisit eum ad Ephesum, & in Diptychis posuit ejus nomen, & recitabatur usque ad medicum ab hinc tempus.* Et cunctus ejusdem Ecclesiæ Clerus confirmavit Theophili testimonium. Et tanta autoritate munus Bassianus per quatuor annos in plena pace sedit Episcopus.

Verum hæc omnia gravissimè displicuerunt pluribus Asiaticæ Dioceseos Episcopis, pluribusque Clericis Ephesinæ Ecclesiæ. Indignissimè ferebant à Sancto Paulo Apostolo fundatam, & à Sancto Joanne Evangelista dudum directam Ephesiorum Ecclesiam spoliari sua Autocephalia, & violenter captivari, ac traduci in servitum Constantinopolitanæ Cathedræ. Ista rapinas & Apostolicorum Canonum prævaricationes noverant per omnia displicere Romanæ Ecclesiæ,

ac præsertim sedenti tunc zelosissimo Pontifici Magno Leoni. Noverant similes Juvenalis Hierosolymitani Episcopi, quas per Ephesini Concilii Autoritatem stabilire tenaverat, in Antiochenum Patriarchatum rapinas fuisse ab ipso, licet tunc duntaxat Archi-Diacono, potentissimè excussas & exsufflatas. Noverant Autocephalorum Exarchorum Episcopalem confirmationem, & primam de ipsorum Consecratione ac quibusvis causis cognitionem privativè ac sine medio spectare ad Romanum Pontificem. Hinc igitur suum Archi-Episcopum Bassianum, ejus illegitimam inthronizationem, invalidam à Sancto Proclo confirmationem, alioque ejus defectus & excessus detulerunt & accusarunt apud Magnum Leonem. Eum accusarunt, quod non ab Episcopis impositus, sed à Gladiatoribus, Arenariis, aliisque id genus violentiis fuisset coniectus in Episcopalem Thronum. Et de accusationis successu in Chalcedonensi Synodo ad Gloriosissimos Iudices dixit ejus Successor Stephanus: *Et pro hoc expulsus est à Sanctis Patribus, à Sanctissimo Regiæ civitatis Romæ Leone, à Beatissimo Sanctæ memoriæ Flaviano Constantinopolitanæ Urbis, & ab Alexandrino & Antiocheno. Ab his expulsus est. Romanus Episcopus eum deposuit, & Alexandrinus eum damnavit. Videat vestra Magnificentia epistolam scriptam à Sancto Leone.* Et ad ulteriorem Gloriosissimorum Iudicum interrogationem denuò reposuit: *Relatum est ab Episcopo Alexandrinæ civitatis, Sanctissimæ memoriæ Theodosio Principe scribente illuc. Allata sunt etiam litteræ à Beatissimo & Sanctissimo Papa Romano, quatenus istum esse non oporteret Episcopum. Et manifestæ sunt litteræ. Jabeto venire Notarios.* Et rursum dixit ad omnem Synodum: *Sanctissimus Archi-Episcopus Romanus Leo hunc deposuit, quoniam præter Regulas factus est.* Et istam Romanæ Ecclesiæ autoritatem, istudque Magni Leonis Judicium, & Dioscorus Alexandrinus, & Domnus Patriarcha Antiochenus, & Sanctus Flavianus, qui Sancti Procli Presbyter fuerat, agnoverunt, comprobaverunt, & miserunt in plenam executionem. Etenim Ephesino Latrocinio non Bassianus adfuit, sed Successor Stephanus. Quin immò Dioscorus videtur fuisse Author totius negotii. Etenim Constantinopolitanorum Episcoporum rapinas pessimè oderat: Hinc videtur Ephesinæ Ecclesiæ Episcopos & Clericos instigasse, ut Bassiano datam à Sancto Proclo Episcopalem confirmationem accusarent apud Pontificem. Istud iudicium etiam probavit omnis Chalcedonensis Synodus. Etenim Bassianum pronuntiavit legitime abjectum ac degradatum. Nempè tunc necdum ediderat vigesimum octavum Canonem, ideoque norat primam de Ephesino Exarcho notitiam, ejusque Episcopalem confirmationem, non ad Constantinopolitanum Episcopum, sed privativè sine medio spectare ad Pontificem Romanum: Ex Apostolico Canone. Nam & Sanctus Victor Pontifex primæ instantiæ iudicium exercuit in Ephesinum Polycratem. Laudata Sancti Leonis epistola, dum è latebris apparuerit, poterit nos plura docere.

Christ. Lupi Opera T. VIII.

Eundem Apostolicum Canonem novit & observavit Timotheus Salophaciolus, Patriarcha Alexandrinus, de quo ad Acacium Constantinopolitanum Episcopum scripsit Sanctus Simplicius Pontifex: *Frater & Co-Episcopus noster Timotheus, persecutione probabilior factus pristini non immemor Instituti, per Fratrem & Co-Episcopum Isajam, & filios nostros, Nilum Presbyterum, & Martyrium Diaconum Alexandrinæ Ecclesiæ, solennia Scripta direxit, quibus & illud, quod ante perterritus de Dioscori nomine fecerat, se destruxisse memoravit, & remissionem ipsius erroris expetit, nosque de quiete fecit Ecclesiæ gratulari, expertus erga se, quod in eo tunc reprehendimus, non inultum, & reconciliatum sibi nunc Divinæ miserationis affectum.* Et in alia ad eundem Acacium epistola: *Sicut in reditu Fratris & Co-Episcopi nostri Timothei gratulamur, ita eum commoneute Dilectione tua cupimus irreprehensibilem reperiri. Quia meministi eum jamdudum fidelis Præfatus non habuisse constantiam, quando ei, ut damnati Dioscori nomen inter Altaria recitaretur, extortum est.* Ex Alexandrino Clero & Populo plures Chalcedonensem sui Patriarchæ Dioscori degradationem contumacissimè averfabantur. Hinc enim Sanctum Proterium, quem in illius adhuc viventis, & apud Gangras in Paphlagonia exulantis, locum Orthodoxi consecraverant, illi crudelissime in quinta sancta feria, in ipso Baptisterio trucidarunt. Hoc ipsum sibi metuens Proterii Successor Timotheus Eutychnianis Dioscori dilectoribus benignissimum se exhibuit, & ad ipsos placandos damnati ac hæretici hominis nomen reddidit sacris Ecclesiæ Tabulis, atque ita professus est ipsum, & vivum & mortuum, fuisse semper legitimum Episcopum, ac iniquè damnatum. Existimabat esse dispensatoriam pacis ac publicæ quietis fibulam. At erat gravissimum ac varium delictum. Manifesta damnatio Chalcedonensis Synodi, & contagiosa communio cum hæretico nomine. Hinc ipsum Simplicius graviter increpavit, minatus graviora: *Degradationem. Verum ille prævenit Justitiam, errorem agnovit & correxit, rasi Dioscori nomen, humiliter postulavit veniam, pollicitus meliora.* Et suis precibus adiutorem adhibuit Acacium Constantinopolitanum Episcopum, tunc adhuc sanum & integrum, ideoque verbo & opere potentissimum apud Romanam Ecclesiam. Ambo profitebantur ad ipsam spectare istud iudicium. Hinc enim de Timotheo Pontifex dicit: *Pristini non immemor Instituti.*

Ex eodem Canone Orientales Archi-Mandritæ & Monachi adversus Anthimum Trapezuntis Episcopum, qui hæretico Theodoræ Imperatricis favore nixus semetipsum in Regiæ civitatis Cathedram intruserat, & occultè fovebat Eutychnianam hæresim, scripserunt ad Imperatorem Justinianum: *Misi Deus huic civitati Agapetum, Pontificem antiquæ Romæ, in depositione Antimi, tanquam olim Petrum Magnum Apostolum Romanis in depositione Simonis præstigiaturum. Iste verò honorabilis vir, sciens per libellos plurimorum nostrorum ea, quæ inique contra Ecclesias præsumpta fuerunt, ea ipsa visu semel accipiendo, neque ad visum susci-*



perere voluit Anthimum, furentem adversus Canones, sed hunc iustè eiecit de Sacerdotali Sede hujus civitatis, & opitulante ac adjuvante Catholicam fidem ac Divinos Canones vestro Imperio, praefecit ipsi Ecclesiae Sanctissimum Mennam rectae fidei, & pudicae vitae, & honestae conversationis, & infirmantium in injuncta sibi dispensatione approbatissimum. Praeterea rursus de Anthimo libellos, & Episcopi Palaestini in civitate congregati, & alii Orientales, & Legati aliorum Pontificum, & nos ipsi postulavimus Anthimum Episcopum Trapezuntinum, quae perpetravit, facere per libellum nota Sedi Apostolicae, & liberare se ipsum ab omni haeretico errore, & proficisci ad Ecclesiam Trapezuntinam. Aut si hoc non velit, fauliter condemnetur, & omni dignitate & operatione Sacerdotali nudetur, sicut Sanctus Caelestinus fecit contra impium Nestorium.

Affirmant varia. Primò, quod Sanctus Agapetus Pontifex Constantinopolim venerit ad Imperatorem Justinianum. Occasionem & scopum exponit in Breviario Liberatus Diaconus. Secundò, quod tunc praefatus Anthimus incubaret Constantinopolitanam Ecclesiam, homo versutus ac dolosus. Etenim licet pessimus Eutychnista, putatus fuit tantus Catholicae fidei Afferor, ut in Constantinopolitana Collatione fuerit unà cum Hypatio Ephesino, Demetrio Philippicæsarænsi, & aliis sanctissimis Episcopis assumptus ad disputandum contra Episcopos Severianos. Tertio, quod hæc utcumque sciens Pontifex hominem statim averfatus fuerit, nequidem dignatus admittere ad suum conspectum. Quarto, quod hæc omnia videntes, & hac optima occasione usi Orientales Archi-Mandritæ ac Monachi, Agapeto exhibuerint libellos supplicantes ex Regiæ civitatis Throno Anthimum haereticum ejici, ac imponi virum orthodoxum, verum Episcopum & Pastorem. Quintò, quod Agapetus libellos & causam admiserit, suumque Tribunal in ipsa Regia civitate erexit, judicialiter procedens contra Anthimum. Sextò, quod ipsum propter illegitimum contra Canones transitum deiecerit, atque ita ex Constantinopolitano Patriarcha jussit denuò esse Trapezuntinum Episcopum. Septimò, quod mox in ejus locum propriis manibus consecraverit Mennam Presbyterum, Praefectum pauperibus infirmis. Octavò, quod tunc Monachi non cessaverint, sed adversus ipsum perrexerint agere, uti contra haereticum. Nonò, quod hanc Actionem non apud Amasenum Episcopum, Trapezuntini Metropolitanam, instituerint, sed continuarint apud Agapetum. Decimò, quod hæc omnia non soli ipsi Archi-Mandritæ ac Monachi egerint, sed insuper plures Hierosolymitani, ac Antiocheni Patriarchatus Episcopi, nec non & ipse Imperator Justinianus.

Ex quibus discimus praesertim tria. Primò, quod prima de Constantinopolitani Patriarchae promotione ac excessibus cognitio privatè spectet ad solum Pontificem. Secundò, quod Papa, dum illum degradat, suo jure possit consecrare Successorem: Tertio, quod etiam prima de aliis, tam Provincialibus quàm Metropolitanis, Orientalium Episcopis cognitio, licet fieri possit

per Patriarcham & Metropolitanam, devolvi possit etiam ad Papam. Quod sit alternativum jus, ideoque accusator habeat electionem praesertim in causa fidei. Et hinc novus Patriarcha Mennas unà cum Romanæ Ecclesiae Apocriariis ac Legatis perrexit adversus Anthimum, & uti haereticum degradavit. Etiam Severum Antiochenum, Petrum Apamæensem, ac Zoaram Monachum. Quae omnia Mennas suæ Sedis autoritate palàm non potuit, sed propter adfidentes Legatos Romanæ Ecclesiae. Ita ipse in sua Synodo est assidue professus. Et Synodalia Acta profitentur Sauctum Caelestinum Pontificem ista sua autoritate egisse in Nestorium, ac ipsum degradasse. Quod ipsum constanter professus est Ephesina Synodus.

Quod eadem potestate in cunctos Romani Patriarchatus Metropolitanas non solus Damascus sit usus, sed omnes etiam Successores constanter uti perrexerint, ostendi possit multis, in superiori capite non adductis, aliis exemplis. Quod ista forma in Gallicanis Ecclesiis usque ad barbaros Reges constanter viguerit, licet ex Decretis Sancti Hilari Papæ. Etenim nescio quis Hermes, ad Biturrensis Ecclesiam electus & consecratus, & ab ipsa inique rejectus, nescio quo iniquo modo invasit, aut impositus fuit in Cathedram Narbonensis Metropolis. Hinc ad Leontium Arelatensem Archi-Episcopum suum in Gallia Vicarium, Hilarus scripsit: *Miramur Fratemitatem tuam ita legis Catholicae immemorem esse, ut quaeque iniqua, & contra Patrum nostrorum Statuta in Provincia, quae ad Monarchiam tuam pertinet, si ipse aut non vis aut non potes, etiam nec nos silentii tui taciturnitate permittas corrigere.* Compendio exponit Hermetis excessum, & adjungit: *Quam rem decuerat Sanctitatem tuam, ut nobis è vestigio indicaret.* Affirmat quod Leontius debuerit Hermetem aut statim corrigere per vices Apostolicas, aut certè corrigendum referre Pontifici. Nempè quia Hermes erat Metropolitanus. Undè & Pontifex ipsum correxit. Etenim dispensatorie confirmavit in Narbonensi Cathedra, sed sub hoc pœnali moderamine: *Ei qui nunc Ecclesiae Narbonensi praesidere permittitur, Ordinandum Episcoporum, ob hæc, quae prave facta sunt, iustissimum potestatem, quam ad fratrem & Co-Episcopum nostrum Constantium, Ucticæ Ecclesiae Antistitem, quia ævo honoris Primas esse dicitur, pertinere censuimus.* Tractavit Hermetem, quomodo à Bonifacio & Caelestino, & nescio quo alio Pontifice tractatos fuisse Antonium Fussalensem, & tres alios in Mauritania Caesarensi Africanos Episcopos, testatur in litteris ad laudatum Caelestinum Sanctus Augustinus. Ejus Metropolitanam potestatem insigniter circumscripsit & mutilavit. Etiam Mamerti Viennensis Metropolitanæ contra Arelatensem Metropolitanam excessus, quod Leontius Vicarius in hac causa esset pars, ideoque congruè non posset Judicem induere, Diensis Ecclesia retulit ad Hilarum, & ipse illum judicavit, compescuit, atque correxit.

Etiam nata inter Aeonium Arelatensem & Hefychium Viennensem de Metropolici juris limitibus ac modo controversiam isti ipsi Metropolitanæ retulerunt Romam, & Symmachus Pontifex hæc

Epist. 7.

Epist. 8.

Epist. 26.

hæc Aeonio rescriptit: *Ne facillè alterius partis absentia prejudicialiter videamur aliqua decrevisse, id magis duximus ordinandum, ut Fratemitas tua competenti tempore de Ecclesiastico ordine instructum non moretur de omni causa dirigere, qui apud nos totius veritatis causæ competenter alleget, quatenus pertractatis omnibus, quod statuendum est, sub liberationis robore sanciat. Illud etiam Dilectionem tuam facere debere praecipimus, ut Fratrem & Co-Episcopum nostrum Viennensis urbis Antistitem misso Nuntio & scriptura commoneat, ut is quoque constitutis diebus hominem proprium dirigat, qui partis ejus allegationes competenter insinuet, ut depromptis ab utraque parte suggestionibus, quae in perpetuum servanda sunt, securius disponantur.* Ecce non dumtaxat ad Retractatorium appellatæ causæ Judicium, sed etiam ad primam Instantiam Pontifex utrumque Gallicanum Metropolitanam, aut certè ipsorum Vicarios evocabat Romam, atque illic discutiebat causam, ac desinebat. Et quod nemo tunc intercesserit Gallicanus Episcopus, licet ex superius adductis Sancti Aviti ad Romanos Senatores epistola. Sanctus namque Avitus fuit Hefychii Successor & filius, ideoque omnia scripsit ex Patris sui sensu. Plura sunt istiusmodi Gallicana exempla.

Proindè certum est, quod injecta per barbaros Reges calamitas coeperit hanc Apostolicam formam mutare. Hinc mutationem meritò profcripsit, & avitos Canones reduxit Imperator Carolus Magnus. Quin & antè Imperium, dum Tilpinum admovit Rhemeni Throno, istius Ecclesiae Privilegia, in Sancto Rigoberto per Carolum Martellum graviter læsa, curavit per Adrianum primum Pontificem innovari & confirmari: Inter quæ erat, quod Rhemensis Archi-Episcopus per nullum, nisi per ipsum Romanum Pontificem, posset judicari. Pontificium Diploma exstat apud Flodoardum in historia Rhemensis Ecclesiae. Sic Caroli Successor & filius Ludovicus Pius Fortunatum Gradensem Archi-Episcopum, licet læsæ Majestatis reum, Romam misit à Papa judicandum. Ita habes apud Annales Eginardi. Hinc & Theonis-Villana Synodus Ebbonem Rhemensem Archi-Episcopum, quod non nisi per Papam aut ejus Vicarios judicari posset, induxit ad cendum Episcopatum. Ita docent Acta de ejus depositione. Posterioribus etiam sæculis Sanctus Thomas, Cantuariensis Archi-Episcopus & Martyr, dum à suis Suffraganeis & Regni Proceribus damnaretur, proclamavit adversus Attentionem, contestans esse inauditam audaciam. Exstat Alexandri III. Pontificis ad istud Athletam epistola, qua constanter affirmat istud iudicium contra Patrum Statuta, contraque Divinas ac humanas leges fuisse praesumptum.

Omittere non possum Magnum Gregorium. Fuit rigidissimus Apostolici hujus Canonis observator ac executor. Etenim Sardiniae Episcopis ferriò præcipiens, ne sine sui Metropolitanæ Formata quoquam irent, adjungit: *Nec eum postponere in alio quo praesumatis, excepto si, quod non optamus, contra eundem Metropolitanum vestrum aliquid causæ vos habere contingat, ut ob hoc Sedis Apostolicæ iudicium Christi. Lupi Opera T. VIII.*

Lib. 2. Cap. 17.

A. 824.

Lib. 1. Epist. 40.

Lib. 7. Judic. 2. Epist. 8.

requiritis. Etiam quidquid contra Maximum Saronitanum Episcopum, Dalmatiae Metropolitanam potenter egit, egit in prima Instantia. Eodem modo nisi sacrarum Iussionum violentia obstiteret, parabat agere in Severum Gradensem. Et Adrianum, Thebanæ in Thessalia civitatis Episcopum, nec per Larissæ Metropolitanam, nec per ipsum primæ Justinianæ Primatem, sed per solam Apostolicam Sedem aut ejus Delegatos judicari voluit, eò quod illum ac ejus Ecclesiam Pelagius II. exemisset ab omni eorum potestate, ac suæ Sedi immediatè suppositisset. Ejus ad Joannem Larissæ Metropolitanam verba sunt lucida: *Decernimus ut Fratemitas tua ab Adriano, Ecclesiaeque ejus omnem ante-habita suæ potestatem jurisdictionis abstineat, & secundum Scripta nostri Decessoris, si causa vel fidei, vel criminis, vel pecuniaria adversus praefatum Consecratorum nostrum potuerit evenire, vel per eos qui sunt vel fuerint in Regia Urbe Responsales; si mediocri est, quæstio cognoscatur, vel huc ad Apostolicam Sedem, si ardua est, deducatur, quatenus nostra Audientia sententia decidatur.* Ex quibus omnibus lucidissimè patet laudatam Imperatoris Gratiani legem non hæsisse in sola persona Sancti Damasi, sed fuisse perpetuam Interpretem ac executricem Canonis Apostolici.

Ista lex, licet pro sola Occidentali Ecclesia emanaverit, attamen etiam apud Orientales quoad illam partem, quæ apud ipsos servari poterat, semper fuit in summa reverentia ac plena obedientia. Nempe quoad illam partem, quæ degradatum, & contumaciter parere reluctantem, Episcopum deportari mandat ad centum ab ista civitate milliaria. Hanc enim partem omnino respexit Theodoretus Cyrensis Episcopus, dum ab Ephesino Lattocinio degradatus scripsit ad Anatolium Patricium: *Magnitudinem tuam obtulor, hanc à Victore Augusto gratiam petat, ut habitare me saltem jubeat in Monasterio nostro, quod à Cyrensi civitate abest millibus centum & viginti.* Omnino loquitur ex sensu, & juxta observantiam Orientalis Ecclesiae. Et hinc istam pœnam, quod esset obnoxia incommodis, Imperator Justinianus commutavit in clausuram intra aliquod Monasterium. Et istud etiam pro Orientali praesertim Ecclesia. Eandem Legis partem ad Africanæ Ecclesiae preces innovarunt Imperatores Arcadius & Honorius. Ob frænandam turbulentiam Equitii, apud Diarætorum Hipponem Episcopi. Palam supponunt legem usque tunc mansisse in pleno vigore, ideoque & stabilierunt ejus executionem. Eandem legis partem laudat, ac in Gallia semper viguisse, nec non & Magnum Papam Leonem eadem adversus Eutycherem haereticum fuisse usum, affirmat in litteris, quas ex Duziacensi Synodo, ac ex Caroli Calvi Francorum Regis nomine scripsit ad Adrianum II. Pontificem, Hincmarus Rhemensis. Ista legis pars fuit omnino nova, fundata quidem in antiquis Romani Imperii moribus, in nullo tamen Canone; at vero altera ejus pars omnino fuit Apostolici Canonis executrix: Et adeo semper apud omnem Romanum Patriarchatum viguit,

L. 2. Judic. 11. Epist. 7.

Epist. 119.

Act. 6.

ut ejus innovatio nunquam debuerit postulari à Principe. Quo igitur furo dici possit fuisse limitata ad personam solius Damasi?

## CAPUT X.

### Examīnantur alia Romanarum à Gallia Appellationum Exempla.

**P**aschalius Quesnellus hæc iterum scribit: Majoris momenti est Proculi Massiliensis Episcopi causa, cujus ad se traxisse etiam primam cognitionem Zozimus Pontifex dicitur instante Patroclo Arelateni, cujus studio depositus est. Hoc Illustrissimus Petrus de Marca dicit actum esse Romæ post Gratiani legem promulgatam, quæ Romani Pontificis iudicio commiserat Metropolitanos. Quidquid sit de hac lege, non est cur nos Zozimi conatus iste plurimum sollicitet. Primum enim ex solo Facto jus nasci cuiquam non potest, præsertim cum repugnantem & contradicentem habet adversæ partis Patronos. Deinde Zozimi Factum Appellationum jus nequaquam attinet, neque ex Sardicenis Canonibus patrocinium trahere potest. Hi enim nec de prima cognitione, nec de Appellatione quidquam habent, sed de sola causæ in Provincia ipsa retractatione procuranda. Tertio, est nolimus epistolis Zozimi fidem derogare, nihilominus totius istius negotii ratio non satis perspecta habetur, quæ non nisi ex his epistolis innotescit. Cum enim auctoritatis Sedis suæ amplificandæ studio plurimum laborasse convincatur ex Africanis monumentis, non temerariè conijcimus eandem Repulsam passum in Gallis Zozimum, quam in Africa. Honorat Zozimum, uti supra honoravit Magnum Leonem: Affirmat ipsi circa Apostolicæ Sedis jura non esse credendum. Et Romanas appellationes tunc non viguisse in Gallia.

Rei series est paucis exponenda. Solidam Narbonæ Provinciam Magnus Constantinus videtur divisisse in Viennensem & Narbonensem. Priorem Magnam Theodosius, aut ejus Antecessor Gratianus creditur subdividisse in Viennensem & secundam Narbonensem. Eodem tempore emerferunt Maritimam Alpium Provincia, & Provincia Alpium Grajarum. Et sic Massilia evasit in Metropolim. Rationem adducit in litteris ad Græcum Massiliensem Episcopum Apollinaris Sidonius: *Jam non primi*, utique vos Massilienses, *Comprovincialium copistis esse, sed ultimi*. Massilia ante istam Provinciarum divisionem fuerat Viennensis Provinciæ prima civitas, prima Episcopalis Sedes, primus Thronus. Hinc per divisionem profecit in Metropolim, ideoque Proculus Episcopus se prætendit ac gessit Metropolitanum. Præ-tendit civitatem suam ex ista divisione profecisse non dumtaxat in civilem Metropolim, sed insuper in Ecclesiasticam. Nec carebat fundamento. Hac enim via etiam Turonum, Senonum, Remensium, & plures intra ipsam Galliam civitates ita profecerunt. Verùm Arelatenis Ecclesia, antiqua totius Narbonæ Metropolis, potenter in-

Lib. 7.  
Epist. 7.

tercessit. Et tandem causam deduxit ad Synodum Taurinensem, à qua emanavit hæc sententia. *Cum vir Sanctus Proculus, Massiliensis civitatis Episcopus, se tanquam Metropolitanum Ecclesiam, quæ in secunda Provincia Narbonensi postea videbantur, dice-ret præesse debere, atque per se Ordinationes in memorata Provincia summorum fieri Sacerdotum, siquidem adseveret easdem Ecclesias vel suas fuisse, vel Episcopos à se in eisdem Ecclesiis ordinatos; & è diverso ejusdem Regionis Episcopi, utique spectantes & permanentes ad Arelatensem Cathedram, aliud defenserent, ac sibi alterius Provinciæ Sacerdotem præesse non debere contenderent, id iudicatum est à Sancta Synodo, contemplationis pacis atque concordie, ut non tam civitati ejus, quæ in altera Provincia sita est, cujus magnitudinem nesciremus, quam ipsi potissimum deferretur, ut tanquam Pater Filii honore Primatus adficeret. Dignum enim visum est, ut quamvis civitate Provinciæ minime tenerentur, constringerentur tamen pietatis assuetu. Hæc igitur ipsi tantum in diebus vitæ ejus forma servabitur, ut in Ecclesiis Provinciæ secundæ Narbonensis, quas vel suas Parochias, vel suos Discipulos constituerit fuisse ordinatos, Primatus habeat dignitatem. Fuit interlocutoria sententia: Lata ab extraneis iudicibus.*

Hæc Synodus passim creditur celebrata ad quarti sæculi annum nonagesimum septimum, atque ita Arelateni Ecclesiæ tunc præsidebat Constantius. Et unà cum Proculo possit Synodo adfuisse. Quidquid sit, acquievit sententiæ. Acquievit & Successor Heros. Verùm hujus Successor Patroclus appellavit ad Zozimum Pontificem, & Romam accessit. Lucet ex quinta Pontificis ad ipsum epistola: *Quid de Proculi damnatione censuerim, tenet conscientia tua, cum meo interesse examini. Nec te Gestorum nostrorum auctoritas laetet, vel Scriptorum, quæ de ipsius damnatione per terrarum diversa loca direximus. Patroclus armabatur auctoritate Constantii Imperatoris: Nam per ipsum, adhuc Magistrum militum in Gallia, intrusus fuerat in Arelatensem Cathedram. Hinc à Zozimo impetravit varia. Primò evocationem Proculi ad Urbem. Lucet ex tertia Pontificis epistola: *Multa contra veterem formam Proculus usurpasse detectus est in Ordinationibus nonnullorum indebitè celebrandi, quas proximè numerosa cognitione discussimus, licet ipse diu expectatus, fastidiosè ferens sibi inductas attributas, convenire distulit. Proculus ergo etiam post imperatras inducias non comparuit. Hinc Patroclus secundò obtinuit cassationem Taurinensis iudicii. Pergit enim Pontifex in eadem epistola: *Attamen illa præsumptio nos admodum movit, quod in Synodo Taurinensi, cum longè aliud ageretur, in Apostolicæ Sedis injuriam subripiendum putavit, ut sibi Concilii illius emendicata obrepto præstaret ordinandorum, veluti Metropolitanus, in Narbonensi secunda Provincia potestatem. Patroclus tertio impetravit suæ Sedis restaurari plenum Metropolitanicum jus in totam, prout olim fuerat, Narbonæ Provinciam. Lucet ex prima Zozimi epistola: *Jussimus precipuam, sicuti semper habuit, Metropolitanus Episcopus Arelatensem civitatis in ordinandis Sacerdotibus teneat****

*teneat auctoritatem. Viennensem, Narbonensem primam, & Narbonensem secundam Provincias ad Pontificium suum revocet. Tacet Maritimam & Grajarum Alpium Provincias: Quod cuncti ipsarum Episcopi obedirent Patroclo, & nullus præmereret se Metropolitanum. Patroclus quartò impetravit Proculi, hæc Decretis contumaciter refragantis degradationem.*

Ex quibus lucet Paschasium Quesnellum hic variè labi. Primus lapsus est, quod Zozimus in hac causa non respexerit ad laudatam legem Imperatoris Gratiani. Eum respexisse evincunt hæc ipsius adducta verba de Taurinensi iudicio: *In Apostolicæ Sedis injuriam Proculus subripiendum putavit. Synodum manifestè arguit, quod Metropolitanas, ideoque Apostolicæ Sedi reservatas, causas iudicando in Apostolicam auctoritatem impigisset. Eandem legem respexit in litteris ad Viennensis ac Narbonensis Provinciæ Episcopos Sanctus Papa Cælestinus: *Massiliensis Ecclesiæ Sacerdotem, qui dicitur, quod nefas est, in nece fratris taliter gratulatus, ut huic qui ejus sanguine cruentatus advenerat, portionem cum eodem habiturus occurreret, vestro audiendum Collegio delegamus. Agit de Proculo. Rem elucidat Prosper in Chronico: *Patroclus Arelatenis Episcopus à Tribuno quodam Barnabo multis vulneribus laniatus occiditur. Quod facinus ad occultam jussionem Felicis Magistrum militum referebatur. Inimici mors placuit Proculo. Hinc percussori Barnabo, manibus adhuc cruento, gratulabundus occurrit, & invitavit ad mensam. Pontifex agit de secunda Narbonensi Provincia. Et ipsi non soli, sed simul Viennensi Provinciæ delegat hanc causam Proculi: Quod nempè ille esset Metropolitanus, ideoque ejus prima Instantia ex Gratiani Edicto spectaret ad Sedem Romanam. Fateor tamen Zozimum ex isto non processisse Edicto. Eius quippè iudicium non fuit prima cognitio, sed Retractatoria. Quare secundus Quesnellus lapsus est, quod hoc Zozimi Factum non tangat jus Appellationum. Clarum est hanc causam fuisse appellatam.***

Reponit ille Proculum nec comparuisse ad Romanum tribunal, nec obtemperasse sententiæ, nec cessasse ab exercitio Metropolitanæ potestatis, nec agnovisse aut curasse degradationem, sed in consecrandis Episcopis etiam tunc processisse. Quæ omnia esse verissima censet ex Zozimi epistolis. Ab ipsa Romana Ecclesia probatam ejus contumaciam. In adductis enim verbis Cælestini Pontifex ipsum agnoscit pro Massiliensi Episcopo, ejusque causam delegat adunandæ Synodo quarum Provinciarum. Respondeo Proculo evenisse, quod Acacio Constantinopolitano Episcopo, per Joannem Alexandriæ Patriarcham appellato Romam, evenisse testatur in data contra illum sententia Felix III.: *Ad libellum fratris & Co-Episcopi mei Joannis, qui te gravissimis objectionibus impetivit, in Apostolica Sede secundum Canones diffidens, objecta firmasti. Attamen Proculi contumacia fuit longè inferior. Timuit enim auctoritatem Imperatoris Constantii, ideoque comparere non contempsit, sed non fuit ausus. Nec debitandum est, quin postmodò se submiserit Apostolicæ Sedi, atque ita ab In-*

Christ. Lupi Opera Tom. VIII.

jecto per Zozimum vinculo solutus redierit ad gradum, reparatus in integrum Episcopum. Proculus enim fuit magnus Antistes, celebratus multorum Patrum elogiis. Factum istud existimo; dum Bonifacius Pontifex circumduxit Zozimi pro Arelateni Metropoli iudicium, ac à Lutubensi Ecclesia excitatus Hilarium Narbonensem Episcopum firmavit in dignitate Metropolitanica supra primam Narbonensem. Idem Pontifex à Taurinensi Synodo sancitum, & à Zozimo exsufflatum, Metropolitanicum Jus reparavit Viennensi Ecclesiæ. Patet ex Sancti Cælestini ad Narbonensis ac Viennensis Provinciarum Episcopos litteris: *Juxta Decreta Canonum, unaqueque Provincia suo Metropolitanano contenta sit, ut Decessoris nostri data ad Narbonensem Episcopum continent Constituta, nec usurpationis locus alicui Sacerdoti in alterius concedatur injuriam. Sit concessis sibi unusquisque contentus limitibus. Alter in alterius Provincia nihil præsumat. Loquitur de utraque Narbonensi Provincia. Etenim generatim scribit ad Episcopos Narbonenses. Item ad Viennenses Episcopos. Et singulis his Provinciis reddidit & firmat suum Metropolitanum. Et asseverat se sancire ex Decreto Antecessoris Bonifacii, atque ita testatur hunc ista omnia sibi præformasse.*

Tunc igitur & Proculus refugit ad laudatum Bonifacium, questus est de Zozimi iudicio, exposuit causas suæ non comparitionis, & impetravit non dumtaxat sui gradus reparationem, sed insuper dignitatem Metropolitanicæ. Hinc Cælestinus ipsum agnovit ut Metropolitanum atque canonicum Episcopum, & primam de ejus crimine cognitionem delegavit propriæ ipsius Provinciæ. Certè si fuisset Provincialis solummodò Episcopus, Provinciæ Synodus ad ipsum de tanto crimine discutiendum atque damnandum non indigebat delegata auctoritate Sedis Apostolicæ. Proindè Proculus non ad Romanas Appellationes spernendas recalcitravit Zozimo, sed ad evadendum ejus non æquum pro Patroclo iudicium. Credit Zozimum pro Patroclo sentire cum Augusto Constantio. Et ejus suspicio non caruit fundamentis. Hinc à Bonifacio consecutus est plenam gratiam.

Paschalius Quesnellus prosequitur: *Ex ejusdem Pape Zozimi epistolis discimus alios aliquot Episcopos in Gallis sententiam excepisse, quos inter Lazarus Aquensium Episcopus, & Ursus, cujus Sedes ignota, numerantur. Nullius tamen appellationem legimus. Tantum abest, ut primam sententiam in illos ferre adgressus sit Romanus Episcopus. Ita ut Patrocli improbitati ac audaciæ tribuendum sit, quod primum in Proculi negotio tentatum est. Nam veritus ne Ordinationem ejus, sacris Canonibus contrariam, in irritum mitterent Gallicani Episcopi, Romani Pontificis gratiam & favorem sibi variis artibus conciliavit, spemque fecit maximè auctoritatis ejus in Gallis magis promovendæ: Quam occasione avidè arripuit Zozimus, ut imperviam hæc hujusmodi consuetudini ac moribus Galliam circa Episcoporum iudicia, aliarumque rerum administrationem, tandem aliquando perviam haberet. Quod tamen eo, quem optabat, exitu caruit.*

Errores varii. Primus est, quod nullam hic

Iegamus Appellationem. Etenim manifestum est, quod Patroclus à Taurinensis Synodi iudicio Romam provocaverit. Secundus error est, quod nulla hic item appareat prima Romani Pontificis sententia in Gallicanum Episcopum. Etenim apparet criminalis causa Proculi Metropolitanæ Massiliensis, Synodo delegata per Cælestinum Pontificem: Hæc delegatio est omnino prima cognitio, seu fieri non potest, nisi per primæ cognitionis Iudicem. Tertius error est, quod ista Appellatio sit primum Attemptatum in Gallia, tribuendum Patrocli improbitati atque audaciæ. Etenim nemo tunc Gallicanus Episcopus, nullus antiquus Scripserit Patroclum hic arguit attentatæ novitatis. Sunt novissima Paschali Quæsnelli Dogmata. Patroclus egit juxta antiquum Canonem & morem totius Ecclesiæ. Quartus error est, quod Patroclus timuerit suam Episcopalem creationem rescindi à Gallicanis Episcopis. Ipse enim erat supremus Galliæ, & quidem Imperatoris Constantii autoritate armatus Metropolitanus, ideoque ab isto metu liberrimus. Et ejus Ordinatio erat ambigua. Gallicani Episcopi qui Martiani Arelatenis Metropolitanæ dubiam hæresim non præsumpserant invadere, quomodo invasissent dubiam Patrocli promotionem? Ipsam invadere debuerant in primis annis. Certè Constantius tunc solummodo erat Magister militum. Qua fiducia, qui tunc timuerant, sub ejus Imperio cœperunt à Patroclo timeri? Proinde Patroclus non ex isto metu, sed ex sua plenâ Metropolitanæ dignitatis ambitu, ac ex plena in novum Constantii Imperium fiducia provocavit Romam, & causam obtinuit. Quintus error est, quod Patroclus variis artibus Zozimi gratiam sibi conciliarit, & spem fecerit Apostolicæ autoritatis per Galliam promovendæ. Hæc omnia sunt frivola figmenta. Patroclus nullam artem impendit, nisi solam auctoritatem amici Principis.

Videamus causam Lazari Aquensis Episcopi. Ipsi Quæsnellus jungere debuerat non ignotæ Sedis Ursi, sed Herotem Archi-Episcopum Arelatensem. Hos enim Zozimus passim jungit. Et ipsi se juncerunt. Videntur simul appellasse Romam, aut sanè appellationem fuisse simul profecti. Simul profecti sunt in Palæstinam, aut certè simul isthic vixerunt. Isthic hæresiarum Pelagium simul accusarunt, & traduxerunt ad Diospolitanam Synodum. Zozimus Pontifex in litteris ad Africæ, Galliæ, ac Hispaniæ Episcopos hæc scribit de Lazaro: *Lazarus, dudum in Taurinensi Concilio gravissimorum Episcoporum sententia pro Calumniatore damnatus, cum Briccy innocentis Turonensis Episcopi vitam falsis objectionibus appetisset, post verò indebitum ab eodem Proculo, qui inter ceteros in Synodo damnationis ejus adfuerat, Sacerdotium consecutus, à quo se ipse vite sue conscientia, datis litteris in abdicationem sui, spontè submovit.* Affirmat tria. Primò, Proculum adfuisse Taurinensi Concilio. Secundò, Lazarum, adhuc Clericum, ob patratas in Briccio Antistitem calumnias fuisse damnatum. Tertio, ab ipso damnatore Proculo postea fuisse consecratum Episcopum ad Aquensem Ecclesiam. Proculus tunc agebat Metropolitanam istius Provinciæ,

ideoque credendus est solvisse istud vinculum, & Lazarum solum consecrasset. Quidquid sit, Lazarus Episcopus fuit denudè degradatus, admittit sententiam, & propriæ manus subscriptione confirmavit. Aut certè degradari timens à Synodo, prævenit Iudicii infamiam, ac semet ipsum degradavit. Zozimus adjungit & aliud, Proculo & Lazaro commuere crimen, patratum in Episcopali Consecratione Ursi atque Tuentii: *Hic multa concurrunt. Improborum & damnatorum Ordinatio, prætermisso Metropolitanæ, & Lazarus in consortio illicitæ Ordinationis adscitus, Arguit Proculum de tribus. Primò, quod damnatos ac irregulares homines consecraverit in Episcopos. Deinde, quod Metropolitanæ Patrocli jura invaserit. Tertio, quod intrusus Lazarus sibi fecerit in ista Consecratione adfistere. De Herote autem scribit Prosper in Chronico: Heros, vir Sanctus, & Sancti Martini discipulus, cum Arelateni Oppido præsidere Episcopus, à Populo ejusdem civitatis insons, & nullis insimulationibus novius, pulsus est, inquit ejus locum Patroclus ordinatur, amicus & familiaris Constantii, Magistrum militum, cujus per ipsum gratia quærebatur. Ea que res inter Episcopos illius Regionis magnarum discordiarum materia fuit.*

Plura de his scribit Zozimus Pontifex in litteris ad Africanos Episcopos: *Paucis Herotem & Lazarum inobservatis Ordinationibus, Plebe Cleroque contradicente, ignotos, alienigenas, intra Gallias Sacerdotia vendicasse, quibus se ipsi propria abdicare sententia, nosque, licet & alia, tamen eorum penitentiam secuti, Sacerdotia eos loco, & omni communione submovimus.* Et in alia ad eosdem epistola: *Itanè, Fratres dilectissimi, ad aures vestras, qui sint isti turbines Ecclesiæ vel procelle, nec opinione pervenit? Itanè vos latuit vita horum atque damnatio? Sed quamquam specialis illos Apostolicæ Sedis auctoritas omni communione submoverit, discite & in hac epistola, licet stridit, hominum mores. Vetus Lazaro consuetudo est innocentiam criminandi. Per multa Concilia in Sanctum Britum, Co Episcopum nostrum Turonicæ civitatis, Diabolicus accusator inventus est. A Proculo Massiensi in Synodo Taurini Oppidi sententiam calumniatoris excepit. Ab eodem Proculo sit post multos annos Sacerdos, Tyrannici Iudicii defensor, civitatis Aquensis. Cumque contra iret afflicta civitas, in ipsum penetrare & Sacerdotale solium, sanguinis innocentis penè respersum, irrupit. Stetitque in eo hæcænis umbra Sacerdotis, donec Tyranno stare imago Imperii. Quo loco post interfectionem Patroni spontè se exiit, & propria cessione damnavit. De Herote verò omnia similia: Idem Tyrannus, Patronus cadis, turba presbyterorum, contradicentium vinculo & custodia, & totius civitatis afflictio. Similis penitentia de abdicatione Sacerdotis. Et tandem concludit: *Ubi Heros, ubi Lazarus? Erubescenda factis & damnationibus nomina.* Adducta de Lazaro verba, quidam Codices sic legunt: *In Sacerdotale solium, penè adhuc innocentis Deceptoris sanguine respersum, fretus Tyranni patrocinio irrupit.**

Ad Domini annum quadringentesimum octavum scribit Prosper in Chronico: *Constantinus ex inf.*

*infima milita, ob solam speciem nominis in Britannia Tyrannus exoritur, & ad Gallias transit. Et ad ejusdem sæculi annum duodecimum: Constantinus per Honorii Ducis Constantium & Ursulam apud Arelatense Oppidum videtur & captus est. Occuparat omnem ferè Narbonensem Galliam. Ei adhæserunt Heros & Lazarus. Et dum in Aquensem civitatem irumperet, occisus fuit Episcopus, ac ejus in locum intrusus Lazarus, à Massiliensi Proculo. Eodem modo Heros fuit intrusus in Arelatensem Cathedralam. Et hinc dum Tyrannum occidit, & istas civitates Imperio reddidit Militum Magister Constantius, utrumque istum Episcopum ejecit, ac Arelateni Throno imposuit Patroclum. Et istos ambos fecit Synodaliter damnari. Hinc Zozimus dicit ipsorum Ordinationes fuisse inobservatas, factas Clero & populo contradicente, contradicentium quosdam fuisse conjectos in vincula & custodias, atque ita evenisse afflictionem totius civitatis. Et adjungit ipsos post ejectionem Tyrannum cessisse Episcopatum, idque per propria manu scriptos abdicationis libellos.*

Notanda sunt hæc Pontificis verba: *Nos, licet & alia, tamen eorum de se penitentiam secuti, Sacerdotia eos loco, & omni communione submovimus.* Et hæc: *Erubescenda factis & damnationibus nomina.* Item ista: *Grave fuit Lazaro & Heroti litterarum suarum pedissequos esse. An nesciebant Dilectionem vestram volarum ad Sedem Apostolicam? Huc certò calumniæ compendio navigassent. Ubi de Episcopatu abdicando agitur, maria terrasque lustrant, nec ulla suffragia prætermittunt; ubi verò innocentium fama percellitur, otiosi & delicati, sive accusatores sive testes, in cubilibus & lectulis suis litteris abutuntur, & totam Africam universamque Tranquillum Catholicæ Serenitatis innubitant ad libidines suas duæ pestes.* Hinc discimus plura. Primò, quod Heros & Lazarus fuerint damnati à pluribus Synodis. Nempè à Gallicana & Romana. Secundò, quod hæc Romana Synodus fuerit celebrata per ipsum Zozimum. Tertio, quod illi ad recuperandum Episcopatum lustraverint maria ac terras, nullaque prætermiserint suffragia. Nempè ab irrogata sibi per Militum Magistrum Constantium, ac ejus jussu congregatas Synodos ignominia appellarunt ac acceperunt Romam, & datas contra ipsos sententias Zozimus Pontifex probavit ac confirmavit. Romam appellarunt Patroclum. Et ab hac victoria, nec non à subsecuto Constantii Imperio hic animatus invasit Proculum Massiliensem, Simplicium Viennensem, aliosque novos intra Narbonensem Provinciam Metropolitanas, nec non & ipsam Taurinensem Synodum, & omnia gloriosus obtinuit. Et hinc quartò discimus, quod hæc Romanæ in Gallia appellationes nequaquam à Patrocli improbitate ac audacia ducant originem. Patroclus Herotem ac Lazarum, hi sunt imitati suos Majores, secuti perpetuam Gallicanæ Ecclesiæ consuetudinem. Nempè apud illam semper viguit laudata per Sanctum Gelasium Pontificem in litteris ad Dardaniæ Episcopos Regula: *Ad Beati Petri Apostoli Sedem de qualibet Mundi parte Canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo*

*est appellare permissus.* Hinc à Zozimo damnati, vel potiùs in priori damnatione confirmati Heros & Lazarus secesserunt in terram sanctam, acturi illic penitentiam, aut certè suam calamitatem apud Dominicæ passionis loca consolaturi. Isthic accusarunt Hæresiarum Pelagium, & perduxerunt ad Synodum Diospolitanam. Quare istam accusationem modici fecit Zozimus. Nec sine fundamento. De quo quidquid sit, lucet Paschasium Quæsnellum vana nobis prædicare.

Pergamus ad Ursi ac Tuentium. Zozimus in litteris ad Africæ, Galliæ, ac Hispaniæ Episcopos præfatur Majorum Constituta esse ex integro observanda, & pergit: *Sed nihil minus ab Ursi & Tuentio. Quorum unus assidua hujus Sedis medicina curatur, ad emendati erroris non potuit pervenire sanitatem. Alter verò ante aliquod annos objecta criminatione submorsus, sicut civium Scripta testantur, vel Ingesta docuerunt, etiam ab eo gradum summi Sacerdotis accepit, à quo fuerat antè damnatus. Cæcus error in utroque, ut quod est potissimum in omnibus, nec velit aliorum de Tuentio, nec suam in Ursi tenere sententiam. Sed fac ut honesti mores in omnibus essent, & probata suffragia, quid illud quod prætermisso Fratre nostro Patroclo, Metropolitanæ Episcopo Arelatensum civitatis, sine cuius auctoritate, juxta Majorum Canones, nulla penitus potuit Ordinatio celebrari, tumultuosè & turbidè indebitis Sacerdotia impinguntur.* Adjungit non solum Metropolitanam, sed & Provinciales Co-Episcopos, itemque legitimum Ordinationis diem fuisse neglectos, & concludit: *Hic multa occurrunt. Improborum & damnatorum Ordinatio, prætermisso Metropolitanæ, nec non & Provincialium Sacerdotum, locorumque alienorum impudentissima usurpatio, nec saltem diei custodita solemnitas, & Lazarus in consortio illicitæ Ordinationis adscitus. Hæc omnia apud nos Gestis, testimoniisque discussa sunt. Atque utinam in Tuentio pravi tantum mores, non etiam Priscillianæ superstitio patuisset: Quæ Sedis hujus dudum humanitas & misericordia in hoc illi consulere voluit, ut emendatior de cætero permaneret. Quod beneficium, penè præter exemplum sibi præstitum, si diligentius observare voluisset, erroris illum ante-acti oportuit penitere, non ita præcipiti impetu ad Sacerdotium festinare, ut nec diei veterem solemnitatem, quæ præcipuè custodienda fuerat, observaret, nec indebito loco crederet abstinentium. Qua de re ad Sanctitatem vestram, & per totum Orbem Scripta direximus, nè Tuentium & Ursi in communione Ecclesiæ, in quocumque Ecclesiastico gradu, à qua in totum anatrematizati sunt, suscipiendos esse ducatis. Dicuntur enim circulatorum esse, quod nos ex sententiis agnovimus in eorum damnatione Sacerdotali auctoritate prolatis, quas in diversis regionibus exceperunt.*

Ursi ac Tuentii Ordinatio videtur fuisse patratà à Proculo. Hoc suadet assumpta Lazari adfinitia. Ipsum Proculus habuit pro suo Suffraganeo. Quidquid sit, Pontifex affirmat varia. Primò, quod & Ursi & Tuentius fuerint male morati. Secundò, quod ob malos mores fuerint discussi in variis Synodis, & damnati. Tertio, Tuentius insuper fuerit Priscillianista. Quarto, Quod ob ista Synodaliter damnatus, refugerit ad Sedem

Sedem Apostolicam, poenitens supplicaverit gratiam, atque acceperit. Nempè ex Regula, quam in laudata ad Dardaniæ Antistites epistola prædicat Sanctus Gelasius: *Cuncta per Mundum novit Ecclesia, quoniam quorumlibet sententia ligata Pontificum Sedes Beati Petri Apostoli jus habeat resolvendi*. Quintò Zozimus affirmat istud beneficium fuisse singulare, ac penè præter exemplum. Nempè Priscillianistis usitata erat hæc regula: *Jura, per jura, Secretum prodere noli*. Hinc ipsis Romana Ecclesia non facillè credebatur ac impendebatur Reconciliationis gratiam. Pontifex sextò affirmat, quod etiam post hanc gratiam Tuentius non potuerit creati Episcopus; sed persistere debuerit in poenitentia, atque ita promereri novam gratiam. Nempè lapsus in hæresim Clericus, licet poeniteret, ex antiqua disciplina manebat perpetuò irregularis. Per Reconciliationem purgatur à culpa, non ab ista pœna. Septimò, Pontifex affirmat, quod Ursus, licet antea electus in Episcopum, potuisset legitime excuri: Propter objecta crimina. Octavò, quod post hæc omnia fuerint prævaricatoriè intrusi in Episcopalem dignitatem. Nempè per alienum, immò per imaginariæ Metropolitæ, per cooperationem famosi Lazari, illegitimo die, cum contemptu Comprovincialium. Propter hæc crimina Patroclus Metropolitæ eos damnavit atque extruxit. Hinc Romam appellarunt ad Zozimum: Et nihil reulerunt, nisi suæ damnationem consecrationis, ejusque solemnem publicationem per omnes sub cælo Ecclesias. Ex quibus iterum lucet non solum Patroclum tunc appellasse Romam, sed hanc appellandi consuetudinem fuisse famosissimam apud omnes Gallicanas Ecclesias.

Lib. 2. c. 1.

Superiùs injecta Briccii Turonensis Episcopi memoria docet nos duo. Primò, Lazarum fuisse calumniatorem Briccii. Authorem adeò firmiter consultæ calumniæ, ut Briccius ipsam nec per miracula potuerit diluere, sed propter eam fuerit degradatus atque ejectus, ac ejus in locum superordinatus primò Justinianus, deinde Armenius. Ista memoria secundò nos docet insignem ejusdem degradati Briccii, utique Gallicani Episcopi, Romanam Appellationem. Etenim in Francorum historia scribit Sanctus Gregorius Turonensis Episcopus: *Briccius Romanæ Urbis Papatem expetiit, stens & ejulans, atque dicens; Meritò hæc patior, quia peccavi in Sanctum Dei. Utique Sanctum Martinum. Et eum delirum ac amentem sæpè vocavit, cujus videns virtutes non credidi*. Et infra: *At Briccius Episcopus Romam veniens, cum illa quæ pertulerat Papæ refert. Qui ad Sedem Apostolicam residens, plerumque Missarum solemnia celebrans, inibi quidquid in Sanctum Dei deliquerat, desendo diluit. Septimò igitur regressus anno à Roma, cum auctoritate Papæ illius, Turonos redire disponit. Et veniens ad vicum, cujus nomen est Laudiacum, sexto ab urbe milliario, mansorem accepit. Armenius verò febre corripitur, & media nocte spiritum exhalavit. Quod protinus Briccio Episcopo per visum revelatum est. Qui ait suis: Surgite velocius, ut ad tumultuandum fratrem nostrum Turonicum Pontificem occurramus. Cumque illi vententes portam civitatis ingrederentur, ecce istum per*

*aliam portam mortuum efferebant. Quo sepulto Briccius in Cathedrali suam regressus est, septem postea feliciter vivens annos. Regressus est ac feliciter sedit per Papæ auctoritatem. Et hoc omnino est unum Romanarum Appellationum exemplum, quas in litteris ad Viennensis Provinciæ Episcopos laudat Magnus Leo.*

## CAPUT XI.

*Discutiuntur alia per Paschasium  
Quesnellum adducta  
Exempla.*

**H**Æc Paschasius Quesnellus: *Sub Bonifacii Pontificatu, qui Zozimo proximè successit, unica occurrit Maximi Valentini Episcopi causa, adversus quem, cum à Valentina civitatis Clericis conventus esset, non ad se cause cognitionem pertraxit, sed monuit à Comprovincialibus instruendum esse judicium. Maximus erat involutus Manichæi caligine. Constabat ex Gestis Synodalibus. Erat commissis involutus undique flagitiis. Ita solent Manichæi. Et propter hæc fuerat apud secularium quoque Judicum Tribunalia subditus questionibus, quod in vili quoque persona turpissimum est. Præterea ex prolatis in medium Gestis afferebatur damnatus homicidii. De hoc Episcopo scripsit ad Patroclum Arelatensem, aliosque septem in Gallia Provinciarum Episcopos Sanctus Bonifacius: Valentina nos Clerici civitatis adierunt, proponentes per libellum crimina, quæ Maximum teste tota Provincia asserunt commississe. Delegata toties cognitione illum constituta semper subterfugisse Judicia, nec confisum conscientia festinasse, ut si esset innocens, examinatis omnibus purgaretur. Qui è contrario probavit de se illa quæ dicta sunt, qui ad ea confutanda, cum essent innumera, à Deceptoribus meis, Provinciali delegata cognitione, conventus etiam dicitur evitasse, & adesse minime voluisse. Hanc assiduam ejus fugam exaggerat, & prolequitur: Debueram quidem jam nunc dignam pro ejus accusatis in nostro judicio actibus, qui cognitionem & Decretum Judicium sæpè declinando credidit illudendum, ferre sententiam, at nè aliquis præcoquam forsitan judicaret, & sibi qui absens est, licet sit questus à nobis, nihil reservatum esse diceret, maluimus intercapedine temporis data differre. Enumerat facinorosa Maximi, & concludit: Dilationem tamen dedimus, & decrevimus vestrum intra Provinciam debere esse Judicium, & congregari Synodum ante diem kalendarum Novembrium, ut si adesse voluerit, præsens, si confidit, ad objecta respondeat; si verò adesse neglexerit, dilationem sententiæ de absentia non lucretur.*

Hinc discimus plura. Primò, quod Maximi accusatio fuerit inchoata non sub Bonifacio, sed sub ejus Antecessoribus; Zozimo ac Innocentio: Forfan & sub Anastasio. Etenim Sammarthani Fratres in Gallia Christiana affirmant Maximum à quinti sæculi ingressu sedisse Episcopum. Secundò discimus, quod hæc accusatio fuerit semper

per facta apud Sedem Apostolicam. Tertiò, quod Romani Pontifices causam semper remiserint ad Provinciæ Synodum, ac ipsi delegarint. Quæ verba non carent emphasi. Affirmant quod ista accusatio fuerit legitima, quod causam fixerit apud Romanam Cathedrali, quod Pontifex etiam in prima Instantia possit judicare Provinciales Episcopos, quod Gallicana Ecclesia de isto articulo tunc non dubitarit. Et hinc ista remissio fuit delegatio. Exindè Synodus, quia Pontifex apposuerat manum, judicare nequirit per ordinariam auctoritatem, sed solummodo per delegationem. Apostolica manus appositio est adeo antiqua. Ex his Principiis scribit Bonifacius: *Debueram quidem jam nunc pro ejus accusatis in nostro judicio actibus ferre sententiam. Attamen ex causis maluit denuò remittere ac delegare. Quare errorem continent hæc Paschasii Quesnelli verba: Monuit à Comprovincialibus instruendum esse judicium. Nequaquam monuit, sed suo Tribunali jam affixam causam Synodo delegavit.*

Proindè hic non de Appellatione agitur, sed de prima instantia, per Canones spectante ad Provinciæ Synodum. Hinc queritur, quo fundamento, & qua occasione Valentinus Clerus hunc ordinem præterierit, & suum Episcopum accusaverit apud Sedem Apostolicam? Respondeo ob Narbonensis Provinciæ tunc per Imperatores factam divisionem, ob indè natas inter Episcopos de jure Metropolitico controversias, & ob ambiguum Taurinensis Synodi de ipsis judicium. Ista lites memorat in funebri Valentiniani secundi Imperatoris encomio Sanctus Ambrosius. Affirmat se à juvene Principe ad ipsum baptizandum fuisse vocatum in Gallias, atque adjungit: *Additur, sed ut properem oculus, nec arbitrarer itineris mei causam esse Synodum Gallorum Episcoporum, propter quorum frequentes dissensiones crebrò me excusaveram.* En Taurinense Decretum: *Illud inter Episcopos urbium Arelatensis & Viennensis, qui de Primatus apud nos honore certabant, à sancta Synodo definitum est, ut qui ex eis comprobaverit suam civitatem esse Metropolitanam, is totius Provinciæ honorem Primatus obtineat, & ipse juxta Præceptum Canonum habeat Ordinationum potestatem. Certè ad pacis vinculum conservandum hoc consilio utiliori decretum est, ut, si placet memoratarum urbium Episcopis, unaquæque de his viciniores sibi inter Provincias vendicet civitates, atque eas Ecclesias visitet, quas Oppidis suis proximas magis esse constituerit, ita ut memores unanimis atque concordie non alter alterum, sibi longius usurpando, quod est alii propius, inquietet. Decretum hoc videtur quæstiones non composuisse, sed auxisse. Inter ipsas fluctuavit Valentina Ecclesia, nesciens an Viennensem Metropolitam deberet respicere, an Arelatensem. Et possit ab utriusque Episcopo fuisse vexata. Hinc ipsa Episcopum suum, ne magis se involveret, deculit apud Sedem Apostolicam. Quare accusatio post datum à Zozimo pro Arelatensi Metropolitico judicium videtur quievisse. Hinc statim post defunctum Zozimum fuit resumpta apud Successorem Bonifacium, & ab ipso remissa ad plenam Narbonensis Provinciæ Synodum: Ad Patroclum, Remigium, Maximum, Hilarium, alios-*

que septem Provinciarum Episcopos. Hilarius hic est Narbonensis Antistes, poniturque inter Provinciales: Quod nempè Zozimi judicium Bonifacius necdum circumduxisset. Hæc delegatio facta est sub Consulatu Monaxii, decimonono anno quinti sæculi: Circumductio contigit ad tertium decimum Honorii Consulatum, vigesimo secundo anno istius sæculi.

Ista Circumductio etiam spectat ad præsentem materiam. Zozimi pro Arelatensi Metropolitico Sanctio adeò obtinuit per omnes istas novas Provincias, ut etiam primæ Narbonensis Metropolitæ Hilarius pareret, ac se gereret ut Provinciale Episcopum. Hinc in Maximi Valentini causa scribitur ac numeratur inter Provinciales. Verum plures recalcitrarunt. Etenim Lutubensis, ad primam Narbonensem spectantis, Ecclesiæ Clerus & Populus adeò fuit averfatus istam Sanctionem, adeoque noluit novi sui Electi Consecrationem à Patroclo petere aut admittere, ut ad Hilarium Narbonensem Episcopum scripsit Bonifacius: *Ecce Lutubensis Ecclesiæ Cleri Ordo vel Plebis preces suas & lacrymas ad nos magno cum dolore miserunt, dicentes Co-Episcopum nostrum Patroclum, sua petitione cessante, in locum decedentis Episcopi nescio quem in alia Provincia, prætermissis Metropolitanis, contra Patrum Regulas ordinasse. Affirmat ac demonstrat Patrocli Factum ad versari Nicænis Canonibus & antiquis moribus, atque concludit: Unde, Frater charissime, si iræ res sunt, & Ecclesiam supra-dictam Provinciæ tuæ limes includit, nostra auctoritate communitur, quod quidem facere spontè deberes, desideris supplicantium & voluntate respecta, ad eundem locum, in quo Ordinatio talis celebrata dicitur, Metropolitanis jure munitus, & præceptionibus nostris fretus accede, intelligens arbitrio tuo, secundum Regulas Patrum, quæcumque faciendæ sunt, à nobis esse concessa, ita ut peractis omnibus, Apostolicæ Sedi, quidquid statueris, te referente clarescat, cui totius Provinciæ tuæ Ordinationem liquet esse mandatam. Affirmat Zozimi Sanctionem, utpote adversam Nicænis Canonibus, nunquam substituisse, ideòque Narbonensem Antistitem & esse, & semper fuisse Metropolitam. Et hinc manifestum est Gratiani Imperatoris Legem, & ab ipsa confirmatum Canonem, qui primam contra Metropolitam Instantiam, reservat Sedi Apostolicæ, tunc viguisse in Gallia. Etenim Lutubenses agebant contra duos Metropolitæ: Contra Patrocli, alieni Metropolitæ audaciam, & contra negligentiam proprii Metropolitæ Hilarii. Hinc non ad Provinciæ suæ Synodum confugerunt, sed ad Bonifacium Pontificem. Narbonensium civitas & Regio per Magnum Constantinum sunt omnium primæ decifæ ab Arelatensi corpore, & evectæ in singularem Metropolitam ac Provinciam: Et Civilem & Ecclesiasticam. Hinc & illa contra Zozimi Decretum prima intercessit, ipsum arguit novitatis, ac evicit. Natæ postmodò Provinciæ sunt secutæ ejus exemplum, & causam similiter obtinuerunt.*

Paschasius Quesnellus pergit: *Celestinus Papa, qui post Bonifacium sedit, Daniele quemdam ad suum Tribunal videtur evocasse; sed hominem va-*



gum, qui ab Orientalibus, apud quos multa flagitia perpetrarat, accusatus apud Romanum Pontificem eique quasi traditus, apud Gallias diu quæstus est ad iudicium. Sed talis causa extra exemplum est, nec jus ullum simile sibi attribuisse in Gallicanos Episcopos credendus est Cælestinus, qui in fine ejusdem epistolæ ad Episcopos Provinciae Viennensis & Narbonensis causam Massiliensis Episcopi Provinciae suæ Collegio audiendam pro consuetudine ac jure dimittit. Audiamus Pontificem. Quæritur indignos à Gallicana Ecclesia evehi ad Episcopatum, & demonstrat exemplo: Daniel nuper missa ad nos relatione ex Orientalibus ad nos partibus, ab omni, quod tenueras, Virginum Monasterio est nefarius objectionibus accusatus. Multa à multis objecta flagitia. In quam lateret terrarum parte quæstus est, ut si innocentie suæ confideret, contra se postulatam iudicium minimè declinaret. Missa ad Arelatensem Episcopum per Fortunatum Sub-Diaconum nostrum, ut ad iudicium Episcopale destinaretur, epistola tantis gravatissimis Testimoniis, tanta facinororum accusatione pulsatus, Sacrarum, ut dicitur, Virginum pollutus incestu, Episcopus asseritur ordinatus. In Scrimis Libelli continentur, quorum ad vos exemplaria direximus. In Pontifici dignitatem hoc tempore quo ad causam dicendam missi à nobis litteris vocabatur, obrepit. Sacro nomini absit injuria. Et infra: Daniel, qui accusationem Pontifici honore subterfugere se posse credidit, & ad fastidium tantum accusatores suos latendo pervenit, à Sanctitatis vestrae cætu interim se noverit segregatum, qui se nostro iudicio debet obicere, si conscientia suæ novit confidentiam se tenere.

Daniel ergo erat Presbyter Orientalis Ecclesiæ. Cujus Diocesis, Provincia, aut Parochia, ignoratur. Erat Præfectus sanctimonialium: Et quarundam stuprator. Hinc sui Episcopi iudicium timens fugit in Narbonensem Galliam. Et istic innotuit suis accusatoribus. Hinc illi flagitiosum hominem detulerunt Sedi Apostolicæ: Nempè & sui Episcopi, & sui Metropolitanæ, & Patriarchæ aut Primatis limites evaserat, & agebat gyrovagum: Hinc accusari debuit apud Patrem communem, Episcopum Romanum. Ita Hæresiarum Pelagium, dum ex Italia in Africam, ex hac in Siciliam, hinc in Palestinam vagus abiverat, Sanctus Augustinus ac alii Afrorum Episcopi detulerunt Sancto Pontifici Innocentio, & supplicarunt Romam evocari. Ex hac Regula Sanctus Cælestinus evocavit & Danielem. Et hic interim circumscriptis Gallicanos Episcopos, fuitque ab ipsis in Confratrem consecratus. Ita & sceleratus Sancti Ambrosii Ex-Diaconus Gerontius, dum Constantinopolim fugit, circumscriptis Helladium Cæsariensem in Capadocia Episcopum, Ponticæ Diocesis Exarchum, ac ab ipso est consecratus in Nicomediensem Episcopum, Metropolitanam Bithyniæ. Ambo sperarunt sua crimina sepelire sub Episcopaliibus insulis. Verum Danielis accusatores perrexerunt ad Cælestinum, & Cælestinus hominem evocavit ad suum Tribunal.

Et hinc lucent varii errores Paschasi Quæsnelli. Primus est in his verbis: Sed talis causa extra exemplum est, nec jus ullum simile sibi attribuisse in

Gallicanos Episcopos credendus est Cælestinus. Etenim uti Gerontius, Bythynus ac Ponticus, ita Daniel per Episcopalem Consecrationem factus est Gallicanus Episcopus, atque ita uterque subit omnia jura, omniaque onera suæ Diocesis. Et hinc uti Sanctus Joannes Chryostomus, Patriarchatus Constantinopolitani Propagator, degradavit Gerontium, ita quoque Gallia Metropolitanæ potuit Danielem invadere. Proinde Cælestinus omnino evocavit Gallicanum Episcopum. Et quidem Provinciale. Nempè propter litis pendentiam, inchoatam ante Danielis Episcopatum. Secundus error est, quod Cælestinus Proculi Massiliensis Episcopi causam: Provinciae Collegio audiendam pro consuetudine ac jure dimiserit. Etenim Pontifex disertè scribit se non dimittere, sed delegare. Nempè Proculus erat Metropolitanus, ideoque ejus causa privativè ac immediate spectabat ad Sedem Apostolicam. Quæri possit cur Maximi Valentini Episcopi, hominis etiam vagabundi, causam Bonifacius Provinciae Synodo delegarit, Cælestinus autem delegare noluerit causam Danielis? Ratio est obvia: Quod nempè Narbonensis aut Viennensis Provinciae Episcopi evehendo sceleratum hominem deliquissent, ideoque & ipsi essent rei, ac inhabiles ad tale iudicium.

Joannes à Bosco Parisiensis in appendice ad Bibliothecam Floriacensem adducit has, præsentem materiam illustrantes, Zozimi Pontificis litteras ad Simplicium Metropolitanum Viennensem. Zozimus Episcopus Simplicio Viennensi Archiepiscopo salutem. Relatum nobis est, qualiter in Taurinensi Synodo causas tuæ Diocesis persecutus fueris. Et licet Arelatensi Episcopo, antequam Legatus tuus venisset, propter reverentiam Sancti Trophimi Jus & Pontificium super tres Provincias habere scripsimus, tamen si ita est, ut Scripta tua nobis missa continent, interim usque dum lucidius ventiletur, potestatem antiquam tibi manere permitimus, ut sicut in Taurinensi gravissimorum Episcoporum Synodo, pactis consilio, decretum, viciniores tibi intra Provinciam vendices civitates, donec plenius rei ordinem charitas Apostolica prosequatur. Lazarum indebitè Episcopum, criminatorem Fratris, ordinatum, scias nostro iudicio esse damnatum. Data sub die kalendarum Octobris, Honorio undecies, & Constantio Consulibus. Quidquid aliqui contradicant, epistola videtur legitima atque authentica. Et tempora concordant. Etenim epistola, qua Zozimus Simplicium & Taurinensem iudicium castigat, data est eodem Consulatu, tertio Kalendarum Octobris, ideoque hæc epistola est posterior. Nostras adsertiones insigniter confirmat.

## CAPUT XII.

Expenditur primum Paschasi Quæsnelli Fundamentum.

Post agitatam Martiani Arelatensis Episcopi causam Paschasi Quæsnellus pergit: *Pau-* Cap. 13.  
18

Id iustus hanc Martiani causam excussimus, ut hoc uno exemplo, quod nobis ex primæva illa antiquitate Gallicana superest, evicerimus nullo alio iudicio Gallicanum esse præventum, nullo retractatum. Tota enim in Comprovinciales Episcopos Potestas penes Synodos Conveniens residebat, tum in Gallis, tum in aliis Regionibus. Respondeo Martiani exemplum non spectare ad præsentem Controversiam, ideoque perperam fuisse adductum: Et discussum fuit longè infelicitus. Et quod datum de Martiano Gallicanum iudicium, nullo alio fuerit præventum, & verum est, & falsum. Est verum, quia nullum de ipso est factum in Gallia iudicium, ideoque nec præventum. Etenim nec Arelatensis Provinciae Antistites, nec Lugdunensium Metropolitanæ Faustinus præsumperunt de homine iudicare. Nec citra pravariationem potuerunt. Dictum istud est penitus falsum, quia lucidum & exploratum est, quod Stephanus Pontifex primam de Martiano cognitionem instituerit, & primus ipsum damnaverit. Si quis & alius damnarit, damnavit ex Stephani præceptione. Quod olim plena in Provinciales Antistites damnandos facultas residerit penes Provinciae Synodos, libens admitto: Verum nullatenus excludi, & damnatis auferri possit facultas appellandi. Ista exclusio est non solummodò in Papalem, sed & in Patriarchalem auctoritatem injuriosissima. Nec Eusebius Nicomediensis, nec Photius, nec Michael Cerularius, nec quis similibus sœcum alius talia unquam vomere præsumpsit in Patriarchalem Dignitatem.

Audiamus primum Paschasi Quæsnelli Fundamentum: Hujus porro discipline causam & originem, in Episcopalis dignitatis natura, ac sacrosanctis Privilegiis fundatam Nicæna nobis Synodus aperit, quæ jus illud non scriptum scriptis Canonibus, totius Mundi reverentia consecratis, sanxit atque firmavit. Sic enim se habet Canon quintus. De his qui communionem privantur, seu ex Clero, seu ex Laico ordine, ab Episcopis, per unamquamque Provinciam sententia Regularis obtineat, ut hi qui abiciuntur, ab aliis non recipiantur. Et postea. Placuit annis singulis per unamquamque Provinciam bis in anno Concilia celebrari, ut communiter omnibus simul Episcopis congregatis discutiantur ejusmodi quæstiones. Tametsi enim Canon ille depositionem Episcoporum inter ejusmodi quæstiones non designet expressis verbis, hunc genuinum esse Canonis sensum sibi quisque facile persuadebit, qui Concilii Constantinopolitani Patres audire voluerit, Canone suo secundo Nicænum interpretantes: Non invitati Episcopi ultra Diocesim accedere non debent super ordinandis aliquibus, vel quibuscumque disponendis Ecclesiasticis causis, servata Regula, quæ supra-scripta est de unaquaque Diocesi. Manifestum namque est, quod per singulas quasque Provincias Provincialis Synodus administrare & gubernare omnia debeat, secundum ea quæ sunt in Nicæna definita. Administrationis vocabulo iudicia adversus Episcopos comprehendendi, æquè ac alia negotia Ecclesiastica, ostendit illustrissimus Petrus de Marca. Et hujus interpretationis adimpleratores habemus Concilii Africani Patres, in epistola ad Cælestinum Papam,

quem sic alloquuntur: Decreta Nicæna sive inferioris gradus Clericos, sive ipsos Episcopos suis Metropolitanis aperitissimè commiserunt. Prudentissimè enim, iustissimèque viderunt quæcumque negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda. Nec unicuique Provinciae gratiam Sancti Spiritus defuturam, qua æquitas à Christi Sacerdotibus & prudenter videatur, & constantissimè teneatur: Maxime quia unicuique concessum, si iudicio offensus fuerit Cognitorum, ad Concilia suæ Provinciae, vel etiam universale provocare. Eadem sententiæ suffragantur Innocentius Papa in epistola ad Victorium Episcopum Rothomagensis, & Concilii Antiocheni Canon decimus-quintus, quo statuitur sententiam ab omnibus Episcopis alicujus Provinciae latam ab aliis Episcopis retractari nec debere, nec posse.

Est caducum fundamentum, confutum ex multis erroribus. Primus error est, quod quintus Nicænus Canon agat etiam de Episcoporum depositionibus, aut aliis in ipsos sententiis. Manifestè agit de solis criminalibus in Clericos aut Laicos iudiciis. Etenim agit de unius Episcopi iudicio, reformabili per Provinciae Synodum. Hinc Dionysii Exigui, quem Quæsnellus sequitur, translatio adjungit: Et sic qui suo peccaverint Episcopo. Et Gentiani Herveti translatio: Et sic quos Episcopum offendisse constiterit. Et translatio Isidori Mercatoris: Et qui ob culpas suas Episcoporum suorum offensas merito contraxerint. Et Rufini Presbyteri compendium: Ut si forte ab uno iniquè aliquid gestum est, à cæteris emendetur. At verò unus Episcopus nequit Collegam deponere, aut quovis modo criminaliter iudicare. Nec Metropolitanus, immò nec Patriarcha id possit in suum Suffraganeum. Fieri nequit, nisi per plenam Provinciae Synodum, aut sanè per definitum Episcoporum simul cum Metropolitana numerum. Constantinopolitana Nestarii Patriarchæ circa Agapii ac Bagadii, de Bostrensi Episcopatu contententium, causam Synodus est omnibus notissima. Et fuit non vulgaris. Adfuerunt enim Theophilus Alexandrinus, Flavianus Patriarcha Antiochenus, ac alii grandes Episcopi. Et ipsa pro Bagadio, quem duo Episcopi deiecerant, edixit deici non potuisse, nisi per plenam totius Provinciae Synodum: Et ita sanciri ab Apostolico Canone. Insuper unius Provinciae iudicium nequit retractari per aliam Provinciam, longè minus reformari. Proinde manifestum est à quinto Nicæno Canone non statui de Episcoporum damnationibus, sed de solis criminalibus iudiciis in Clericum aut Laicum.

Eodem sensu Canonem intellexit atque exposuit Gelasius Cyzicenus: Exquiratur autem, num impotentia animi, aut pertinacia, aut aliqua alia indignatione Episcopi, sint excommunicati. Non Episcoporum aut Synodi indignatione, sed solius Episcopi. Idem censuit Author, haud dubie aliqua Synodus, Arabicorum Canonum. Audiamus novam ac meliorem interpretationem Abrahami Ecchellenis: Nullus Episcoporum excommunicatum ab alio Episcopo recipiat, Presbyter ille sit, vel Monachus, aut Laicus. Et ne illum exsolvat ab excommunicatione, aut absolutionem im-

pendat et ullam, ne contemni videatur, & parvum illi Episcopus ille, & ejus excommunicatio tanquam parvi ponderis habeatur. Verum si Episcopus ille iniquus atque Tyrannus fuerit notorius, petieritque excommunicatus se purgare apud suum Metropolitanum aut Patriarcham, id licitum ipsi sit. Illi enim in eum potestatem habent. Scribant tamen prius ad Episcopum de causa iniquitatis.

Nicæni Patres rectè dicunt ante istam Synodum multa fuisse facta præter Canonem Ecclesiasticum. Etenim propter Arii Blasphemias, & præstita ipsis per varios hinc inde Episcopos adjutoria, litibus & discordiis scatebant omnes Ecclesie. Episcoporum aliqui etiam in Orthodoxos ac Zelosos Clericos & Laicos exercere Tyrannidem, & multos perperam ex animi pusillanimitate damnarunt. Philippopolitanus Eusebianæ factionis Conventus inter cæteros Orthodoxos Episcopos degradavit etiam vespereabilem Gaudentium Naxitanum, quod immemor esset sui Decessoris Cyriaci, subscribens sententiis in sceleratos digne inlatis. Hermias Zozomenus exponit: Quod contrarium studio ducebatur, quam Cyriacus, cui successerat, & magni faciebat eos, quos ille abdicaverat. Haud dubiè fuit calumniosa tutela: Forasan tamen habens aliquid, non fundamenti, sed coloris. Quidquid sit similes Episcoporum in suos Clericos & Laicos petulantiam tum grassabantur. Porro Apostolicus Canon mandat ligatum ab uno Episcopo non solvi ab alio. Quare etiam injustè victi quandoque per annos in ista miserabili calamitate cogebantur persistere. Hinc grandibus animarum periculis occurrens magna Synodus iussit quorannis fieri duos in quavis Provincia Conventus, qui talia discuterent atque sanarent. Ita afflictorum Clericorum, aut Laicorum animæ non nisi per medium annum gemere poterant sub acerbo vinculo iniqui Episcopi. Verum Arabicorum Canonum conditrix Synodus censuit istud tempus esse justò prolixius. Hinc laudatam solvendi potestatem commisit etiam Metropolitanæ ac Patriarchæ, omni tempore soluturis iniqua vincula.

Fuit optima ac iustissima moderatio. Hinc ipsam probavit ac ampliavit Sardicensis Synodus: Si Episcopus quis forte iracundus, quod esse non debet, citò asperè moveatur adversus Presbyterum, sive Diaconum suum, & exterminari eum ab Ecclesia voluerit, providendum est ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Habeat potestatem Eusebius finitimos rogare Episcopos, ut ejus causam audiant, & diligentius tractent: Quia non oportet negare audientiam roganti. Et ille Episcopus, qui justè aut injustè eiecit, patienter accipiat ut negotium discutiatur. Ut aut probetur ejus sententia, aut temeritas emendetur. Prius tamen quam omnia diligenter & fideliter fuerint examinata, communionem non debet presumere, donec ipse eum recipiat, & communioni societ. Quæ forma placuit etiam Africanæ Ecclesie. Etenim Milevitana, seu potiùs Carthaginensis Synodus sanxit: Presbyteri, Diaconi, vel cæteri inferiores Clerici, in causis quas habuerint, si de iudiciis Episcoporum suorum, questi fuerint vicini Episcopi eos audiant, & inter eos quid est finiant, adhibiti ab eis ex consensu Episcoporum suorum. Quem

Canonem frequenter laudavit, & in Gallicanæ Ecclesie mores introducere studuit Hincmarus Rhemenis. At verò Chalcedonenis Synodus censuit in nullo recedendum à Canone Nicæno: Si Clericus habeat causam cum Episcopo suo, apud Synodum Provincie causam dicat. Si autem dispensationem habeat cum Metropolitanis Episcopo, aut ad Diocesanos primam Sedem recurrat, aut ad Sedem Constantinopolitanam. Ita Canonem legit antiquus codex Romanæ Ecclesie. Ex quo lucet huic placuisse utramque formam. Etenim uti huic Chalcedonensem, ita & istum Sardicensem Canonem olim inseruit suo codici. Dixi inductam per Arabicos Canones moderationem placuisse Sardicensi Synodo. Et possit esse. Alii tamen malunt hanc Synodum fuisse priorem.

Alter Paschasi Quesnelli error est, quod secundus Constantinopolitanæ Synodi Canon interpretetur & confirmet quintum Nicænum. Etenim interpretatur præsertim sextum. Quesnellus, qui supra quintum Nicænum adduxit ex translatione Dionysii Exigui, jam secundum Constantinopolitanum Canonem adducit ex translatione Isidori Mercatoris. Ego à Dionysio, utpotè probatissimo apud omnes Ecclesias, iudico non recedendum sine rationibus. Audiamus integrum Canonem: Qui sunt super Diocesim Episcopi, nequaquam ad Ecclesias, quæ sunt extra præfixos sibi terminos, accedant, nec eas præsumptione confundant, sed juxta Canones Alexandrinus Antistes quæ sunt in Ægypto regat solummodò, & Orientis Episcopi Orientem tantum gubernent, servatis Privilegiis, quæ Nicænis Canonibus Ecclesie Antiochenæ tributa sunt. Asiæ quoque Diocesim Episcopi ea solum, quæ sunt in Asiæ Diocesi, dispensent. Nec non & Ponti Episcopi ea tantum quæ sunt in Ponto. Et Thraciarum, quæ in Thracia sunt, gubernent. Non vocati autem Episcopi ultra suam Diocesim non accedant propter Ordinationes faciendas, vel propter alias dispensationes Ecclesiasticas. Servata verò quæ scripta est de gubernationibus regula, manifestum est, quod illa quæ sunt per unamquamque Provinciam, ipsius Provincie Synodus dispenset, sicut Nicæno constat decretum esse Concilio. Christus Dominus Ecclesie suæ Regimen sanxit esse Monarchicum, ita tamen ut admisceatur aliquid Aristocratice. Hinc Apostoli omne istud corpus distribuerunt in sex Autocephalas, uni tamen Papali Capiti subjectas, Diocesim: Tres Patriarchales, Apostolicis Sedibus eximias, & tres Exarchicas, seu Primatiales.

Et huc in litteris ad Pulcheriam Augustam respicit Magnus Leo: Quæ si à cunctis Pontificibus intemerata servantur, per universas Ecclesias tranquilla erit pax, & firma concordia. Nulla de mensura honorum dissensiones, nulla de Ordinationibus Epist. 55. lites, nulla de Privilegiis ambiguitates, nulla erunt de usurpatione certamina. Uti adversum Meletii Lycopolitani Episcopi invasiones sextus Nicænus, ita adversum Petri Alexandrini Patriarchæ præsumptionem prodit secundus Canon Constantinopolitanus. Meletius Alexandrini Patriarchatus jura læserat: Hinc Nicænus Canon solos tres Patriarchas laudavit, eorumque firmavit dignitatem. Et solummodò summarie dixit de

de tribus Exarchicis Diocesibus: Per cæteras Provincias sua Privilegia servantur Ecclesie. Gentiani Herveti translatio est expressior: Et in aliis Provinciis sua Privilegia, ac suæ dignitates, & auctoritates Ecclesie servantur. At verò Petrus Patriarcha Thracicæ Diocesibus, ac præsertim Heracleensis Exarchi jura violaverat: Hinc Constantinopolitanus Canon non solos Patriarchas, sed insuper tres Exarchos expressit, & ipsorum providit iuribus ac dignitatibus. Providit confirmando, exponendo, ac ampliando non quintum, sed manifestò sextum Nicænum Canonem.

Quæstio est, Cur totius Ægypticæ Diocesim administrationem committat soli Alexandrino Patriarchæ; Orientalem autem, Asiaticam, Ponticam, & Thracicam Diocesim, quasi distribuat in omnes simul Episcopos? Item cur non meminerit Romanæ Ecclesie? Respondeo isto tempore Eustatium Schisma adhuc viguisse apud Antiochiam: Sedebant isthic duo Patriarchæ, Paulinus ac Meletius. His quæstionibus noluit ex causis se miscere Synodus, ideoque dixit: Orientis Episcopi Orientem tantum gubernent. Attamen addit: Servatis Privilegiis, quæ Nicænis Canonibus Ecclesie Antiochenæ tributa sunt. Quod nempe non ipsius Sedis, sed solorum Præfidentium jura essent vocata in controversiam. Quare per Orientis Episcopos Canon intelligit Meletium ac Paulinum: Permittit ut intra istum Patriarchatum quisque gubernet & administret suam communionem. In Thracica Diocesi Constantinopolitanus Episcopus erigebat cristas, cœperatque se ostentare Autocephalum, & Heraclæense jugum excutere. Etiam has quæstiones Synodus duxit non tangendas, ideoque edixit de omnibus tribus Exarchatibus: Episcopi gubernent atque dispensent. Cur de Romana Ecclesia fileat, edicit in litteris ad Thessaliam Episcopos Sanctus Papa Bonifacius: Nicæna Synodus non aliquid super eum, Sanctum Petrum Apostolum ac ejus Romanam Sedem, ausa est constituere, cum videret nihil supra meritum suum posse conferri. Omnia denique huic noverat Domini sermone concessa. Eandem Reverentiam detulit Constantinopolitana Synodus. Hinc ejus de Romana Ecclesia silentium.

Canon adjungit: Servata verò, quæ scripta est, de gubernationibus Regula, manifestum est quod illa, quæ sunt per unamquamque Provinciam, ipsius Provincie Synodus dispenset, sicut Nicæno decretum constat esse Concilio. Sensus est: Hæc tam nostra, quam Nicæna de gubernationibus Regula non solummodò Patriarchalibus atque Exarchicis Diocesibus providet, sed insuper singulis Provinciis: Cujusque Provincie negotia sanxit administrari per ejusdem Provincie Synodum. Etenim Nicæni Canonis verba sunt universalialia: Suis Privilegia servantur Ecclesie. Sunt verba sexti Canonis. Et ipsa à præsentis Canonè respici, puto non dubitandum. Nihilominus marginale Scholion passim censet respici quintum. Certè quintus non de quibuscumque Provinciarum negotiis sanxit, sed de solis Clericorum aut Laicorum per suum Episcopum infligendis excommunicationibus. Proinde

Christ. Lupi Opera T. VII.

ipsum, si præsens Canon respiciat, extendit & ampliat per paritatem rationis. Quod videtur hic non fieri. Nolim contumaciter refragari. Quidquid sit, ipsum non extendit aut ampliat ad damnationes Episcopis infligatas per Synodos. Proinde exponit atque firmat hic Canon sextum Nicænum, quantum si tangat, tangit admodum modicè.

Tertius Paschasi Quesnelli error atque excessus est, quod sua adversus Sancti Petri Sedem Commenta stabilire tentet per adductas Africanæ Concilii litteras ad Sanctum Cælestinum Pontificem. Certum est istarum miserandarum litterarum qualitatem à viro eximie erudito non ignorari. Audiamus plenum contextum: Prefato debite salutationis officio, impendio deprecamur, ut deinceps ad vestras aures hinc venientes non facilius admittatis, nec à nobis excommunicatos in communionem velitis admittere. Quia hoc etiam Nicæno Concilio definitum, facile advertit Venerabilitas tua. Nam est de inferioribus Clericis vel Laicis videtur ibi præcaveri, quantum magis hoc de Episcopis voluit observari, ne in sua Provincia communionem suscipi, à tua Sanctitate vel festinatè, vel præproperè, vel indebitè videantur communioni restitui. Presbyterorum quoque & sequentium Clericorum improba refugia, sicut te dignum est, repellat Sanctitas tua: Quia & nulla Patrum definitione hoc Ecclesie derogatum est Africanæ, & Decreta Nicæna sive inferioris gradus Clericos, sive ipsos Episcopos suis Metropolitanis aperitissimè commiserunt. Prudentissimè enim, justissimèque providerunt, quæcumque negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda: Nec uniusque Provincie gratiam Spiritus Sancti desaturam, qua æquitas à Christi Sacerdotibus & prudenter videatur, & constantissimè teneatur.

Omnis inter Africanam & Romanam Ecclesiam quæstio erat de Romana Appellatione Cleri inferioris. Quod damnati per suæ Provincie, aut etiam per totius Diocesim Synodum Episcopi semper potuerint provocare Romam, erat apud omnes in confesso. Perpetuam consuetudinem demonstrabant plurima exempla. Utriusque partis in hac lite fundamentum erant Nicæni Canones. Africanæ Antistites spondebant ipsis plenam reverentiam ac obedientiam. Verum agnoscebant solos viginti, Papa Zozimus adstruebat plures: Ex vetusto Romanæ Ecclesie more Sardicenses simul cum Nicænis accumulabat in unum corpus, & similiter affirmabat Nicænos. Post multum examen Africanæ sunt stabiliti in sua opinione, tenacissimè persuasi Nicænos non esse nisi viginti. Et inter istos solus quintus sanxit de Appellationibus. Hunc cœperunt attentius discutere, atque ex ipso concluderunt sequentia. Primò, quod ille sanciat de solis Clericorum ac Laicorum, ab uno suo Episcopo damnatorum, ad Provincie Synodum provocationibus. Deindè, quod Canon istos appellantes suis Metropolitanis ac ipsorum Synodis committat aperitissimè, atque ita istud iudicium sit inconcussum, ideoque per ulteriorem appellationem devolvi non possit ad Romanam Ecclesiam. Tertio, quod par atque eadem sit damnatorum & appellantium Episcoporum ratio, ideoque

E quod



quod nec ipsi à Canone permittantur per iteratam provocationem procedere Romam. Quarto, quod nulla hinc sit injustitia aut duritia. Quoniam isti appellantes valeant per novum refugium progredi ad plenam suæ Provinciæ, immò & totius Diocesis Synodum. Etenim apud Aftos damnati ab Episcopo Clerici ad vicinos Episcopos, ab his ad Provinciæ Synodum, ab hac ad plenarium Concilium poterant perferre. Item ad damnandum Episcopum necessaria non erat plena-Synodus Provinciæ, sed sufficiebant duodecim cum Primate Collegæ, atque ita & iste damnatus poterat bis intra Africam provocare. His considerationibus transversis Aftorum Episcopi Romanas etiam suorum Collegarum Appellationes censuerunt non permitti à quinto Nicæno Canone, ipsas etiam excusserunt, & contra perpetuam suæ Ecclesiæ consuetudinem prohibuerunt, & tentarunt abolere. Fuerunt reverà transversis. Ista est enim epistola, quam viri eruditi censuerunt adeò deviam & indignam, ut spuriam & fictam crediderint nullatenus editam à venerabili Aurelio Carthaginis Archi-Episcopo, ac ejus Collegis. Processit à turbato per iram calamo, atque ita ira viri non est operata justitiam. Per ipsum Aurelius amisit, aut certè obnubilavit sua grandissima merita: Exclusus ab Ecclesiasticis Sanctorum tabulis. Quin immò per ipsam Africanam Ecclesia creditur compleste sua peccata, ex quibus per Divinam justitiam tradita fuit in barbaras, hæreticas, & crudelissimas manus Wandalorum. Exstat sub Bonifacii secundi Pontificis nomine ad Eulalium Alexandriæ Patriarcham epistola, affirmans ex istis litibus Schisma fuisse inter Romanam & Africanam Ecclesias, quod duraverit usque ad Pontificatum istius Bonifacii. Est ficta ac suppositicia, attamen non caret omni fundamento. Hæ enim lites, licet verum Schisma non constaverint, fuerunt durissimæ. Has devias ac miserandas litteras Paschasius Quenellus probat, ipsis consentit, per ipsas exponendum vult quintum Nicænum Canonem, ideoque & Romanas Appellationes explodendas è Gallia, immò ex omni Ecclesia. Quæ omnia an cadant in Catholicum Doctorem, relinquo aliis definiendum.

Quartus illius error atque excessus est, quod sua commenta adserat probari à tertio Canone, quem ad Sanctum Victoricium Archi-Episcopum Rothomagensis transmisit Sanctus Papa Innocentius: *Si quæ causæ vel contentiones inter Clericos, tam superioris Ordinis quàm inferioris, fuerint exortæ, ut secundum Synodum Nicænam congregatis ejusdem Provinciæ Episcopis jurgium terminetur. Nec alicui liceat, sine præjudicio tamen Romanæ Ecclesiæ, cui in omnibus causis debet reverentia custodiri, relictis his Sacerdotibus, qui in eadem Provincia Ecclesiam Dei gubernant, ad alias convolare Provincias. Quod si quis fortè præsumpserit, ab officio Clericatus submotus, velut injuriarum reus ab omnibus judicetur. Si autem majores causæ in medium fuerint devolutæ, ad Sedem Apostolicam, sicut Synodus statuit, post Episcopale Judicium referantur.* Paschasius Quenellus videtur censere, quod hæc omnia dicantur aut deducantur ex quinto Nicæ-

no Canone. Longè rectius censuit in sua nota Epistola Hincmarus Metropolita Rhemensis: *Beatus Innocentius ad Victoricium Rothomagensis Episcopum duo capitula magni Concilii Nicæni, & capitulum Sardicenis Concilii de Episcoporum ad Sedem Apostolicam appellationibus uno capitulo sagaciter atque sapienter explicuit. Immo unum Nicæna, & duo Sardicenis Synodi capitula congestit in unum. Etenim quod omnes Clericorum cause debeant per Provinciæ Synodum terminari, est manifesta Sanctio quinti Nicæni Canonis. At ipsum Innocentius ampliat atque extendit etiam ad superiores Cleri, id est, Episcoporum contentiones atque jurgia. Ad primas de illis instantias, ad Episcopi contra Episcopum lites, quas planum est oportere terminari in eadem Synodo. Et sic recta est extensio. Quod nullus Clericus, aut etiam Episcopus possit suas causas traducere ad alterius Provinciæ Synodum, est Sanctio tertii Canonis Sardicenis: *Quod si in aliqua Provincia aliquis Episcopus contra fratrem suum Episcopum litem habuerit, ne unus à duobus ex alia Provincia advocet Episcopum Cognitorum.* Gentianus Hervetus vertit: *Neuter eorum ex alia Provincia Episcopos Cognitores evocet.* Nec item accedat. Quod de majoribus causis datum à Provinciæ Synodo judicium referri debeat ad Sedem Apostolicam, est item desumptum ex Sardiceni Synodo. Non ex aliquo Canone, sed ex Synodali relatione ad Julium Pontificem: *Hoc optimum, & valde congruentissimum esse videbitur, si ad Caput, id est, ad Petri Apostoli Sedem, de singulis quibusque Provinciis Domini referant Sacerdotes.* Hæc Relatio est*

Epist. 137.

Apostolica traditio, ideoque per hanc Synodum merito fuit laudata & stabilita: Et ipsa habet omnem appellationis effectum, devolvit atque suspendit. Etenim ad Felicem & Hilarium rectè Sanctus Augustinus: *Et in istis causis secularibus, quando ad majorem Potestatem refertur arbitrium judicandi, manentibus sicut erant omnibus rebus, expectatur illa sententia, undè jam non liceat provocare, ne superiori Cognitori fiat injuria, si ejus pendente judicio, aliquid fuerit commutatum.* Eandem formam affirmat vigere in causis Ecclesiasticis. Quare ad illum, ad quem referri oportet, potest & provocari. Hinc Innocentius suis litteris indidit circa extranea judicia: *Sine præjudicio tamen Romanæ Ecclesiæ.* Et item ipse, vel quis alius rectè adjunxit: *Cui debet in omnibus causis reverentia custodiri.* Nempe tam appellationis reverentia, quàm relationis. Relationis in folis majoribus, appellationi reverentia etiam in causis minoribus. Quare hoc Innocentii Capitulum Paschasii Quenelli commenta nullatenus adjuvat, sed penitus evertit.

Quintus illius error atque excessus est, quod ad stabilienda sua commenta advocet etiam decimum quintum Canonem Antiochenum: *Si quis Episcopus, de certis criminibus accusatus, condemnatur ab omnibus Episcopis ejusdem Provinciæ, cunctique consonanter eandem contra eum formam Decreti protulerint, hunc apud alios nullo modo judicari, sed firmam concordantium Episcoporum Provinciæ manere sententiam.* Quis enim nesciat Antiochenos Canones esse dolosæ Eusebianæ Factionis con-

contra Sanctum Athanasium, aliosque Orientis Orthodoxos Antistites, nec non adversus Divinam Sancti Petri Apostoli Privilegia tutelam, vafero studio congestas præsertim adversus Privilegium Romanæ Appellationis? Sanctus Athanasius adversum Tyriæ Synodi & Mareoticæ examinis iniquissimas technas, alii Orthodoxi per Orientem Episcopi adversum alias præfatae Factionis injurias appellarant ad Sancti Petri Cathedralam, & accesserant Julium illius Insefforem. Et hic Factionis Capita evocant ad suum Tribunal, redditura rationes suorum operum. At in mala causa nullum prodest ingenium. Hinc isti desperati non Romam, sed cum suis Congerronibus procefferunt Antiochiam, & isthuc evomerunt Canonum fucos, quibus non solum Athanasio ac ejus collegis, sed cunctis suis in perpetuum adversariis Romanam viam claudent, & adversum suas Synodales conjurationes subducerent omne auxilium atque solatium. Pararunt viam ad sua Attentata Philippo-Politana, in quibus deposuere larvam, & revelata fronte arietarunt, ac evertere studuerunt Divinam Ecclesiæ Monarchiam, definiverunt Ecclesiæ Regimen esse ex Divino Instituto Aristocraticum, æquali mensura distributum in tres Patriarchas, quorum nullus habeat auctoritatem in alterum, & à quorum nullo possit ad alterum provocari. Romanum esse primum solo loco, non jurisdictione. In Antiochena Synodo posuerunt hujus pessimæ machinæ cooperta fundamenta: Sanxerunt damnatum à divisa in diversa suffragia Synodo Episcopum posse appellare, non Romam, sed aliud majus in Oriente Concilium; ab unanimi autem Conventu damnatis nullum superesse refugium. Eis nullam restare audientiam, sed solum in laica Communione penitentiam. In Arcana historia Procopius Cæsariensis affirmat Imperatorem Justinianum in condendis variis legibus respexisse ad lites tum pendentes, ac suo aut suorum lucro prospexisse: Prospexisse victoriæ istius partis, à qua sperabat commodum. Apparebant leges justæ & congruæ, verum in ipsarum visceribus latebat pessimus anguis. Istiusmodi sunt & Antiocheni Canones. Hinc ipsos dudum non sola Romana, sed & omnis Orthodoxa Orientis Ecclesia fuit averfata. Sunt ambidextri: Cothurnus aptus ad utrumque pedem. Hinc postquam Eusebiana vafrities, & ipsi congenita pericula cessarunt in orbe Christiano, purgari coeperunt isti Canones, atque ita variis placere. Nec enim inepti sunt ad bonum usum. Placere tandem coeperunt etiam Romanæ Ecclesiæ. Etenim Dionysius Exiguus ipsos inseruit suo codici, scripto ad usum istius Ecclesiæ, quem omnis Latina Ecclesia pedetentim probavit atque admisit.

Quin & dudum antea, dum ex universæ, utique Orientalis, Ecclesiæ codice istorum Canonum aliqui legerentur ad Chalcedonensem Synodum, Apostolicæ Sedis Legati non intercesserunt, atque ita demonstrarunt nec sibi, nec Romanæ Sedi ipsos displicere. Forsitan nec tunc erant in antiquo codice Romanorum. Et quidem isthuc fuit etiam Canon decimus quintus.

Christi. Lupi Opera T. VIII.

Nempe intellectus cum salutari clausula, quam in litteris ad Sanctum Victoricium expressit Innocentius Pontifex: *Sine præjudicio Romanæ Ecclesiæ, cui in omnibus causis debet reverentia custodiri.* In Eusebiano sensu erat nequissimus, laudata clausula facit rectum. Verum Paschasius Quenellus probat priorem sensum, & tentat ipsum protrudere in Gallicanam Ecclesiam.

Redeamus ad quintum Nicænum Canonem. Videamus an ille permissam damnatis Clericis ac Laicis ad suæ Provinciæ Tribunal appellationem velit esse inconcussam & ultimam, ideoque neget ulterius procedere, non solummodo ad Patriarcham, sed etiam ad Romanam Ecclesiam. Partem affirmativam tenuit Antiochena Synodus. Item erratica Synodus Aurelii Carthaginensis. Et ipsis adhæret Paschasius Quenellus. Quousque Aurelius intra Africanæ, quæ inferiori Clero Romanam Appellationem nunquam indulserat, consuetudinis defensionem conficit, generosè ipsi adhæserunt, ipsumque ex peccatore adjuverunt Sanctus Augustinus, Sanctus Alipius, Sanctus Possidius, alique meliores ac familiares Episcopi. Etenim rationalis & avita totius gentis consuetudo justissimè poterat defendi. At ubi Aurelius Romanas etiam Episcoporum appellationes coepit invadere, & in immobilem hujus Apostolicæ dignitatis Petram infelix caput impingere, laudati Episcopi retraxerunt manus, & Sancto Petro manserunt fidelissimi. Lucent hæc ex Sancti Augustini epistola, quam de causa Antonii Fussalensis Episcopi scripsit ad Celestinum Pontificem. Et hæc laudatorum Antistitem à suo semper dilectissimo Aurelio Primate secessio demonstrat, ac altissimè clamat ista ejus Acta fuisse devia atque prævaricatoria. Fuerunt prævaricatoria quinti Nicæni Canonis. Hic enim etiam Clericis & Laicis omnino permittit à suæ quoque Provinciæ Synodo, si iniquo Episcopi Judicio gratificetur, procedere & provocare ad Cathedralam Romanam. Disertè hoc asseverat in litteris ad Antiochenam Synodum Sanctus Julius Pontifex: *Qui bene sentiunt de his quæ egerunt, & in quibus ipsi Judices fuerunt, non indignanter ferre solent, si quod ab ipsis judicatum est, ab aliis excutatur. Quippe qui securi sint, ea quæ ipsi justè judicaverunt, injusta nunquam fieri posse. Quocirca Episcopi, in magna Synodo Nicæna congregati, non sine Dei consilio permisissent prioris Synodi Acta in alia Synodo examinari, ut & illi, qui Judices erant, præ oculis habentes secundum de ea ipsa re Judicium futurum, cum omni diligentia causam expenderent, & illi qui sententiam acceperant, certè cognoscerent, se non per simulationem priorum Judicum, sed jure ac merito condemnatos esse. Quod si istiusmodi consuetudo olim fuit, ejusque memoria renovata est, & Scripto prodita in magna Synodo, eamque apud vos valere non sinitis, rem profectò indecoram factis. Motum enim, qui semel in Ecclesia obtinuit, & à Synodo confirmatus est, iniquum est à paucis abrogari.* Palàm differit de Appellationibus ad Sedem Apostolicam. Agit enim de Romana Appellatione Sancti Athanasii, Sancti Pauli Constantinopolitani, Marcelli Ancyranus, Aclepeæ Gazensis, & aliorum Episcoporum Orientalium. Et affir-

E 2

mat

mat plura. Primò, quod hæc appellandi forma sit vetustus mos, antiqua consuetudo, traditio Apostolica. Secundò, quod pauci in Antiochena Synodo Episcopi tentaverint illam abrogare & proscribere. Nempè per vastas technas ambiguum Canonum. Julius affirmat terciò, quod in vanum laborarint. Etenim Nicæna Synodus discussit avitam consuetudinem, probavit, stabilivit, & ad perpetuam rei memoriam redegit in Scriptum. Factum id est in quinto Canone, ac præsertim in sexto. Etenim quintus subintellectam habet expressam à Sancto Innocentio clausulam; sextus autem disertè mandat sua Privilegia, dignitates, atque auctoritates custodiri cunctis Ecclesiis. Præsertim Ecclesiæ Romanæ, super quam Synodus nihil fuit ausa statuere, sciens illi omnia concessa à Domino.

Arabici Canones non sunt Nicæni. Attamen ipsorum author non sine fundamento adscripsit eis istum sublimem titulum. Etenim Nicænos exponunt, & ampliunt ad varias factorum species. Audiamus quadragesimum quartum: *Patriarcha inspicit quodcumque negotium fecerit aliquis suorum Metropolitanorum, sive Episcoporum in Provinciis, quibus præsent. Si autem invenerit ex illis quidquam, quod non decet, permittet illud, ac de illo constituat, prout ipsi videntur. Etenim omnium ipsorum Pater est, & illi sunt ipsius filii. Metropolitanæ autem Principatum super se agnoscere, eumque venerari debent instar Fratris majoris, quem sibi Fratres anteponunt, illique parere ducunt ob ejus optimum Regimen & Majoritatem. Patriarcha porro instar Patris in sua Jurisdictione super filios suos. Et quemadmodum Patriarcha potestatem habet super subditos suos, ita quoque Romanus Pontifex potestatem habet super universos Patriarchas, quemadmodum Petrus habebat super universos Christianitatis Principes, & Concilia ipsorum: Quoniam Christi Vicarius est super Redemptionem, Ecclesias, & cunctos Populos.* Hæc omnia fundamentum habent in sexto Nicæno Canone. Et ex ipsis laudati Canones deducunt & confirmant Romanas Appellationes, immò & primas instantias. Et certè Pontifici incumbit sollicitudo omnium Ecclesiarum. Est Pater totius Ecclesiæ, totius Redemptionis, omnium Synodorum, omnium fidelium Populorum. Quia est Christi Vicarius. Ex quo vides labi illos, qui hunc Titulum volunt olim fuisse communem omnibus Episcopis, & non nisi à paucissimis sæculis appropriari cœpisse soli Papæ.

### CAPUT XIII.

*Expenditur aliud Paschasi Quæsnelli fundamentum.*

**H**Æc sunt ejus verba: *Sardicensem Synodum familiare est in hoc negotio proferre, indèque velut palmare argumentum sumere, quo appellationis jus à Synodo ad Sedem Apostolicam jam tunc Canonica auctoritate stabilitum esse comprobetur. Quam-*

*vis enim hujus Concilii non memnerit Sanctus Leo, de appellationibus agens in hac ad Viennenses epistola, sed vereris tantummodo consuetudinis; illi tamen Concilio debetur earum appellationum origo, & illius Canones sub Nicænorum nomine allegavit ipse Leo aliquot post annis in causa Flavianii Constantinopolitani Episcopi. Indè, inquam, appellationum usui ratio quæstia est à Romanis Pontificibus, licet reverè nihil de appellationibus decernant Sardicenses Patres, sed tantummodò retractationis, seu revisionis causæ decernendæ potestatem faciant Romano Episcopo, ut demonstrat Illustrissimus Petrus de Marca, & ex ipsa Canonum Sardicensium lectione manifestum sit. Quæ potestas retractationis in ipsa Provincia decernendæ, etsi jure appellationum longè inferior sit, trepidè tamen & dubitanter admodum ab ipso proposita est, qui rem novam Canonibus Nicænis minime consonam, constantique adversam consuetudini, quasi supplex, & honorandam Sancti Petri memoriam prætendens, exoravit. Si vobis placeat, Sancti Petri Apostoli memoriam honoremus; Sed tantæ Auctoritatis non fuit apud Episcopos, sive Orientales sive Occidentales, Sardicensis Synodus, ut hujusmodi definitioni statim inobediendum esse censuerint. Hoc enim retractationis jugum à suis semper humeris amoliti sunt Orientales, qui ob hanc fortè causam Concilii istius Canones in suas Collectiones non retulerunt, sicut nec Gallicani. Africani etiam nunquam illam appellationis seu retractationis Prærogativam admiserunt, ut patet ex Synodica ad Cælestinum Papam epistola, quæ testatur antiquam esse consuetudinem ac disciplinam, ut Episcoporum & Presbyterorum causæ extra Provincias vagari non sineverentur, sed ubi orta erant negotia, ibi Metropolitanorum auctoritate esse finienda. Unde ne de Sardicensibus quidem auduisse, sed unius Nicæni Concilii Canones cum suis pro regula habuisse Africanos, manifestum est.*

Etiã hæc verba scitent erroribus atque excessibus. Primus est, quod ex Sardicensi Synodo sumamus palmare pro Romanis Appellationibus fundamentum. Etenim omnia, quæ jam adduxi ex Sancto Julio, istam præcessere Synodum. Et ipse pro palmari isto fundamento adduxit perpetuum Ecclesiæ morem & consuetudinem, confirmatam à Nicæna Synodo, & relatam in Scriptum. Adduxit traditionem Apostolicam, firmatam pluribus exemplis, ac perpetuo usu. Unde de de ipso scribit in Ecclesiastica historia Theodoretus, quod circa jam adductas Orientalium Episcoporum appellationes fuerit secutus Ecclesiæ Canonem. Hoc est palmare istius juris fundamentum. Hinc & ipsum Sanctus Leo in litteris ad Viennensis Provinciæ Episcopos adduxit adversus audaciam & novitates Sancti Hilarii. Quin immò videtur respexisse istas Sancti Julii litteras. Præsertim hæc verba: *Quod si ejusmodi consuetudo olim fuit, ejusque memoria renovata est, & Scripto prodita in magno Synodo, eamque apud vos valere non sinitis, rem profecto indecoram facitis. Morem enim, qui semel in Ecclesia obtinuit, & à Synodo confirmatus est iniquum est à paucis abrogari.* Sanctus Leo affirmat istum morem semper viguisse etiam in Galliis, ideoque ab Hilario nec circumduci potuisse, nec circumferri.

Sc.

Secundus error est, quod harum appellationum jus dicamus stabilitum, seu introductum à Sardicensi Synodo. Quod enim vox, *stabilitum*, hanc ibi acceptionem habeat, suadent hæc verba: *Indè appellationum usui ratio quæstia est à Romanis Pontificibus.* Est error insigniter crassus. Quippe ante Sardicensem Synodum ad Apostolicam Sedem appellarunt Sanctus Athanasius, Sanctus Paulus Constantinopolitanus, Marcellus Ancyranus, Asclepas Gazensis, Lucius Adriano-Politanus, alique plures per Eusebianæ Factionis Synodos degradati aut vexati Orientales Episcopi: Eos audivit Julius Pontifex, absolvit à perperam injectis vinculis, reparavit in priorem gradum, ac per interim remisit in suas Sedes. Videlicet donec fieret totius causæ retractationum Judicium. Hinc nata est omnis inter istam Factionem & Romanam Ecclesiam contentio; etiam Antiochena Synodi audacia, & horrenda ac inaudita facinora Conventus Philippo-Politani. Quid enim horrendius, quam damnare Romanum Pontificem, & Monarchicum Ecclesiæ Regimen tranfmutare in Aristocraticum, atque ita manifesto schismate lacerare Ecclesiam? Etiam Donatistæ dudum ante Sardicensem Synodum à Constantino Augusto integros Judices postularunt contra Cæciliani Carthaginensis Archiepiscopi Ordinationem: Et Apostolicam Traditionem ab Hosio Cordubensi Episcopo edoctus Princeps ipsos remisit ad Melchiam Pontificem, & pro aliquo istorum factiosorum solatio rogavit illi affidere aliquot Gallicanos Episcopos. Plura istiusmodi exempla sunt jam adducta, ac in decursu adducentur. Proinde Sardicensis Synodus Romanas Appellationes nequaquam introduxit, sed adversum Eusebianæ Factionis novas, violentas, schismaticas, atque hæreticas præsumptiones solummodò stabilivit & confirmavit.

Tertius error est, quod Sardicensis Synodus nihil de appellationibus decreverit, sed solum retractationis seu revisionis decernendæ potestatem fecerit Romanis Pontificibus. Et quod istud ex ipsa Canonum Sardicensium lectione sit manifestum. Certè oppositum est manifestissimum. Etenim isti Canones interjectis ad Romanum Pontificem proclamationibus donant non solum devolutivum effectum, sed & suspensivum. Donant potestatem, qua istiusmodi causas retractare possit vel per semet-ipsam in alma Urbe, vel in partibus de delegatos è suo Latere Presbyteros, vel per Synodum vicinæ, aut etiam ejusdem Provinciæ. Prout visum fuerit ejus sapientissimo arbitrio. Immo hanc potestatem non donat, sed à Christo Domino donatam, per Apostolos ordinatam, confirmatam à Nicæna Synodo, & plurimis stabilitam exemplis, solummodò innovat, & adversum præfatas novitates exponit & armat. Quod ista omnia, etiam suspensivus effectus, sint à Christo Domino & Apostolicis Canonibus, mox ex authenticis Christianæ discipline fontibus demonstrabitur. At verò ista sunt manifestus & propriissimus character veræ appellationis. Et de hac per Sardicensium Canones stabilita veritate nemo Catholicus ambigit: Dominus Petrus de Marca est fors-

*Christi. Lupi Opera T. VIII.*

tan omnium primus.

Error quartus est, quod Hosius Cordubensis Episcopus, Apostolicus Legatus ac Præses Sardicensis Synodi, Retractationis in Provincia decernendæ jus proponens, sciverit à se proponi rem novam, Nicænis Canonibus minime consonam, constantique adversam consuetudini. Si solum decernendæ Retractationis jus proposuerit, fateor ista esse verissima. Addo illum longissime recessisse à Nicæna Synodo, quæ super Sancti Petri Romanam Cathedralam nihil fuit ausa constituere, sciens illi omnia concessa à Domino. Etenim Apostolici juris ad solius Retractationis decernendæ potestatem restrictio est omninò novum, Nicænis Canonibus adversum, perpetuam Ecclesiæ consuetudinem evergens, ac supra Sancti Petri Cathedralam statuere attentans figmentum, à Confessoris Hosii sacris cogitationibus alienissimum. Quapropter ipse in sua ad Sardicensem Synodum Relatione haudquaquam circumscriptam & diminutam decernendæ Retractationis, sed plenissimam admittendæ, & quovis juxta suum sapientissimum arbitrium modo judicandæ atque exequendæ appellationis potestatem adscripsit Sedi Apostolicæ. Erat res omnibus exploratissima. Quomodo aliter Julius Pontifex Orientalibus Antiochena Synodi Episcopis ipsam restrictisset in barbam? Certè isti omnes adfuerant Nicæna Synodo. Eidem Hosius præfederalat, habuerat cum Relationis auctoritate Prærogativam suffragii, ideoque ejus arcana plenè noverat. Proinde dum isto pro Romanis Appellationibus officio functus fuit apud Sardicam, optimè novit se non referre rem novam, aut Nicænis Canonibus non consonam, aut constanti adversam consuetudini.

Quintus error est, quod Hosius Romanas Appellationes trepidè ac dubitanter admodum, & quasi supplex Sardicensi Synodo retulerit, & honorandam Sancti Petri memoriam prætendens exoraverit: *Si vobis placeat Sancti Petri memoriam honoremus.* Est effrænis in gloriosam Confessionem, Abrahamicum senem, & omnium tunc Synodorum Patrem contumelia. De Eusebianis Episcopis scribit ad omnem sub Cælo Ecclesiam laudata Synodus: *In itinere Sardicensi certis in locis Conciliabula in modum Synodi inter se habuerunt, & fœdera cum interminationibus conflagaverunt, ut ubi Sardicam pervenissent, minime se in Judicio sifterent, aut in eundem locum cum sacra Synodo convenirent, sed mox ubi eò pervenissent, & perfunctoria specie adventum suum ostentassent, raptim indè aufugerent.* Et quò ista conjuratio esset magis firma, curarunt ut omnes eodem, & per viam & apud Sardicam, domicilio uterentur, ne vel tantillum quispian ab illis seorsim agere posset. Palmaris quæstio erat de Athanasio, Pauli Marcelli, & aliorum Antistitum, ab ipsis damnatorum, Romana Appellatione, & per Julium Pontificem impartita illis revestitione. Conjurarunt hæc nunquam admittere, & potius patrare quidlibet, quam istos suos damnatos agnoscere in Episcopos, & cum ipsis Synodaliter considerare. Intraverunt Sardicam, & multa de his cum Hosio, aliisque Latinis Episcopis disputarunt. Et ipsos tam pro-

E 3

dicto.

dictorum Appellantium innocentia, quam pro Sancti Petri privilegio invenerunt constantissimos. Viderunt nullam patere portam excutiendi præsertim Athanasii, nisi per apertam rebellionem contra sedem Apostolicam. Hinc omnes de nocte fugerunt, & abierunt Philippo-Polim, Thracicæ Diœcesios civitatem, ideoque spectantem ad Orientale Imperium sui Principis, sub quo liberè poterant quilibet insanire. Isthic igitur insanierunt tres Patriarchatus esse Divino jure Autocephalos, & æquales per omnia, ideoque unum nihil posse in alium, & ab uno damnatos non posse ad alium provocare. Singulorum Judicia esse Divino jure inconcussa atque inappellabilia. Hinc concluderunt Julium Pontificem, qui talia in præfatos Episcopos attentaverat, esse Divinæ legis prævaricatorem, ideoque gradu & communione privarunt. Præfatos Episcopos pronuntiarunt nequaquam absolutos aut revesitos, sed ob tentatam novam appellandi audaciam esse prolapsos in majorem damnationem. Eorum fur præsertim efferebat in Sanctum Maximinum Treverensem Episcopum: Quod ad ista omnia Julium permovisset. Et hinc lucet, quid Gallicana Ecclesia tum censuerit de Romanis appellationibus. Has omnes schismaticas atque hæreticas Eusebianæ Factionis petulantias noverat Hosius, ideoque sibi Apostolicæ Sedis Legato vidit non dormiendum. Hinc non trepidè, nec dubitanter, nec suppliciter, sed generosè, constanter, & ex Apostolico pectore clamavit ad Sardicensem Synodum: *Sancti Petri Apostoli memoriam honoremus*. Adversum hæreticas sceleratæ Factionis petulantias nos Orthodoxi Episcopi confirmemus data per Christum Dominum Sancto Petro Privilegia, Apostolicos de eisdem Canones, & Nicænæ Synodi novissima Decreta. Per hosce Sardicenses Canones invasit ac destruxit & jam dictam Eusebianorum audaciam, & simul ipsorum Canones Antiochenos.

Sextus error est, quod Orientalis Ecclesia istam Sardicensem definitionem non statim admisit, sed semper studuerit excutere. Etenim Sardica Alexandriam rediens Athanasius transivit per Syriam & Hierosolimam: Et isthic Sanctus Maximus Antistes cum ipso celebravit Synodum in qua publicavit & executus est Acta & Decreta Sardicensia. Audiamus Photii Bibliothecam in Excerptis ex vita Sancti Athanasii:

Lib. 258. *Athanasius, cum pervenisset Hierosolimam, Maximo Episcopo & confessori nota fecit Acta Sardicensis Concilii. Quodque Constantius Imperator bene erga se animatus sit. Deinde congregat Synodum Episcoporum, quæ Beato Athanasio & communionem, & dignitatem Episcopalem decernit, & scribit ipsa Synodus Alexandrinis, & omnibus in Ægypto ac Libya Episcopis, quæ de Athanasio decreta essent & gesta. Athanasius autem Alexandriam cum venisset, conventus Episcoporum in Ægypto egit, quæ Synodus consensit eis, quæ in Sardicensi ac Hierosolimitana Synodo decreta erant. Quod pro Sardicensis Concilii publicatione diversas in Ægypto Synodos celebraverit, testantur Socrates & Hermias Sozomenus. Et suis ad omnes sub cælo abfentes Episcopos litteris subjunxit Sardicensis Syn-*

nodus. *Quin & vos quoque, ut spiritu præsentis in nostra Synodo, studete idem suffragium conferatis per vestras subscriptiones, quo ab omnibus ubique Sacrorum Ministris concordia servetur.* Plurimos, & Occidentales & Orientales, subscripsisse demonstrat in secunda ad Constantium Imperatorem apologia Sanctus Athanasius. Philippo-Politano Conventus ei inter cætera impedit, quod per ficta testimonia circumscriptis Julium Pontificem, atque ita obrepisset in communionem. Hinc in laudata apologia adjungit, quod etiam ante Sardicensem Synodum trecenti quadraginta Orientales Episcopi pro ipsius innocentia subscripserint: Ab eisdem probatam, admissam, subscriptam, ac publicatam fuisse istam Synodum, videtur non dubitandum. Eusebianæ Factionis turbulentissimi incitatores Ursacius & Valens etiam subscripsere, de suis apud Philippo Polim Actis supplicantes veniam. Ex ista Factione plures redierunt ad mentem, & Synodum admiserunt. Eosdem Canones laudat, & secundum ipsos Sancti Joannis Chrysostomi appellationem Epist. 29. exequitur in litteris ad Clerum & Populum Constantinopolitanum Sanctus Pontifex Innocentius. Ipsos per omnem Orientem viguisse testatur Palladius Episcopus Helenopolitanus in Dialogo cum Theodoro Romanæ Ecclesiæ Diacono de vita laudati Joannis. Et hinc plena, plusquam sexcentos & triginta Orientales complectens Episcopos, Chalcedonenis Synodus in prophoneticò sermone dixit ad Martianum Imperatorem: *Illi qui apud Sardicam contra Arianos reliquias conveniunt, Orientalibus direxerunt sui Constituta Judicia.* Palam asseverant apud se vigere hanc Synodum, & observari. Palam edicunt inter Canones, quos per singulas Synodos à Sanctis Patribus hæcenus constitutos laudat & firmat eorum primus Canon, omninò comprehensit etiam Sardicenses. Eosdem authenticis Canonibus adnumerat Trullana Synodus. Omnem Synodum, ut apud se vigentem, describunt atque exponunt Socrates, Sozomenus, ac præsertim Theodoretus. Eandem Hæres. 71. laudat ac probat Sanctus Epiphanius. Eiusdem Cap. 8. meminit magnus Basilius, nihil in ipsa culpans, nisi reparationem Marcelli. Post ipsam ad Romanos Pontifices appellarunt Petrus Alexandrinus, ejus Successor Joannes Thalaja, Maximus Constantinopolitanus, Sanctus Joannes Chrysostomus, ipsorum Successor Sanctus Flavianus, Theodoretus Cyrensis, Eusebius Dorylæensis, Calandion Antiochenus Episcopus, aliique multo plures. Item Ætius Constantinopolitanæ Ecclesiæ Archidiaconus, Salomon Presbyter, ac plures alii Clerici. Item Leo Sapiens Imperator ab inflata sibi per Nicolaum Patriarcham excommunicatione provocavit ad Romanam Ecclesiam. Eandem invocarunt S. Nicephorus, Sanctus Ignatius, Patriarchæ Constantinopolitani. Et quis neficiat omnes istas appellationes fuisse directas per Canones Sardicenses? Cerrè Magnus Leo, dum S. Flaviani adversus totum Ephesinum Latrocinium interjectam appellationem rogavit à Theodosio Imperatore permitti suo cursui, adjecit suis litteris: *Quam autem post appellationem interpositam hoc necessariè postuletur, Canonum Nicænæ habiturum*

Decre-

Decreta testantur, quæ subter annexa sunt. Et adnexuit Sardicensem Canonem. Notat illos vigere apud Orientales Ecclesias, & haberi pro Nicænis.

Primus apud Orientales Photius cepit hos Canones arietare: Quo nempe suam ex neophyto Episcopalem intrusionem purgaret, & fomenta quæreret fabricando schismati. At verò descripsit Nicolaus Pontifex: *Quod verò dicitis Sardicense Concilium vos non habere vel recipere, non facile nobis credendi facultas tribuitur. Maxime cum Sardicense Concilium, quod penes vos in vestris regionibus actum est, & omnis Ecclesia recipit, qua ratione convenerat, ut hoc sancta Constantinopolitana Ecclesia abjiceret, & ut dignum est non retineret?* Et certum est Photium impossuisse. Etenim Canones istos Joannes Scholasticus, tertius istius nominis Constantinopolitanus Episcopus, inseruerat suo Codici, haud dubiè observato apud istam Ecclesiam. Et ipse ante Lapsum Photius inseruerat suo Nomo-Canonis. Photio enim familiare fuit aliud ante, aliud post Lapsum cantare. Quapropter admiranda est Pachasii Quesnelli fiducia, aucti scribere: *Tantæ Autoritatis non fuit apud Episcopos Orientales Sardicensis Synodus, ut hujusmodi definitioni statim inhaerendum esse censuerint. Hoc enim Retractionis jugum à suis semper humeris amoliti sunt, qui ob hanc fortè causam Concilii istius Canones in suas collectiones non retulerunt.*

Interim universæ, utique Orientalis, Ecclesiæ codex non continet istos Canones. Hinc Pachasius Quesnellus adeo constanter ipsis obstrepit. Conabor mox occurrere. Septimus ejus error est, quod hosce Canones etiam Gallicana Ecclesia olim non admisit. Affirmat Dionysii Exigui Codicem in Gallia non fuisse admissum ante Magni Caroli tempora, ideoque nec Canones Sardicenses. Affirmat hos non viguisse in Gallia, nisi per istum Codicem. Respondeo hujus Codicis in Gallia admissionem non spectare ad præsentem controversiam. Quidquid sit, dico istos Canones semper in Gallia viguisse. Primus Gallicanæ Ecclesiæ Codex, seu Gallicani Codicis prima exordia sunt Innocentii primi epistola ad Victoricum Episcopum Rothomagensis. Hinc Papa ipsam appellat *Digestas vitæ & morum probabilium disciplinas, ac librum Regularem, Didascalum, atque Monitorem.* Quis ambigat ipsam semper viguisse in Gallia? At verò ejus tertium caput est desumptum partim ex Nicænis, partim ex Canonibus Sardicensibus: Et per Nicænam Synodum intelligit utramque. Et quod plures Gallorum Episcopi huic Synodo interfuissent, ac absentes subscripserint, diserte affirmat in secunda apologia Magnus Athanasius. Exprimit ipsorum nomina. Adfuit Sanctus Maximinus Treverorum Episcopus, ob præstitum Romanis appellationibus generosum auxilium degradatus Philippo-Poli. De Hosio Cordubensi Episcopo, Sardica regresso in Hispaniam, scribit antiqui authoris liber Synodicus: *Cordubæ Episcopus sanctissimus Hosius, Synodum Divinam & Sanctam in sua civitate convocans, Divinitus expostam illustravit doctrinam, condemnans eosdem quos*

Sardicensis abdicaverat Synodus, & quos ea absol-  
verat recipiens. Cerrè existimo similem Synodum fuisse celebratam à regresso in Gallias Maximino, aliisque ibidem Metropolitanis. Secunda Turonensis, inter Gallicanas nequaquam infima, Synodus adversum incæstrosa conjugia innovat antiquos Canones, & adjungit: *Propterea fuit illos iterare necessarium, quia dicunt plures, quasi illud per Prædecessorum negligentiam Sacerdotum illis non fuisset apertum. Sed revera mentitur, cum sciamus tales ac tantos viros nullatenus huic negligentia subjacuisse, sed hoc, quod Scripturæ sanctæ testantur, assidue prædicasse.* Eadem diligentia prædicarunt Generalium Synodorum Canones. Proinde quisquis Magnum Maximinum opinatur hac in re fuisse negligentem, jam audivit Turonensis Synodi de sua opinione iudicium. A laudato Pontifice Innocentio creduntur etiam esse Canones Synodi Romanorum ad Gallos Episcopos. Quidquid sit, sunt antiqua, authentica, observata per Galliam, & forsitan ad ejus Codicem adjuncta Rescripta Sedis Apostolicæ. Et quædam sunt palam desumpta ex Canonibus Sardicensibus. Nempè capitulum duodecimum, vetans Episcopum assumi ex Laicis. Et capitulum decimum-tertium, secundum Nicænam Canonem, statuentem de prima Neophytorum specie, extendens ad secundam. Prima ex Gentilibus, secunda species est ex Laicis.

Hæc omnia similiter patent ex degradatione ac Romana appellatione Contumeliosi, Rejentis in secunda Narbonensi Provincia Episcopi, circa quem & Cæsarius Metropolita, & Joannes II. Pontifex, ejusque Successor Agapetus omnia egerunt ex Canone Sardicensi. Contumeliosus fuerat lapsus in adulterium, & involutus aliis criminibus. Hinc Provincialis Synodus ipsum degradavit, & ad agendam perpetuam penitentiam clausit in monasterio. Erat convictus & confessus, ideoque nec provocavit. Attamen in sua Synodo habuit fautores, de quibus Sanctus Cæsarius: *Quæ est ista Justitiæ inimica benignitas, palpate criminosos, & vulnera eorum usque ad diem Judicii incurata servare? Quod si etiam durissimam eos penitentiam per plures annos agere videremus, sic nos ipsi & salutem eorum consulere, & Canonum deberemus Statuta servare. Cum verò in aliquibus nec compunctionis humilitas, nec instantia orandi vel plangendi appareat, nec eos Jejunia vel lectio vacare videamus, possumus cognoscere, si ad honorem pristinum redierint, cum quanta negligentia, & cum quanto tepore, & inimica animæ securitate permaneant, credentes quod sic eos non ad dignè penitentiam admisit Deus, quomodo Sacerdotes indulisse videntur. Demonstrat esse falsam, periculofam, immò perniciosam misericordiam. Episcopi isti nolebant Contumeliosum degradari, nec ad perpetuam penitentiam detrudi in Monasterium, sed solummodo suspendi ad tempus, & tunc reddi Episcopalis communionis honori, de suis infirmitatibus responsurum Domino Deo. Ex quo liquet Apostolicum Canonem, Oportet Episcopum sine crimine esse, quoad carnalia flagitia cœpisse tunc tepescere in Gallias. Hinc erat causa major atque difficilis. Et ista*

Epi-

Episcoporum intercessio habebat aliquid appellationis. Hinc Sanctus Cæsarius, summi Pontificis per Galliam Vicarius, ex Sardicensi Canone, & Innocentii ad Vitricium Rescripto, post Episcopale Judicium omnia retulit ad Sedem Apostolicam, Contumelioso non permisit ordinari Successorem, & supplicavit ex Romana disciplina instrui. Porro Joannes II. Pontifex probavit Cæsarii judicium. Contumeliosi degradationem confirmavit, iussit perpetuum claudi in Monasterio, & ipsi creari Successorem. Et dum hoc fiat, dati Visitatores Rejensi Ecclesiae. Et ad Cæsarium contra istos indifferetè benignos Collegas instruendum atque armandum transmissit quaedam Extracta ex Decretis Siricii Papæ, ex Canonibus Apostolicis, atque Antiochenis. Nempe non de appellatione, sed de sola degradationis causa atque iustitia fuerat consultus, ideoque transmittere non debuit Sardicenses Canones.

Proindè Contumeliosus fuit clausus in Monasterio. Atamen nescio qua de causa non accepit Successorem. Interim Joannes Pontifex abiit ad meliorem vitam, & successit Agapetus. Cœperunt tunc spirare alii venti: Hinc & Contumeliosus vertit vela. Pœnitentiæ & clausuræ pertæsus provocavit ad Sedem Apostolicam, asseruit se innoxium, & postulavit novum examen. His permotus Cæsarius fecit, quæ ad ipsum rescripsit Agapetus: *Et nos quidem, quamvis culpatus à nobis Emeritus Defensor Contumeliosum Episcopum reversum ad Ecclesiam suam Charitatis tue voluntate firmaverit, usque ad exitum Judicii, quod delegaverimus, ipsum reddita sibi modò propria substantia, suspensum interim volumus ab administratione patrimonii Ecclesiastici, & celebratione Missarum. Quia id quod sibi viderat Judicio fuisse sublatum, gloriosius, si ei veritas suffragatur, Judicio, receperit, quam usurpationibus occupavit. Melius autem fecerit Fraternitas tua, si posteaquam Sedis Apostolicæ appellatione interposita desideravit examen, circa personam ejus à tempore sententiæ nihil permisisset imminui, ut esset integrum negotium, quod interposita provocazione quaereretur. Nam si in executionem mittitur prima sententia, secunda cognitio non habet quod requirat. Addendum, quia etsi non esset prædictus Episcopus judicationi refragatus, privatam magis potuit secundum Canones expetere secessionem, quam severitatem Religionis excipere. Suspensus igitur, sicut præfati sumus, Episcopus Contumeliosus habeat tantum, quam præsumpsisse dicitur, celebrationem Missarum: Et patrimonio Ecclesie in gubernatione Archidiaconi constituto, ita ut alimonia sufficienter Episcopo non negetur, Visitationem in ejus loco præcipimus ordinari personam, & patienter expectare Judices, quos inspirante Domino constituerimus audire.*

Habemus hinc varia. Primò, quod Contumeliosi appellatione, ac Romanæ Ecclesie reverentia territus Cæsarius Contumeliosum relaxavit à Monasterio, ac redire permisit ad Episcopalem honorem atque officium. Palam ex Sardicensi Canone, qui à degradationis judicio provocantem Episcopum mandat revestiri, perseverare Episcopum, & uti Episcopum per omnia tracta-

ri. Propter suspensivam appellationis virtutem. Secundò habemus, quod Contumeliosus statim cœperit se gerere uti Episcopum, & tam spiritualia quàm temporalia administrare. Etiam celebrare Missas, aliaque exercere Episcopalia ministeria. Tertiò, quod Cæsarius Romam legaverit Emeritum, Defensorem suæ Ecclesie, omnia hæc expositurum Pontifici. Quartò, quod hæc Cæsarii & Contumeliosi Acta non probaverit Pontifex, ideoque & Emeritum, ad cujus hæc etiam spectabant officium, culpavit. Et restè. Etenim Synodale degradati Contumeliosi Judicium erat confirmatum à Joanne Pontifice, & datum fuerat novæ Episcopalis creationis Mandatum, ideoque Contumelioso deinceps non suffragabatur Canon Sardicensis. Sententia transierat in rem judicatam, ac proindè appellationi non supererat locus, sed gratiosè dumtaxat revisioni. Debat ille supplicare restitutionis beneficium, atque interim permanere in humilitate degradati. Hinc Pontifex affirmat, quod Missarum celebrationem, ac Ecclesiasticæ substantiæ administrationem præsumpsit: Quod illa usurpationibus occupavit, quæ iudicio recipere debuerat. Quintò habemus, quod Pontifex hanc qualemcumque provocationem noluerit carere omni fructu. Dedit ei plures effectus. Primò, Contumeliosum tractari voluit non ut degradatum, sed solummodò ut suspensum, ideoque nec Successorem ei permisit dari, sed Ecclesiam iussit persistere sub Visitatores. Deindè, ipsi indulgit celebrationem Missarum. Tertiò, iussit ipsi bona reddi patrimonialia, & subtrahi solam administrationem Ecclesiasticæ substantiæ. Degradato enim Episcopo auferebatur etiam sui patrimonii regimen, & ex ipsius proventibus alabatur. Quartò Pontifex mandat, ut hac appellatione pendente nihil innovetur aut attentetur. Illud volunt hæc verba: *Melius autem fecerat Fraternitas tua, si posteaquam Sedis Apostolicæ desideravit examen, circa personam ejus à tempore sententiæ nihil permisisset imminui, ut esset integrum negotium, quod interposita provocazione quaereretur. Nam si in executionem mittitur prima sententia, secunda cognitio non habet quod requirat. Videtur Cæsarius argui, quod nescio quid innovasset. Sextò habemus quod ex Judicibus Episcopis aliquos Pontifex Romam evocavit, omnem rei ferriem exposituros. Usque ad istorum adventum, & tunc faciendum retractatorium judicium mandat omnia in jam dicto statu quietà persistere. Et ad demonstrandam hujus suæ Interlocutionis Justitiam adjungit: *Præterea ne quid deesset, quod Charitati tue videatur incognitum, studio dilectionis Constitutorum fecimus capitula subter annexi, ut scientia communicemur Canonum, sicut participamus effectu. Epistolæ Descriptores Ecclesiasticæ eruditionis damno, prætermiserunt adjungere Canones. Fuerunt omninò Sardicenses. Quis enim non videat secundum ipsos regi hæc omnia? Lucret & istos Canones tunc viguisse in Gallia, & Romanis Appellationibus ac evocationibus fuisse plenam libertatem.**

Octavus tandem Paschasii Quæsnelli error atque excessus est, quod etiam Africana Ecclesia

istam Apostolicam Appellationis seu Retractorionis Prærogativam nunquam admiserit. Et loquitur etiam de Episcopis, atque ita cantat indignissimam ignorantie aut malitiæ fabulam, infra ex professo discutiendam. Et ipsam persuadere denuò tentat ex infelicissima, non totius Africana Diocesis aut Synodi, sed quorundam dumtaxat Episcoporum ad Cælestinum Pontificem epistola. Interim verum est, quod Africani isto tempore Episcopi, etiam Sanctus Augustinus, ignorarint Sardicenses Canones. Rationem exquiram atque exponam suo loco.

## CAPUT XIV.

## Exponitur tertium Paschasii Quæsnelli fundamentum.

**T**ertium viri fundamentum est in his verbis: *Quod ad Gallicanam attinet Ecclesiam, hoc notatu dignum est, de Sardicensibus mentionem non esse factam à Sancto Leone, in hac adversus Hilarium querela, quæ de appellatione nata erat. Solam enim consuetudinem obreudit Pontifex ambitiosè Hilarii, ut putabat, conatibus: Quod magno argumento ad Leonem per Sanctum Prosperum, hominem Gallum, quem à Secretis habebat, vel per se ipsum, dum in Gallias ageret, certiore factum esse, hos Canones à Gallicana Ecclesia non recipi, ut superfluum esset eos in medium adducere. Si enim inserti fuissent Gallicano Canonum codici, in propria causa prævaricatus esset Leo, eos Canones commemorare omitterens, quibus & plurimum Sedi Romanæ deferretur, & Hilarium tanquam Canonum etiam in Gallia receptorum violator potuisset judicari: Nisi dixeris Leonem ab his abstinuisse, tum quia repulsum noverat, quam Cælestinus Papa ab Africani passus fuerat ob istos Canones Nicænis Patribus attributos; tum quia pro ingenio suo videbat Canones Sardicenses nihil de appellationibus, vel de retractatione sententiæ Romæ peragenda statuere, sed amplius nihil Romano Pontifici concedere, quam ut novum Judicium in eadem Provincia celebrandum indiceret, quod in causa Chelidonii ab eo præstitum non fuerat. Quamobrem veritus, ne parum roboris habitura esset apud Gallos sua epistola, cui nulli Canones militarent, sed quam potius vetus consuetudo Canonibus roborata novitatis arguebat, eam curavit Imperatoria Constitutione muniri: In qua quidem & Petræ meritum, & Romanæ dignitatem Ecclesie, & sacre Synodi auctoritatem per Sedis Apostolicæ firmanda amplitudine commemorat Valentianus, de Sardicensi verò Synodo pro asserendo appellationum jure mirum servat silentium. Quod argumento est Gallicanis ignotam fuisse disciplinam Sardicensibus Decretis inductam, quæ illis opponere minime ausunt Romani.*

Respondeo Romanos Pontifices ac alios Patres, dum Romanæ Appellationis jus atque auctoritatem stabiliebant, quandoque solos Nicænos, quandoque solos Sardicenses Canones, quandoque solam consuetudinem, quandoque

allegasse simul omnia. Ita noster Magnus Leo, qui adversus Hilarium adduxit solam consuetudinem, in litteris ad Imperatorem Theodosium pro Sancti Flavianii appellatione adduxit solos Sardicenses Canones, dicens Nicænos. Ex quò lucet istos tunc solemniter viguisse per omnem Orientem, & his fuisse adnumeratos. Pro hac eadem appellatione Imperator Valentianus III. in litteris ad suum Collegam Theodosium adduxit solam consuetudinem, ex qua *Beatissimus Romanæ Civitatis Episcopus, cui Principatum Sacerdotii super omnes Antiquitas contulit, locum habet & facultatem de fide & Sacerdotibus judicandi.* Hanc à Majoribus traditam consuetudinem affirmat ab Augustis Principibus cum omni competenti devotione defendendam, & uti propriæ venerationis dignitatem Sancto Petro intemeratam conservandam. Eodem modo Authenticus Eutychianæ Historiæ Breviculus, seu antiqua super Accicii Episcopi Constantinopolitani nomine Acta de Joanne Thalaja Patriarcha Alexandrino, Apostolicam Sedem appellante, scribunt: *De consuetudine Majorum ad Apostolicam Sedem Synodica Scripta misit.* Et subdunt causam suæ Phrasios: *Nam & Priores ejus similiter Romanæ Ecclesie suffugium poposcerunt.* Porro propriam causam, ex qua Magnus noster Leo phrasin ita variavit, fateor me ignorare. Dum scribimus, sumus quandoque ad solam attentè substantiam, & verba sine causis variamus. Existimo quod in sua adversus Hilarium epistola respexerit ad Sancti Julii epistolam contra Eusebianos.

Interim præfata Paschasii Quæsnelli verba etiam non carent erroribus. Primus est, quod Sanctum Prosperum studeat facere Sancti Leonis se ductorem aut circumscriptorem, qui persuaserit Sardicenses Canones non admitti à Gallicana Ecclesia. An in istius Ecclesie Codicem fuerint relati, nolim disceptare: Certum est fuisse isthic admissos atque observatos. Proindè nec ista petulantia in Sanctum Prosperum, nec ista imperitia cadere potuit in doctissimum Leonem. Et quod Prosper Romanus è Gallia Appellationes probaverit atque defenderit, ejus Acta evincunt. Etenim quosdam Gallicanos Episcopos non solummodò ob Pelagianos errores, aut vicinas illis opiniones, sed insuper ob conjectas in Sanctum Augustinum blasphemias detulit in prima etiam Instantia ad Sedem Apostolicam. Forsitan quod ipsorum quidam essent Metropolitanæ, atque ita prima in ipsos Instantia spectaret ad Sanctum Petrum. Quia Graciani Imperatoris lex vigeat in Gallia. Porro an Sanctus Prosper fuerit magni istius Pontificis Secretarius, est res valde incerta. Videtur non fuisse. Etenim in notis ad Apollinaris Sidonii epistolam scribit Jacobus Sirmundus: *Prosperum Aquitanum alii Rejensem in Gallia, alii Rhegiensem in Italia Episcopum faciunt. Sed mea quidem sententia Episcopus nunquam fuit.* Utraque Ecclesia habuit istius nominis Episcopum, verum neutrius tempora quadrant in Aquitanum. Demonstrat hoc laudatus Scriptor, ac pergit: *Ut Episcopum prorsus non fuisse sentiam, facti omnium veterum auctoritas, Victorii de Cyclo Paschali ad Hilarium, Gennadii Scriptorum Ecclesi-*



frasilicorum capite octogesimo quarto, Gelasti Papæ de libris Apocryphis, Marcellini Comitis in Chronico sacro, & non vitato, Bedæ in Martyrologio, aliorumque, qui cum de Prospero omnia alia narrent, de Episcopali ejus honore mentionem nullam faciunt. Gennadius unicuique Scriptori addit sui gradus titulum: Dicit fuisse Episcopum, Presbyterum, Diaconum, &c. At verò de Prospero dicit: Prosper homo Aquitanus. Istud ipsum in sua Romana Synodo facit Sanctus Gelasius, & addit de Sancto Prospero: Opuscula Beati Prosperi, viri Religiosissimi. Est non leve argumentum. Etenim Joanni Hierosolymæ Episcopo, qui Sanctum Hieronymum nominat non adjuncto Presbyteri Titulo, hic respondit: Quis me decapitavit. Plura sunt, quæ demonstrant istos Titulos olim nunquam fuisse prætermittos. Prætermittio erat contumelia. Prosper igitur fuit Monachus & Laicus, ideoque possit non fuisse Sancti Leonis Secretarius. Certè tantum manus videtur non cecidisse in Laicum Monachum. Attamen præfatus Gennadius adjungit: Epistola Papæ Leonis adversus Eutychen de vera Christi Incarnatione ad diversos data, à Prospero dictate dicuntur. Vox, Dicuntur, affirmat rem esse dubiam. Ut ut sit, laudatæ epistolæ palam prædicant Sardicenses Canones, atque ita liquet hos istarum, quicumque fuerit, auctori placuisse. Parùm refert ad præsentem materiam.

Alter excessus est, quod denuo laudet infelicissimam quorundam Africanorum Antistitem ad Sanctum Pontificem Cælestinum epistolam, ac in ipsa fundet sua adversus Apostolicam Sedem tentamina. Est res indignissima, lamentanda in Doctore Catholico. Excessus tertius est, quod Sanctus Leo pro suo ingenio viderit Sardicenses Canones nihil de appellationibus, vel de Retractione sententiæ Romæ peragenda statuere, sed amplius nihil Romano Pontifici concedere, quàm ut novum indicat Judicium, in eadem Provincia celebrandum. Sunt Paradoxa, partim revicta in superioribus, partim mox largius revincenda. Quartus excessus est, quod Sancti Leonis epistolæ nulli militarent Canones. Etenim non solos Sardicenses, sed etiam Nicænos militasse, supra demonstratum est lucido atque irrefragabili testimonio Sancti Julii Pontificis. Quintus excessus est, quod vetus, Canonibus roborata, consuetudo epistolam novitatis arguerit. Ad similes Acaciani schismatis nugæ olim reposuit Sanctus Papa Gelasius: Viderint si alios habeant Canones, quibus suas ineptias exequantur. Cæterum isti, qui Sacri, qui Ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, Leonis epistolam fulciunt & firmant. Quorundam hodie adversus Divinam Apostolicæ Sedis dignitatem conspiratio reverà habet alios Canones. Etenim Dominus Petrus de Marca producit Philippo-Politani Conventiculi litteras, Eusebianas, Schismaticas, Hæreticas, ab omni sub Cælo Ecclesia damnatissimas: Et ex ipsis studet Sanctum Petrum denuo cribrare.

Sextus excessus est, quod suæ epistolæ infirmitatem sciens Sanctus Leo, ipsam curaverit Imperatoria constitutione muniri. Arguit Pontifi-

cem, quod ea quæ per Justitiam & Canones non poterat, fuerit executus per Laicam violentiam. etiam in alio loco non erubescit Sanctum Leonem infamare de variis excessibus, & scribit inter cætera: Quartò denique in Canones peccasse videtur Leo, cum per imperatoriam Sanctionem Gallicanæ Ecclesiæ consuetudini derogare primus tentavit, illudque à Valentiano tertio Edictum obtinuit. Canonibus adversari affirmat hæc Edicti verba: Ne quid tam Episcopis Gallicanis, quam aliarum Provinciarum liceat sine Viri venerabilis Papæ Urbis æternæ autoritate tentare, sed illis, omnibusque pro Lege sit, quidquid sanxit, vel sanxerit Apostolicæ Sedis autoritas. Est Sanctissima Constitutio: Absit ut sacris Canonibus adverteatur. Istud non de appellandi jure aut more sanxit, sed de Episcoporum Consecrationibus, circa quas Hilarius gravissimè excefferat. Porro quis nesciat omnium, etiam Provincialium, Episcoporum non solum Confirmationem, sed etiam Consecrationem spectare ad Patriarcham? Est certa & clara Sanctio sexti Nicæni Canonis, adeoque est Canon Apostolicus. Ad Gallicanos enim Episcopos de Nicæna Synodo rectè scripsit primus Innocentius: Episcopi in unum congregati Apostolicas traditiones ad omnium notitiam pervenire voluerunt. Nicænos Canones affirmat esse Apostolicos. Secundum hos igitur Canones Romanus Antistes cunctorum per suum Patriarchatum Episcoporum præviam Confirmationem & Consecrationem potest ad se trahere, Metropolitans permittere, variè de ipsis ex arbitrio disponere. Hoc firmat atque exequitur laudata Valentianiani constitutio, atque ita nullatenus impingit in Canones. Evertit Hilarii calumniam, qui in Galliam redux ad depravandos Collegarum animos blaterabat, quod Pontifex omnium Provinciarum Ordinationes sibi vellet defendere. Augustus Princeps affirmat ipsum Jure id omnino posse. Est res alterius loci. Interim Paschasius Quesnellus, quot ibi verba, tot habet in Magnum Leonem contumelias.

Ista Augusta constitutio adeò perstringit atque offendit hujus viri oculos, ut ad circumscribendam ejus auctoritatem cogatur etiam Episcopo Hilario, suo dilectissimo clienti, maledicere. Plura rursus congerit ex infelicissima atque erratica quorundam Afrorum epistola, & pergit: Quis non acquiescat tot rationum momentis, quibus quid opponi possit, planè non video, nisi Sancto Leoni visum esse pro Ecclesiæ bono, & ad minuendam Hilarii potestatem, quæ adversariis gratiæ Dei in Gallia invalescentibus animos addebat, novum sibi jus parare, Imperatoris autoritate munito, cujus animam pro arbitrio, quò vellet, inclinabat. Quis hunc virum ad maledicendum conduxerit, ignoro. Maledicit Magno Leoni, quod Papalem auctoritatem tentaverit ultra metas transfigere. Maledicit Augusto Valentiano, quod Pontifici ad novitates, ideoque & ad iniquitates serviliter obdiderit. Maledicit Sancto Hilario, quod Semi-pelagianæ perfidiæ fuerit Princeps atque incentor.

Septimus tandem illius error atque excessus est, quod ista Constitutio pro afferendo Romanæ Appellationis jure non adducat Canones Sar-

di.

dicentes. Respondeo adducere. Audiamus ejus exordium: Cum Sedis Apostolicæ Primatum Sancti Petri meritum, & Romanæ dignitas civitatis, sacra etiam Synodi firmiter auctoritas. Constitutio agit etiam de admittendarum appellationum Primatu, ideoque & Nicænam laudat Synodum, & Sardicensem. Lucet ex aliis ejusdem Imperatoris litteris ad Collegam Theodosium, scriptis pro admittenda appellatione Sancti Flaviani. Affirmat ipsum appellasse secundum solemnitatem, seu solemnem constitutionem Conciliorum. Utrique Nicæni & Sardicenses. Tam hæ litteræ, quàm ista Constitutio agunt de pariformi causa, & haud dubiè sunt ab eodem Secretario. Proinde ille eisdem utrobique intellexit Synodos. Quidquid sit, Romanæ Appellationis jus non fundatur in sola Synodo Sardicensi.

Piissimam Valentianiani Constitutionem venerata semper fuit omnis, Gallicana præsertim, sub cælo Ecclesia, ideoque indignum, ac nullatenus tolerandum est ipsam hodie à nescio quibus hominibus ita conspui, & conculcari. Ex ipsa Sanctus Hilarius Pontifex pro Leontio Arelatensi Episcopo adversum Mamerti Viennensis Episcopi excessus scripsit ad Gallicanos Episcopos: Christianorum quoque Principum lege decretum est, ut quidquid Ecclesiis, eorumque Rectoribus, pro quiete omnium Domini Sacerdotum, atque ipsius observantia disciplina, in auferendis consuetudinibus Apostolicæ Sedis Antistes suo pronuntiaffer examine, veneranter accipi, tenaciterque servari. Et statim subdit: Nec unquam possent convelli, quæ & Sacerdotali Ecclesiastica præceptione fulcuntur & Regia. Eandem in quarto Capitularium Additamento laudat ac firmat Imperator Ludovicus Pius: Culpantur Episcopi, qui aliter erga fratres egerint, quàm Apostolicæ Sedis Papæ fieri placuerit. Quia immò Petrus de Marca affirmat istius Constitutionis pro Romanæ Ecclesiæ Primatu verba esse adeò lucida & veneranda, ut hujus sæculi Novatoribus possint sanguinem suffundere. Et adjungit: Hæc novella Constitutio Codici Theodosiano adjuncta est, cujus Codicis usus apud Gallos, Romanæ Legis nomine, in rebus Ecclesiasticis invaluit. Et hoc demonstrat ex antiquis Gallicanæ Ecclesiæ Synodis, ac Regum Edictis. Proinde frontem sub axillis gerunt, qui hodie de sua in istam Legem maledicentia non erubescunt. Nempè novam Hierarchiam diligunt, & tentant Mundo obrudere, ideoque calcanda sunt antiqua omnia.

Prætermitti non possit eximium ac insigne elogium, quod præfata Legi impertit Honorius Pontifex in litteris ad Sergium Sub-Diaconum. Honorius Calaritanum Episcopum, Sardinia Metropolitam, & quosdam ejus Clericos, de nescio quibus accusatos, ad suum Tribunal evocaverat. Et Metropoli obdedit ac venit; verum Clericos momordit, & morata est propria conscientia, ac fecit contumaces. Hinc Pontifex Barbarum, Romanæ Ecclesiæ Regionarium Defensorem, misit ad Sardos, qui Clericos potenter adduceret. Et ipsos navi imposuerat. At ecce Theodorus, Sardinia Præses, ipsos Defensori violentè eripuit, ac transmisit in Africam. Hinc Pon-

tifex se convertit ad Georgium Africa Præfatum, postulavit sibi tradi Clericos, & castigari Præfatum, ac alias litteras addidit ad Sergium Sub-Diaconum: Exemplar Sacræ Theodosii ac Valentianiani tuæ Experimentiæ curavimus destinandum, & Eminentiſſimo Præfetto per tuam Experimentiam dirigendum, cujus series non solum ejus Eminentiæ, verum etiam omnes omnino, qui à Sedis Apostolicæ ditione exorbitare contendunt, nihilominus informare possit. Quemadmodum Serenissimi Principes hæcenus omnes innovaverunt cuncta Privilegia Sedis Apostolicæ, & quæ olim eidem sunt concessa, ipsa lectione poterunt approbari. Nam de Domini Dei nostri misericordia confidimus, quod Jura vel Privilegia Beati Petri curabimus expetere, atque immutata intentione quaesita atque impetrata defendere. Tua ergo Experimentia, ejusdem Sacræ tenore attentius relegendo sustata, non solum Eminentiſſimo Præfetto, sed etiam aliis hæc eadem insinuare non differat. Palam & constanter affirmat laudatam legem plenissimè viguisse per omne Imperium, per omnes Occidentis Ecclesias, per ipsam firmari Apostolicum Canonem, datamque ab ipso potestatem, qua Romanorum Episcopus non solos in appellatis causis Provinciales Episcopos, sed etiam in prima instantia Occidentales Metropolitans, & eorum excessibus admixtos Clericos possit ad suam in alma urbe Tribunal evocare, & compellere.

## CAPUT XV.

Sancti Leonis circa Chelidonium Acta purgantur à prima Paschasii Quesnelli calumnia.

Paschasius Quesnellus Sanctum Hilarium Romanæ Chelidonii Episcopi Appellationi recalcitrando, & sui Synodalis Judicii auctoritatem inappellabilem contumaciter sustinendo, legitime secundum Canones egisse; Sanctum autem Leonem isti appellationi deferendo, istudque judicium exsufflando, affirmat egisse perperam contra continua serie custoditam consuetudinem ac disciplinam, & plus æquò studuisse amplitudini suæ Sedis, atque prosequitur: Verum non in eo solum Canones Sanctus Leo visus est minis attendisse in præsentem adversus Hilarium concertatione. In hoc etiam à Sardicenses, quorum maxime auctoritati incumbere, recessit, quod causam Chelidonii extra Provinciam examinandam suscepit, & absque primorum Judicium communionem eam in suo Judicio retraxerit: Quod tentatum prius non fuerat ab ejus Prædecessoribus, qui saltem Sardicenses Canonum limites non excefferant. Isti autem Canones ita redintegrandi Synodorum Provincialium Judicii potestatem faciunt Romano Episcopo, ut tamen velint novos ab eo Judices decerni ex vicina Provincia, qui una cum Judicibus, à quorum sententia appellatur, iterato examini intersint. Hoc enim necessarium erat ex Decretis Sardicenses, ut priores Judices posterioris examinis participes essent, quemadmodum

admodum ab Illustrissimo Marco observatum est. Neutrū fecit Sanctus Leo, sed totam sibi causam reservavit proprio subjiciendam examini, Judicioque absolvendam. Hæc sua Commenta iterum stabilis ex infelicissima ac prævaricatoria quorundam Africanorum Antistitem ad Sanctum Pontificem Cælestinum epistola, & adjungit: *Has disciplinae regulas à strenuo suo Præcessore Cypriano hausserant Beatissimi Patres, quorum pars magna Augustinus erat.* Sanctum Leonem arguit de duobus. Primo, quod retractatorium Judicium non delegavit in partibus, sed appellantes atque appellatos evocaverit ad suum Tribunal. Hanc evocationem censet adverteri Canonibus Sardicenfibus.

Hujus opinionis nec Paschasius Quesnellus, nec Petrus de Marca est primus Author. Eandem sæculo nono pertinaciter sustinuit Hincmarus Metropolitæ Rhemenfis. Etenim ad suum nepotem Hincmarum Laudunensem Episcopum, qui degradatus Romam appellaverat, & volebat accedere, dicit in Duziacensi Synodo: *Diversi Canones Episcopum à congregatis Regionis Episcopis de gradu suo dejectum, à finitimis Episcopis cum ejusdem Provinciae Episcopis, Apostolicæ Sedis auctoritate, vel cum à Latere suo Directo, in Provincia, in qua veniunt & judicata est, jubent audiri.* Et ipsum item probat ex præfata Afrorum epistola, nec non ex Magni Gregorii litteris ad Columbum Episcopum Numidiæ. Et cum universa ista Synodo Hincmarus ad Adrianum secundum Pontificem scripsit solemnissimas litteras, omne suum de Laudunensi Hincmaro Judicium reulit, supplicavit confirmari, atque

Part. 5.  
Cap. 1.

adjunxit: *Si forte, quod non putamus, visum vobis necessariū fuerit, ut secundum Sardicenses Canones renovetur Judicium, detis Judices, scribendo Episcopis, qui in finitimis & vicinis Provinciis sunt, ut & ipsi diligenter omnino requirant, & juxta fidem veritatis desinant. Vel si decreveritis mittere à Latere vestro habentes auctoritatem vestram, qui cum Episcopis judicent, eo in gradum non restituro, sicut sacri Sardicenses Canones præcipiunt, non abnuimus.* Denuo se fundat in ista Afrorum epistola, & concludit: *Quia ergo nos, quantum scimus & possumus, privilegium sanctæ & primæ Sedis Romanæ & confirmare, & obaudire, & extollere cupimus atque satagimus, servet vestra Paternitas, & à Deo in prima Sede constituta auctoritas, nobis filiis & subiectis suis Episcopis Ecclesiastica privilegia, à sacris Canonibus, & vestris Decessoribus atque Prædecessoribus, nostris Decessoribus atque Prædecessoribus confirmata. Quatenus & Apostolica Sedes proprium vigorem retineat, & à se concessa aliis Jura sua non minuat.* Et hæc stabilit auctoritate Magni Gregorii, non semel scribentis ad suos Episcopos: *Mibi ipsi injuriam facio, si Fratrum meorum Jura perturbo.* Affirmat Sardicensem Canonem semper in Gallia fuisse sic intellectum atque observatum. Destinata fuit hæc epistola per Sanctum Arctardum Episcopum Nannetensem. At reulit Rescripta non placentia. Adrianus Pontifex Sardicenses Canones intellexit aliter, & Hincmarum Laudunensem, itemque ejus Adversarios voluit ad se transmitti, & causam eorum coram se retractari. Rhemenfis

Hincmari artes, Romæ jam pridem notissimas, videtur notasse suis coloribus. Hinc sine suo Præfide Duziacensis Synodus denuo scripsit: *Apertissime jubent sacri Canones Sardicenses, ut Episcopi in Provincia qualiter regulariter judicantes Episcopum, post judicium scribant Romano Pontifici, qualiter causam examinarint judicati Episcopi, dicentes; Ut si aliquis Episcopus judicatus fuerit. Et paulo post: Scribatur ab his, qui causam examinarunt, Julio Romano Episcopo. Et ne quilibet in hoc interpendere possit, in quarto & septimo Capitulo id ipsum consequenter repetendo, ac apertius inculcando explanant, dicentes: Cum aliquis Episcopus depositus fuerit. Et: Si Episcopus accusatus fuerit, & judicaverint, & de gradu suo eum dejecerint Regionis Episcopi, & appellaverit qui dejectus est, & confugerit ad Episcopum Romanæ Ecclesiæ, & volerit se audiri, & justum putaverint, ut renovetur examen, det Judices. Id est, scribere his Episcopis dignetur, qui in finitima & vicina Provincia sunt, ut ipsi diligenter omnino requirant, & juxta fidem veritatis desinant. Et reliqua, sicut ibidem Canon prossequitur. Et Sancti Innocentius, Bonifacius, ac Leo consonanter ex eisdem sacris Canonibus promulgarunt, quæ Canonibus ipsis conveniunt, ut in promptu esse legentibus constat.* Hanc in rem congerunt plurima, ex quibus pertinaciter censent suam opinionem manifestè demonstrari. Attamen Pontificem, qui Laudunensem cum suis adversariis Antistitem sibi sibi serio mandarant, non ausi deinceps offendere, addiderunt: *Apud Dominum Regem obtinimus, ut quicumque vellent de Clero & familia Laudunensis Ecclesiæ Romam cum Hincmaro Episcopo ire, haberent licentiam. Pergat igitur secundum Mandatum vestrum, non abnuimus, non contendimus, non resuscitamus.* Et sententia Sedis Apostolicæ secundum sacros Canones, & Decretum ipsius Sedis Pontificum, de illo exequatur. Et ea, ut Leo decernit, quæ juxta Ecclesiasticum morem justè & rationabiliter à nobis sunt desinita, vestra quoque sententia roborentur. Conantur Pontificem bonis verbis circumscribere. Nec enim Laudunensis Ecclesiæ Clericos aut mancipia, sed quosdam è Judicibus Episcopos adjungi Hincmaro jussèrat Pontifex, & Romam ad retractandum Judicium transmitti. Nempe Rhemenfis Hincmari, è cujus versatili ingenio prodierunt omnes hæ litteræ, animo firmissimè infixum stabat, nunquam permittere istud Romanum Judicium. Hic ergo est originalis fons, ex quo prodeunt hæc nova adversus Apostolicam Sedem Dogmata.

Respondeo Sanctum Leonem rectissime per omnia egisse in causa Chelidonii. Etenim Julius Pontifex, qui ob Sancti Athanasii, & aliorum Orientalium Antistitem Romanam Appellationem aliquos ex ipsorum Judicibus ad retractandas causas evocavit Romam, ad Antiochenam ac retractariam Eusebianæ Factionis Synodum rescripsit: *Quid actum est dignum offensa? Aut quæ in re vobis, quibus scripsit, causam successione præbui? Qui enim bene sentiunt de his quæ egerunt, & in quibus ipsi Judices fuere, non indignanter ferre solent, si quod ab ipsis Judicatum est, ab aliis excutatur. Quippe qui securi sunt, ea quæ ipsi iusta*

judicaverunt, injusta nunquam fieri posse. Affirmat hæc esse antiquam Ecclesiæ consuetudinem, confirmatam in Nicæna Synodo, & redactam in Scriptum. Et concludit: *Morem, qui semel in Ecclesia obritus, & à Synodo confirmatus est, iniquum est à paucis abrogari.* Palam agit de appellatarum causarum, & ambarum in ipsis partium ad Romanum retractaturi Pontifici Tribunal evocatione. Antiochenam Synodum, quæ per dolosos Canones ipsam impugnabat, arguit horrendæ contumaciæ, & perniciosæ novitatis.

Et prossequitur: *Quin ne hoc quidem concessio, quidquam æqui habet vestra offensa. Siquidem vestri Legati, Macarius Presbyter, & Hesyebius ac Martyrius Diaconi, nullo modo, cum hic venissent, paves Presbyteris ab Athanasio missis, ac semper ab illis convicti, refutatique, Concilium indici à nobis postularunt, litterasque & ad Eusebianos, & ad Athanasium Alexandriam, quibus convocarentur, mitti, ut coram omnibus iusto iudicio de causa cognosci possit: Tum enim se de Athanasio probaturos esse, quod jam nequiverit. Publicè enim coram nobis Martyrius & Hesyebius resellebantur, Athanasii Presbyteris bona cum fiducia alacriter resistentibus. Martyrius verò cum suis, si vera dicenda sint, ubique profugabatur, ac proinde Concilium generale postulabat. Si igitur Martyrio & Hesyebio nullam Synodum postulantibus, adhortatus fuissim, ut ad Synodum, qui ad me scripsissent, convocarentur, idque in gratiam fratrum, qui se injuriam pati conquebantur, etiam vel ita æqua & justa fuisset nostra cohortatio: Cum ea sit & Ecclesiastica, & Deo grata. Jam ubi eidem illi, qui à vobis pro gravibus viris, & fide digni habiti fuerint, Authores mihi fuerint, ut vos convocarem, certè id à vobis egrè ferri non debuit, sed potius alacriter ad citationem occurrere. Quapropter indignatio eorum, qui hac citatione offenduntur, temeraria, & tergiversatio stendi se iudicio inhonesta & suspiciosa videtur. An quisquam stomachari debet, si quæ ipse fecit, ab aliis fieri videat? Si enim, ut scribitis, inconcussam habet auctoritatem qualibet Synodus, & contumeliosè agitur cum Judice, cujus Judicium ab aliis examinatur, considerate, queso, Dilectissimi, quinam sint, qui Synodum improbant, & qui aliorum iudicata rescindunt, ne singula excutiendo certos homines gravem.*

Pontifex docet varia. Primò, antiquam Ecclesiæ, præsertim jam à Nicæna Synodo confirmatam consuetudinem esse sufficientissimum veritatis, & rectè administrati à se officii argumentum ac fundamentum. Deinde licet hoc fundamentum non adefset, suas in hoc negotio actiones fulciri aliis principiis, subministratis per ipsam Eusebianam Factionem. Etenim ejus Legati, quod Sancti Athanasii Legatis non possent resistere, postularunt ipsos Principales, nempe ipsum Athanasium, & aliquos ex ipsis Tyriæ ac Antiochenæ Synodorum Episcopis evocari per Pontificem, & per ipsos, & coram ipsis causam retractari. Postularunt generale Concilium: Non totius Ecclesiæ, sed commune Partibus contententibus. Istud hic dicitur generale. Papa supponit ipsos egisse secundum Ecclesiæ mores & Canones, ideoque & sua Acta ab ipsis justificari. Tertio affirmat se ad talem decernendam

Christ. Lupi Opera T. VIII.

ac exequendam evocationem non indignis postulatu aut consensu Partium: Evocari à se posse etiam invitos. Et utitur judiciali vocabulo, *Citari.* Hinc concludit Eusebianorum tergiversationem esse temerariam, inhonestam, suspiciosam. Utrique de propria causa & conscientia. Et adjungit tergiversationis fundamentum: Quod nempe Eusebiani in Antiochena Synodo contra omnem antiquitatem jam blaterare cœpissent Orientalium Synodorum auctoritatem esse inconcussam, ideoque ab ipsis non posse Romam provocari. Affirmat esse lepidum factionis iudicium. Etenim ipsa sacrosanctas ipsius Nicæni Concilii sententias impudenter sine fronte rescindebat & exsufflabat; at verò sua factiosa, iniqua, & palam scelerata apud Tyrum & Antiochiam iudicia volebat esse immobilia & sacrosancta. Hic est omnino primus fons, ex quo Paschasius Quesnellus ac ejus Symmista potant turbidas aquas, & ex ipsis universam Ecclesiam student contra Apostolicam Sedem inebriare. Profæro alta verba, at non sine rationibus. Etenim Eusebiana factio non de Provincialibus, sed de solis Patriarchalibus Synodis sanxit: Quin Provinciales possent ad Patriarchalem retractationem provocari ac evocari, apud ipsam erat, ac etiamnum apud Photiani Schismatis Sectatores est indubitissimum. At verò hi novi Dogmatistæ etiam hæc iudicia volunt abrepta Romanæ Ecclesiæ. Evertunt non solum Papalem dignitatem, sed etiam Patriarchalem.

Julius Pontifex prossequitur: *Macarius Presbyter, ac Martyrius, ac Hesyebius Diaconi, auctores nobis fuerunt, ut Alexandriam scriberemus cuidam Pisto, quo tempore etiam Athanasius Alexandriæ versabatur. Hunc autem Pistum Athanasii Presbyteri supervenientes docuerunt Arianum esse, & eo nomine ab Alexandro & Nicæna Synodo reum factum, gradumque sui Ordinis à quodam Secundo, quem magna Synodus ut Arianum rejecerat, accepisse. His verò nec Martyrii quidem sodales contradicebant, neque Pistum à Secundo fuisse constitutum negabant. Videtis igitur vel ex hac causa, qui potius in culpa habendi sint, nosne, qui persuaderi non potuimus, ut Ariano Pisto litteras scriberemus, an illi, qui mihi consilium dedere, ut contempto magno Concilio ad impios hæreticos, velut ad pios homines, litteras darem? Certè Macarius Presbyter, cum Legatus ab Eusebio venerat, ubi audivit Athanasii Presbyteros Pisto obstitere, nosque ejus presentiam non admittere, unà cum Martyrio & Hesyebio, quamvis gravi valetudine, de nocte profectus est: Ut non inconcinne divinarem cum impatientia refutati Pisti fugam arripuisse. Impossibile enim est Secundi ordinationem, ut potè Ariani, vim ullam in Catholica Ecclesia habere. Id enim verò ad Synodi, & Episcoporum, qui in Synodo fuere, contumeliam vergeret, si quæ illi tanto studio & cura, veluti Deo presente, egissent, à nobis ut vana & futilia abrogarentur.*

Pistus est unus ex Arii congerronibus, qui unà cum ipso & aliis istius impietatis Authoribus subscripsit infamam contra Sanctum Alexandrum Alexandriæ Patriarcham epistolam. Subscripsit in hunc modum: *Pistus qui Alexandriæ ab Ariant collocatus est.* Exstat epistola apud Sanctum Epiphanium. Elogium istud existimo non fuisse ab

F

ipso

ipso Pisto adjectum, sed vel à laudato Alexandro, vel à Sancto Athanasio, vel à quovis alio, qui epistolæ exemplar ad perpetuam rei memoriam indidit Archivis Alexandrinæ Ecclesiæ. Etenim dum scribebatur epistola, Pistus necdum erat collocatus Alexandria. Alioquin non ultimus subscripserat, sed primus. Hic igitur sceleratus hæreticus, dum Ariana factio omnem Dei ac hominum projecit reverentiam, à Secundo Pentapolitano Episcopo fuit contra Sanctum Alexandrum creatus Alexandrinus Episcopus, erectus in turbulentissimum Idolium. Novo suo Altari facinorosa factio dedit novum Antifitum. Ille erat cum suo consecratore Secundo jam damnatus à Sancto Alexandro, nec dubitandum videtur, quin tunc fuerit iterata damnatio. Quidquid sit, ejus damnatio fuit iterata & confirmata Nicææ. Igitur Eusebii Nicomedienensis Episcopi, & cunctæ istius factionis Legatio, dum appellantis Athanasii Legationem expectat Romæ, familiariter egit cum Julio Pontifice, & ejus benignitate abutens studuit circumferere. Laudavit Pistum, contestata est esse innocentem, & non tantummodo ab Alexandro, sed etiam Nicææ malè damnatum: Addidit non minùs quàm Athanasium provocasse ad Sedem Apostolicam, ideòque etiam ipsum supplicavit evocari Romam, ac ejus causam retractari. Et Pontifex videtur non fuisse alienus. At interim adventi Sancti Athanasii Legatio, exposuit Pisti Acta & causam, atque ita sanctissimum Pontificem præservavit ab isto præcipitio. Porro Antiochena Synodus jam sanxerat Orientalis Ecclesiæ judicia esse inappellabilia, ideòque nec Appellantes, nec Appellatos posse Romam evocari. Laudata igitur Julii epistola huic Schismaticæ præsumptioni opponit præfatorum Legatorum pro Pisto tentamina: Admiratur Patriarchalis Synodi sententiam jam prædicari inconcussas ab istis ipsis, qui nuperimè per suos Legatos professi fuerant ab ipsa etiam Œcumenica Nicæna Synodo posse provocari ad Sancti Petri Cathedram, atque hac via studuerant suum Pistum adjuvare. Qui Athanasii ad dictas in ipsum sententias retractandas evocationem probarant, & supplicarant etiam Pistum evocari. Qui hoc postularant tanto impetu, ut ob repulsæ impatientiam Roma aufugerint infalutato Pontifice, de nocte, gravi valetudine. Ex his Pontifex concludit istiusmodi Romanam evocationem esse antiquam consuetudinem, nunquam ab aliquo pulsatam, nisi jam ab Antiochena Synodo. Et concludit per hanc ironiam: Nos scilicet discordiam induximus, qui compatimur cum patientibus fratribus, & omnia secundum Canonem facimus. Et inferius: Hæc potissima mihi scribendi causa fuit, ut huc veniretis, quò vobis presentibus omnia corrigi & sanari possent. Ac propterea alacrius à vobis, & sine recusatione occurrendum fuit, ne qui hætenus istorum scelerum infamia laborant, contumacia non comparendi in iudicio libellos contra se datos videantur resellere non potuisse. Cum igitur talia rumoribus & fama circumferantur, tantasque injurias Ecclesiæ patiantur, & istiusmodi insidias venentur, quinam quæso sunt, qui flammam discordiæ accendunt? Nosne, qui ista dolemus, & pa-

tientibus fratribus compatimur; an illi qui hæc scelerata designant? Constanter asseverat se & agere in his, & egisse secundum Canones. Undè & omnia ejus Acta probavit atque confirmavit Sardicenses Synodus.

Et certè omnia appellatarum ante Nicænam Synodum causarum retractatoria Judicia fuerunt Acta Romæ. Basilidis ac Martialis, Hispanorum Antifitum, damnationem isthic retractavit Stephanus Pontifex. Fortunatus, Pseudo-Episcopus Carthaginensis, cum pessima Felicissimi Diaconi & quinque rebellium Presbyterorum factione, acturus contra Sancti Cypriani ex Neophyto Episcopalem creationem, & ab ipso datum in se iudicium, Romam navigavit ad Sanctum Cornelium. Etiam Donatistarum adversus Cæcilianum provocatio fuit retractata Romæ per Sanctum Melchiam. Hanc igitur consuetudinem probavit, confirmavit, ac in Scriptum redegit Nicæna Synodus. Eandem secutus Sanctus Julius. Et hinc omnia ejus Acta stabilivit Sardicenses Synodus. Scripsit enim ad Alexandrinam Ecclesiæ: *Qua in re equitas iudicii fratris & Co-Episcopi Julii liquidissimè apparuit, qui non temerario consilio, sed cum matura deliberatione sententiam tulit.* Et in relatione ad ipsum Julium: *Orientalis Episcopi conventi per Presbyteros tuos, & per epistolam, ad Synodum, quæ futura erat in urbe Roma, venire noluerunt.* Et in litteris ad universos sub cælo Episcopos: *Eusebianorum Sycophantia ex eo præcipue cognosci potuit, quod accessisti à dilecto nostro Commisario Julio, iudicio non steterint. Accessissent enim, si Actorum suorum in Commisarios nostros fiduciam habuissent.* Hanc contumaciam Synodus omninò damnavit.

Quocirca Sardicenses Canones hanc evocandi potestatem nullatenus eriperunt Romano Pontifici. Abiit. Sic enim Sancti Petri memoriam non honorassent, sed gravissimè castrassent & circumscriptissent. Ausi fuissent aliquid constituere supra istum, cui Dominus concessit omnia. Hæc sunt verba tertii Canonis: *Si Pontifex iudicaverit renovandum esse iudicium, renovetur, & det Judices.* Septimus Canon addit: *Si Romanæ Ecclesiæ Episcopus iustum putaverit, ut renovetur iudicium, vel discussionis examen, scribere his Episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua Provincia sunt, & ipsi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis designant, quod si is qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione moverit Romanum Episcopum, ut de Latere suo Presbyterum mittat, erit in potestate Episcopi quid velit, & quid æstimet. Et si decreverit mittendos esse, qui præsentibus cum Episcopis iudicent, habentes ejus auctoritatem à quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si verò crediderit Episcopos sufficere, ut negotio terminum imponant, faciet quod sapientissimo suo consilio iudicaverit.* Sensus est: Retractatorias Episcopali appellationum causas Romanus Antistes non solummodo per semetipsum agitare possit, sed & ipsas delegare: Vel eidem Provinciæ, vel Provinciæ vicinæ, vel etiam Legatis è suo Latere. Prout placuerit. Quin ipsas per semetipsum possit agitare, nulli erat, aut esse poterat dubium. Hinc de ista potestate silent Canones, & expr-

exprimunt solam delegandi potestatem. Exprimunt varios delegandi modos, & adjungunt: *Quod sapientissimo suo consilio iudicaverit. Quia nempe super ipsum non audent aliquid constituerre.*

Eodem modo Canonem intellexerunt Sanctus Ambrosius, & omnes Episcopi, qui cum ipso affederunt Sancto Damaso Pontifici in Romana Synodo. Maximi Cynici, à Petro Alexandrino Patriarcha promoti in Episcopum Constantinopolitanum, & à Constantinopolitana Synodo degradati, Romanam appellationem exponit in litteris ad Theodosium Imperatorem Sanctus Ambrosius, atque prosequitur: *Nos in Synodo ea, quæ totius Orbis Episcopis erat præscripta, nihil temerè statuendum esse censuimus. Adèd ipso tempore, qui generale Concilium declinaverant, Constantinopoli gessisse dicuntur. Nam cum agnovissent ad hoc partium venisse Maximum, ut causam in Synodo ageret suam, quod etiam indidit Concilium non fuisse, jure & more Majorum, sicut & sanctæ memoriæ Athanasius, & dudum Petrus, Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopi, & Orientalium plerique fecerunt, ut ad Ecclesiæ Romanæ, Italiæ, & totius Occidentis confugisse iudicium viderentur, &c. Maximi causam amplè exponit, addit propter illi adversam Nestarii ordinationem esse dissolutam ac dissociatam Ecclesiarum communionem, atque concludit: *Nec videmus eam posse aliter convenire, nisi aut is reddatur Constantinopoli, qui prior est ordinatus, aut cerè super duorum ordinatione sit in Urbe Roma nostrum, Orientaliumque Concilium. Neque enim indignum videtur, Auguste, ut Romanæ Ecclesiæ Antistites, finitimorumque, & Italarum Episcoporum debeant subire Tractatum, qui unius Acbolii ita expectandum putaverunt esse iudicium, ut de Occidentalibus partibus Constantinopolim evocandum putarint.**

Sanctus Ambrosius docet nos varia. Primò, quod post extinctum Valentem Imperatorem Arrianum, & datum illi Orthodoxum Successorem Theodosium, Damasus Pontifex ad expurgandam ac reconciliandam Orientalem Ecclesiam totius Orbis Episcopis præscripserit, seu indixerit generalem Synodum, celebrandam in Urbe. Ex quo videmus hanc indictionem semper spectasse ad Papam. Secundò docet, quod Orientales Episcopi se excusaverint ab hujus Synodi accessu, & inter se Constantinopoli Concilium egerint. Hæc est secunda generalis Synodus: Generalis & authentica, non ob suum meritum, sed ob Sancti Damasi auctoritatem, qui ex causis ipsam accumulavit cum sua Romana, plenè confirmavit, atque ita fecit œcumenicam atque authenticam. Tertiò Ambrosius docet, quod ab ista Synodo damnatus Maximus Romam appellavit, atque confugerit ad Synodum, quam isthic propter jam dictam Orientalium absentiam Damasus agebat cum solis Episcopis Italiæ. Quartò docet, quod ad istam appellationem suscipiendam Damasus non indiguerit generalis Concilii auctoritate, sed istud potuerit ex sola auctoritate suæ Sedis. Ex Jure & more Majorum, quo etiam Sanctus Athanasius, ejus Successor Petrus, & plures alii Orientales Episcopi appella-

runt. Hæc sola verba evertunt Paschasium Quenellum, & cunctos ejus Symmistas, nugantes Sanctum Athanasium & alios Orientales Episcopos non provocasse ad Papam, sed ad Synodum totius Ecclesiæ. Ambrosius quintò docet, quod Orientalis Ecclesia spreverit Maximi appellationem, atque ita Nestarius perrexit Constantinopolitanis præsidere Episcopus. Sextò, quod hanc contumaciam Romana & omnis Latina Ecclesia adèd indignè tulerit, ut propter ipsam fuerit laxata atque dissoluta utriusque Ecclesiæ communio. Septimò, quod hujus resarciendæ nulla fuerit spes, nisi Orientales Episcopi Romam advenirent ad retractandum suum de Maximo iudicium. Octavò, quod in hac Romana Synodo Orientales Episcopi non essent futuri conjudices, aut habituri Synodale suffragium, sed Synodalem Romani Episcopi Tractatum atque iudicium subituri. Et bene notanda sunt Ambrosii verba: *Non est indignum, Auguste.* Manifestè respiciunt Sardicenses Canones, & ipsos jam dicto modo interpretantur. Edicunt esse dignum ac iustum, ut Orientales Episcopi isto modo honorent memoriam Sancti Apostoli Petri.

Canones Sardicenses eundem in sensum intellexit Theodoretus Cyrensis Episcopus. Etenim in litteris, per quas ab inflicta sibi per Ephesinum Latrocinium degradatione provocavit ad Magnum Leonem, hæc habet post varia: *At ego Apostolicæ vestræ Sedis exspecto sententiam, & oro atque obtestor Sanctitatem tuam, ut mihi rectum & iustum Tribunal vestrum invocanti opem ferat, jubeatque ad vos venire.* Eadem de re scripsit ad Renatum, Romanæ Ecclesiæ Presbyterum, quem à Magno Leone Legatum isti Ephesino Concilio Præsidentem turbulentus Dioscorus excuserat: *Oro Sanctitatem tuam, sanctissimo ac beatissimo Archi-Episcopo persuadeat, ut Apostolica potestate utatur, & me ad Concilium vestrum advolare præcipiat. Habet enim Sanctissima illa Sedes Ecclesiarum, quæ in toto sunt Orbe, Principatum. Non ad generalem Synodum, sed provocavit ad Apostolicam Sedem, ad iustum & rectum Tribunal solius Pontificis. Quod ipsum fecit Eusebius Doryleensis, atque adèd & alii Antistites degradati per istud Latrocinium. Proindè & Sanctus Flavianus. Istud ipsum antea fecerat hæresiarcha Eutyches. Quare hæc unica Theodoretis professio evertit omnes nugas, quas nobis circa Sancti Flaviani ac Eutychetis appellationem Paschasius Quenellus studet obtrudere. Theodoretus pergit: *Ante omnia ut à vobis docear oro, an me oporteat in hac injusta depositione acquiescere, an non. Vestram enim sententiam exspecto. Quod si in iudicatis manere me iusseritis, manebo, neque ulli hominum deinceps ero molestus, sed rectum Dei ac Salvatoris nostri iudicium expectabo. Hæc per Presbyteros Hyspatium & Abramium Sanctitati vestræ suggesti, quandoquidem ne ad vos contenderem, Regiarum litterarum vincula retinuerunt.* Etenim Augustus Theodosius ipsum Regia sua iustione intra Cyrenes muros circumscripterat. At ipse Papalem evocationem tanti fecit, ut censeret isti circumscripto exilio, cunctisque sacris iustionibus prævalere. Quod nempe ista fundaretur in*

Epist. 115.

Epist. 116.

Sardicenfibus Canonibus, omni tali iustione validioribus. Et quidem Magnus Leo non solummodò ipsum, & alios degradatos atque appellantes Episcopos, sed etiam ipsorum Ephesinos Judices parabat Romam ad retractandam sententiam compellere: Sed obices injecit Augusti Theodosii, per sceleratum Chrylaphium Eunuchum circumventi, Regia violentia, errans Latrocinialia acta esse Nicænæ fidei, & Canonibus conformia, atque ita potenter jubens prævalere. Nihilominus Magnus Leo Theodoretii appellationi derulit effectum suspensivum, suspendit injectum illi à Latrocinio vinculum, agnovit ut Canonice Episcopum, & uti talem iussit ab omnibus agnosci. Et fuit agnitus. Etiam à Chalcedonenfi Synodo. Quæ & peregrit retractatorium iudicium. Etenim interim defuncto Theodotio successit piissimus Martianus. Hic cum Collega Valentiniano tertio permisit Pontifici liberum Papalis auctoritatis exercitium: Plenam potestatem iudicandi de fide atque Episcopis. Idque iuxta antiquam consuetudinem, & Nicænos Canones. Sub quibus intellexit & Sardicenses. Nam hos Nicænos inscribens, Leo pro sua potestate allegaverat apud Theodosium. Verùm ex causis hoc retractatorium iudicium noluit Romæ fieri: Primum Nicææ, deinde faciendum censuit Chalcedone in plena Synodo. Et ita factum est. Hac ipsius auctoritate cassatum est Latrociniale iudicium. Etiam secundum Sardicenses Canones.

Habemus plura istiusmodi exempla. Primum est ipsum Sardicense Concilium. Etenim Julius Pontifex nec Tyriam aut Antiochenam, nec alias Orientalium Synodos, à quibus Sanctus Athanasius, aut alii Episcopi fuerant damnati, cassavit aut circumduxit: Nec enim poterat inauditibus partibus. Et partes primum per variarum excusationum technas, deinde per apertam contumaciam detrectabant adesse, Hinc præfatos Episcopos solummodò revolvit, graduique & communioni reddidit, & retractatorium iudicium delegavit Synodo Sardicensi: Et ad ipsam transiit à suo Latere Presbyteros, iudicio præfuturos. Eodem modo, & simili de causa Innocentius primus Sancti Joannis Chrysoctomi, gradui & communioni ante omnia redditi, retractatorium iudicium delegavit Synodo Theffalonicensi. Ita & Adrianus II. Sancti Patriarchæ Ignatii retractandam causam delegavit octavæ Synodo. Ex his exemplis Paschasius Quenellus & similes Dogmatistæ conantur Mundo obrudere, quod Orientales Episcopi non ad Romanum Pontificem appellaverint, sed ad generale Concilium. Hallucinantur. Etenim appellatas causas Papa potest ad se evocare, delegare eidem Synodo, aut cuiquam alteri. Et è suo Latere legare Presbyteros aut Episcopos, qui isti iudicio præfideant. Appellata causa quandoque vel ob propriam nodositatem, vel ob futuræ executionis obices est difficilior, quàm ut ab unius, ipsius etiam Romanæ Provinciæ, Synodo expediatur. Hinc tales causas laudati Pontifices delegarunt Œcumenicis Synodis. Non per necessitatem, sed quia suo sapientissimo consilio iudicabant ita convenire. Secundum Canones Sardicenses.

De hoc istorum Canonum intellectu Gallicana etiam Ecclesia olim adeò non dubitavit, ut magnus ejus Antistes Sanctus Avitus contra nescio quem petulantem juvenem, ab ipso damnatum ad publicam poenitentiam, & minitantem appellare Romam, scripserit ad illustrem virum Ansemondum: *Licet diversas in me flammis evomat, & ad Romanæ forsân Ecclesiæ audientiam vocet, nec minas adsentatione placabo, nec fatigationes itinerum verebor.* Palam profitetur Romanas Appellationes tunc in Gallia fuisse familiares. Quid opus multis? Et Occidentalis & Orientalis Ecclesia istum intellectum professa fuit in Florentino Concilio. Græcorum Episcopi sub Synodi finem cum suo Imperatore consultantes & inquirentes, tandem *admiserunt privilegia Papæ, præterquam duo.* Hoc erat secundum caput: *Ut si quis putet se ab aliquo Patriarcharum pati injuriam, & veniat qui interposuit appellationem, ne Patriarcha ipsi sese sistant iudicandos, sed Papa mittat in Provinciam quamque Inquisitores, & ibi per eos præsentibus negotiis in partibus injuriam passi jus suum obtineant.* Erat modica exceptio: A Sardicensis Canonis observantia non Provinciales aut Metropolitanos Episcopos, immò nec Primates aut Exarchos eximebat, sed solos Patriarchas. Et tamen Eugenius Pontifex constanter respondit: *Se velle omnia Ecclesiæ suæ Privilegia, velleque ad se fieri appellationes, nec non regere ac pascere universam Christi Ecclesiam, uti omnium Pastorem. Et omnes Patriarchas obedire ejus voluntati.* Et Græci tandem acquieverunt. Quocirca Magnus Leo in retractatorio Chelidonii iudicio non excessit suæ potestatis limites, nec prævaricatus est Sardicenses Canones, sed Paschasius Quenellus ipsi & veritati impingit calumniam.

## CAPUT XVI.

### *Expurgatur secunda in Sanctum Leonem calumnia.*

Secundus Paschasii Quenelli in supra adductis verbis error est, quod Sanctus Leo retractatorium Chelidonii iudicium non potuerit facere solus, sed quod priores Judices ipsi assidere debuerint, ac simul iudicare. Et quod ita sanciant Canones Sardicenses. Ipse ex Petro de Marca, Petrus de Marca errorem bibit ex Hincmaro Rhenensi. Censent criminalia Provincialium Synodorum iudicia esse suprema, ideòque ab ipsis appellari non posse, sed de ipsorum iustitia querentibus & provocantibus præfari posse solum gratiosum beneficium Revisionis. Hoc est enim Privilegium supremorum Magistratum: Nempe Augusti Principis, Præfetti Prætorio, & similibus. Eodem jure apud nos Belgas gaudent Sanctus suæ Majestatis Concilium, Parlamentum Mechliniense, ac Senatus Brabanticæ. Hinc dum ipsorum revidentur sententiæ, advocantur quidem alii Judices, verùm & ipsi debent cum pleno suffragio assidere. Hoc Jure principaliter & super

& super omnes gaudet Romanus Pontifex. Hinc primo Arelatenfi Concilio, ad quod à Sancti Melchias Romana sententia Donatistæ provocarant, Sancti Sylvestri Legatio præfedit. Etiam Ephesino Concilio, ad quod contra Sancti Cælestini sententiam provocarat Nestorius, Sanctus Cyrillus, itemque Arcadius ac Projectus Episcopi, necnon & Romanæ Ecclesiæ Presbyter Philippus, Legati ejusdem Pontificis, adfuerunt ac præfederunt. Et hæc est palmaris ac prima Ephesini Latrocinii prævaricatio, quod Dioscorus Alexandria Patriarcha Sancti Leonis Legatos excluderit, ac ipse præfedit. Hæresiarcha Eutyches, non dumtaxat à Sancti Flavianii sententia, sed etiam à Sancti Leonis, ipsam confirmantis, iudicio provocarat: Hinc Dioscorus etiam Pontificem afferuit è iudice cecidisse ac transiisse in Reum, aut certe Accusatorem, atque ita præfidenti Prærogativam ad se, secundum Ecclesiæ Patriarcham, devenisse. Verùm longè aliter censuit Chalcedonenfis Synodus: Laudati Pontificis Legatos admisit ad plenam præfidentiam. Eodem non quidem præfidenti, sed tamen adfidenti privilegio gaudere omnes Provinciales Synodos, prætendunt Dominus Petrus de Marca ac Paschasius Quenellus. Petrus de Marca est mitior: Obtinere id vult in solis iudiciis civilibus ac criminalibus. Paschasius Quenellus extendit etiam ad Dogmatica.

Ambo infeliciter errant. Eandem Prærogativam in Chalcedonenfi Synodo prætendit præfatus Patriarcha Dioscorus. Etenim licet hic ageretur Sancti Flaviani, & aliorum Episcoporum, qui ab ejus apud Ephesum Latrociniali sententia ad Magnum Leonem provocarant, retractatorium iudicium, ipse post Legatos Apostolicos ac Anatolium Constantinopolitanum Antistitem sedit omnium primus. Se ingressit in locum debitum suæ Ecclesiæ. Et existimabat se non carere omnifundamento. Etenim Patriarchæ sunt istud ipsum in Ecclesia, quod Prætoriorum Præfetti in Imperio: Hinc & ipsorum Prærogativam Dioscorus prætendit suis Synodalibus iudiciis. Sed longè alia erat sententia Legationis Apostolicæ. Etenim Sanctus Paschasius, Lilybeti apud Siculos Episcopus, ac Sedis Apostolicæ Legatus, statim in ipso Synodi exordio intercessit adversus istum Dioscori confessum, & dixit ad Gloriosissimos Judices: *Beatissimi atque Apostolici viri, Papæ Urbis Romæ, quæ est Caput omnium Ecclesiarum, Præcepta habemus præ manibus, quibus præcipere dignatus est ejus Apostolatus, ut Dioscorus Alexandrinorum Archi-Episcopus non sedeat in Concilio, sed audiendus intromittatur. Hoc nos observare necesse est. Si ergo præcipit Vestræ Magnificentia, aut ille egrediatur, aut nos eximas.* Et Lucentius Efulanus Episcopus, alter Sedis Apostolicæ Legatus adjunxit: *Non patimur tantam injuriam nec vobis fieri nec nobis, ut ille sedeat, qui iudicandus advenit.* Et gloriosissimis iudicibus, singularis hujus contra Dioscorum exceptionis causam interrogantibus, idem Lucentius respondit: *Judicii sui necesse est eum reddere rationem. Quia cum personam iudicandi non haberet, præsumpsit, & Synodum subripuit facere sine auctoritate Sancti Christi. Lupi Opera Tom. VIII.*

*dis Apostolicæ, quod nunquam licuit, nunquam factum est.* Adducit tres criminales rationes. Quod sine Auctoritate Sedis Apostolicæ subripisset præfidere generali Synodo. Quod iudicis personam non habens præsumpsisset iudicare. Et quod à pravo ejus iudicio esset provocatum ad Sedem Apostolicam, ideoque in retractatorio, quod ex Sancti Leonis mandato jam inchoabatur, iudicio iudex esse non posset, sed advenisset iudicandus. Quod jam ex iudice esset demutatus in Reum. Et hanc rationem, licet non palmarem, Lucentius adduxit primo loco: Quod nempe contineret causam propriam, ex qua Dioscorus non posset Synodo confidere. Et Sanctus Paschasius perrexit: *Nos contra Præcepta Beatissimi atque Apostolici Papæ venire non possumus, nec contra Ecclesiasticas regulas, nec contra Instituta Patrum.* Affirmat hanc Dioscori exclusionem postulari juxta sacros Canones. Quæ omnia audientes gloriosissimi Judices exaudierunt has intercessiones, & jusserunt Dioscorum è cathedra descendere, & ut Reum stare in medio.

Eandem rationem adduxit Eusebius Doryleensis Episcopus, qui à Dioscoro apud Ephesum degradatus appellarat ad Pontificem, & dixit ad gloriosissimos Judices ac omnem Synodum: *Per salutem Dominorum universi Mundi, jubete etiam preces meas legi, sicut placuit piissimo Imperatori. Læsus sum à Dioscoro: Læsa est fides. Occisus est Flavianus Sanctus Episcopus, impleor lachrymis, simul mecum injustè damnatus est ab eo. Jubete preces meas perlegi.* Affirmat se à Martiano Augusto supplicasse executionem Canonum, qui iniusti iudicii auctorem Episcopum mandant in retractatorio iudicio demutari in Reum: Affirmat istas suas preces admissas à Principe, & exequendas transmissas ad Synodum, ideoque Dioscorum omninò fuisse à confessu excludendum. Hic precum contextus: *Quoniam igitur non modica sunt, quæ à Dioscoro usurpata sunt adversus Christi fidem & adversum nos, provoluti precamur vestram Clementiam, ut præcipiatis Reverendissimum Episcopum Dioscorum respondere his, quæ à nobis et ingeruntur.* Palam exoptulat Dioscorum transire in Reum. Utrique secundum Canones.

Etiam Sanctus Paschasius dixit Magnum Leonem hæc iussisse secundum Patrum Instituta & regulas Ecclesiasticas. Etenim eodem modo procedi in secundo Ephesino Concilio jusserat Imperator Teodosius. Ejus ad Elpidium sacri Confistorii Comitum, & Eulogium Tribunalium ac Notarium, futuros Synodi Assessores, directa Divalis Sacra iussit causam ordine provenire, his qui pridem Eutychetis religiosissimi Archi-Mandrita Judices existerant, presentibus quidem ac tacentibus, nullum tamen iudicantium habentibus locum, sed communem aliorum omnium sanctorum Patrum sententiam expectantibus, quoniam ea quæ dudum ab ipsis iudicata sunt, jam retractantur. Et hujus Sacræ iustionis vigore ad Sanctum Flavianum, qui Eusebium Doryleensem, primum Eutychetis Accusatorem, volebat introduci sancturum officio, dixit in Ephesino Latrocinio præfatus Comes Elpidius: *Sacratissimus Imperator, implens ipse primus ordinem Legum, quarum est & inven-*



tor & custos, præcepit eos, qui dudum Judices fuerunt, in loco eorum esse qui iudicandi sunt, neque habere tempus docendi, quoad ejus licentiam vos dederitis. Ad ea ergo, quæ nunc à religiosissimo Archi-Episcopo Flaviano dicta sunt, & hoc doceo, quia accusator quidem suam accusationem implevit, & ut arbitratus est, vicit, & Judex accusatoris causam jam in semetipsum transfudit, sicut & in publicis sententiis custoditur. Affirmat Eusebium in prima cognitione fuisse suo officio plenè perfunctum, ideoque totum accusandi onus esse jam in retractatorio Judicio devolutum in priorem Judicem Sanctum Flavianum. Dicere debuerat istud onus etiam in Judicem transisse. Sic ejus interlocutio fuisse irreprensibilis. Quare talis sententia nequaquam improbata fuit per Synodum Chalcedonensem. Immo circa Dioscorum fuit confirmata.

Eadem norma processum fuit in primo Ephesino Concilio. Etenim Sanctus Cyrillus Patriarcha Alexandrinus, & Memnon Ephesiorum Primas, per factiosam Joannis Antiocheni Patriarchæ Synodum degradati, ac suæ appellationi insistentes, isthuc dicunt ad Patres: Vos jure per-

Act. 4. moti, Joannem per sanctissimos Episcopos accessistis, ut quæ contra Leges Ecclesiasticas, immo verò contra Ordinem Ecclesiasticum deliquerat, defenderet, & rationem de his, quæ temerè contra Canones motus fuerat, redderet. Et rursùm: Libellos obtulimus, postulantes ut Joannes Reverendissimus Ecclesie Antiochenæ Episcopus, & qui unà cum ipso injuriam in nos contulerunt, ac depositionis abuti nomine præsumperunt, ad sanctam hanc ac Ecumenicam Synodum accesserentur, quod coram causam pro se dicant, suæque dicitati patrocinarentur, sine injustas machinationes defenderent. Imperator Theodosius, ab ejusdem Joannis factione seductus, cassavit Acta laudati Concilii. Comes Ireneus ad istius Factionis Episcopos scribit rationem: Quin & illud quoque modis omnibus perspicuum evasit; nec recto & congruo ordine servato Concilium convocatum fuisse ab Ægypto, nec ei iudicare licuisse, cum unus esset ex eis qui iudicandi erant. Per Ægyptium intelligit Sanctum Cyrillum. Hæresiarcha Nestorius ab ejus etiam iudicio provocaverat ad Synodum. Hinc prælidere, immò adfidere non potuisse, sed inter iudicandos reos stare debuisse censuit circumventus Princeps Theodosius, ideoque & circumduxit omnia Acta Synodalia. Epistola exstat inter Acta Ephesini per Joannem Antiochenum habiti Conciliabuli.

Verùm Cyrillus Nestorii non personam, upotè alterius Diocesanos, sed solam hæresim damnaverat: Ea de causa non poterat è Judice cadere in reum.

Ex eadem regula processit Sardicensis Synodus. Etenim de Sancto Athanasio, qui Eusebianos, sui Damnatores, Tyriæ ac Antiochenæ Synodi Episcopos Romam appellarat, scribit ad Alexandrinam Ecclesiam: Frater noster Athanasius animam non despondit, sed magna cum fiducia eos ad iudicium provocavit. Quod & nobis in voto fuit. Ac proinde eos hortabamur, ut iudicio se sisterent, & si possent, accusationis causam certis documentis peragerent. Ut se sisterent retractatorio apud Sardinam iudicio, & isthuc non Judices agerent,

sed accusatores. Eadem Synodus scribit ad omnes sub cælo Episcopos: Eusebiani fraudem suam per ea, quæ in hac sacratissima Synodo gessere, longè manifestius declaraverunt. Nam cum ad Sardinam civitatem accessissent, conspectis ibi Athanasio, Marcello, & Asclepa, aliisque nonnullis, veriti sunt in iudicium procedere. Et cum non semel aut bis, sed iterùm atque iterùm citati essent, citationibus non obtemperarunt: Tameis omnes Episcopi simul congregati essent, & omnes expectarent & hortarentur eos, ut in iudicium prodirent, & ea quæ rumoribus & literis de Commistris nostris absentibus jactaverant, præsentibus iustis rationibus comprobarent. Verùm illi, quantumcumque citati, prodire noluerunt. Quare tergiversatione suam Sycophantiam manifestissimam reddiderunt, & propemodum ex ipsa recusatione accipiendi iudicii insidias suas & conspirationes quasi clamoribus confessi sunt. Palam affirmat ipsos fuisse citatos ad retractatorium iudicium, cui adessent ut rei aut accusatores. Quare Paschasius Quænellus, dum suum errorem affirmat sanciri à Sardicensi Synodo, infeliciter hallucinat. Et hinc lucet, quod ista Synodus Romano Episcopo adscripserit non solum decernendæ in partibus revisionis jus, sed plenam auctoritatem veræ appellationis.

Hoc cæcè Canones ita intellexit atque executus est etiam primus Pontifex Innocentius. Etenim accepta Sancti Joannis Chryostomi appellatione, & auditis utriusque partis Legatis, Sanctum Joannem in sua communionem retinuit, iussit re vestiendum, & de retractatorio iudicio scripsit ad damnatricis Synodi Principem Theophilum Alexandrinum: Itaque si conscientia confidit, ut quoque iudicio accurre ad Synodum proximè in Christo celebrandam, & illic juxta Nicæni Concilii Canones & Decreta contendat. Alios quippe Canones Romana non admittit Ecclesia. Ipsum evocat ad Romanam Synodum. Verùm hæc non successit, & ex causis fuit translata Theffalonicam. Hinc ad fratrem & Collegam Arcadium scripsit Imperator Honorius: Hoc ante omnia de tua Mansuetudine postulo, ut Theophilum Alexandrinum etiam invitum adesse præcipias. Manifestum est Theophilum citari ut reum: Ad reddendas rationes sui iudicii. Et Pontifex affirmat hæc omnia decerni juxta Nicænos Canones. Palam intelligit Sardicenses.

Huc etiam spectat, quod de Imperatore Arcadio ad laudatum Pontificem scribit idem Chryostomus. Affirmat se de iniquo Theophili Patriarchæ Alexandrini, ac totius apud Quercum Synodi iudicio fuisse conquestum apud istum Principem, & adjungit: Arcadius pro sua pietate missis ad Theophilum Nuntiis, eum & omnes, qui cum ipso erant ex Ægypto, vocavit, ut rationes factorum redderent. Utrique redderent in superiori Synodali iudicio. Neque sufficere putarent ad defensionem, quæ attentarant ex una parte, absentibus nobis, tam injustè, contra tot ac tantos Canones. Certè non alios, quam Apostolicos & Sardicenses.

Hæc omnia insigniter confirmat Evagrius Epiphaniensis. De Sancti Cyrilli ac Memnonis adversus iniquum Joannis Antiocheni in se iudicium ad Ephesinam Synodum appellatione hæc scri-

Lib. c. 4. scribit: Post libellos à Cyrillo & Memnone oblatos accessit Joannes, de abdicatione ab ipso facta responsurus. Non amplius Judex futurus, sed reus. Idem Scriptor de Sancti Flaviani in Eutychemet retractando per Ephesinum Latrocinium iudicio hæc habet: Theodosius ista quæ sequuntur, Elpidio mandavit. Elpidio Comiti, directuro istud Synodale iudicium. Qui ante-hac iudicium de Eutyche Religiosissimo Abbate tulerunt, intersint Concilio illi quidem, & quietè se gerant, & iudicandi auctoritatem nullam habeant, sed communem omnium sanctissimorum Patrum sententiam expectent: Quandoquidem ea, quæ fuerunt ante ab illis iudicata, jam excutiuntur. Etiam de Chalcedonensi Synodo, Ephesinum Dioscori de Sancto Flaviano iudicium retractatura, scribit idem Evagrius: Leonis Pontificis Vicarii Senatoribus dixerunt Dioscorum non debere eum illis in Concilio considerare. Istud enim suum Episcopum Leonem mandasse: Quod quidem se minime observarent, se ab Ecclesia discessuros. Et cum Senatores rogarent, quænam crimina objicerentur Dioscoro, responderunt illum, qui personam iudicis præter æquum & bonum suscepit, debere pro iudicio, quod ipse de aliis dederat, iudicium subire. Quæ cum dixissent, Dioscorus de sententia Senatus in medio Confessu statutus est. Uti discutiendus reus. Etiam Liberatus Diaconus in Breviario scribit de Ephesino Latrocinio: Convenerunt Flavianus & Eutyche, tanquam iudicandi. Jam pariformiter rei. Quæ omnia sunt manifestè facta juxta Sardicenses Canones. Et sic vides ipsos laudari tam à Græco, quàm à Latino Scriptore, atque ita in utraque Ecclesia plenè ac æqualiter viguisse. Etiam tunc fuisse notissimos ac probatos Africanæ Ecclesie, Quin immo est Disciplina Sardicensi Concilio longè antiquior. Etenim Magnus Athanasius, à Tyria Synodo in contumaciam damnatus, de istius iudicii iniquitate suas quærimonia facturus, Regiam civitatem & Magnum Imperatorem Constantinum accessit, & hic ad istius Synodi Episcopos varia scripsit de æqua iudiciorum forma, & adjungit: Quam ob causam ut properè ad nostram Pietatem veniat, volo, ut & rerum à vobis actarum exactam rationem nobis exhibeatis, & de vobis ipsis satisfactis. Sacra exstat apud Ecclesiasticam Cæsarensis Eusebii historiam. Est Apostolicus Canon, desumptus ex iudiciali disciplina Romanæ reipublicæ, firmatus per Sardicensem Synodum, ac redactus in Scriptum. Hunc esse istius Synodi sensum, & prior & posterior totius Christianitatis consuetudo evincit. Porro Dioscorus ac Sanctus Flavianus erant Patriarchæ: Proinde ab ista appellati iudicis in reum demutatrice lege nullus unquam, nisi Romanus Pontifex, fuit per Canones exemptus.

Paschasius Quænellus errori superaddit calumniam, scribens quod Sanctus Leo in retractatorio Chelidonii iudicio non dederit Hilario Synodalem confesum atque suffragium. Etenim contrarium manifestò patet ex his verbis Pontificis epistolæ ad Episcopos Provincia Niennensis: Hilarius nobiscum sedens. Utrique in retractatorio iudicio. Nequaquam ex sacrorum Canonum debito, sed ex gratioso beneficio fecit id Pontifex:

Cap. 12. scribit: Post libellos à Cyrillo & Memnone oblatos accessit Joannes, de abdicatione ab ipso facta responsurus. Non amplius Judex futurus, sed reus. Idem Scriptor de Sancti Flaviani in Eutychemet retractando per Ephesinum Latrocinium iudicio hæc habet: Theodosius ista quæ sequuntur, Elpidio mandavit. Elpidio Comiti, directuro istud Synodale iudicium. Qui ante-hac iudicium de Eutyche Religiosissimo Abbate tulerunt, intersint Concilio illi quidem, & quietè se gerant, & iudicandi auctoritatem nullam habeant, sed communem omnium sanctissimorum Patrum sententiam expectent: Quandoquidem ea, quæ fuerunt ante ab illis iudicata, jam excutiuntur. Etiam de Chalcedonensi Synodo, Ephesinum Dioscori de Sancto Flaviano iudicium retractatura, scribit idem Evagrius: Leonis Pontificis Vicarii Senatoribus dixerunt Dioscorum non debere eum illis in Concilio considerare. Istud enim suum Episcopum Leonem mandasse: Quod quidem se minime observarent, se ab Ecclesia discessuros. Et cum Senatores rogarent, quænam crimina objicerentur Dioscoro, responderunt illum, qui personam iudicis præter æquum & bonum suscepit, debere pro iudicio, quod ipse de aliis dederat, iudicium subire. Quæ cum dixissent, Dioscorus de sententia Senatus in medio Confessu statutus est. Uti discutiendus reus. Etiam Liberatus Diaconus in Breviario scribit de Ephesino Latrocinio: Convenerunt Flavianus & Eutyche, tanquam iudicandi. Jam pariformiter rei. Quæ omnia sunt manifestè facta juxta Sardicenses Canones. Et sic vides ipsos laudari tam à Græco, quàm à Latino Scriptore, atque ita in utraque Ecclesia plenè ac æqualiter viguisse. Etiam tunc fuisse notissimos ac probatos Africanæ Ecclesie, Quin immo est Disciplina Sardicensi Concilio longè antiquior. Etenim Magnus Athanasius, à Tyria Synodo in contumaciam damnatus, de istius iudicii iniquitate suas quærimonia facturus, Regiam civitatem & Magnum Imperatorem Constantinum accessit, & hic ad istius Synodi Episcopos varia scripsit de æqua iudiciorum forma, & adjungit: Quam ob causam ut properè ad nostram Pietatem veniat, volo, ut & rerum à vobis actarum exactam rationem nobis exhibeatis, & de vobis ipsis satisfactis. Sacra exstat apud Ecclesiasticam Cæsarensis Eusebii historiam. Est Apostolicus Canon, desumptus ex iudiciali disciplina Romanæ reipublicæ, firmatus per Sardicensem Synodum, ac redactus in Scriptum. Hunc esse istius Synodi sensum, & prior & posterior totius Christianitatis consuetudo evincit. Porro Dioscorus ac Sanctus Flavianus erant Patriarchæ: Proinde ab ista appellati iudicis in reum demutatrice lege nullus unquam, nisi Romanus Pontifex, fuit per Canones exemptus.

Paschasius Quænellus errori superaddit calumniam, scribens quod Sanctus Leo in retractatorio Chelidonii iudicio non dederit Hilario Synodalem confesum atque suffragium. Etenim contrarium manifestò patet ex his verbis Pontificis epistolæ ad Episcopos Provincia Niennensis: Hilarius nobiscum sedens. Utrique in retractatorio iudicio. Nequaquam ex sacrorum Canonum debito, sed ex gratioso beneficio fecit id Pontifex:

Ob famam de Hilarii sanctimonia. Eandem gratiam Hofius in Sardicensi Synodo obtulit Eusebianis Episcopis: Ad mitigandos ipsorum animos, ad pacificandam Ecclesiam. Eundem eadem de causa honorem Orientalibus Episcopis, qui Maximum Cynicum damnaverant, obtulerunt Sanctus Papa Damasus ac Sanctus Ambrosius.

Paschasius Quænellus calamniatur etiam Sanctum Cyprianum, ac Sanctum Augustinum. Etenim scribit, quod Aurelius & quidam alii Afrorum Episcopi suæ infelicitissimæ ac prevaricatoricæ ad Cælestinum Pontificem epistolæ fundamenta hauserint ex Sancto Cypriano, adeoque quod Sanctus Cyprianus Romanas appellationes fuerit etiam averfatus. Est manifesta calumnia. Etenim quod gloriosus iste Martyr Romanas Africanorum Episcoporum Appellationes agnovit, ac fuerit reveritus, evincunt ejus litteræ ad Sanctam Papam Cornelium. Suo loco demonstrabitur. Paschasius Quænellus similiter scribit, quod inter Africanos prævaricatoricæ epistolæ Authores magna pars fuerit Sanctus Augustinus. Calumniosè. Ei nec Augustinus suum nomen præfixit aut subscriptit, nec Alipius, nec Possidius, nec quis alius Augustino familiaris Episcopus. Quod Romanas Afrorum Antistitem appellationes ille semper defenderit constantissimè, demonstrant plures ipsius libri atque epistolæ. Quod ipsas etiam tunc defenderit, demonstrat ejus ad Sanctum Cælestinum epistola, scripta de causa Antonii Episcopi Fussalensis. Sunt res suo loco elucidandæ.

## CAPUT XVII.

Purgatur tertia in Sanctum Leonem calumnia.

Paschasius Quænellus pergit in Sanctum Leonem: Tertium etiam vulnus Canonibus insidisse Leo videtur, cum Chelidonium communionis suæ participem fecit, & sacris Altaribus interesse passus est, antequam ejus causæ examen de novo institueretur. Quod procul dubio Canonica dispositio contrarium erat, qua cautum est propter Ecclesie Sacerdotique indivisam unitatem, ut qui à singulis Episcopis sententiam damnationis exceperunt, ab omnibus per totam Ecclesiam constitutis Sacerdotibus damnati censentur. Adducit varios Canones, qui ab uno Episcopo damnatum vetant admitti ab alio, & prosequitur: Quam consultissimè igitur imitatus esset Sanctus Leo Ecclesie Romanæ Proceres, quos olim Marcion Hæresiarcha, à proprio Parente Episcopo Ecclesia pulsus, adiens ut Ecclesiasticæ communioni restitueretur, nunquam hoc ab eis obtinere potuit, teste Sancto Epiphania, sed hæc ab illis responsione repulsus est: Nos injussu venerandi Patris tui facere illud non possumus. Una siquidem fides, & animorum una consensus. Neque contra spectatissimum Collegam Patrem tuum quidem moliri possumus. Ita Cleri Romani Seniores, ab

Epist. 55.

Epist. 267.

Hæres. 72.

ab Apostolorum discipulis edoceri, traditionem Apostolicam violare nefas ducebant.

Sanctissimo Pontifici impingit tres excessus. Primus est, quod appellatam Chelidonium ante expletum retractatorium iudicium, immo ante omne causæ examen, admiserit ut Canonice Antistitem, ipsique permiserit sacrum ministerium, & omnem Episcopalem communionem. Hujus erroris fons est item Hincmarus Metropolitae Remensis. Etenim ipse cum suæ Provinciæ Episcopis, à Duziacensi Synodo, adversus Hincmarum Laudunensem Episcopum, qui Romam provocarat, scripsit ad Adrianum secundum Pontificem; *Si forte visum vobis necessarium fuerit, ut secundum Sardicenses Canones renovetis iudicium, & detis iudices, scribendo Episcopis, qui in finitimis & vicinis Provinciis sunt, ut & ipsi diligenter omnino requirant, & juxta veritatis fidem deserviant. Vel si decreverit mittere à Latere vestro habentes auctoritatem vestram, qui cum Episcopis iudicent, eo in gradum adhuc non restituto, sicut Sardicenses Canones præcipiunt, non abnuimus.* Et infra: *Veruntamen quanta possumus humilitatis devotione deposcimus, ut etiam in hac causa nobis Canonice definitionem servetis. Videlicet ut si, quod non credimus, ea quæ regulariter definivimus, prout sacras regulas intelleximus, vobis presentialiter non placuerit vestra sententia roborare, non antea communioni Sacerdotali, à qua separatus est, restitatur, antequam secundum regulas & leges in provincia, in qua causæ gestæ sunt & iudicæ, requiratur. Quia usque ad nostra tempora nulla Patrum definitione hoc Ecclesiis Gallicanis & Belgicis est derogatum.*

Est error ab Eusebiana Factione inductus, damnatus per Canones Sardicenses. Ad eodè hi Canones ipsi non suffragantur. Etenim cuncta istius Factionis apud Sardicam lis fuit propter Sanctum Athanasium, alioque ab ipsa degradatos Episcopos, quos ante retractatorium examen Julius Episcopali communioni reddiderat, & quos Hosiæ Cordubensis Episcopus, istius Synodi Apostolicus Præses, volebat uti Canonicos Episcopos admitti ad confessum, postmodò retractatoris discutendos. Synodalis ad Julium relatio habet: *Tria fuerunt quæ tractanda erant. Ante omnia de fide, & de integritate veritatis, quam Eusebiani violaverant. Secunda de personis, quas dicebant esse dejectas. De iniquo iudicio. Ut si potuissent probare, iusta fieret confirmatio. Tertia verò questio erat de variis eorundem Eusebianorum aliis facinoribus. Præfatas personas primæ Actioni adidere, & gaudere suffragio, ut integros Episcopos, volebat Hosius, in secunda demum Actione tractandos ut reos. Quia nempe illi Romanam appellaverant, quia ipsorum appellationem Julius admiserat, ideoque reposuerat, vel potius suspensio Tyrio ac Antiocheno iudicio, illos continuarat in Episcopali communionem. Hoc Eusebiani fuerunt adeò averfati, ut potius quam cum istis suis damnatis confidere Synodaliter, maluerint fugere Philippo-Polim, conflaturi primum schisma, primamque hæresim adversus Privilegia Apostolicæ Sedis.*

Sardicensem Canonem eodem modo intellexe-

runt ac executi sunt Sanctus Ambrosius, & omnis cum ipso adficens Sancto Pontifici Damaso Romana Synodus, in litteris ad Imperatorem Theodosium, agentibus de Romana appellatione Maximi Cynici, degradati per Synodum Constantinopolitanam. Exponunt Principi fundamenta causæ & concludunt: *Itaque cum Maximum Episcopum receperunt in communionem nostram Consortia, quoniam eum à Catholicis constitit Sacerdotibus ordinatum, nec ab Episcopatus Constantinopolitani putavimus petitione removendum.* Proferunt appellatam Maximum à se admissum & continuatum in Episcopali communionem, idque ante inchoatum retractatorium iudicium: Continuatum in Episcopatus possessionem, & admissum ad eisdem petitionem, seu examen petitorium. Epistola exstat apud Jacobum Sirmundum post appendicem Theodosiani Codicis.

Eodem modo cum Sancto Joanne Chryostomo processit Innocentius primus. Etenim acceptis Theophili Alexandrini Patriarchæ Synodali relatione, & Sancti Joannis adversus illam appellationem, rescripsit ad Theophilum: *Frater Theophile, nos & te & Fratrem nostrum Joannem communionis nostræ esse decrevimus, sicut & prioribus in litteris aperte satis expressimus. Et nunc in sententia nostra & voluntate perdurantes, rursus eadem scribimus. Et quotiescumque scripseris, nisi debitum sequatur conveniensque iudicium, propter ea quæ magno cum dedecore sunt gesta, possibile non est nos à Joannis communionem recedere. Itaque si conscientie confidit, tu quoque iudicio occurre ad Synodum proximè in Christo celebrandam, & illic juxta Nicæni Concilii Canones & Decreta contende. Alios quippe Canones Romana non novit Ecclesia.* Priores ejus litteræ latent aut perierunt. Has nobis custodivit Palladius Helenopolitanus Episcopus in Dialogo cum Theodoro, Romanæ Ecclesiæ Diacono, de Actis Sancti Joannis. Addit Theophili, ac ejus apud hortos Ruffinianos Synodi iudicium fuisse à Pontifice irritatum atque cassatum. Retiis dixisset fuisse suspensum. Cassatio enim fieri non poterat, nisi in retractatorio iudicio.

Innocentius igitur appellatam Joannem mox ante omnem audientiam continuavit in Episcopali communionem, & Theophilum evocavit cum ipso Romam ad causæ retractationem. Palladius laudat Theotecnum, Constantinopolitanæ Ecclesiæ Presbyterum, exuli Joanni fidelissimum, & prosequitur: *Cui & ipsi communionis litteras, & ad Episcopum Joannem, & ad omnes ei communicantes Episcopos Innocentius tradens, orabat cum lacrymis, ut patienter tolerarent, cum opem ipse ferre non posset, eò quod nonnulli obfisterent potentes Adversarii, Ecclesiasticæ pacis inimici.* Versatilis quippe Theophilus per istam ipsam Imperatricis Eudoxiæ violentiam, qua apud hortos Ruffinianos omnia egerat, jam impediabat suam etiam Romanam evocationem, & retractatorium isthæc iudicium. Hinc tandem per Honorii Augusti auctoritatem Innocentius coegit hujus Collegam & fratrem Augustum Arcadium, ut intra Occidentale Imperium permitteret iudicium Synodum Theffalonicensem, & compelleret eò accedere, aut invitum adduci ipsum etiam Theophilum.

Et

Et suis ad istam Synodum Legatis Vicariis inter alia Mandata dedit hoc Commonitorium: *Non oportere Joannem ingredi, nisi illi prius Ecclesiæ, communiq; redderetur, ut omni dilationis occasione sublata, sua sponte Concilium posset ingredi.* Iussit spoliatum revestiri ante omnia, atque armari, ut non nudus ac inermis, sed vestitus atque armatus cum vestito ac armato Theophilo posset pro justitia decerrare, & suam causam defendere. Et hæc omnia juxta Nicænos Canones. Id est, Sardicenses. Ita Innocentius disertè testatur in litteris ad Clerum ac Populum Constantinopolitanum. Theophilus Joannem ex Antiochenis Canonibus damnarat: Hinc ipsum per Sardicenses, istorum circumductores, Innocentius voluit reparari. Ita amplè demonstrat Palladius. Et hoc Innocentii iudicium probavit atque firmavit omnis tandem etiam Orientalis Ecclesia. Etenim & Theophili Successor Cyrillus, & ipsius Joannis intrusus Successor Atticus ejus nomen retulerunt in Episcopalia Dypticha, & omnis tandem Oriens in Sanctorum tabulas.

Eodem modo Magnus Leo tractavit Theodoretum, Eusebium Doryleensem, alioque per Laociniolum Ephesium degradatos, ac ad se appellantes Episcopos. Et ejus factum probavit atque admittit plena Chalcedonenis Synodus. Theodoretum, uti repositum, admittit ad Episcopalem confessum ac suffragium, at non nisi post plenè retractatam causam reparavit. Quid igitur miri, quod idem Pontifex eodem jure tractavit Gallicanum Antistitem Chelidonium? Plurima sunt hujusmodi authentica exempla. Hæc abundè sufficiunt, ut revincant Paschasti Quesnelli calumniosam Scripturunculam de tanto Pontifice. Hanc in rem quidam adducunt Ephesium etiam Synodum, quæ Hæresiarum Nestorium, licet à Cælestini Pontificis iudicio provocasset, appellavit religiosissimum Episcopum, & advocavit ad Synodalem confessum. Existimant Sardicenses Canones obtinere etiam in provocantibus à summi Pontificis sententia ad generale Concilium. Et certè Hæresiarum Eutychetem, qui à Magni Leonis iudicio provocarat, ita tractavit Dioscorus in secundo Ephesino Concilio. At gravissimè errant. Etenim Romani Pontificis iudicia sunt omnino suprema, atque ita in illis nullus est appellationi locus, sed soli gratiosæ Revisioni. Et provocans revestiri non potest, nisi post victoriam in retractatorio iudicio. Quare ista Nestorii intitutio fuit ex causis dispensatoria. Eutychetis admissio fuit una ex Dioscori prævaricationibus.

Obstare his videatur auctoritas Sancti Nicolai primi Pontificis, rescribentis ad Synodum Suesionensem: *Povò si quisquam Sedem Apostolicam, per Sergium sanctæ memoriæ Papam, Ebbonem quondam Archi-Episcopum indignum Clericali communionem sanxisse perhibet, noverit quoniam talem Sedem Apostolicam debuit Ebbonem, donec Synodali examine causa ejus discuteretur, habere, qualem ab aliis habitum non ignorabat.* Confirmat ex quinto Nicæno Canone, atque prosequitur: *Donec igitur auctoritate sua de hujusmodi pusillanimitate, aut contentione, aut alio quolibet vitio examinatio*

*vel dijudicatio proveniret, Apostolica Sedes nihil agere debuit, nisi quod egit. Videlicet ut ab aliis abjectum, ipsum nequaquam indiscussè susciperet. Præcipue cum prædictus Ebbo non quasi pro deposita sua queritans, & legitime restitui volens examine præcedente, Sedem Apostolicam appellaverit, sed à contumacibus suavis, & his junctus, repenti & reconciliari ab ea, & Pallio donari quærens, & quasi Episcopus inter Episcopos, nulla causæ suæ discussione præveniente, communicari poscens, ad eandem summam Sedem accesserit, à qua, jam reprobatus ab aliis, meriti debuit reprobari, donec supplex ab ea sese Canonice posceret adjuvari. Nam constat, ut Sanctus scribit Papa Gelasius, uniuscujusque Synodi Constitutum nullam magis exequi Sedem præ cæteris oportere, quam primam.*

Respondeo Nicolaum Pontificem exponi à semetipso. Etenim Ebbo non Romanam Sedem appellans, & ab ipsa juxta Canones adjuvari, ac sibi illatas tolli injurias supplicans, sed turbidus, ac adversus sui damnatricem Synodum protervus accessit, volens ipsam sperni ut contumeliosam, & sese sine omni examine admitti ut Canonicum Episcopum, & Pallio donari. Hoc merito admittere detrectavit Sergius secundus: Idque ob quintum Nicænum Canonem. Meriti addidit Sanctus Nicolaus, quod Romana Sedes quemque Episcopum aut fidelem debeat agnoscere talem, qualis est factus ab aliis: Utique à suo Episcopo aut Synodo. Quod alium agnoscere aut facere non possit, nisi præcedente examine. Quod omnino verum est etiam de appellatibus. Non totius causæ retractatorium ac definitivum, sed aliquod summarium debet precedere iudicium, quo Pontifex censeat appellationem admittendam, & procedendum ad plenam retractationem. Hinc supra in litteris ad Imperatorem Theodosium dixit nobis de appellante Maximo Cynico Sanctus Ambrosius: *Maximum Episcopum receperunt in communionem nostram Consortia, nec ab Episcopatus Constantinopolitani putavimus petitione removendum.* Et de Nicolai Pontificis recto sensu nequaquam est ambigendum. Etenim ipse jam dicto juxta Sardicenses Canones modo tractavit appellatam Rothaldum Episcopum Suesionensem.

Secunda Paschasti Quesnelli in Sanctum Leonem calumnia est, quod in isto circa appellatam Chelidonium actu sit prævaricatus quintum Nicænum Canonem. Quod alienum damnatum irregulariter admiserit. Est ipsissima Eusebiana Factionis ac Philippo-Politani Conventiculi in Sanctum Julium Pontificem contumelia, de qua ipsum Conventiculum in suis Synodalibus litteris: *Julium urbis Romæ, Hosium Cordubensem, & Protogenem Sardicensem, & Gaudentium Naxitanum, & Maximinum à Treveris damnavit omne Concilium secundum antiquissimam legem, ut auctoritate communionis Marcelli, & Athanasii, cæterorumque sceleratorum.* Laudat Apostolicam Ecclesiæ legem, quæ unius Episcopi aut Synodi damnatum vetat admitti ab aliis. Agit non de plenè ac firmè per retractatorium iudicium communionis restitutione, sed de sola momentanea ante istud communionem, de sola refectione spoliati, ipsum

at-

armante ac præparante ad retractorium prælium. Hanc quippè solam Sancto Athanasio ac aliis appellatibus Episcopis Julius impendit. Hoc ipsum opus in Magno Leone damnat Paschasius Quesnellus. Proinde viderit, quomodo se fecerit à Philippo-Politano Conventiculo.

Tertia ejus in Magnum Leonem calumnia est, quod Chelidonium sive Hilarii venia admisit in gradum. Quod imitari debuisse Romanæ Ecclesiæ Presbyteros, qui Marcioni, per suum Patrem ac Episcopum Sinopensem damnato, noluerunt vel Laicam communionem reddere sine istius venia. Quidam censent hanc R. Patris Paschasii Quesnellii doctrinam non esse penitus deviam, utpote quam in secundo libro de concordantia Catholica tradit etiam Nicolaus Cardinalis Cusanus: *Si dicit Papam Subditos Episcoporum absolvere & ligare, duo idem in aliis, quando consensus Propriorum intervenit. Actus enim aliter nullus per consensum aut ratificationem proprii Sacerdotis in hac materia validus efficitur. Cum ergo usu communi hoc sit introductum, & ex usu consensus elicitur, patet quod efficacia hujus vigorem ex consensu recipit. Cum enim nullus teneatur obedire, nisi in concessis à Canone, & cum non reperitur Canon aliquis Concilii, Papam hoc posse appellacione nulla interposita, oportet ad consuetudinem, usum, & consensum illud resolvere. Papa enim non habet à Canone, quod ledere possit jurisdictionem Episcoporum. Quia esset ordinem turbare. Eiusdem mentis olim fuit Genricus Leodiensis Episcopus, ob nefcio quem suum Parochianum Romæ absolutum, Gregorio septimo scribens mordaci invectiva, tamquam Apostolicæ Sedis non esset auctoritas, quoscumque & ubicumque vult ligare & absolvere. Respondeo hæc non spectare ad nostram quæstionem, ideoque ab illis nullas Paschasius Quesnellus præberi supplicias. Præfati enim Doctores agunt de solutione citra appellacionem faciendam per gratiam; quod appellatas causas Papa possit retractare ac definire, & nata ab illis vincula in quovis homine per justitiam solvere, palam profitentur. Et tamen ad Henricum istum rescripsit laudatus Gregorius: *Intelligas te aut præsumptionis spiritu, aut ignorantia contra auctoritatem sanctæ Romanæ Ecclesiæ verba jactasse, quasi imitando Orientales, qui contra beatum Papam Julium obloqui præsumpserunt, eò quod ipse sanctissimum Athanasium Patriarcham sine consensu eorum absolverat.* Affirmat ipsum ruere in Philippo-Politana & Schismaticam Eusebianæ factionis audaciam. Et rectè affirmat. Quod enim Apostolica Sedes quorumvis Episcoporum ac Synodorum judicia, etiam iusta, possit per rationabilem gratiam solvere, mox audiemus à Sancto Pictaviensium Antistite Hilario. Et ostendi possit pluribus exemplis ac testimoniis. Proinde istud tanti Pontificis de isto Henrico, non ignobilis Sædis Episcopo, Judicium longè potiori Jure cadit in R. Patrem Paschasium. Audiamus & faciamus sequentia Gregorii verba: *Tibi deinceps caveas, ne hujusmodi contra nos temeritate rescribas; sed potius ad documenta sanctorum Patrum, quæ te loqui & scribere doceant, humiliter recurras.* Marcionis negotium statim discutietur.*

Quarta Paschasii Quesnellii in Magnum Leonem calumnia est hæc: *Quaridè denique in Canonibus Leo peccasse videtur, cum per Imperatoriam Satisfactionem Gallicanæ Ecclesiæ consuetudini derogare primus tentavit, illudque à Valentiano tertio Edictum elicit.* Quinto Canonibus adverteri censet hæc præsertim Edicti verba: *Ne quid tam Episcopis Gallicanis, quàm aliarum Provinciarum liceat sine viri venerabilis Papæ urbis æternæ auctoritate tentare, sed illis, omnibusque pro lege sit, quiddam sanxit vel sanxerit Apostolicæ Sedis auctoritas.* Verùm quibus Canonibus, cui Gallicanæ Ecclesiæ consuetudini adversatur istud Edictum? Aliud sanè huc usque credidit Gallicana Ecclesia. Sanctus Leo fecit adversus Hilarium, quod contra Pelagianos fecisse Sanctum Bonifacium Pontificem scribit in libro contra Collatorem Beatus Prosper: *Non solum Apostolicis, sed etiam Regis utebatur Edictis.*

Horrenda est hæc Paschasii Quesnellii conclusio: *Quis non videat Leonem nostrum talia molientem Gallicanarum, immò omnium Ecclesiarum statum aliter, quàm more solito ordinasse, ut querebatur Hilarius? Dum, inquam, communionem suam Episcopo Canonice deposito irretractata causa ultro impertit; dum Judicii Synodalis sententiam in Episcopum legitime accusatum & convictum pronunciatam infringit; dum causam extra Provinciam iterato examini subjicit; dum denique sæculares Potestates adversus Hilarium, totamque Ecclesiam Gallicanam commovit. Et contra verò planum est Sanctum Hilarium, cum Pontificis concilio contradixit; cum non expectata ejus sententia, gregem suum bonus Pastor quantocius revisurus, abscisit; cum communioni Chelidonii, quem cum tantis viris damnaverat, conjungi nullatenus acquievit, ut scribit vitæ ejus auctor, etiam cum vitæ discrimine; non novis præsumptionibus Ecclesiarum statum & concordiam Sacerdotum turbasse, sed religiose servasse, nec cum deseruisse tramitem semper inter Majores & bene tentum, & salubriter custoditum, quod objicit Sanctus Leo, sed cum potius ab aliis desertum vigore Apostolico vindicavit.*

## CAPUT XVIII.

### Discutitur conclusio R. P. Paschasii Quesnellii.

Reverendus P. Paschasius Quesnellus sua in Magnum Leonem elogium conatur concludere glorioso, ac jam audito Epiphonemate. Adducit varios Canones, qui ab uno Episcopo ligatum vetant ab alio solvi, & istiusmodi solutionem sanciri esse ejusdem scabiei attractivum Attentatum, atque concludit: *Quantò consultius igitur imitatus esset Sanctus Leo Ecclesiæ Romanæ Proceres, quos olim Marcion Hæresiarcha, à proprio Patre Episcopo Ecclesiæ pulsus, adiens ut Ecclesiasticæ communioni restitueretur, nunquam hoc ab eis obtinere potuit, teste Epiphonio, Hæresi quadragesima secunda, quæ est Marcionistarum, sed hæc*

hæc ab illis responsione repulsus est. Nos, inquit, injussu venerandi Patris cui facere illud non possumus. Una siquidem fides, & animorum una consensus. Neque contra spectatissimum Collegam, Patrem tuum quidquam moliri possumus. Ita Clerici Romani, Seniores, ab Apostolorum Discipulis edocti, ut ait Epiphanius, traditionem Apostolicam violare nefas ducebant. Rursus respondeo hæc esse ipsissima Philippo-Politana Eusebianæ Factionis dogmata. Etenim scelerata Factio non ob alium criminis fucum præsumpsit in Sanctum Julium Pontificem, ac Sanctum Maximinum Treverensem Episcopum, splendidissimum ac firmissimum totius, Gallicanæ præsertim, Ecclesiæ columnam, larare degradationis convitium, quàm quod ille, quintum Nicænum Canonem prævaricatus, damnatum à Tyria ac Antiochena Synodo Athanasium admisisset in suam communionem, hic verò istius prævaricationis fuisset consultor atque incentor. Immo sunt ampla istorum dogmatum augmenta. Etenim Romano Pontifici non dumtaxat in Synodalia aliorum Patriarcharum judicia auctoritatem abnegant, sed etiam in Provinciales Synodos tuarum Dicecesium.

Romani Cleri in Marcionem opus est discutendum. Audiendus est ex integro Sanctus Epiphanius: *Marcion fuit genere Ponticus, ex ea parte quæ Heleno-Pontus dicitur, oppido Sinope. Qui initio vitæ castitatem præ se ferens, Monachorum Institutum professus est: Parente natus Catholice communionis Episcopo. Postea cum Virginem quamdam adamasset, ac fraudibus pellexisset, à celestis vitæ spe illam juxta ac semetipsum dejecit. Ob hunc igitur incestum ab ipso Parente est pulsus Ecclesia: Viro compuncto Religioso, ac veritatis amore flagrantissimo, & in hac Episcopalis muneris administratione præstanti. Cui cura Marcionem dùm multumque supplicasset, ac penitentiam postulasset, hanc à Patre precibus nullis obtinuit. Vehementem siquidem ex ea re dolorem optinuit senex & Episcopus ceperat, quod non ille solum excidisset, sed & ignominiam sibi ac dedecus imposuisset. Ergo ubi se nullis artibus blandiri posse quod cuperet animadvertit, Popularem suorum probra ac ludibria non sustinens, clam ab oppido secessit, ac Romam post Hegini Papæ obitum sese contulit. Eò statim ac Marcion pervenit, ac Seniores adiens, qui ab Apostolorum Discipulis edocti adhuc supererant, ut in communionem admitteretur ab iis frustra petiit. Quamobrem exstimulatus invidia, quod non Principem illic locum, ac ne Ecclesiæ quidem aditum impetrasset, ad impostoris Cerdonis hæresim confugere induxit in animum. Et infra: *Marcion palam Seniores alloquens inquit, Cur me recipere nolistis? Responderunt illi: Nobis injussu venerandi Patris tui facere istud non licet. Una siquidem fides est, & animorum una consensus. Neque contra spectatissimum Collegam Patrem tuum moliri quidquam possumus. At ille vehementius exarscens, ac superbia & invidia percitus Schisma coarctavit, ac privatam hæresim est archidilatatus. Et ait: Ecclesiæ vestram ego dissociabo, ac in eam Schisma sempiternum immittam.**

Verùm longè alia in Præscriptionum libro scribit Tertullianus: *Constat Marcionem ac Valenti-*

num neque adèd olim fuisse, Antonini serè Principatu, & in Catholice primò doctrinam credidisse apud Ecclesiam Romanensem, sub Episcopatu Eleutheri Benedicti. Donec ob inquietam semper eorum curiositatem, qua fratres quoque vitabant, semel & iterum ejecti, Marcion quidem cum ducentis Sestertiis, quæ Ecclesiæ intulerat, novissimè in perpetuum discidium relegati, venena doctrinarum suarum disseminaverunt. Postmodum idem Marcion penitentiam confessus, cum conditioni sibi datæ occurrat, ita Pacem recepturus, si ceteros, quos perditioni erudisset, Ecclesiæ restitueret, morte præventus est. Notanda est vox, *Constat*. Potenter suadet hanc Tertulliani de Marcione relationem esse authenticam & veram. Et certè Tertullianus fuit vicinissimus istis temporibus.

Affirmat primò, quod Marcion apud Romanam Ecclesiam crediderit, adeoque & baptizatus fuerit. Secundò, quod ingenio inquietus sit lapsus in hæresim. Utique Cerdonis. Tertio, quod istius erroris tandem Doctor evaserit, ac multos vitariit. Utique post secundum lapsum. Quarto, quod semel & iterum fuerit ejectus è communionem Ecclesiæ, ac bis per penitentiam receptus in Sacramentalis Pacis, seu Reconciliationis gratiam. Quintò, quod ob tertium lapsum sit relegatus in perpetuum discidium. Sextò, quod etiam tunc penitentiam egerit, ac fuerit recipiendus in præfatam gratiam. Ea tamen conditione, si ceteros, quos perditioni erudierat, restitueret Ecclesiæ. Septimò, quod conditionem acceptaverit, sed ab ipsa explenda fuerit præventus per mortem. Est igitur defunctus in penitentia.

Notanda sunt hæc verba: *Marcion quidem cum ducentis Sestertiis, quæ Ecclesiæ intulerat, novissimè in perpetuum discidium relegatus.* Docent nos plura bene notanda. Primò, quod Marcion Romæ non solum Baptisma acceperit, sed insuper fuerit ejectus in Clerum. Etenim Romanæ Ecclesiæ Populus nunquam, juxta primitivum Hierosolymitanæ ac Alexandrinæ Christianitatis morem, in communi vixit, adeoque nec baptizati illic unquam omnia sua intulerunt Ecclesiæ. Istiusmodi illatio non fiebat, nisi ab ejectione in Clerum. Ab illis omnino fiebat. Non dumtaxat Romæ, sed in plurimis Ecclesiis. Omnis enim sub cælo Clerus, licet non eandem domum & mensam, olim tamen aliquid communis vitæ habuit, ideoque omnia sua ponebat ad pedes sui Episcopi, singulis juxta Ministerii merita distributuri divisiones mensurnas, & sportulas. Quæ inferendi forma postmodò transivit in Monasteria. Secundum est, quod Romana Ecclesia Marcioni nec in prima nec in secunda, sed dumtaxat in tertia ejectione reddiderit sua Sestertia. Quia nempe prima & secunda erant sola excommunicatio, at verò tertia ejectio fuit degradatio: Perpetuum discidium à Clero. Degradatus omni istarum distributionum jure excidebat, ideoque ipsi reddebatur illatum patrimonium. Tertium est, quod Marcion etiam post perpetui discidii inflictionem egerit penitentiam, & Pacis additionem acceperit. Nempe Pacis seu communionis Laicæ. Quartum est, quod primitiva Ecclesiæ

fiæ disciplina, quæ solemnem pœnitentiam ac reconciliationem iterari vetuit, iterari omnino permiserit privatam. Etiam de gravibus criminibus. Verùm hæc omnia non faciunt ad præfens Propositum.

Sanctus Epiphanius Apocryphis quandoque credit. Lucet ex illis, quæ scribit de Meletiano schismate. Quod etiam circa Marcionem fuerit nimium credulus, fortiter suadet ab ipso apertus Marcioni Monachus. Quod enim Sanctus Antonius sit primus Monasteriorum auctor, disertè tradit in ejus vita Sanctus Athanasius. Antea Ægyptus paucos hinc inde prope proprium pagum aut domum Solitarios habuit, nullo Cœnobitum. Quod verò idem Athanasius cœperit primus Monachos in Clerum assumere, atque ita contemplativam vitam cum activa jungeret, affirmat in ejus Elogio Sanctus Gregorius Nazianzenus. Et de Pontica Diœcesi scribit Hermias Sozomenus: *Apud Armenios, Paphlagones, & Pontiacos Eustatius Sebastianus in Armenia Episcopus Monasticæ conversationis Auctor fuisse dicitur.* Item quod ante Sanctum Athanasium, ac ejus Successorem Petrum, qui appellationis prosequendæ causâ accesserunt almam Urbem, nullus illic Monachus apparuerit, testatur in litteris ad sacram Virginem Principiam Sanctus Hieronymus. Sunt tamen argumenta non irrefragabilia. Etenim Sanctum Jacobum Nisibenum Episcopum, unum è Nicænâ Synodi Patribus, ideoque Athanasio longè seniorem, Theodoretus in Monastica historia testatur antea fuisse Monachum. Et uti quidam in Ægypto ante Antonium, ita ante Eustatium pauci hinc inde in Ponto possint fuisse Solitarii. Et ex istis Marcion possit à Patre Episcopo fuisse evehctus in Presbyterum.

Interim qualiscumque Sancti Epiphanius relatio nequaquam evertit Sancti Petri Privilegium. Absit. Immo potentissimè confirmat. Affirmat enim Marcionem à Patris Episcopi sententia appellasse Romam, & accessisse. Idque post mortem Hygini Pontificis: Vacante tunc Sede. Dudum ante Pontificatum Zephyrini. Ejus peccatum erat mœchia; & quidem cumulatâ cum sacrilegio. At verò usque ad Zephyrini Papatum omnis sub cœlo Ecclesia tria crimina reservabat Christo Domino: Idololatriam, Homicidium, & Mœchiam. Istorum patratores compellebat ad perpetuam totius vitæ pœnitentiam: Et nec exentibus largiebatur Sacramentalis reconciliationis viaticum. Eos, suis commendatos suffragiis, transmittit ad suum nostrum in Dei Patris dextera Pontificem, ab ipso judicandos, solvendo aut alligandos. Sanctus Zephyrinus est primus Auctor novæ tunc clementiæ, de qua scribit lapsus ad Montanum Tertullianus in libro de pudicitia: *Pontifex Maximus, Episcopus Episcoporum edicit, Ego & mœchia & fornicationis delicta pœnitentia fundis dimitto.* Hinc igitur de Marcionis patre, Sinopeni apud Ponticos Episcopo, scribit Sanctus Epiphanius: *Cui cum Marcion multum ac diu supplicasset, ac pœnitentiam postulasset, banc à Patre precibus nullis obtinuit.* Eadem de causa Romanus Clerus ne Ecclesiæ quidem aditum

Marcioni aperuit, sed Patris de ipso sententiam plenè confirmavit. Quod nempe mœchia, præsertim sacrilegia, tunc esset crimen reservatum Christo Domino. Non ex autoritatis defectu, sed ex rigore disciplinæ.

Notanda sunt Sancti Epiphanius de Marcione verba: *Quamobrem exstimulatus invidia, quod non Principem illic locum, ac ne Ecclesiæ quidem aditum impetrasset, &c.* Edicunt Marcionem non simplicem Monachum, sed omnino fuisse Sinopenis Ecclesiæ Presbyterum, ac à Romana Ecclesia expostulasse non solum Laicæ communionis, sed etiam Presbyteralis honoris restitutionem. Istum honorem Sanctus Epiphanius omnino intelligit per *Principem locum*. Major enim Clerus, nempe cum Episcopo Presbyteri, in sacro Tribunali simul sedebant, uti Principes ac Senatores Ecclesiæ. Proinde Epiphanius palam affirmat Marcionem & communionem & gradu fuisse à Patre Episcopo exutum, & pro utroque appellasse & accessisse Romanam Ecclesiam. Erat superbia ac presumptionis plenissima, & Apostolicis Canonibus adversissima audacia. Etenim Apostolus de Episcopis ac presbyteris disertè sanxit: *Oportet Episcopum sine crimine esse.* Præsertim sine flagitio. Et quidem patrato post acceptum Ordinem. Hinc igitur Romanus Clerus paternam sententiam meritò confirmavit in Marcionem, & ipsum exclusit non solum à gradu, sed insuper ab Ecclesiæ aditu.

Hæc sunt Senfa Sancti Epiphanius. Et ex ipsis discimus, quod isti etiam primitivis Ecclesiæ temporibus Orientalis Ecclesiæ à suorum Episcoporum Judicis appellaret atque accederet Romanam Cathedralam. Nec soli Episcopi, sed etiam Clerici. Et quidem Marcion à Sinopenis Episcopi sententia non ad Amaseni Metropolitanam, immò nec ad Cæsariensis sui Exarchi Tribunal aut Synodum, sed immediatè provocavit ad Apostolicam Romanæ Ecclesiæ Cathedralam. Et accessit. Quam eximium ac momentosum pro Romanarum Appellationum antiquitate & amplitudine sit hoc exemplum, ipsa res altissimè clamat. Orientalibus non dumtaxat Episcopis, sed & Clericis permittit præteriri Metropolitanam ac Exarchum, adeoque & Patriarcham, & Romanum Pontificem immediatè non dumtaxat invocari, sed & accedi. Et istam consuetudinem stabilivit Sardicenis Synodus. Vacans Romana Ecclesia tunc regebatur à Presbyteris, qui Apostolorum Discipulos viderant atque audiverant, Ecclesiasticam disciplinam ab ipsis edocti. Ex quo lucet, quod Romana Appellatio omnino ab Apostolis, immò & ab ipso Christo Domino ducatur originem. En per qualia exempla R. Pater Paschasius Quenellus conetur ac speret ipsam evertere.

Difficultatem faciunt hæc Romani Cleri ad Marcionem verba: *Nobis injussu venerandi Patris tui facere istud non licet. Neque contra spectatissimum Collegam Patrem tuum moliri quidquam possumus.* Videntur profiteri, quod non propter disciplinæ rigorem, sed propter autoritatis inopiam ita egerint. Nam disciplinæ rigor postulatum à Marcione gratiam nec ad Patris justum permississet.

Videntur profiteri istud ipsum, quod postmodo Antiochena Eusebianæ factionis Synodus scripsit ad Sanctum Julium Pontificem: *Inconcussam auctoritatem habet qualibet Synodus, & contumeliosè agit cum Judice, cuius judicium ab aliis examinatur.* Eadem Romani Cleri verba urget Joannes Launojus, & ex ipsis confidit se de Sancto Apostolo Petro gloriosum triumphare. Respondeo istam Eusebianam ac schismaticam regulam abunde revinci à Rescripto laudati Pontificis. Aliud est quancumque sententiam retractari à superiori Judice, aliud est justam sententiam ab ipso circumduci & exullari: Solum posterius est inferioris Judicis contumelia. Ex Apostolico enim Canone Nicæna Synodus sanxit à superiori Judice non esse solvendum vinculum, nisi quod processerit ex inferioris Judicis pusillanimitate, contentione, aut alio vicio. At verò data à Patre Episcopo in filium Marcionem sententia erat undequaque justissima: Hinc Romanus Clerus rectè reposuit ipsam à se sine illius jussu non posse solvi; Justè enim ligatum reum remitti oportet ad jussu ad beneplacitum ligantis.

Et hæc quidem solutio possit videri sufficiens. Attamen res est penitus introspectienda. Notanda sunt hæc Sancti Epiphanius verba: *Marcion exstimulatus invidia, quod non Principem illic locum impetrasset.* Palam edicunt, quod Marcion Presbyteralis honoris restitutionem non simpliciter, sed illic Romæ obtinere postulerit: Quod postularit Presbyter incardinari in Romanam Ecclesiam. Etenim suorum Popularium probra & ludibria non ferens, ex Sinopeni civitate clam discesserat, ideoque nunquam volebat eò redire. Voluit Romæ traducere vitam. De alma enim Urbe Cornelius Tacitus in Annalibus rectè scripsit: *Quò cuncta undique atrocitas atque pudenda conflunt, celebranturque.* Hinc igitur etiam Marcion illuc non dumtaxat confluere & manere, sed etiam celebrari voluit: Esse de Clero, & quidem Princeps ac Presbyter. Et huc respexit, dum in hæresim prolapsus, palam, idest, impudenter ac sine fronte dixit ad Clerum: *Cur me recipere nolistis? Et Clerus reposuit: Nobis injussu venerandi Patris tui facere istud non licet. Contra spectatissimum Collegam Patrem tuum moliri nihil possumus.* Sensus est: Nec justissimam tui Patris de te sententiam circumducere, nec te, licet integer esses, in nostrum cardinem sine ejus jussu possumus admittere. Quia nempe Apostolicus Canon alienum Clericum sine proprii Episcopi jussu ac litteris vetat ab alio Episcopo incardinari in suam Ecclesiam. Istum Canonem tunc omnino servabat etiam Romana Ecclesia. Et hinc in hæreticum ac barbarum furorem versus Ponticus Marcion respondit: *Ecclesiam vestram ego disfaciabo, ac in eam sempiternum Schisma immittam.* Sensus est lucidus: Quia me non vultis habere Presbyterum, equidem Romæ permanebo, futuro vobis perpetuus hostis, & vestræ Ecclesiæ crudelis lacerator. Uti Martinus Lutherus Papatum ac Apostolicam Sedem penitus suffocare, ita Marcion minatus est ipsam lacerare sempiterno schismate. Et certè permansit Romæ. Hinc enim de Sancto Policarpo scribit in Ecclesiastica Christi Lupi Opera T. VIII.

corum Scriptorum catalogo Sanctus Hieronymus: *Policarpus, Ecclesiam in Urbe regente Amceto, Romanam venit, ubi plurimos credentium, Marcionis persuasionem deceptos, reduxit ad fidem. Cumque ei fortuito obviam fuisset Marcion, & diceret, Cognovisti nos, respondit: Cognosco Primogenitum Diaboli.* Hygino successit Pius, Pio Anicetus: Et Pius sedit per novem annos. Quare vides, quod Marcion Romæ firmus permanferit, & pertinaciter perrexerit lacerare Ecclesiam. Hæc sunt Senfa Sancti Epiphanius: Et quod Romanis Appellationibus non detrahant, sed ipsis dent lucidissimum testimonium ac patrocinium, est penitus manifestum.

Notanda sunt item verba, quibus Romanus Clerus Marcionis patrem appellat: *Spectatissimum Collegam.* Ostendunt fuisse eximium Episcopum, ac notissimum Romanæ Ecclesiæ. Nec ambigendum est, quin & ipse de filii criminibus, de suo in ipsum Judicio, ac frivola ejus appellatione & fuga relationes Romam transmiserit. Proinde & ipse agnovit ac veneratus est istas Appellationes: Agnovit retractatorium judicium non necessario esse faciendum in propria Provincia, sed fieri omnino posse in alma Urbe. Prout placuerit sapientissimo Romani Episcopi arbitrio. Hinc item discimus, quod viduatæ Romanæ Ecclesiæ Clerus appellationes tunc admitteret, ipsasque retractaret, ac definiret. Quod ipsum lucidè demonstrat ejusdem per Sancti Fabiani Pontificis Martyrium vacantis Ecclesiæ Clerus in Rescripto ad Sanctum Cyprianum: *Quod autem pertinet ad Privatum Lambestitanum, pro tuo more fecisti, quæ rem nobis sollicitam munitare voluisti. Omnes enim nos decet pro corpore totius Ecclesiæ excubare. Sed nos etiam ante litteras tuas fraus callidi hominis latere non potuit. Nam cum antebac quidam ex ipsis nequitia cohorte venisset Vexillarius Privati, & furto ac fraudulenter litteras à nobis elicere curaret, nec quis esset latuit, nec litteras, quas volebat, accepit. Privatus Lambestitanus Episcopus fuerat à Donato, Sancti Cypriani Antecessore, damnatus ac degradatus: Et ejus sententiam in appellante hominem Sanctus Fabianus confirmaverat. Hinc ille post Pontificis mortem studuit circumducere utrumque judicium: Romam misit suæ cohortis Vexillarium, qui viduatam Clerum in istam circumductionem circumscriberet. At fraudulencia non successit. Interim hinc etiam vides Africanos quoque Episcopos semper Romam provocasse: Nec dumtaxat ad Dominum Papam, sed etiam ad viduatam Clerum. Item vides istas appellationes non in Africa fuisse retractatas, sed in alma Urbe. Hæc suo loco demonstrantur largius.*

Quæstio est, Quomodo Marcion potuerit talia, sacris Canonibus palam obvia, à Romana Ecclesia postulare? Erat Ecclesiasticæ regulæ ac disciplinæ peritissimus: Quo igitur titulo aut furo postulavit impossibilia? Respondeo hunc nodum solvi à Commentario, quem Synodalibus Sardicenis Concilii litteris subdunt fragmenta Sancti Hilarii Pictaviensis Episcopi: *Quam opportunitatem nacti Ursacius & Valens, Romanæ Plebis Episcopum adveni, recipi se in Ecclesiam depræ-*



cantur, & in communionem per veniam admitti rogant. Julius ex consilio veniam, quam orabant, impertit, ut cum lucro Catholicae Ecclesiae vires quae detraberet Arianis, cum eos, qui veritatem ante turbaverant, consilii hujus & audaciae poenitentis, in communionem Catholicam per veniam reconciliatae pacis admitteret. Ex his vides duplicem lapsi, etiam Clerici ac Episcopi, reparandi formam esse antiquissimam: Nempe reparationem per justitiam, ac reparationem per dispensatoriam gratiam. Certè Julius non est primus Author hujus clementiae, sed etiam in hoc articulo sequutus priorem Romanæ Ecclesiae consuetudinem. Eandem igitur gratiam postulavit Marcion. Quapropter omnem istam auctoritatem agnovit in Romana Ecclesia: Auctoritatem non dumtaxat solvendi quaecumque Episcoporum ac Synodorum judicia, sed etiam quoslibet sub cælo Clericos transferendi in suum cardinem. Et per justitiam & per gratiam. At Romanus Clerus ea potestate uti ex rationibus noluit, forsitan quod majorem hanc causam censeret reservandam futuro Pontifici.

Porrò quod Sanctus Epiphanius Romanas Appellationes, ipsarumque antiquitatem omnino agnovit, lucet ex variis ejus locis, præsertim ex illis quæ scribit de Marcello Ancyra Episcopo, Metropolitana primæ Galatiæ. Hunc Antiochena Eusebianæ factionis Synodus damnarat, ob hæresim. Et damnatio non carebat fundamento. Etenim de ipsa scribit in libro de Synodis laudatus Hilarius: *Adfuerunt Episcopi nonaginta & septem, cum in suspicionem venisset unus ex Episcopis, quod prava sentiret. Hic est omnino Marcellus. Et talia de ipso scripsit Hilarius, qui cum omni latina Ecclesia dudum studuit illum constanter defendere. At verò damnatus provocavit ad Romanam Ecclesiam, ac Julium Pontificem. Et personaliter accessit. Sua istic Acta exponit in libello, quem porrexit laudato Pontifici: Cum nonnulli ex iis, qui, quod parùm integrè de fide sentirent, antea condemnati sunt, quique à me in Nicæna Synodo convicti sunt, contra me ad Pietatem tuam scribere non dubitaverint, me nec rectè, nec cum Ecclesiae doctrina consentaneè de fide statuere, ut crimen suum in me transferrent, propterea necessariò Romam mihi ventendum, & te commonendum putavit, ut eos, qui contra me scripserunt, accerseres, ut cum advenissent, de duobus illis à me convincerentur, cum illa ipsa falsa esse, quæ in me scripserunt, tum eos adhuc in pristino errore perseverare. Et indigna quædam adversus Ecclesias Dei, ac nos ipsos illarum Præsides esse machinatos. Sed cum illi venire noluerint, tamen Presbyteros ad illos miseris, ego verò anno integro & tribus mensibus Romæ commoratus fuerim, faciendum mihi omnino censui, ut antequam hinc proficiscerer, meæ fidei professionem tibi sincerè atque ex animo, meaque manu per scriptam, offerrem. Adjungit suæ fidei professionem, ipsi inserit integrum Apostolicum Symbolum, & supplicat reparari, aut plenè fàltem revestiri.*

Affirmat varia. Primò, quod Antiochena Synodus istud de sua damnatione iudicium statim retulerit ad Sedem Apostolicam. Secundò, quod

Romanæ Ecclesiae contra istas injurias auxilium imploraverit, & quod ipsam accefferit, semetipsum expurgaturus, ac reparandus. Tertio, quod ad istud retractatorium iudicium rogaverit Romam evocari istius Synodi Antistites, reddituros sui operis rationem, ac de iniquitate convincendos. Quarto affirmat, quod Julius Pontifex ipsos ad istum finem evocaverit. Et quidem per Legatos Presbyteros. Quintò, quod per totum annum ac tres menses illi non comparuerint, ideoque digni fuerint damnari in contumaciam, ac ipse in Episcopalem honorem plenè reparari. Et quidem Pontifex reparare noluit. Ex integro tamen revestivit, ac plenam causæ retractationem fieri Synodaliter iussit apud Sardiniam. Et Marcellum eò transmisit, & ipsum Synodus discussit, absolvit à vinculo, ac plenè reparavit. Et hæc omnia, licet Sardicensem Synodum à Marcello circumscriptam crediderit cum aliis passim Græcis, omnino probavit Epiphanius, ac suo inseruit operi. Et hinc iterum videmus istam retractandæ Appellationis formam esse antiquissimam, & Sardinicæ dumtaxat fuisse innovatam ac stabilitam.

## CAPUT XIX.

### Examiniantur Dogmata D. Petri de Marca.

**H**Arum sordium palmaris hoc sæculo fons est D. Petrus de Marca Archi-Episcopus Parisiensis. Ex ipso biberunt Paschasius Quesselus, & omnes ejus Symmista. Quocirca fons hic est detegendus, ac obturandus. In sexto de Sacerdotii ac Imperii concordia libro fateatur Synodales Provinciarum ad Romanum Pontificem relationes esse antiquissimas, & prosequitur: *At iudicia in Synodis illis redita quoad disciplinam erant summæ auctoritatis, ut constat ex Concilio Nicæno, non solum quoad correctionem & depositionem Presbyterorum, aliorumque inferioris Ordinis Clericorum, sed etiam quoad depositionem Episcoporum. Itaque appellationi locus non erat, nullaque alia antiquitas ratio suppetebat damnatis, quam ut Rescripto Principis negotium retractaretur in majori Synodo: Quando videlicet agebatur causa alicujus Episcopi, aut aliquod negotium magni momenti. Respondeo hic consui errores varios. Primus est, quod Nicænum Concilium, utique quinto Canone, sanciat etiam de depositionibus Episcoporum. Secundus est, quod damnatis nullum relinquat appellationis locum. Etenim longè aliud nobis supra dixit Julius Pontifex. Nec refert, quod Nicænum Canon Romanæ Ecclesiae Privilegium non exprimat. Rationem dat in litteris ad Thessaliæ Episcopos Sanctus Bonifacius Pontifex: Quia nempe super Sanctum Petrum, ac ejus Apostolicam Cathedram ista Synodus nihil fuit aucta constitueret, sciens illi omnia donata à Domino.*

Tertius error est, quod damnatis Episcopis aut Clericis olim nullum suppeteret remedium, nisi refu-

refugium ad Rescripta Principum. Etenim usque ad Magnum Constantinum Principes erant gentiles, professi hostes Ecclesiae, ac persecutores Episcoporum Synodorum. Quis tum ipsos accedere poterat ad postulandam majorem Synodum? Quis unquam accessit? Nullum suppetit exemplum, nisi forsitan facinorosi Pauli Samosatensis, de quo per Antiochenam Synodum damnato scribit in Ecclesiastica historia Eusebius Cæsarensis:

*Lib. 7. Verùm cum Paulus ex Episcopi domo, ejus Ecclesiae propria, exire nollet, Imperator Aurelianus, ea de re rogatus sententiam, sanctissimè quid esset agendum decrevit. Præcepit enim, ut domus Ecclesiae illis tribueretur, quibus Christiani Italiae, & Urbis Romæ Episcopi per litteras tribuendam præscriberent. Sic demùm Paulus cum summo dedecore, secularis Imperii ac Potestatis auctoritate, ab Ecclesia penitus extruditur. Quo quidem tempore talem, & tam benignè ergà nos animatum Aurelianus se declaravit. An Paulus ad Aurelianus confugerit, non est manifestum: Certè Synodum confugisse nunquam credidero. Quidquid sit, confugium istud non fervivit ad appellationi novam impetrandam Synodum, sed ad obtinendam Synodalis iudicii executionem. Quis Apostolicus Canon, quæ Patrum regula, quæ Ecclesiae consuetudo, quod authenticum exemplum Episcopos à Synodali damnatione provocantes misit ad Reges aut Principes?*

Nullum est exemplum, nisi Donatistarum, ad quos, & adversum quos declamavit Sanctus Optatus Episcopus Milevitanus: *Quod de nobis dicitis, Quid Christianis cum Regibus, aut quid Episcopis cum Palatio? Si nota est nobis Reges, vos tota perfundit invidia. Nam Majores vestri, Luciano, Dignus, Nafutius, Capito, Fidentius, & ceteri Imperatorem Constantinum, harum verum adhuc ignarum, his precibus rogaverunt, quarum exemplum infra scriptum est: Rogamus te, o Constantine, optime Imperator, quoniam de genere justo es, cujus Pater inter ceteros Imperatores persecutionem non exercuit, & ab hoc facinore immunis est Gallia. Nam in Africa inter nos & ceteros Episcopos contentiones sunt. Petimus ut de Gallia nobis Iudices dari præcipiat Pietas tua. Data à Luciano, Nafutio, Digno, Capitone, Fidentio, & ceteris Episcopis partis Donati. Quibus lectis, Constantinus pleno livore respondit. In qua responsione & eorum preces prodidit, dum ait: Petitis à me in saeculo iudicium, cum ego ipse Christi iudicium expectem: Et tamen dati sunt Iudices. Et in litteris ad Vincencium, Donatistarum Cartennensem in Mauritania Episcopum, Sanctus Augustinus: Vos indubitanter arguimus, quibus crimen videtur de inimicis communionis nostræ Christiano Imperatori aliquid conquiri. Cum libellus à Majoribus vestris Anulino Proconsuli datus, & Constantino Imperatori mittendus, ita superscriptus sit: Libellus Ecclesiae Catholicae, criminum Cæciliani, traditus à parte Majorini. Illos autem magis hinc arguimus, quia apud Imperatorem ultrò Cæcilianum accusaverunt, quem prius apud Collegas Transmarinos convincere debuerant. Ipso autem Imperatore longè ordinatius agente, ut Episcoporum causam ad se delatam ad Episcopos*

*Christi. Lupi Opera T. VIII.*

*mitteret, nec videri cum fratribus pacem habere voluerunt. Ecce, quid Ecclesiae Patres de isto confugio sentiant. Et quid sentierit ipse Constantinus, adhuc Catechumenus. Augustinus affirmat Cæcilianum non ad Principem fuisse deferendum, nec à Principe postulandos Iudices, sed implorandos fuisse Transmarinos Antistites, hoc est, Epist. 162. Episcopum Romanum. Disertè semetipsum ita exponit in litteris ad quosdam Donatistarum Episcopos. Et hinc Constantinus factiosos istos remisit ad Papam Melchisedem. Aliquid tamen gratiae volens ipsis impendere, rogavit adjungi quosdam Episcopos Gallicanos. Nempe etiam tunc non Laicus Princeps, sed Apostolica Sedes ex Christi Domini Instituto erat refugium damnatorum Episcoporum. Ad ipsam refugerunt ex Hispania Basilides & Martialis, ex Africa Privatus Lambertanus Episcopus, & Fortunatus Pseudo-Episcopus Carthaginensis, ex Oriente Sanctus Athanasius & ejus Collegæ, & alii hinc inde plures. Non ad Reges, sed Sancto Petro dictum est: *Confirma fratres tuos.* Augustus Episcoporum causarum Delegationes fateor Christianis olim temporibus fuisse frequentes: Verùm solas Canonibus conformes probavit Ecclesia. Quævis alias improbat, & constanter excussit.*

Dominus Petrus de Marca prosequitur: *Et auctoritati temperamentum in Oriente adhibuit Sardicensis Synodus, in gratiam Episcoporum gradu suo dejectorum, data nimirum licentia appellandi ad Apostolicam Sedem, ut iudicium renovetur in Provincia, si Romanus Episcopus iudicaverit renovandum esse. Quoad verò Presbyteros & Laicos excommunicatos nihil innovatum, quoniam eorum causa non erat tanti momenti, ut Romanus Pontifex appellari posset. Sicut nec in Oriente concessa eis erat appellatio ad Patriarchas, ut patet ex Nicænis Canonibus, Antiochæno sexto, & nono Chalcedonens. Concilium, inquam, Sardicense nihil prorsus destruxit de suprema Conciliorum Provincialium auctoritate quoad Presbyteros. Contra eam Canone decimo septimo firmavit adversum iniquas quorundam Episcoporum molitiones, qui ferre non poterant Presbyterorum aut Diaconorum dejectorum querelas adversum ipsos propositas apud ceteros Episcopos. Habeat potestatem is qui abjectus est, ut Episcopus finitimos interpellat, & causa ejus audiatur, ac diligentius tractetur, quia non oportet ei negare audientiam roganti. Et ille Episcopus, qui iustè vel iniustè eum abiecit, patienter accipiat ut negotium discuteatur: Ut vel probetur sententia ejus à plurimis, vel emendetur. Interim tamen executioni demandanda est sententia Episcopi, ut ait Canon: Tamen prius quam omnia diligenter & fideliter examinentur, eum qui fuerit à communionem separatus, antè cognitionem nullus debet præsumere, ut eum communioni societ. Hujus Canonis præiudicio, quem Legatus Faustinus tanquam Canonem Nicænae Synodi protulerat, Zozimus firmare conatus est cognitionem à se habitam de accusatione Apitii Presbyteri Africani, à proprio Episcopo dejecti, existimans videlicet eum esse Canonis illius sensum, ut Presbyteri excommunicati arbitrio relinquat querelam suam deferendi ad quos voluerit Episcopos, modò Provinciae vicini essent.*

sent, cuiusmodi esse Roma videbatur habita ratione Provinciarum maritimarum Africae.

Errores plurimi. Primus est, quod inconcussa Provinciarum Synodorum auctoritati temperamentum adhiberit Sardicenis Synodus. Etenim quod appellandi facultas non à Sardiceni Synodo, sed à perpetua, per Christum Dominum instituta, per Apostolos confirmata, & per Nicænam Synodum reducta in Scriptum, Ecclesiarum consuetudine ducat originem, est abundè demonstratum in superioribus. Et Eusebiana factio nequaquam Provinciales, sed solas Patriarchales Synodos prætendit esse inconcussas. Secundus error est, quod Sardicenis Synodus pro solo Occidente istud temperamentum dederit. Etenim ista Synodus, licet Sanctus Epiphanius dicat Occidentalem, plenum tamen vigorem habuit etiam in Oriente. Est supra demonstratum. Quod verè ac plenè œumenica fuerit, possit faciliter ac lucidè demonstrari. Tertius error est, quod Sardicenis Synodus Romanam appellationem indulerit solis Episcopis. Longè aliud ad Antiochenam Eusebianæ factionis Synodum scribit Sanctus Papa Julius: *Non solum Athanasius & Marcellus Episcopi cum querimoniis de illatis injuriis, sed & plurimi alii Episcopi ex Thracia, Cælestria, Phœnicia, Palæstina. hic convenere. Presbyteri item non pauci, partim ex Alexandria, partim aliundè, hic ad Concilium occurrerunt, & coram omnibus Episcopis ibi congregatis inter reliqua dicta sua conquesti sunt, vim & injuriam Ecclesiis illatam esse, suasque Ecclesias eadem, quæ Alexandria, passas esse. Ex Ægypto autem & Alexandria, cum demò supervenissent, Presbyteri litteras fecum attulere, quibus plurimorum Episcoporum querimonia continebatur, se cum hic ad Concilium pergerent, detentos fuisse atque etiamnum detineri. Ecce, etiam ante Sardicensem Synodum inferior Clerus, pari cum Episcopis jure, poterat provocare Romam, & provocabat. Et ipse adeò displicebat primis istarum appellationum hostibus Eusebianis, ut appellantes & Romam accedentes Presbyteros comprehenderent per viam, ac traderent in custodias. Quam artem etiam novit atque exercuit primus apud Gallos Clericalium ad Sanctam Petri Sedem appellationum hostis, Hincmarus Metropolitæ Rhemensis. Porro Julius Pontifex, quoniam evocati istorum appellantium Adversarii detrectabant comparere ad retractatorium in Urbe Judicium, uti Episcopos, ita & Clericos, quorum appellationem admiserat, continuavit in suo gradu & communione, & omnium causas retractari iussit per Synodum Sardicensem. Et hæc in sua ad Julium relatione affirmat se convenisse ad tres causas, quarum hæc fuit tertia: *Tertia questio, quæ verè questio, appellanda est, quod graves & acerbas injurias, intolerabiles etiam & nefarias contumelias Ecclesiis fecissent, cum raperent Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & omnes Clericos in exilium mitterent; ad deserta loca traducerent; fame, siti, nuditate, & omni egestate necarent; alios clausos carcere, squallore conficerent, &c.* Et in litteris ad Clerum Alexandrinum: *Quia cognovimus Aphtonium, & Athanasium Captivum filium, & Paulum, & Plutionem, Con-Pres-**

*byteros vestros, eandem cum variis Episcopis fraudem ab Eusebianis perpassos esse, hæc de causa hoc etiam vobis significare necessarium duximus, etiam illos à nobis esse receptos, & ut innocentes crimine liberatos. Istorum igitur, tam Clericorum quam Episcoporum, quos spoliatis Julius reverterat, & in sui gradus possessione continuarat, Sardicenis Synodus retractavit causas, ipsisque reddidit etiam jus atque titulum. Idque ex Mandato Julii. Quod enim Generalis Synodus solas sibi à Pontifice delegatas causas possit agitare ac definire, disertè scribit Sanctus Leo ad Anatolium Episcopum Constantinopolitanum. Proinde Sardicenis Synodus Romanam appellationem inferiori Clero nec dedit nec abstulit, sed à Christo Domino datam confirmavit. Christus Dominus non solas oves, sed etiam agnos commisit Sancto Petro: Omnes possunt in suis angustiis ad hunc recurrere; omnes debent ab ipso adjuvari.*

Quartus error est, quod Romanæ Appellationis retractatorium Judicium sit renovandum in eadem aut vicina Provincia. Est abundè supra exploratum. Quintus est, quod inferior in Oriente Clerus non possit à suæ Provinciæ Synodo provocare ad Patriarcham. Etenim contrarium supra audivimus à Canonibus Arabicis. Sextus error est, quod ita statuatur à Nicænis Canonibus. Est paradoxum, alienissimum à sensu omnium Orientalium. Certè Arabicorum Canonum Authores censuerunt ipsos adeò conformes Nicænis, ut credi & haberi Nicænos voluerint. Error septimus est, quod ita sanciat sextus etiam Canon Antiochenus. Etenim Eusebiana factio, dum lubricum ac dolosum cudit Canonem, solam Romanam voluit Appellationem excludere, nullatenus Patriarchalem. Et dum illum admittit Romana Ecclesia, purgavit per subintellectam clausulam: *Sine præjudicio Romanæ Ecclesiæ.* Quidquid sit, istos Canones circumduxit Sardicenis Synodus. Octavus error est, quod ita sanciat nonus etiam Canon Chalcedonensis. Etenim disertè sancit oppositum: *Quod si Clericus habet causam adversus Episcopum proprium, apud Synodum Provincie judicetur. Quod si adversus eisdem Provincie Metropolitanum habet querelam, petat aut Primatem Diocesis, aut Sedem Regiæ Urbis Constantinopolitanæ, & apud ipsam judicetur.* Agit de Clericis trium olim Autocephalarum Diocesium. Ipsis permittit appellare à suo Episcopo ad Provincie Synodum, hinc ad novum Patriarcham Constantinopolitanum, ideoque similem recursum ad suos Patriarchas permittit & Clero aliorum Patriarchatum.

Quin immò, quod Orientalis Ecclesiæ inferior Clerus semper etiam ad Apostolicam Sedem liberè appellaverit, est longè certissimum. Etenim Constantinopolitanæ Ecclesiæ Clerici, per Patriarcham suum atque Hæresiarcham Nestorium degradati, appellaverunt ad Sanctum Cælestinum. Et Pontifex illis rescripsit multa ex Sacris litteris, ex Sancti Athanasii similiter appellantis exemplo, ac ex aliis istiusmodi principiis solatia, & tandem conclusit: *Ne tamen ad tempus Nestorii videatur valere sententia, apertè Sedis nostræ sanxit auctoritas nullam, sive Episcopum, sive Clericum, seu*

*seu Professione aliqua Christianum, qui à Nestorio vel ejus similibus, ex quo talia predicare ceperunt, vel loco suo, vel communione dejecti sunt; vel dejectum, vel excommunicatum videri, sed hi omnes in nostra communione fuerunt, & hucusque perdurant. Quia neminem deicere vel removere poterat, qui prædicans talia titubabat.* Eorum absolutionem usque ad retractatorium in Ephesina Synodo Judicium differre noluit: Appellationem mox admittit, atque ita ipsos continuavit in suo gradu & communione. Quod etiam Pistus, Alexandrinæ Ecclesiæ Presbyter, Romam appellavit, supra audivimus à Sancto Julio Pontifice. Et quidem appellavit adversus Judicium Sacrosanctæ Nicænae Synodi. Et Sanctus Ambrosius cum cæteris Italiæ Episcopis, dum ab Imperatore Theodosio postulavit generalem Synodum, adjunxit: *Neque enim assimamus esse convitium, cum unus Constantinopolitanæ Ecclesiæ Presbyter, Paulus nomine, intra Achajam Synodum Orientalium iuxta atque Occidentalium postularit.* Quod etiam Chæramon, Victor, Sophronius, ac facinorosi Flaviani Puerulus, hæres Alexandrinæ civitatis, contra Sancti Cyrilli sententiam appellavit ad generalem Synodum, testatur idem Pater in litteris ad Clerum Constantinopolitanæ Ecclesiæ. Proinde & ad Papam appellare poterant. Quid opus multis? Quod Orientales, ex ipsa etiam Regiæ civitate, Clerici Romam passim appellarent, testatur Magnus Gregorius in litteris ad Marinianum Ravennæ Episcopum. Et Ætius Constantinopolitanæ Ecclesiæ Archidiaconus contra suum Patriarcham Anatolium, qui invitum consecraverat Presbyterum, atque ita sub honoris specie degradaverat, invocavit Sanctum Papam Leonem, & causam obtinuit. Pontifici enim Anatolius rescripsit: *Reverendissimus nostræ Ecclesiæ Presbyter Ætius in priore loco atque honore est restitutus. Etiam Archimandrita, & ejusdem Ecclesiæ Presbyter Eutyches, à suo Patriarcha Flaviano damnatus, appellavit ad eundem Pontificem: Et fuit auditus. Verum quoniam ejus hæresis fuit manifesta, lata in ipsum sententia fuit confirmata.* Athanasius item Alexandrinæ Ecclesiæ Presbyter, ac Sancti Cyrilli nepos, Ichthyonius ac Theodorus, ejusdem Ecclesiæ Diaconi, necnon Sophronius, ibidem fidelis Laicus, à Dioscuro Patriarcha degradati ac variè vexati, appellaverunt ad eundem Pontificem, & sub ipso congregatam Chalcedonensem Synodum. Omnes suis libellis dederunt hanc Epigraphen: *Sanctissimo & beatissimo universali Archi-Episcopo & Patriarchæ Magnæ Romæ Leoni, & sanctissimo Concilio, secundum voluntatem Dei & Divina mandata in Chalcedonensi civitate congregato.* Instantis Concilii opportunitas eis fecit animos ad ipsum provocandi, alioquin ad solum Pontificem provocaturis. Et omnis ista maxima Synodus provocationem probavit, admittit, exaudivit. Istam Epigraphen respicit Magnus Gregorius, in variis litteris scribens Universalis Episcopi titulum fuisse à laudata Synodo oblatum ac delatum Magno Leoni, at humiliter restitutum. Similiter ad Constantinopolitanæ Ecclesiæ Clerum & Populum de Salomone Presbytero, per Acacium Patriarcham dejecto,

*Christi Lupi Opera T. VIII.*

scribit Felix III. Pontifex: *Filio nostro Salomoni Presbytero, quem Acacius, ut placeret hæreticis, suo privare putavit gradu, gradum proprium sententia vestra confirmet, vel omnes qui fortè à memorato propulsi, in suis locis, & in nostra communione manere pronunciet.* Quia nempe Salomon ad Felicem provocaverat. Item Joannem Chalcedonensem, & Athanasium Isauriæ Presbyterum, à Joanne Patriarcha Constantinopolitano degradatos, atque ad se provocantes, exaudivit ac reparavit Magnus Papa Gregorius. Et hæc omnia sunt ab ipsis Apostolis: Immo ab ipso Christo Domino. Etenim quod Marcion, Sinopensis Ecclesiæ Presbyter, à sui Patris ac Episcopi sententia Romam appellavit, & quod ipsum vacantis Romanæ Ecclesiæ seniores Presbyteri audiverint ac judicaverint, supra audivimus à Sancto Epiphanius. Erant Presbyteri edocti ab Apostolorum Discipulis. Et certè Domini verba: *Pasce oves meas, Confirma fratres tuos,* aliaque id genus, nequaquam comprehendunt solos Episcopos.

Eandem formam viguisse in Gallicana Ecclesia, lucidè docet Magni Leonis epistola ad Rusticum Metropolitam Narbonensem: *Gessis, quæ in Episcoporum, Honoratorumque examine confecta sunt, recensitis, Sabiniano & Leoni Presbyteris actionis suæ intelleximus fiduciam defuisse, nec eis justam superesse querimoniam, qui se ab inchoatis disceptationibus spontè subdlexerunt. Circa quos quam formam, quamvis mensuram debeas tenere justitiæ, tuo relinquo moderamini, suadens tamen caritatis hortatu, ut sanandis ægris spiritalem adhibeas medicinam. Et dicente Scriptura, Noli esse justus nimium, mitius agas cum eis.* Paschasius Quesnelius correxit hunc textum, & legit: *Actionis tuæ.* Evertit sensum. Nescio quo scopo. Quidquid sit, Sabinianus & Leo Presbyteri, à Rustico degradati aut castigati, provocaverant Romam. At in sua causa defecerant. Hinc ipsos Pontifex remisit Rustico, permisit ejus moderamini, & commendavit clementiæ. Quod etiam Tuentius, Gallicanæ Ecclesiæ Clericus, quem Proculus Massiliensis Metropolitæ postmodò consecravit in nescio cujus civitatis Episcopum, à sui Antistitis Judicio Romam appellavit, ac ejus circumductionem, non per Justitiam, sed per singularissimam gratiam obtinuerit, testatur Sanctus Papa Zozimus in litteris ad Episcopos Africae, Galliarum, ac Hispaniarum. Sapaudo Arelatensi Episcopo, de frivolis suorum Clericorum appellationibus querenti Pelagius I. reposuit ipsos interim audiendos, ideoque opus esse, ut & Sapaudo suos transmittat Responsales: *Quo nempe causa retractetur secundum Sardicenses Canones.* Etiam nequam ille juvenis, qui Sacram Virginem stupraverat, ab imposta sibi per Sanctum Avitum Viennensem Metropolitam publica pœnitentia appellavit ad Sedem Apostolicam, aut certè minatus est appellare. Nec defunt alia exempla. Et nemo tunc Gallicanus Episcopus intercessit. Propter constantem consuetudinem. Et ecce nunc apud imperitos clamatur, inferiorem Galliarum Clerum nunquam fuisse gravissimum ista facultate.

Nonus error est, quod Sardicenis Synodus Clerum inferiorem exuat Romanæ appellationis

auxilio. Est atrox in Synodum contumelia. Etenim Sanctissimi isti Patres Clerum voluerunt non opprimere intra Episcoporum manus, sed per istum Canonem adjuvare. Excommunicatorum absolvendorum potestatem, quam Nicæna Synodus ad Synodum Provinciae, & ad duas per annum vices restrinxerat, ipsi ampliavit ad vicinos Episcopos, & ad omnes dies totius anni. Sunt duo erroris fundamenta. Primum, quod Romanam Appellationem firmantes Canones palam loquantur de solis Episcopis, non de Clericis. Secundum est quartus decimus Canon, de damnatis à suo Episcopo Clericis hæc sanciens: *Qui eicitur, potestatem habeat confugiendi ad Episcopum Metropolis ejusdem Provinciae. Si autem Metropolitanus abest, ad finitimum concurrendi & rogandi, ut suum negotium accuratè examinetur. Neque enim non sunt aures præbendæ eis qui rogant. Ille autem Episcopus, qui jure vel injuria eum expulit, æquo animo ferre debet, ut rei fiat examinatio, & vel ejus confirmetur sententia, vel corrigatur. Priusquam diligenter, & ex fide fuerint examinata singula, qui communionem non habet, ante rei cognitionem non sibi debet communionem arrogare. Est appellatio admodum accisa & contracta. Etenim devolvit solummodo, non suspendit. Et Dominus Petrus de Marca vult ab ipsa excludi Romanam Appellationem.*

Respondeo hunc Canonem quibusdam olim displicuisse. Etenim Guilielmus Beveregius, licet Heterodoxus, eruditus tamen, adducit hoc ejus antiquum scholion: *Hic Canon contrarius est illi quæ ante ipsum sunt, & confusionum & scandalorum causa. Clericum enim ab Episcopo condemnatum confugere ad communem Metropolitanum est consentaneum & Canonicum; si autem Metropolitanus præsto non sit, ad alium confugere, eumque Dominum & Examinatorem sui Episcopi constituere, qui nullam omnino in eum potestatem habet, quam absurdum est, tumultum & seditionem movens, & bono ordini exitiosum? Quod ipsum in suo ad similem Africanum Canonem scholio scribit Alexius Aristinus. Nec sine omni fundamento. Nihilominus non soli Africanæ, sed omni tandem Ecclesiæ Canon placuit ob singularem pietatem in oppressum à quorundam Episcoporum violentia Clerum. Frequenter prædicatur ab Hincmaro Rhemenfi. Etenim quintum Nicænum Canonem ampliat ac prorogat à Provinciae Synodo non dumtaxat ad Metropolitanam, sed etiam ad vicinum quandoque Episcopum. Clerici ab Episcopalis damnationis vinculo solvendi potestatem, quam quintus ille Canon soli Provinciae Synodo, & duabus dumtaxat per annum vicibus facit, hic extendit ad Metropolitanam, immò & ad vicinum Episcopum, & ad cunctos totius anni dies.*

Proinde quintum illum Canonem nullatenus restringit aut circumscribit. Quod verò ille Romanas non excludat Appellationes, est longè certissimum. Nemo id unquam admisit in mentem. Joannes David rectè scribit esse assertionem fatuam. Longè minus id fecit Sardicenis Synodus. Etenim ipsa, solas Romanas Appellationes retractans, non solas Athanasii ac Marcelli, aliorumque Episcoporum, sed insuper plurimum

Clericorum causas retractavit, ac definivit. Porro in suis Canonibus solos Episcopos expresse ob duas causas. Primam possumus discere ex Græcis Romanæ Ecclesiæ Archi-Mandritis ac Monachis, Lateranensem Sancti Martini Papæ Synodum rogantibus, ut in Cyrum, Sergium, aliosque Monothelicæ impietatis auctores dignetur procedere secundum Synodales regulas. At verò harum regularum una est, ut Synodus non definiat, nisi de motis apud ipsam controversiis. At isto tempore Eusebiana Factio non movebat, nisi de Episcoporum Romanis Appellationibus. Hinc igitur de hisce solis respondit Sardicenis Synodus. Secunda ratio est, quod plures damnati Episcopi ad nullum, nisi ad Romanum Pontificem possint provocare. Etenim damnari non possunt nisi per Provinciae Synodum. At verò damnati Clerici istam omnes Synodum, & cuncti Orientales insuper suum Patriarcham aut Exarchum invocare poterant: Hinc in istis suis Canonibus Sardicenis Synodus exprimens duxit solos Episcopos.

Proinde hæc Synodus in Clericos fuit liberissima. Illis fecit quadruplicem appellandi viam: Ad Romanam Ecclesiam, ad Provinciae Synodum, ad Metropolitanam, & vicinum Episcopum. Duæ priores erant antiquæ, fundatæ in Apostolicis Canonibus; at verò duæ posteriores erant nova & singularis gratia, hinc restricta & circumscripta. Solummodo devolvebat, non suspendebat. Et jure merito. Etenim Metropolita, ac præsertim vicinus Episcopus judicabat ex mero indulto, ideòque ejus limites excedere non poterat: Non poterat ante expletam totius causæ retractationem revestire. Africani Canones, ex hoc Sardiceni palam desumpti, adjungunt ut appellatio fiat non ad unum, sed ad duos vicinos Episcopos: Et ut ipsi causam non retractent, longè minus definiant sine venia proprii Episcopi. Exstat Sardicenis Canonis latina translatio, quæ hoc ipsum præcipit, & adjungit: *Priusquam omnia diligenter ac fideliter fuerint examinata, Clericus communionem non debet præsumere, donec proprius Episcopus eum recipiat, & communioni societ. Metropolita, aut vicinis Episcopis permittit solam definitionem causæ, executionem fieri vult per proprium Episcopum. Quod autem Clerici ad Apostolicam Sedem, aut ad Provinciae Synodum Appellatio etiam suspendat, non est dubitandum.*

Error decimus est, quod Zozimus Pontifex vicinitatis jure, ac hujus Canonis vigore admisit appellacionem Apiani Presbyteri Africani. Est miseranda ad obnubilandam veritatem subtilitas. Etenim Apianus erat Siccensis in Cæsarenfi Mauritania Ecclesiæ Presbyter, ideoque à Romana civitate remotissimus. Hinc nequaquam vicinitatis jure, sed Apostolicæ Auctoritatis Privilegio Zozimus censuit se fulciri. Verum hæc est alia quæstio. Etenim inferior Africanæ Ecclesiæ Clerus ex avita gentis consuetudine carebat facultate invocandi Sedem Apostolicam, compulsus suarum Synodorum Judicio acquiescere. Excipitur à communi regula. Et generi non derogatur per speciem. Est quæstio suo loco singulariter ac amplè discutienda. Interim D. Petrus de Marca non totus deviat. Hæc sua nova Dogmata obtinere vult in solis Ecclesiasticæ disciplinæ, non in Christianæ fidei Judiciis: Circa hæc confitetur à Provinciae, immò & à Diocætionis Synodis provocari posse, & semper provocatum fuisse ad Cathedralam Sancti Petri. Ejus Discipuli, qui errorem etiam ad fidei Judicia extendunt, longè graviosem infligunt veritati injuriam.

Quod Provincialia Galliarum Concilia supra ista potestate olim fruerentur, Dominus Petrus de Marca etiam probat ex Innocentii primi Rescripto ad Sanctum Vitricium. Et confirmat ex prima Vasensi Synodo, ex secunda Arelatenfi, ac ex tertia Aurelianensi. Respondeo hunc esse Vasensem Canonem: *Si quis Episcopi sui sententia non acquiescit, recurat ad Synodum.* Hic est Arelatenfis: *Si quis Episcopi sui sententia non acquiescat, Synodi legibus audiendum.* Aurelianensis ita sancit de damnatis Clericis: *De quibus si querela procedit, officium agens recurat ad Synodum.* In quibus omnibus nec unus est apex, qui errorem adjuvet. Etiam Innocentius Pontifex suo Canoni disertè addit: *Sine præjudicio tamen Romanæ Ecclesiæ, cui in omnibus causis debet reverentia custodiri.* Nempe in Clericorum causis appellacionis reverentia, in Episcoporum negotiis insuper reverentia relationis. Et omnes istas Synodi innovant quintum Nicænum Canonem: Hinc Arelatenfis sancit appellantem Clericum Synodi legibus audiendum. Proinde tenuerunt & pieratem, ex qua Nicæni Patres nihil ausi sunt constituere super Romanam Ecclesiam, scientes ipsi omnia concessa à Domino. Et quod istarum Synodorum Patres suis Clericis, immò & Laicis Romanas Appellationes permisissent, adducta superius exempla docuerunt.

## CAPUT XX.

*An inferior Gallia Clerus sub Caroline Familia Regibus Romanis appellaverit?*

L. 6. c. 14. Dominus Petrus de Marca è Romani Imperii temporibus, & à prima Merovingiorum Regum Dynastia transit, novis suis Dogmatibus subsidia venaturus, ad Dynastiam Carolinam, & nobis obrudat Canonem Franco-Fordiensis Synodi: *Statutum est à Domino Rege & Sancta Synodo, ut Episcopi justitias faciant in suis Parochiis. Si non obedierit aliqua persona Episcopo suo de Abbatibus, Presbyteris, Diaconibus, Sub-Diaconibus, Monachis, & cæteris Clericis, vel etiam alitis in ejus Parochia, veniant ad Metropolitanum suum, & ille dijudicet causam cum Suffraganeis suis. Committes quoque nostri veniant ad Judicium Episcoporum. Et si aliquid est, quod Episcopus Metropolitanus non possit corrigere vel pacificare, tunc tandem veniant Accusatores cum Accusato cum litteris Metropolitanis, ut sciamus veritatem rei.* Dominus Ar-

chi-Episcopus affirmat huic Synodo adfuisse ac præfuisse Apostolicam Adriani primi Legationem, ideòque & probatam & confirmatam esse à Romana Ecclesiâ. Et commentatur: *Constat igitur hoc Canone nullum appellacionis genus relinqui à Judicio Metropolitanis. Excipit solum, ut si post sententiam Synodi super sit adhuc aliqua controversia, Accusator & reus adeant Principem cum litteris Metropolitanis, ut Rex cognitionem extra-judiciali causæ suscipiat, auctoritatemque suam tribuat pro executione rei judicate, aut protectionem suam Subditis suis, si contingeret eos opprimi in injuriam legum & Canonum.*

Respondeo hic nequaquam agi de judicialiter aut extra-judicialiter revidendo Provincialis Synodi judicio, sed de causis difficilioribus, ad quarum fundum Synodus pertingere non valuerat, nec ipsas definire. Agit de eventu, de quo & Magnus Leo in litteris ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum, suum per Illyrici Provinciae Vicarium: *Bini Conventus per singulos annos habeantur, in quibus de omnibus querelis, quæ inter diversos Ecclesiæ Ordines nasci adsolent, judicetur. Ac si forte inter ipsos qui presunt, de majoribus peccatis causa nascatur, quæ Provinciali nequeat examine definiri, Fratritatem tuam de totius negotii qualitate Metropolitanus curabit instruere, ut si coram positus partibus, nec tuo fuerit sopita judicio, ad nostram cognitionem, quidquid illud est, transferatur. Istiusmodi causas, quas Leo ad suum Vicarium, Rex Carolus per Metropolitanam justit ad se referri, non ut judicaret, sed ut nosset rei statum ac veritatem, ac discerneret meliorem modum definiendi. Eiusmodi causas, quoniam Gallia nunc non habebat Apostolicum Vicarium, Carolus delegabat suo Archi-Capellano. Et istud Tribunal, uti & plura alia, licet extra Canones, majoris boni intuitu Romana Ecclesiâ dissimulabatur. Lamentabilem statum, in quem Carolus Martellus & Raginfredus, de Regis domus Majoratu litigantes, univertum Gallia Regnum & ejus Christianitatem detruerant, exponit Hincmarus Rhemenfis in vita Sancti Remigii. Lapsam religionem & disciplinam reparare Pippinus coeperat, & jam Carolus perficiebat: Hinc plura in ipso Apostolica Sedes toleravit. Quod tamen istud Tribunal Romanas Appellationes etiam inferiori Clero non eriperit, est exploratissimum. Etenim primus & palmaris articulus, quem in lapsa nostra Christianitate reparavit Apostolus noster Sanctus Bonifacius, fuit plenissima obedientia atque subiectio sub Romana Ecclesiâ. Et tunc novus Canonum Codex, per Isidorum Mercatorem ex Hispania deportatus in Galliam, à Riculpho Moguntinensi Episcopo spargebatur per omnem Francorum Monarchiam, & à cunctis, uti res è cælo lapsa, cum gaudio & reverentia suscipiebatur. Primus eum rodere ausus fuit Rhemenfis Hincmarus. At successu infelicissimo. Porro inter palmaria istius Codicis capita est Romana etiam Clericorum Appellatio. Et plures ejus de hac re articulos Carolus Magnus ac Ludovicus pius inferuerunt suis Capitalibus. Quare manifestum est, quod Gallicana tunc Ecclesiâ istas appellaciones in nullo penitus læserit aut*

Epist. 12.  
Cap. 7.

contraxerit. Porro an Franco-Fordienſis Synodi Canones confirmaverit Romana Eccleſia, eſt non modica quæſtio. Eruditi plures cenſent ea dumtaxat confirmata, quæ illic fancita ſunt pro orthodoxa fide contra errores Episcoporum Felicis ac Elipandi.

L. r. c. 26.

Dominus Petrus de Marca pergit ad ſextam Synodum Pariſienſem, & ſcribit: *Concilium Pariſienſe manifeſtè probat viam appellandi ad Sedem Apoſtolicam nondum fuiſſe apertam per iſtas tempeſtates, cum doleat Clericos ab Episcopis ſuis caſtigatos, querelas ad Regem deferre ſolitos, quando Synodi Provinciales non habebantur.* Synodus lamentatur quintum Nicænum Canonem, qui bis in anno mandat celebrari Provincie Synodum, non obſervari in Gallia, & adjungit: *Ob id Eccleſiæ utilitati magnum diſpendium, & Principalibus auri- bus inſolens impedimentum, & multorum impunitas naſcitur flagitiorum.* Hinc rigidè mandat, ut Nicænus Canon deinceps ſervetur ab omnibus Metropolitans. Reſpondeo hanc Pariſienſem ſanctionem non facere ad Propoſitum. Etenim nos hic agimus de Romanis Clericorum adverſus Provincialium Synodorum judicia provocationibus, quæ fieri non poterant, dum nullæ iſtiusmodi Synodi in Gallia celebrabantur. A ſingularibus ſuorum Antiftitum Judiciis non ad Apoſtolicam Sedem Clerus conſuevit refugere, ſed ad ſuæ Provincie Synodos: Quia igitur hæ non fiebant, refugiebat ille ad Regem, ſupplicans appellationem ſuam transmitti ad tribunal Palatini Archicappellani. Quod Pariſienſis Synodus nihil contra Sanctum Petrum ſanxerit, liquet ex eo, quod ſanciat obſervari Nicænos Canones, à quibus ſciebat Romanæ Appellationis poteſtatem fuiſſe confirmatam, ac redactam in Scriptum. Et iſto tempore Romanæ etiam Cleri Appellationes plena libertate gaudebant in Gallia. Etenim ab Ebbone Remenſi Archi-Episcopo conſecrati, & per illius Succeſſorem Hincmarum degradati Clerici appellarunt ad Nicolaum Pontificem, & per ipſum fuerunt reſtituti. Et Episcoporum nullus præſumpſit intercedere.

Epist. 1.

Carolinum Regnum ducit à Carolo Martello originem. At verò ſub ejus Principatu Gregorius III. ſcripſit ad Sanctum Bonifacium Apoſtolicum noſtræ gentis Vicarium: *Presbyterum, quem præterito aſſeruiſti anno ad nos veniſſe, noſtroque judicio fuiſſe à ſuis nefariis abſolutum actionibus, credas neque nobis aliquam conſeſſionem feciſſe, nec à nobis, ut ſuos expleat libitus, abſolutum fuiſſe.* Bonifacius nequaquam adverſus Presbyteri appellationem, ſed adverſus ſolam ejus frivolitatem interceſſerat: Nec non adverſus nimiam Romanæ Eccleſiæ indulgentiam, quæ appellantiſſibus Clericis non per ſolam juſtitiam, ſed etiam per gratiam nimis faciliter reddebat ſuum gradum. Hic eſt unicus titulus aut ſucus, in quo Hincmarus Rhemenſis Episcopus, ac per ipſum Rex Carolus Calvus fundarunt ſuis querimonias contra Romanas Clericorum Appellationes. Nihilominus illæ perreperunt per omnem Gratiani Decretum exſtat Nicolai primi Pontificis epiſtola ad Gallionem Senenſem Episcopum. Eſt men-

dum. Legendum eſt: Ad Wenilonem Senonenſem Episcopum. *Volumus & Apoſtolicæ auctoritate monemus, ut Presbyter, de quo agitur, ſi poſt excommunicationem ſuam adire Apoſtolicam Sedem voluerit, nullus iter ejus impedire præſumat.* Inter ejuſdem Pontificis fragmenta exſtat epiſtola ad Herardum Turonenſem Episcopum, qua Chriſtophorum Presbyterum, de variis damnatum, ac ad ſe appellanſem, declarat innoxium, reponit in gradum, ei ſuper ordinatum mandat expelli, ac ipſum ſine mora reſtitui. Et adjungit: *Nullatenus Canonica Inſtituta alicujus temeritate contemni permittas, quia ſancientem & conſentientem par pœna conſtringit.* In litteris ad univerſos Gallie Episcopos ſcripſit de cauſa Rothaldi Sueſſionenſis Episcopi, amplè demonſtrat omnes omnino, & Episcopos & Clericos, poſſe Romam provocare: *Demonſtrat ex novo Chalcedonenſi Canone.* In litteris ad Sueſſionenſem Synodum affirmat Rhemenſes à degradato Episcopo Ebbone ordinatos Clericos non ad ſe ſolum, ſed etiam ad ſuos Antecceſſores Leonem quartum ac Benedictum tertium appellafſe, ex cauſis tamen quæſtionem non fuiſſe retractatam ac definitam. In litteris ad Michaelem Auguſtum ſcribit ex omnibus ſub cœlo gentibus plura aſſidue hominum millia Romam accurrere: *Hominum vexatorum non dumtaxat à ſuis Episcopis, ſed etiam à ſuis Regibus.* Et omnibus deberi ac etiam præberi ſolatia atque auxilia. Etiam miſerabilis Monachus Godeſcalcus provocavit ad eundem Pontificem. Omittere non poſſim appellationem Balduini Flandrenſis Foreſtarii ac Judith Regiæ filiæ, factam item ad eundem Nicolaum. Ei nos Flandri debemus plurima. Ipſa enim ad laudati Pontificis preces nos evexit in liberum Populum. Nec mirandus eſt ſerventiſſimus hujus Pontificis in defendendis Romanis Gallicanis Cleri Appellationibus zelus. Fomenta dedit præſatus Hincmarus, appellantes Clericos conſuetus tractare ad eum modum, quo Rex Pharaon tractavit Hebræos. Ad Adrianum ſecundum Pontificem, uti Herlefridus Sylvaneſtenſis Presbyter, ita & Carolomannus, Caroli Calvi Regis filius, adverſum paternas violentias appellavit. Et ipſum Pontifex mox reſtituit. Plura exempla adducuntur in decurſu.

Dominus Petrus de Marca pro ſuis Commentis tandem adducit vigefimum ſextum octavæ Synodi Canonem, qui Clericos à ſuo Episcopo degradatos permittit provocare ad Provincie Synodum, atque adjungit: *Metropolita verò libenter ſuſcipiat hujusmodi, & advocet Episcopum qui depoſuit, vel alio modo Clericum leſit, & apud ſe cum aliis etiam Episcopis negotii faciat examen, ad confirmandam ſcilicet ſine omni ſuſpitione, vel deſtruedam per generalem Synodum, ex multorum ſententia, Clerici depoſitionem.* Aſſumat hos Canones, licet à Gallicana non recipiantur Eccleſia, adeò tamen admitti à Romana, ut ipſos contineat antiqua Romani Pontificis profeſſio, ipſamque obliget ad eos exequendos & obſervandos. Et adjungit compendium, quo Canonem circumſcribit Anaſtaſius Bibliothecarius: *Quod ſi Clericus depoſitus, vel injuriam paſſus eſt à ſuo Episcopo,*

Epist. 57.

Epist. 59.

Epist. 6.

po, poteſtatem habeat recurrere ad Majores Catholice Eccleſiæ Principes, id eſt, ſummos Pontifices. Addit compendium eſſe obſcurum, & per ſummos Pontifices intelligi Episcopos iſtius Provincie. Reſpondeo hoc poſſe tranſire. At quod Canon Provincialis Synodi de Clerico judicium ſanciat eſſe inconcuſſum atque inappellabile, eſt ridiculum, paradoxum, indignum tanto Doctore ac Antiftite. Etenim ſic excluderet etiam provocationem Clerici ab iſta Synodo ad Patriarcham. Quod nullus etiam Euſebianus aut Photianus admiferit. Longè minùs excludit Romanas provocationes. Synodus convenit ad retractandam Sancti Patriarchæ Ignatii Romanam Appellationem, & ad Photianas contra Romanæ Eccleſiæ Privilegia contumelias proſcribendas: *Quis credat quod & ipſa iſtis Privilegiis plagas inſiſſerit? Aliud eſt Romanas Appellationes non exprimi, aut non laudari per Canonem, aliud prohiberi.* Dominus Archi-Episcopus à cunctis Canonibus, qui ad Provincie Synodum appellari permittunt, & Romanæ Appellationis facultatem expreſſè non adjungunt, ſcribit has appellationes prohiberi. Certè admodum inconcinne. Porro quod hujus Synodi Canones Gallicana tunc Eccleſia non admiferit, fecit Hincmarus Remenſis: *Quod varios ejus exceſſus iſti Canones damarint.* Eos poſtmodò admittit Gallia, atque eſt venerata.

Part. 5. Cap. 50.

Certè adſertio, quæ ſuadere tentat, quod Carolina Chriſtianifimorum Regum progenies inferriorem Clerum à Romanis Appellationibus excluſerit, atque ita Sancti Apoſtoli Petri Divina Privilegia non modicè mutilaverit, eſt diſtis Regibus, & cunctis ipſorum Populis, noſtris Progenitoribus, longè injurioſiſſima. Etenim de avita noſtrorum Majorum in Apoſtolicam Sedem reverentia veraciter ſcripſit noſter tunc Apoſtulus Sanctus Bonifacius: *Reverè tanta reverentia apicem Apoſtolicæ Sedis omnes ſuſcipiunt, ut nonnullam ſanctorum Canonum diſciplinam, & antiquam Chriſtianæ Religionis inſtitutionem magis ab ore Præceſſoris ejus, quam à Sacris Paginis & paternis Traditionibus expectant.* Illius velle, illius nolle tantùm explorant, ut ad ejus arbitrium ſuam converſationem & ipſi remittant aut intendant. Quod Magnus Carolus, licet de nimia Romanorum Pontificum in criminofos Clericos indulgentia fuerit queſtus, Romanas ipſorum Appellationes in nullo penitus læſerit, lucidè demonſtrat eximium ejus Capitulum, quod ſuo Decreto inſeruit Sanctus Ivo Carnutenſis Episcopus: *In memoriam Beati Petri Apoſtoli honoremus ſanciam Romanam & Apoſtolicam Sedem, ut quæ nobis Sacerdotalis eſt mater dignitatis, eſſe debeat magiſtra Eccleſiaſtica rationis. Quare ſervanda eſt cum manuſuetudine humilitas. Et licet vix ſerendum ab illa ſanciam Sede imponatur jugum, ſeramus, & pia devotione toleremus. Si verò, quod non decet, quilibet, ſive ſit Presbyter, ſive Diaconus, aliquam perturbationem machinando, & noſtro miniſterio inſidiando redarguatur falſam ab Apoſtolicæ Sede detuliſſe epiſtolam, vel aliud quod inde non venerit, ſalva fide, & integra circa Apoſtolicum humilitate, penes Episcopum ſit poteſtas, utrum cum in carcerem, aut in aliam*

detruat cuſtodiam, uſquequò per epiſtolam, aut per idoneos ſuæ partis Legatos Apoſtolicam interpellet ſublimitatem, ut poſſimum ſua ſanciam Legatione dignetur decernere, quid de talibus juſto ordine Lex Romana ſtatuat deſignare, ut & is corrigatur, & in cæteris modis imponatur. Verba, *Epiſtolam vel aliud, quod inde non venerit, faciunt hunc ſenſum: Quod inde venire non debuerit.* Verba, *In memoriam Beati Petri Apoſtoli honoremus,* manifeſtè laudant ac firmant Sardicenſes de Romana appellatione Canones: *Carolus lamentatur, & cum patientia ac devotione ſuffert hominum vitia, datam illis à Deo poteſtatem honorat ac veneratur.* Hoc eſt eſſe Principem Orthodoxum, verumque Catholice Matris filium: *Non verbo & lingua, ſed opere & veritate.*

Ex cunctis Carolinis Regibus unus fere Carolus Calvus, à Rhemenſi Hincmaro circumſcriptus, egit in iſtas Appellationes. Hinc poſtmodò nata inter ipſum ac dictum Hincmarum diſcordia aperuit illi oculos, adjuſtos ab ambitione Occidentalis Imperii. Etenim tandem in Ludovico II. Imperatoris, ſui ex fratre nepotis, Thronum eleſtus eſt à Joanne VIII. Pontifice ac Italicæ Episcopis, ea tamen lege, ut in Ticinenſi Conventu faceret hanc profeſſionem: *Ut ſanciam Romana Eccleſia, ſicut eſt Caput omnium Eccleſiarum, ita ab omnibus honoretur ac veneretur. Neque quiſquam contra jus & poteſtatem ipſius aliquid injuſtè agere præſumat, ſed liceat ei debitum tenere vigorem, & pro univerſali Eccleſia Paſtoralem exhibere curam, atque Sacris precibus omnium pro omnibus interpellare auctorem.* Ut honor Domino & ſpiritali Patri noſtro, Joanni ſummo Pontifici, & venerabili univerſali Papæ, ab omnibus conſervetur: *Et quæ ſecundum Sacrum miniſterium ſuum auctoritate Apoſtolicæ decreverit, cum ſumma veneratione ab omnibus ſuſcipiantur. Et debita illi obedientia ab omnibus conſervetur.* Certè profeſſio videtur deſumpta ex novella lege Valentiniani III. Quidquid ſit, ipſam Carolus repetivit in Pontigonenſi Synodo coram Legatis ejuſdem Pontificis, aque ita ejus Auguſta electio fuit comprobata ac admiffa etiam à Gallicanis Episcopis. Ipſam omnino fecit contra impetus, quibus Romanas Appellationes invaſerat. Et Clericorum etiam appellationes Pontifex ſtabilitas voluit. Hinc enim in Pontigonenſi Synodo habemus etiam hunc Articulum: *Quinto nonas Julii convenerunt Episcopi ſine Imperatore. Et habitæ ſunt contentiones de Presbyteris ex diverſis Parochiis, clamantibus ad Legatos Apoſtolicos. Et ſic ſoluta eſt Synodus in illo die.* Citra cauſarum definitionem. Poſtmodò autem reſtitutus eſt Adalgaudus Presbyter, retractatorio Judiciò dilato ad quatuor Menſes. Eſt reſtitutus non per Episcopos, ſed per Apoſtolicos Legatos. Ita Romana Clericorum Appellatio eſt iſtic plenè ſtabilita.





## CAPUT XXI.

*Examinatur Hincmari Rhemensis Episcopi, sub Caroli Calvi Francorum Regis nomine scripta, Epistola ad Joannem VIII. Pontificem.*

**D**ominus Petrus de Marca procedit ad aliud argumentum: Extremis annis Regni Caroli Calvi, vis prima illata est auctoritati Conciliorum Provincialium. Presbyteri enim depositi, & penitentia subiecti, qui nec iudicio Episcoporum suorum acquiescere volebant, nec Metropolitanum interpellare, Romanam proficiebantur, & illinc litteras Canonibus adversas deferebant, in quibus citra ullam causæ cognitionem iudicia Episcoporum rescindebantur, & iudices Romanam evocabantur, sententiæ suæ rationes illis allaturi. De hoc enim usu cum Joanne octavo exposulat Carolus Calvus Imperator in epistola ad eum scripta, cujus Author est Hincmarus Rhemensis Archiepiscopus. In qua illud quoque additur, nolite Episcopos agnoscere auctoritatem harum litterarum, quas existimabant concessas fuisse à Ministris, commotis videlicet misericordia quadam querentium, neque sibi persuadere posse eas iussu Pontificis fuisse decretas. Et infra: Imperator probat debere presbyteros iudicari ab Episcopis, & à Synodo Provinciae, si querela movetur. Ita namque decretum in Concilio Nicæno, Antiocheno, Sardicensi, Constantinopolitano, & Chalcedonensi. Neque licitam esse provocationem ab eis iudiciis, ut Synodus Carthagenensis disertis verbis definiit.

Respondeo miseri hic vera falsis. Primò falsum est, quod prima Presbyterorum Romana à Galliis Appellatio contigerit temporibus Joannis octavi Pontificis, & Imperatoris Caroli Calvi. Error est abundè demonstratus & revictus in superioribus. Secundò falsum est, quod Romanæ Appellationes inferant vim Provincialium Synodis: Quod Nicæni, Antiocheni, Sardicenses, Constantinopolitani, & Chalcedonenses Canones sanciant Clericorum appellationes esse necessariò faciendas apud Provinciae Synodum, & istic sine ulterioris progressus spe finiendas. Etenim longè aliud docent Angilramni Metensis Episcopi, quæ Gallicana Ecclesia semper fuit venerata, Adriano primo Pontifici oblata Capitula: *Salvo Romanæ Ecclesie in omnibus Primatu, manifestum est, quod illa, quæ sunt per unamquamque*

Cap. 9.

*Provinciam, ipsius Provinciae Synodus dispenset, sicut in Nicæno constat decretum esse Concilio.* Palam profitemur Nicænis, adeoque & cunctis aliis, iudiciorum ac Appellationum formam præscriptibus, antiquis Canonibus inesse hanc intrinsecam conditionem: *Salvo Romanæ Ecclesie in omnibus Primatu.* Et hanc professionem Angilramnus, & omnis Gallicana Ecclesia didicit ex suo primo Canonum Codice: Ex Innocentii primi Rescripto ad Rothomagensem Victricium.

Carolus Calvus noni Christiani sæculi anno septuagesimo sexto est electus in Imperatorem. Et tunc tam in Ticinensi Conventu, quam in

Pontigonensi Synodo fecit præfatam professionem pro Romanæ Ecclesie dignitatibus. Manifestè fecit contra violentias, quas adversus Rothaldi Sueffionensis ac Hincmari Laudunensis Episcopi Romanas Appellationes intulerat Nicolao primo ac Adriano secundo. Et professio se omninò extendebat etiam ad Romanas Appellationes inferioris Cleri. At verò hæc ad Joannem Pontificem epistola est scripta anno sequenti. Hinc queritur, Quomodo non sit prævaricatoria? Respondeo ipsam processisse ex versatili Hincmari Rhemensis ingenio, peritissimo ad omnem ventum vela vertere. Attamen non est palam prævaricatoria. Primò, quia supplicat Pontifici. Deinde, quia potius contra Clericallium Appellationum abusum supplicat, quam contra substantiam. Præsertim supplicat, ut inferior Clerus deinceps compellatur à suorum Episcoporum iudiciis non immediatè Romam, sed priùs appellare ad Synodum suæ Provinciae. Hunc enim ordinem sanciant cuncti præfati Canones. Et omninò ex Apostolica disciplina ducunt originem. Quare æqua & iusta, salvis tamen salvandis, fuit ista postulatio. Præcipuum epistolæ peccatum est, quod ex abusu pretextu molitur suffocare & abolere substantiam.

Damnati ob crimina à suis Episcopis Clerici isto tempore passim nolebant suarum Provincialium Synodos accedere, atque ita impingebant in tertiæ Aurelianensis Synodi Canonem: *Si quis Clericorum circa se aut distinctionem aut tractationem Episcopi sui putat injustam, juxta antiquas Constitutiones recurrat ad Synodum.* Est antiqua & frequens apud omnes gentes Constitutio. Verùm maculosa Clericorum conscientia avertabatur hunc morem. Egebat enim non iustitia, sed liberalissima gratia, quam ob damnatoris disciplinam, ac diligentis Episcopi præsentiam desperabat à sua Synodo. Hinc invocabant & accedebant maternam Romanæ Ecclesie clementiam, ipsam dolosis lachrymis ac aliis obreptionum artibus inflectebant, & gloriosi redibant in Galliam. Etiam insultabundi. Apostolicis enim absolutio-nem ac reparationum litteris armati spernebant suos Episcopos, vivebant libertinè, deonestabant Ecclesiasticam vitam, & scandalizabant Christianum Populum. Et Joannem octavum Pontificem fuisse in sustinendo disciplinae stræno ac nervo languidiorem, est exploratum. Hinc zelosiores Episcopi modicè deferebant istis Romanis gratiis, ac Roma redeuntes Clericos cogebant ad explendam sibi impositam poenam aut penitentiam. Et certè hæc de Romani Pontificis circumscriptione exceptio semper competiit Episcopis. Quod enim etiam Hispani Episcopi adversus Basilidis ac Martialis Episcoporum reparationem, à Sancto Stephano Pontifice dolosè extortam, olim exceperint, ipsamque excusserint, testatur & comprobatur gloriosus Martyr Cyprianus. Proinde si adversum istos dumtaxat abusus intercessisset Imperator Carolus, iusta ac fundata erat intercessio. At est egressa limites. Quare etiam Dominus Petrus de Marca errat tertio, quod dicat damnatos Presbyteros nec à Synodali suæ Provinciae iudicio potuisse Romam confugere. Quarto,

Can. 20.

tò, quod hoc probet ex Africanis Canonibus, & velit ipsos obtinere in Gallia. Etenim Africanæ Ecclesie inferior Clerus nunquam potuit provocare Romam, sed debuit suarum Synodorum sententiis acquiescere. Fuit singularis consuetudo istius gentis, ideoque nullatenus potest transcribi in alios.

Advertendum est, quod Rhemensis Hincmarus non cæperit primus provocare ad Africanos Canones & mores: Nequidem ad prævaricatoriam Aurelii Carthagenensis Primatis epistolam. Etenim Angilramnus Metensis Episcopus suis Capitulis inferuit etiam hunc articulum. *Prudentissimè, iustissimèque Nicæna, sive Africana Decreta definerunt, quæcumque negotia in suis locis, ubi orta fuerint, finienda. Maxime quia unicuique concessum est, si iudicio offensus fuerit Cognitorum, ad Concilium suæ Provinciae vel etiam universale provocare.* Palam loquitur ex prævaricatoria epistola: Et ejus Sanctionem profitemur esse non solummodo Africanam, sed etiam Nicænam. Fuit tunc venialis error. Etenim Regia magni Caroli diligentia Gallicanam Ecclesiam necdum liberaverat à variis ignorantie tenebris, in quas illam detulerat Merovingiorum Regum ignavia. Angilramnus nesciebat granum discernere à palea, ideoque simplicem ac plenam fidem dabat isti epistolæ. Attamen sub jam laudata clausula: *Salvo Romanæ Ecclesie in omnibus Primatu.* At verò Rhemensis Hincmarus, emunctæ naris ac mentis Doctor, adversus Romanam Ecclesiam studuit Africanos mores, immò & istam prævaricatoriam epistolam deducere in Gallias, atque ita potenter, si non in Episcopos, in omnem certè inferiorem Clerum dominari.

Præfata Caroli Regis, vel potius Hincmari epistola est discutienda. Distinguit inter Episcopos & Clericos, & istis profertur esse plenam facultatem appellandi ad Sedem Apostolicam. Addit tamen retractatorium iudicium esse faciendum in partibus: Errat partes non posse Romam evocari. Multis nititur firmare errorem; Etiam ex infelicissima Africanorum Antistitum epistola ad Cælestinum Pontificem: *Quæ aut ignorantia, aut vafrities fuit Hincmaro indigna. Pergit ad Cleri inferioris appellationes: Appellantes Presbyteri vel Diaconi, à quibus & qualiter sint iudicandi, sacri Carthagenenses Canones evidenter ostendunt.* Multis nititur demonstrare damnatis Clericis esse provocandum ad Synodum suæ Provinciae, addit hæc esse Canonica istarum Synodorum privilegia, atque concludit: *Quæ si etiam illis servata, & ab eis secuta & executæ non fuerint, nihil prodest eos secundum sacras Canones, & Decreta Sedis Romanæ Pontificum, pro accusatis Presbyteris de manifestis criminibus Comprovinciales Episcoporum Synodos frequentare, sed faciet licenter quisque Presbyterorum quod libet, unde si fuerit re-dargutus, veniat Romam.* Et quia pro singulis Presbyteris Episcopi Trans-Alpini regulariter iudicatis Missos dirigere, & actionum documenta scribere non valent, nec testium necessarias personas, vel pro multis aliis impedimentis huc perducere, si-ducialiter poterit mentiens quisque innocentiam suam

*asserere, cum non erit qui mendacia ejus possit refellere. Unde Legum & Canonum Conditores prudentissimè, iustissimèque viderunt, quæcumque negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda, & per expressa Regularum iudicia discretissimè iudicanda, & post iudicium conservanda. Maxime de subintroductione contra regulas mulierum, pro qua ab Episcopis Trans-Alpinis Presbyteri regulariter iudicati ad hanc sanctam Romanam Sedem insciis suis Episcopis veniunt, & eis epistolas eorum refragantes iudicis deferunt, eosque vel Commisarios illorum ad hanc sanctam Sedem ad conquerendum contra eos venire præcipiunt: Quod nullis antiquorum Legibus, vel Patrum Regulis decretum fuisse legimus. Quas epistolas sacris Legibus obvias, nec auctoritate Apostolicâ fuisse missas, sed compilatas quorumcumque vafritie credimus. Non enim sibi ipsi Sedes Apostolica potest esse contraria vel diversa, de qua Gelasius Papa dicit, quod nulla Sedes magis obligetur sacros observare Canones, quam prima. De eisdem litteris scripsit in exordio epistolæ: *Trans-Alpinarum Regionum Presbyteri, à suis Episcopis de certis criminibus regulariter ab Ordine Sacerdotali dejecti, & penitentia subacti, sine licentia & conscientia Primatum & Episcoporum suorum, huc venire, & hinc epistolas, quæ Regulis non conveniunt, referre ceperunt. Quas non iussione Apostolica, sed ut assolentur etiam in Republica, propter multiplicia Reclamarum negotia, quorumcumque Ministrorum quasi pia miseratione factas, & nos & illius Regionis putant Episcopi.**

Gallicani isto tempore Presbyteri, ob concubinatum vel alia flagitia à suis Episcopis damnati, non ad suam Provinciae, à quo degradationem suam noverant confirmandam, Concilium provocabant, sed omnibus insciis secedebant Romam, & isthuc obtinebant litteras, quibus eorum appellatio admittebatur, quibus reveftiebantur in suum gradum, & quibus Episcopus aut ejus Vicarius Romam evocabatur, ad retractatorium iudicium. Juxta Sardicenses Canones. Est forma Joanne Octavo longè antiquior. Etenim de ipsa apud Gregorium III. noster Apostolus Bonifacius, & apud Adrianum I. questus etiam fuit Francorum Rex Carolus Magnus. Istiusmodi miseriæ solent pedetentim irepere. Proinde Hincmari exposulatio quoad duos articulos fuit fundata. Primò, quod flagitiosi Clerici, neglecta Provinciae Synodo, immediatè Romam accederent. Deindè, quod Romana Ecclesia nimium faciliter ipsos exaudiret. Verùm Hincmarus graviter excessit, quod degradatis Clericis omnem Romanæ appellationis portam tentaverit claudere. Quod Transmarinum & Trans-Alpinum, id est, Africanum & Gallicanum Synodale iudicium æquiparaverit: Quod Africanæ Ecclesie in suos Clericos auctoritatem voluerit communem Gallicanæ Ecclesie. Imitari debuerat Sanctum Bonifacium & Magnum Carolum, qui de Romarum appellationis abusu conquesti, ejus substantiam fuerunt venerati.

Hincmarus pergit: *Potest fieri, ut illi, qui in vicinis Parochiis sunt hujus Sanctæ Romanæ Ecclesie, quique juxta sacras regulas ad manus impositionem, & ad Synodos huc venire solent, ipsi pro recla-*

matio-

matatione contra Presbyterum suum ad præfatam examinationem convenientiam, sicut sacri Canones ac leges præcipiunt, ut ad Primatem uniuscuiusque Provinciae qui negotia videntur habere, concurrant, vel ad Synodum, qui se laesos existimant, quod non sit difficile testes producere, invitentur. Trans-Alpinis autem, & aliis qui similiter in longinquis Regionibus commorantur, Apostolica Sedes, & sacrorum Canonum Promulgatores, quæ sunt unicuique Provinciae possibilia, & auctoritati convenientia, atque paci Ecclesie congruentia, tenenda & exequenda discretissime præfixerunt. Et D. Petrus de Marca commentatur; Francorum desiderio opponitur consuetudo aliarum Ecclesiarum, quæ Presbyteros damnatos consentiebant in Synodo Romana, cui Episcopi eorum interessent, iudicari. Excipit Imperator præclarè admodum, disparem esse rationem Episcoporum Romanæ Urbis vicinorum, & eorum qui trans-Alpes essent. Illos quippe à Papa consecrari, & ad ejus Synodum pertinere, quod secundum Canones accedere tenentur, ideoque interesse posse examinandis querelis, quas eorum Presbyteri proponunt. At Trans-Alpinorum, aliorumque qui in longinquis Regionibus commorantur, diversam esse causam. Canones & Decreta Pontificum nihil aliud ab eis exegisse, quam id quod possibile fuerit, & quod auctoritati Canonice, pacique Ecclesiasticæ consentaneum foret. Nunquam ad alios Trans-Alpinos Episcopos ad iter Romanum pro questionibus Presbyterorum. Quamquam fortasse ita usurpatum ab illis, qui ad specialem Episcopi Romani Diocesim pertinebant.

Quæstio erat, An Gallicani Presbyteri possent, prætermissa suæ Provinciae Synodo, immediate Romam provocare. Et Pontificis causam adjuvabat perpetuus mos totius Italiae, cuius Presbyteri ita appellabant, & quorum Episcopos Papa evocabat ad retractatorium Judicium. Porro Romanorum Episcopus est non solummodo Papa, sed insuper Occidentis Patriarcha, Exarchus Italiae, ac Metropolita suæ Provinciae. Et hujus omnes Episcopos consecrat, consecrandos evocat ad suas manus, & suo tempore ad suas Provinciales Synodos. Hæc Provincia olim erat vastissima: Comprehendebat Picenum, Æmiliam, Campaniam, reliquas Provincias usque ad Mare Jonium, ipsamque Siciliam & Corsicam. Isto quidem tempore Siciliam, Calabriam, Apuliam, aliasque Italiae Provincias, per hæreticam Leonis Isauri Imperatoris violentiam abstractas, detinebat Patriarcha Constantinopolitanus: Verum violentia non præjudicat juri. Rex igitur Carolus, ac Metropolita Hincmarus affirmant harum Regionum Clericos posse à suorum Episcoporum sententiis appellare ad Papam, atque ipsorum Episcopos ad retractatorium Judicium à Papa evocari, eo quod sit ipsorum Metropolitanus, ideoque non habeant aliud refugium. At longè aliam esse rationem in Clericis Trans-Alpinis, habentibus suas proprias Provincias, proprios Metropolitanos, propriasque Synodos. Eos obligari ad istas Synodos proximè invocandas. Et quidem si isthic stetit Hincmarus, non carebat fundamento, & poterat exaudiri. At istis Clericis auferre facultatem invocandi Sedem Apostolicam adversus suarum Synodorum Judi-

cia, & Africanam morem protrudere in Galliam, erat criminosa præsumptio.

Hincmarus hæc optime norat. Norat inferiorum totius Mundi Clerum semper à suis Synodis provocasse Romam, & istas provocaciones semper fuisse directas secundum Canones Sardicenses. Hoc nodo ut se extricet, prosequitur: Legimus etiam quædam rarissimè præceptum à Sede Apostolica, quosdam de longinquis Parochiis specialis Diocesis Romani Pontificis, ad cuius sollicitudinem universalis Ecclesia pertinet, propter contumaces contentiones aliquas fuisse invitatos. Sed de Trans-Alpinis Regionibus, quibus decreta Privilegia servari debent, tale quid pro Presbyterorum & Diaconorum appellatione à Sede Apostolica præceptum fuisse non legimus. Per longinquas specialis Diocesis Romani Pontificis Parochias intelligit omnem Patriarchatum Romanum. Fatetur ex remotioribus istius Patriarchatus Provinciis ac Parochiis Presbyteros quandoque appellasse Romam, & Episcopos ad retractatorium Judicium evocatos comparuisse: Verum rarissimè, & non nisi ob contumaces contentiones. Addit id nunquam factum in Gallia: Eò quod ipsa circa hunc articulum habeat singularia Privilegia. Nempe Privilegia Africanæ Ecclesie. Quo in puncto gravissimè labitur. Lucet ex supra adductis testimoniis Sancti Leonis in epistola ad Rusticum Narbonensem, Sancti Aviti in litteris ad Ansemundum, Pelagii primi in Rescripto ad Sapaudum Arelatensem, ac Gregorii tertii in litteris ad Sanctum Bonifacium. Porro quod Gallicana Ecclesia circa Romanas inferiores Cleri Appellationes habuerit Privilegium aut morem Africanæ Ecclesie, est frivolum nugamentum. Proinde hæc Hincmari exceptio merito fuit refutata.

Petrus de Marca pergit agitare quæstionem, An Gallicani Presbyteri possent à suorum Episcoporum Judiciis immediate, neglecta suæ Provinciae Synodo, provocare ad Pontificem, & prosequitur: Et Joannis quidem VIII. videtur majorem antiquarum institutionum curam habuisse post acceptam Caroli epistolam, quam Decreto octavi Concilii muniri conspiciebat. Quippe Sigebodo Narbonensi Archi-Episcopo exprobrat factum quorundam Episcoporum Provinciae Narbonensis, qui Presbyterum quemdam accusatum ad Sedem Apostolicam accedere jusserant, interim verò eum suspendebant, ac quibusdam epistolis, id est, penitentiis oneraverant, donec aliter summus Pontifex statuisset. Porro ea de causa Presbyterum illum Romani Episcopi iudicio commiserant, ab eo Metropolita dubia esset. Addit verò rectè illos id agere potuisse, si ea in plenario Concilio examinata, constitisset esse difficilem. Eo enim casu consulti potuisse Sedem Apostolicam, secundum antiquam consuetudinem: Ut ita facta Scripto relatione, si quid dubium sibi vel difficile ingessisset videretur, nostrum super hoc, more prisco, Decretum exposcerent. Quapropter Joannes cognitionem illam, ab eo Metropolitano suscipi jubet, ut jure proprio eam definiat cum Collegis suis. Hæc sunt verba Pontificis: Ergò saltem nunc Fratervitas tua, Metropolitanam jure posita, ex Episcopis sub se degentium vel vicinorum sex unà cum Episcopo, cuius est iste Paræcia, sibi socians,

socians, tantum negotium ventilet subtili discussione ventilabro, & invento quod iustum est, Canonicè decernat, & communi Fratrum censura definiat.

Respondeo hæc non facere ad Propositum. Non de Romana Appellatione agunt, sed relatione. Neque enim iste Presbyter Romam provocaverat. Facto tumultu Presbyterum illum quidam apprehensum, & à terra brachiis sublevatum, in proprium fratrem fortè iactaverat impetu, ut idem Germanus suis tanto opere malè impulsus in terram ruerit, & prostratus atque oppressus vitæ statum violenter amiserit. Hinc nata est quæstio, an Presbyter ex isto homicidio esset irregularis? Ejus Episcopus, assumptis quibusdam Collegis, discussit causam, & iudicavit dubiam atque difficilem. Quare Presbyterum suspendit ab officio, imposuit epitimia, & Romam misit ad Judicium Papæ Joannis. Misit sine debitis instructionibus: Audi ab ipso Pontifice: At ubi nobis & persona Relatoris incognita, & nullo Episcoporum Scripto commendatio approbata est, & rursus ubi nulla est Accusatoris objectio, nec accusati reatus confessio, nec fidelium comprobatio testium, nos nec illius solius narrationi creduli esse possumus, nec rursus in eum definitivam damnationis sententiam proferre valeamus. Arguit istum Episcopum, quod causam, licet dubiam ac difficilem, non proximè ad Metropolitanam aut ejus Synodum, sed Romam, & quidem sine instructionibus, & ipse Pontifici ignotus, retulisset. Executus est antiquum Canonem, quem ad Theodorum Foro-Juliensem Episcopum scribit Magnus Leo: Sollicitudinis hic ordo esse debuerat, ut cum Metropolitanano tuo primitus de eo, quod quaerendum esse videbatur, confertes; ac si id quod ignorabat Dilectio tua, etiam ipse nesciret, instrui vos pariter posceretis. Quia in causis, quæ ad generalem observantiam pertinent omnium Domini Sacerdotum, nihil sine Primatibus oportet inquiri. Et adjungit: Sed ut quoquo modo instruat ambiguitas consulenti, quid de questionibus tuis habeat Ecclesiastica regula, non tacebo. Affirmat Episcopales relationes vel ad Metropolitanam posse fieri, vel ad Pontificem: Episcopis esse jus eligendi. Verum Apostolica Sedes, quoniam per omnium Ecclesiarum sollicitudinem distrahitur in plurima, semper maluit primam relationem fieri ad Metropolitanam: Hinc quasi de speciali gratia Leo rescripsit referenti Theodoro. Hoc Alternativa jus norat, & ipso usus fuit iste etiam Gallicanus Episcopus: Verum Joannes Pontifex, quod causa non esset instructa, ipsum censuit non exaudiendum. Non igitur per Hincmari aut Caroli Regis epistolam fuit correctus, sed egit ex antiqua Regula Ecclesie, de qua nullam mentionem fecerat ista epistola.

D. Petrus de Marca sua adversus inferiorem Gallie Clerum, & Apostolicæ Sedis auctoritatem commenta probat etiam ex litteris Adriani secundi Pontificis ad præfatum Regem Carolum: Quod præsentem Presbyterum Herlefridum, potestate sui Præsulis plusquam Canonica veritate percussit, ad Sedem Apostolicam, utpotè Caput omnium Ecclesiarum, venire passus estis, bene quidem fecistis; sed nunc melius faceretis, si quod incivili consilio apud suum Episcopum perperam gestum est, in Provincia Christi Lupi Opera T. VIII.

li Synodo apud vos rationabiliter, & apud Fratrem nostrum Hincmarum Archi-Episcopum cassaretur. Quapropter Apostolica dilectione Gloriam vestram hortamur, ut aut presentaliter huic Herlefrido Presbytero suam Ecclesiam cum omnibus suis, usque ad tempus Provincialis Synodi hanc liberè possessuro, pro tempore, quod Sacri Canones definiere, solemniter reddere faciatis, aut Erpuinum Episcopum suum Legatum nobis, qui hæc plenius veriusque renunciet, presentaliter mittere cogatis: Quatenus dum lucidius cuncta noverimus, sciamus in quem Apostolicæ animadversionis sententiam proferamus. D. Petrus de Marca commentatur: Adrianus itaque Pontifex agnovit auctoritatem Metropolitanam, cui negotium istud iudicandum relinquit, ac tamen indicat cupere se ut causa apud Sedem Apostolicam iudicetur, si Rex ita patiatur. Ejus tamen arbitrio rem integram relinquit.

Respondeo hoc exemplo lucidè evinci jus Sedis Apostolicæ, ac demonstrari quod Carolus Rex ipsum agnoverit. Hæc est facti species. Erpuinus Sylva-nectensis Episcopus nescio cuius Ecclesie Curatum Presbyterum Herlefridum deposuerat, ac sua Parochia eiecerat: Et quidem incivili consilio. Sic enim textus est corrigendus: Hinc Herlefridus provocavit. Verum non ad Hincmarum Metropolitanam aut ejus Synodum, sed proximè Romam. Et Carolus Rex, fecit ei facultatem exeundi Regni, & accedendæ Sedis Apostolicæ. Nempe noverat Gallicanum Clerum posse, etiam immediate, Romam provocare à iudiciis suorum Antistitum. Adrianus Pontifex appellationem admisit, & paratum se exhibuit ad retractatorium Judicium; addidit tamen se malle, ut fiat per Hincmarum Archi-Episcopum in Provinciali Synodo. Quare errorem continent hæc verba D. Petri de Marca: Indicat cupere se, ut causa apud Sedem Apostolicam iudicetur. Etenim Pontifex manifestè fuit indifferens. Et processit secundum Canones Sardicenses. Hinc Herlefridum iussit mox sua Ecclesia & omnibus aliis revestiri, & ab Erpuino Romam mitti Legatum, qui in retractatorio, si quidem Romæ fieret, iudicio esset ipsius Apocrisarius. Proinde Carolus Rex tunc etiam agnovit, quod istud iudicium posset Romæ fieri, & quod necessarias ad ipsum personas Pontifex posset evocare. Hæc tunc confessus est idem ille Rex, qui nuper in causa Rothaldi Sueffionensis Episcopi, & postmodo in adductis ad Joannem VIII. litteris egit & scripsit omnia contraria: Nempe juxta varios ventos, qui spirabant ex Hincmari pulmonibus. Quare hoc Herlefridi exemplum penitens evergit commenta D. Petri de Marca.

Audiamus illius conclusionem: Adriani & Joannis Successores, ruptis Canonum cancellis, appellationes Presbyterorum admiserunt, adeò ut Gregorius VII. in Decretis suis, quæ vulgò Dictatus Pape dicuntur, hoc quoque præcepit: Ut nemo audeat condemnare Apostolicam Sedem appellantem. Quod in jus commune versum est in Decreto Gratiani, & in libris Decretalium. Respondeo immediate ad Romanam Sedem appellationes inferiori Clero per nullum auferri antiquum Canonem. Alternativa est antiquissima. Lucet ex præfato

Sancti Leonis Rescripto ad Theodorum Foro-Juliensem. Etenim appellationis ac relationis est eadem ratio ac potestas: Ad ipsum, ad quem referre oportet, licet & appellare. Eundem morem viguisse in Orientali Ecclesia docet nos Anastasius Nicænus Episcopus, Bithyniæ tunc Metropolitæ, dicens ad omnem Chalcedonensem Synodum: *Sunt epistolæ Beati Joannis Episcopi Constantinopolitani ad Nicænum Episcopum, ut iret Basilonopolim, & emendaret Ecclesiam, tamquam sibi competentem*. Affirmat nescio quos Basilonopolitanæ Ecclesiæ Clericos non ad Nicænum Metropolitam, sed immediatè provocasse ad Sanctum Joannem Chrysostomum, uti ad Patriarcham Constantinopolitanum, & ab hoc causam istam, quod propriis deberet oculis inspicere, fuisse delegatam isti proprio Metropolitæ, ac ipsi mandatum, ut iret Basilonopolim, & istas lites definiendo emendaret ac pacificaret Ecclesiam. Item supra audivimus, quod Marcion Presbyter proximè, prætermisiss omnibus mediis, appellaverit ad Sedem Apostolicam. Istum morem Orientalibus Clericis fuisse familiarem demonstrant plura loca Magni Gregorii. Interim Sanctus Paulus Apostolus reliquit nobis eximium Canonem: *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt*. Quod immediatas Clericorum Appellationes passim admitti ac defini à Romanis Pontificibus non expediat Catholicæ Ecclesiæ, Eugenio tertio in libris de consideratione rectè suadet Sanctus Bernardus. Quod item Joannis octavi Successores ista in re fuerint nimium benigni, docet sub Formosâ Papatu & Arnulphi Imperio celebrata Triburienfis Synodus: Etenim supra adductum Magni Imperatoris Caroli Capitulum innovat, ac assumit in suum Canonem. Eximium istum Principem imitata frænavit abusus, Romanæ Sedis auctoritatem nec tangere præsumpsit. Nempe Arnulphus erat Carolinæ stirpis ac virtutis Princeps, ideoque fuit memor, quod etiam Nicæna Synodus supra Sancti Petri Sedem nihil fuerit ausa constituere, sciens illi omnia concessa à Domino. Dominus Petrus de Marca non rectè culpatur omnes à Joanne octavo usque ad septimum Gregorium Pontifices. Quod enim Sanctus Leo nonus, ejusque Successores, præsertim laudatus Gregorius, lapsam disciplinam strenuè restaurarint, & quod à propria domo, ab ipsa Romana Ecclesia inceperint, est cunctis manifestum. Eiusdem Gregorii Dictatus meretur apud omnes Ecclesias describi aureis litteris, & à cunctis Christianis addisci memoriter, ad instar Symboli. Nam & Gallicana olim Ecclesia hanc reverentiam detulit dogmatico Tomo Sancti Leonis. Dictatum suo loco sum conatus exponere, ac defendere ab æmulis.

## CAPUT XXII.

*An Gallicani Episcopi fuerint aliquando exempti à Patriarchali, intra Almam Urbem celebranda, Romani Pontificis Synodo.*

**A**ffirmat Dominus Petrus de Marca, & eundem errorem imponit Hincmaro Rhemensi, ac Regi Carolo Calvo, ex his ipsorum verbis in superius adducta epistola ad Joannem octavum Pontificem: *Legimus etiam, quamvis rarissimè, præceptum à Sede Apostolica quosdam de longinquis Parochiis specialis Diocesis Romani Pontificis, ad cujus sollicitudinem universalis Ecclesia pertinet, propter contumaces contentiones aliquas invitatos fuisse. Sed de Trans-Alpinis Regionibus, quibus decreta privilegia servari debent, tale quid pro Presbyterorum & Diaconorum appellatione à Sede Apostolica præceptum fuisse non legimus*. Hæc verba Dominus Petrus de Marca commentatur: *Exceptio illa, nimirum Ecclesiam Gallicanam non pertinere ad specialem Diocesim Romanam, idest, neque ad consecrationem Episcopi Romani, neque ad ejus Synodum, tamen Sedem Apostolicam coleret velut particulare Occidentis, & etiam tanquam Caput universæ Ecclesiæ; exceptio, inquam, illa prorsus legitima erat: Prudenter itaque Nicolaus I, conatus est efficere, ut Episcopi Galliarum ad Concilium Romanum convenirent, ut ea ratione eandem in Gallia & universo Occidente Patriarchalis Jurisdictionis amplitudinem constitueret, quam Patriarchæ Orientis possidebant in sua quisque Diocesi. Illi autem Metropolitanos omnes evocabant ad Synodum Patriarchalem, juxta Canones Constantinopolitanos, & Chalcedonenses; Justinianique Novellas. Ea itaque de causa litteras ad Episcopos Galliarum & Germaniarum scripsit, ut eos ad Concilium Romanum evocaret. Quæ reddidit illis fuere cura Regum Caroli Calvi & Ludovici. At Episcopi, qui Nicolai consilium intellexerant, nihil suo nomine responderunt, sed scribi ad eum procurare à suis Regibus, qui Protectores sunt libertatum Ecclesiæ. Igitur Principes scripserunt non potuisse Episcopos accedere ad Concilium ob brevitatem temporis, & ob pericula itinerum, & ob id etiam quod occupati essent pro tuitione Regni adversum Pyratas. Quibus addunt nullam esse necessitatem, quæ Episcopos cogat Romam mittere, ut Concilio intersint. Ut Episcopus de Regnis vestris Romam mittendi non postulet necessitas, ut ait Nicolaus in sua ad Reges epistola. Qui ex his verbis colligit nolle Episcopos Mandatis suis obedire. Nam Reges tanquam rem certam existimabant Episcopos suos non pertinere ad corpus Concilii Romani, atque idè non teneri ad illud accedere toties, quoties eos evocari contingit, sed tantum si ea necessitas incidat, ut Concilium œcumenicum sit celebrandum.*

Respondeo hanc fabulam sibi ipsi non cohære-

re.

re. Etenim si Gallicana Ecclesia Romanum Antistitem agnoscat & veneretur ut suum ac totius Occidentis Patriarchale Caput, quomodò ejus Episcopi non spectant ad ejus Synodum & consecrationem? Hæc enim sunt duo Patriarchalis dignitatis nobiliora capita. Quis hoc jure, quod non soli Constantinopolitani & Chalcedonenses, sed etiam Nicæni Canones confirmant omnibus Patriarchis, exiit Romanum? Quod enim Chalcedonenses & Constantinopolitani videantur sancire de solis Orientalibus, oritur ex avitæ reverentia regula, ex qua nullum generale Concilium præsumptè aliquid constituere supra Romanam Ecclesiam, sciens illi à Domino concessa omnia. Certè isto præsertim ad Patriarchalem Synodum evocandi Gallicanos Episcopos jure Romana Ecclesia semper fuit gavisæ & usa. Etenim Romana Synodus, in qua Sanctus Melchisedes damnavit Donatistas, fuit Patriarchalis: Et ad ipsam evocati sunt, atque comparuerunt illustriores Galliarum Antistites. Scio illos evocatos per sacram jussionem Imperatoris Constantini: At illa facta est secundum Canones. Etiam prima Arelatenfis Synodus fuit Patriarchalis: Convocata ac directæ per Sanctum Sylvestrum. Et habuit Gallicanos Episcopos. Idem Sylvester ad Nicænam Synodum transmittere voluit non solos suos, sed insuper Legatos suæ Patriarchalis Synodi, itemque cum sui suffragii Prærogativa suffragium istius Synodi: Hinc ad Almam Urbem convocavit ducentos sexaginta septem suarum Diocesis Episcopos. Quis inficietur Gallicanam etiam Diocesim adfuisse? Istud ipsum pro Chalcedonenfi Synodo egit Sanctus Leo: Verùm in alia forma. Omnes suas Dioceses Romanam fatigare ex causis nolens, iussit ipsas congregari intra suos limites, & ad se transmitti singularum Synodale suffragium. Quanta eum reverentia obediverit Gallicana Ecclesia, docet ejus Rescriptum ad Pontificem.

Et inter authenticas Sancti Damasi Pontificis litteras sexta est ipsius & Episcoporum, qui ad eum in Romanam Urbem ex Italia & Gallia convenerant numero nonaginta. Est Synodalis ad Illyricanam Diocesim. Et alia ad ejsdem Diocesis Antistites Synodica ejsdem Pontificis Epistola habet: *Significatum est nobis à Fratribus, qui in Gallia & agro Venetorum habitant. Et rursum: Gallorum atque Venetorum Fratrum relatione comperimus. Quod nempe Galli, non minùs quàm Veneti, spectarent ad Patriarchalem Synodum Romanæ Ecclesiæ, Et Aquilejensi sub eodem Pontifice, quod Patriarchalis formam habuit, Concilio adfuerunt plures Gallicani Episcopi, & plures absentium Legati. Ejsdem Concilii Synodalis epistola habet hanc Epigraphen: Concilium quod convenit Aquilæ, dilectissimis Fratribus Episcopis Provinciae Viennensium, & Narbonensium, primæ & secundæ. Quod nempe istæ Provinciae spectarent ad idem Patriarchale Collegium. Hinc ejsdem Synodi ad Principes Relatio habet: Omnes propè Episcopi ex omnibus Provinciis Occidentalibus, missi adfuerunt Legatis. Alia Relatio exponit istas Provincias: Quod à vobis Africanæ & Gallicanæ Ecclesiæ per Legatos obsecrant.*

Christ. Lupi Opera Tom. VIII.

Illustrissimum Gallicanæ obedientia ac reverentia exemplum habemus à sexta Synodo. Sanctus Agatho, antequam suam Legationem mitteret Constantinopolim, convocavit suam Patriarchalem Synodum, & adfuerunt Episcopi centum viginti quinque. Inter hos erat: *Admodatus Leucorum, seu Tullensis Episcopus, Legatus venerabilis Synodi per Galliarum Provincias constituta. Felix Episcopus Arelatenfis, Legatus venerabilis Synodi per Galliarum Provincias constituta. Taurinus Diaconus sanctæ Ecclesiæ Telonenfis, Legatus venerabilis Synodi per Galliarum Provincias constituta. Vulfrius Episcopus sanctæ Ecclesiæ Eboracane, Legatus venerabilis Synodi per Britanniam constituta. Valentinus Episcopus sanctæ Ecclesiæ Aquensis.* Imperator Constantinus optaverat istam Synodum esse numerosiore; verùm cur esse non potuerit, audiamus à Pontificis Rescripto ad Principem: *Nisi longus Provinciarum ambitus, in quibus Humilitatis nostræ Concilium constitutum est, tanti temporis prolationem ingereret, olim hoc nosser famulatus impleveret.* Affirmat familiæ sibi Concilium longè extendi. Nempe usque ad Oceanum, & ultra ipsum. Et supponit omnes istos Episcopos obligari ad suam Synodum. Et ad Faustum ac Symmachum, Romanæ Urbis Senatores, scribit Sanctus Avitus Archi-Episcopus Viennensis: *Fuerat talis status rerum desiderandus, ut ipsi per nos Urbem Orbi venerabilem pro dependentis Divinis, humanisque expeteremus officis. Sed quia istud jam dudum per rationem temporum fieri posse cessavit, vellemus vel eo securitatis accedere, ut quæ in communi causa supplicari oportet, Amplitudo vestra Congregatorum Gallia Sacerdotum relatione cognoscat.* Agit de Patriarchalibus Synodis Symmachi Papæ. Lamentatur in Gallia defecisse Romanum Imperium, & in ipsa variè læcerata dominari Barbaros: Et hinc duo præsertim evenisse Ecclesiæ vulnera. Primò, quod Gallicani Episcopi non possent Almam Urbem ad Patriarchales Synodos accedere. Deindè, quod nec totius Gallicanæ Diocesis Synodus posset ad faciendas Romam Relationes convenire. Nempe barbari Reges, invasit à se Ditionibus metuentes, nolebant Episcopos suis finibus excedere. Hæc est vera ratio, ex qua Gallicani Episcopi cœperunt rariùs Patriarchalibus Romanorum Pontificum Synodis adesse.

Quod ad hæc Synodos semper spectaverit Gallia, palam lucet ex ejus etiam Apostolicis Vicariis. Etenim Romani Pontifices, uti in Illyrico, ita & in Gallia istos habere. Suas isthic vices delegarunt Aonio, Cæsario, Auxanio, Virgilio, ac aliis Episcopis Ecclesiæ Arelatenfis. Item Sancto Remigio Episcopo Rhemensis. Est res antiqua. Etenim Zozimus Pontifex Patroclæ Arelatenfi dedit duo: Metropolitanam potestatem super solidam Narbonæ Provinciam, & Apostolicas vices per reliquam Galliam. Porro de horum Vicariorum potestate scribit Sanctus Leo ad Anastasium Thessalonicensis Episcopum, suum in Illyrico Vicarium: *De persona consecrandi Episcopi, & de Cleri Plebisque consecrati Metropolitanus Episcopus ad Fratritatem tuam referat, quodque in Provincia beneplacuit, scire te*

H 2 fa-

faciat, ut Ordinationem celebrandam tua quoque firmet Auctoritas. Ei delegat auctoritatem examinandi & confirmandi electiones omnium Episcoporum. Etiam Metropolitanorum. Et pergit: Si causa aliqua major existerit, ob quam rationabile ac necessarium sit Fratrum advocare Convantum, binos de singulis Provinciis Episcopos, quos Metropolitanus crediderint esse mittendos, ad Fratritatem tuam venire sufficiat. Delegat ei potestatem Dioecesanæ Synodi. Ipsam verò limitat ob Anastasii excessum, nuper paratum in Atticum Episcopum Nicopolitanum, Metropolitanum veteris Epiri. Eadem facultates habuerunt Gallicani Vicarii. At verò Pontifex non delegat, nisi suam auctoritatem, atque ita Gallicani Episcopi convincuntur semper spectasse ad ejus Patriarchalem Synodum, & ad ejus consecrationem. Nullus unquam Gallicæ Metropolitæ prætendit Autocephaliam, seu exemptionem à Patriarchico jugo Romani Antistitis, nisi unus Sanctus Hilarius. Hic ambitus viderur fuisse ejus delictum. Et sanè mitius est in hanc potestatem impingere, quàm in Papalem. At istum spiritum suppressit Valentiniani Augusti Lex, palam stabiliens etiam Patriarchalia jura Pontificis.

Et hinc patet Nicolai primi in evocandis ad istam suam Synodum Gallicanis Episcopis consilium fuisse Canonicum atque authenticum. Audiamus Pontificem: *Intelligi datur Episcopos Moribus nostris non velle parere, propter illud quod in litteris vestris subdunt. Dicunt enim post aliquanta: Ut Episcopos de Regnis vestris ad Synodum Romam mittendi necessitas non possit. Unde si vos fortasse aliter dicitis, nos illud dicimus, quod Divinitus revelatur, quia cum novitatum mala multiplicari videamus, si ex diversis Provinciis Fratres ad invicem convenissent juxta priscum morem, & nos consensu illorum revelante Domino, quæ decernenda sunt decerneremus, & ipsi necessitates suas referentes, & nos nostras exponentes, quæ decreta fuissent, melius in eorum notitiam facerent pervenire, qui semper Synodalem Convantum à nobis aggregari petierant, sicque fieret, ut secundum qualitatem morbi medicina conficeretur, & ad sananda vulnera longè latèque effunderetur.* Pontifex affirmat varia. Primò, quod Gallicanorum Antistitum ad Patriarchales Romani Pontificis Synodos evocatio non sit res nova, sed vetusta consuetudo. Secundò, quod præsens evocatio fuerit facta ex necessariis causis: Nempe ad medendum Ecclesiæ, etiam Gallicanæ, variis vulneribus. Tertio, quod Episcopi talis evocationis potestatem non abnegarent Pontifici, sed existimarent nullam tunc fuisse illius necessitatem. Quare nullam hic exemptionem aut libertatem allegant, nec Regiam istius libertatis protectionem invocant. Sunt Domini Petri de Marca in istos Episcopos injuriola figmenta. Hincmarus Rhemensis, ex cujus nutu Rex Carolus egit hæc omnia, non adeò desipuit. Quod ipsum lucidissimè patet ex rationibus, ob quas Episcopi se excusarunt. Audiamus ipsa à Nicolao Pontifice rescribente Regibus: *Quia Episcopi ad Synodum nostram, & pro angustia temporis, & pro injuria transitus occurrere non valere dixistis, merito durè habuimus, cum tanta temporis angustia*

*non immineret, ut saltem de vobiscum conversantibus binos mittere nequiveritis. Reprehensibile denique valde esse constat, quod tu, fili mi Carole Rex, subintulisti, dicendo majorem partem Episcoporum omnium diu nosque cum aliis fidelibus tuis contra Pyratas maritimos invigilare, ob idque Episcopi impediuntur venire, cum militum Christi sit servire Christo, militum verò sæculi, sæculo. Harum rationum nulla innuit, longè minus asserit dogmatizatum à Petro de Marca exemptionem.*

Verum cur Episcopi has excusationes non per se allegarunt apud Pontificem, sed per Reges, præsertim per Regem Carolum? Respondeo has esse consuetas sutelas Hincmari Rhemensis, qui isto tempore erat os & lingua Francorum Antistitum. Noverat tertiam excusationem non esse Episcopalem, & duas priores fuisse frivolas, in simili causa apud Julium ab Eusebiana Factione, & apud Damasum Pontificem adductas ab istius Factionis reliquiis, ac ab utroque Pontifice sprete atque explosas. Insuper noverat in ista Romana Synodo retractandam causam Rothaldi Sueffionensis Episcopi, qui ab ejus Synodo damnatus Romam appellaverat, & quem Nicolaus Pontifex ob ejus in non comparando contumaciam revestiverat, ac per interim reparatum remiserat in Sedem, retractatorium Judicium reservans primæ Patriarchali Synodo. Juxta Julii in Athanasii causa exemplum, & Canones Sardicenses. Proinde istam Synodum Hincmarus oderat, & jam dictas rationes noverat esse frivolas: Hinc usus est lingua & calamo Caroli Regis. Ex suo more. Et ex consueto in extremis refugio: *Rex non vult.* Interim nec per Regem ausus est effugere se exemptionem à Patriarchali Synodo.

Nihilominus Romana Ecclesia optimè perspexit, quò hæc tenderent. Hinc in octava Synodo curavit prodire hunc Canonem: *Sancta & Can. 17. universalis Nicæna prima Synodus antiquam consuetudinem jubet servari per Ægyptum, & Provincias quæ sub ipsa sunt, ita ut horum omnium Alexandrinus Episcopus habeat potestatem, dicens, Quia & in Romanorum civitate hujusmodi mos prævaluit. Qua pro causa & hæc magna & sancta Synodus tam in seniori & nova Roma, quam in Sede Antiochiæ ac Hierosolymorum, priscam consuetudinem decernit in omnibus conservari, ita ut eorum Præsules universorum Metropolitanorum, qui ab ipsis promoventur, & sive per manus impositionem, sive per Pallidationem Episcopalis dignitatis firmitatem accipiunt, habeant potestatem, videlicet ad convocandum eos, urgente necessitate, ad Synodalem Convantum, vel ad coercendum illos & corrigendum, dum fama eos super quibusdam delictis forsitan accusaverit. Sed quoniam sunt quidam Metropolitanorum, qui ne secundum vocationem Apostolici Præsulis occurrant, à Mundi Principibus se detineri sine ratione causantur, placuit talem excusationem omnimodis esse invalidam. Cum enim Principes pro suis causis Convantum frequenter agant, impium est ut summos Præsules ad Synodos pro Ecclesiasticis negotiis celebrandum impediant, vel quosdam à Conciliis eorum prohibeant, licet tale impedimentum & scilicet prohibitionem Metropolitanorum suggestionem diversis modis fieri didicerimus. Consecraverunt autem Metropolitani bis in an-*

*no Synodos facere, ideoque, sicut dicunt, ad Patriarchale penitus non occurrere Caput. Sed sancta hæc & universalis Synodus nec Concilia, quæ à Metropolitanis sunt, interdicens, multò magis illa novit rationabiliora esse ac utiliora Metropolitanorum Conciliis, quæ à Patriarchali Sede congregantur, & ideo hæc exigit fieri. Exponit Patriarchalis Synodi utilitates, & post quædam alia concludit: Quisquis ergo Metropolitanorum proprium Patriarcham contempserit, & vocationem ejus, quæ sive ad unum solum, sive ad plures, sive ad omnes sit, absque validissima agrotatione vel Paganorum incurfu, non obedierit, & per totos Metropolitanorum notitiam vocationis ad proprium venire Patriarcham minime festinaverit, vel si quocumque modo latitare, aut non cognoscere Nuntium ab illo missum tentaverit, segregetur; si verò intra unum annum eandem contumaciam & inobedientiam demonstraverit, deponatur omnibus modis. Totus Canon invadit Hincmarum, & ejus consuetudinem, Rex non vult. Nam & ipse dixerat à se Metropolita bis in anno celebrari Synodum, ideoque non esse opus Synodis Patriarchalibus. Ipse non solummodò communem ad istas Synodos, sed etiam singularem sui evocationem spreverat, ad retractatorium Rothaldi Sueffionensis Episcopi Judicium contumaciter nolens comparere, usus multis ambagibus. Hos ejus contra Patriarchalem Romani Pontificis Auctoritatem excessus damnavit Canon, ac simul jam dictum, tunc adhuc futurum, errorem Petri de Marca.*

Hic interim pergit: *Bilem Nicolai movit hæc responso, qui representat communi consensu provideri non posse necessitatibus Ecclesiæ, nisi Episcopi venerint ex Provinciis ad Romanum Concilium. At diversa ratio prohibebat Reges nostros & Episcopos Gallicanorum, ne illic accederent. Quippe illic Lex ipsi imposta fuisset, contendissent Pontifices Canones in eo Concilio conditos executioni demandandos esse citra novum examen, cum eis decernendis accessisset consensus Episcoporum Gallicanorum: Secus eveniebat, quando Concilia habebantur intra Gallias. Cause enim in eis agitabantur ex sententia & consensu Regis & omnium Ordinum: Et si quid à Roma mittebatur, deliberationi Concilii obnoxium erat. Mitigatus tandem est Nicolai animus quoad vram Regum in Episcopos. Agnoscit enim eam illis auctoritatem inesse, ut prohibere possint, ne Episcopi Romam accedant, neque id ullo modo exprobrari posse Episcopis, si obsequio suo prohibitionem exequantur. Attamen contendit posse Reges vituperari, si ea auctoritate abutantur.*

Respondeo Nicolai bilem fuisse justissimam: Unde & ipsi plenè satisfecit octavam Concilium. Dominus Petrus de Marca addit errores erroribus. Primus est, quod conditi in Romana Patriarchali Synodo Canones executioni nequeant mandari sine novo Regis examine. Etenim quis Patrum Canon, quæ avita traditio his Canonibus hanc servitutem imposuit, Regibus dedit istam potestatem? Secundus error est, quod acta intra Gallias Concilia agitentur ex sententia & consensu Regis & omnium Ordinum: Et si quid Roma mittatur, sit deliberationi obnoxium. Etenim hæc longissimè deviant ab antiqua erga Roma-

*Christ. Lupi Opera T. VIII.*

nam Cathedram reverentia, ex qua etiam Nicæna Synodus nihil fuit ausa super ipsam constitucere, sciens ipsi omnia concessa à Domino. Sunt nova in S. Petrum attentata, quæ S. Thomas Cantuariensis dixit esse consuetudines Barbarorum. Non spectant ad præsentem controversiam. Tertius error est, quod Nicolaus Pontifex Regia in Episcopos jura tandem agnoverit. Etenim istas Caroli violentias prudenter ac patienter dissimulavit: Absit ut tanquam jurâ agnoverit. Usus est Prophetica regula: *Cum accepero tempus ego justitias judicabo.* Et istud tempus à Domino Deo accepit ejus Successor Adrianus in octava Synodo. At Petrus de Marca adjungit de ipsa quartum errorem: *Videbimus postea, quid sexennio post in octava Synodo tentaverit summus Pontifex adversus Jura Regni Franci.* Adrianus II. Nicænos & Apostolicos pro Patriarchalibus, Romani præsertim Pontificis, ab Hincmaro Rhemensis & Carolo Calvo graviter læsis, Synodis Canones isthic innovavit: Aliud non egit. Atque ita Petrus de Marca proficitur Regni sui Jura cum istis Canonibus non cohærere. Absit, ut avita Christianissimorum Regum pietas talia Jura ambiat. Certè talia ipsis non prædicavit Sanctus Remigius.

## CAPUT XXIII.

*Discutiuntur alia fundamenta Domini Petri de Marca.*

**R**omanas Appellationes arietare Dominus Petrus de Marca ex professo pergit in secundo libro, & scribit: *Consuetudo illa, quæ Conciliis uniuscujusque Provinciæ supremam Episcoporum deponendorum potestatem tribuit, Scripto tradita est, & firmata Canone quinto Nicæni Concilii. Adducit Canonem, & pergit: Canon ille confirmat auctoritatem cujusque Provinciæ in judicandis definitivo Decreto causis Ecclesiasticis, quæ ad Clericos aut Laicos spectant, & per consequentiam idem jus statuitur quoad correctionem & depositionem Episcoporum, tametsi casus ille diversis verbis non esset in Canone. Sanè dubitari non potest, quin hic Canonis sensus sit, & ea mens, ut in generali hac lege comprehendantur Judicia adversum Episcopos, cum eorum mentionem aliâ nullibi faciat Synodus. Respondeo hunc Domini Petri de Marca librum esse thesaurum, ex quo Paschasius Quesnellus depromptit sua omnia. Adducta verba ferè transcripsit. Et sunt abundè refutata. Et fons iste etiam errat multipliciter. Primò, quod inappellabilis deponendorum Episcoporum potestas competat Provincialibus Synodis. Deinde, quod ista suprema auctoritas sit confirmata à Nicæna Synodo, & redacta in Scriptum. Tertio, quod hocce Scriptum sit quintus Canon. Etenim Provinciarum Synodus est prima in deponendis Episcopis cognitio, ideoque si ipsius auctoritas sit suprema, degradatis Episcopis nulla competit appellatio. Admiranda est fiducia, qua Dominus Ar-*



chi - Episcopus talia spargit in Mundum.

Eadem fiducia pergit: *Præter argumentum illud existat aperta ac expressa auctoritas Concilii secundi Œcumenici, itemque Africani Concilii, & Innocentii primi Papæ, quorum ea est sententia, ut iudicia Episcoporum eo Canone Nicæno contineri existiment. Canon quippe secundus Concilii Constantinopolitani Œcumenici aperte restatur administrationem & gubernationem Ecclesiarum hoc Canone Nicæno mandatam esse unicuique Provinciae. Administrationis verò vocabulo Patres Constantinopolitani comprehendunt iudicia adversum Episcopos, eque ac alia Politicæ & Regiminis Ecclesiastici capita.* Etiam hæc verba ferè descripsit Paschasius Quesnellus. Item illa continent multiplices errores. Primus est, quod infelicissimi ac prævaricatorii istius Africani Concilii auctoritate utatur adversus Sanctum Petrum Apostolum. Secundus error est, quod Innocentii primi Rescriptum laudet solum quintum Nicænum Canonem. Quod etiam Sardicensem laudet, alibi rectè affirmat ipse Dominus Archi-Episcopus. Error tertius est, quod istud Rescriptum sanciat aut asserat Provincialium Synodorum iudicia esse inappellabilia. Est fabula cantanda pueris. Quartus error est, quod secundus Canon Constantinopolitanus confirmet præsertim quintum Nicænum. Quintus est, quod aperte ac expressè sanciat Provincialia iudicia esse inappellabilia. Etenim sextus Canon aperte ac expressè permittit à Provinciali ad Patriarchalem aut Exarchicam, & ab hac iterum provocari ad generalem Synodum totius Ecclesiæ.

Dominus Archi-Episcopus invocat etiam Antiochenos Canones: *Eadem veritas colligi potest ex Canonibus Concilii Antiocheni, cujus auctoritas recepta fuit in Concilio Chalcedonensi, & dein in universa Ecclesia. Concilium enim illud cupiens prorsus tollere difficultates, que per sepe occurrebant in executione Concilii Nicæni quoad depositiones Episcoporum, ut verbis utitur, quæ aperte docent definitivum iudicium ad Synodum uniuscujusque Provinciae pertinere.* Respondeo longè aliud ad Clerum & Populum Constantinopolitanum scribere Innocentium primum: *Canonibus obsequendum esse scribitur, qui Nicææ sunt decreti, quos solos consuetudini decet Ecclesiam Catholicam, & iuxta eos iudicare. Si alii à quopiam proferuntur, à Canonibus Nicænis dissonantes, & hæreticos Auctores referentes, si à Catholicis Episcopis rejiciuntur. Hæreticorum namque Inventa Catholicis Canonibus non sunt adnectenda. Semper enim illi per nefaria Decreta Patrum Nicænorum Concilium minuire intendunt. Quapropter non solum hoc dicimus istos sequendos non esse, verum etiam cum hæreticis & Schismaticis Dogmatibus condemnandos, quemadmodum antea in Sardicensi Concilio ab Episcopis factum est.* Agit pro Sancto Joanne Chryostomo, quem Theophili Patriarchæ Alexandrini factio ex Antiochenis Canonibus damnaverat. Docet varia: Canones istos dissonare à Nicænis, esse ab hæreticis auctoribus, hæreticorum Inventa, Decreta nefaria, contraria Nicæno Concilio, ipsum imminuentia, Hæretica & Schismatica Dogmata, damnanda ab omnibus, etiam pridem damnata à Sardicensi Synodo. Adeo absunt isti Canones, ut

exponant Nicænos. Quod ipsos studeant evertere, etiam Julius Pontifex altissime clamavit in litteris ad ipsorum conditricem Antiochenam Synodum. Quod nempe Patriarchales, & quasdam etiam alias Orientalium Synodos sanxissent esse supremas, atque ita avertissent Romanas appellationes, quas Nicæna Synodus confirmaverat, ac redegerat in Scriptum.

Hoc ipsum testatur Palladius Helenopolitanus Episcopus in Dialogo cum Theodoro, Romanæ Ecclesiæ Diacono, de Actis laudati Joannis. Affirmat datum de ipso iudicium fuisse indiscretum atque nequissimum, & ejus scopum fuisse, ut locus purgandi se Joanni nullus omnino daretur, vigore scilicet Canonum eorum, quos Theophilus miserat, à quadraginta Anni complicibus editus. Adducit Antiochenum Canonem, ac pergit: *Et ista quidem regula, ut nequam, & à nequissimis edita, in Sardicensi Concilio eliminata est, quando Julius Athanasium & Marcellum admisit ad communionem. Quorum gratia etiam Canon ille fuerat editus.* Nempe ad evertendam, quam Julius fecerat, Athanasii ac Marcelli appellantium reparationem, & evertendam Sedis Apostolicæ circa ista auctoritatem. Et tamen istos Canones postmodò admisit Chalcedonensis Synodus, ac universa Ecclesia. Nempe dolosi sunt, & ambidextri ad bonum & malum. Ecclesia ipsos admisit sub hac salutari clausula: *Sine præjudicio Romanæ Ecclesiæ, cui in omnibus causis debet custodiri reverentia.* D. Petrus de Marca ipsis utitur in sensu Eusebiano, atque ita longissime saltat extra limites veritatis.

Affirmat inter Antiochenos Canones esse aliquam contradictionis speciem, & pergit: *Conciliatio horum Canonum pendet, ut ego quidem existimo, à praxi illarum tempestatum, quæ Interpretibus Græcis atque etiam Latinis ignota fuit. Ea autem versabatur in auctoritate, quam Imperatores possidebant, concedendi Rescripta pro revisione supremorum iudiciorum, sive illa civilia essent, sive Ecclesiastica. Nam Edicta Præfectorum Prætorio obnoxia non erant appellationi, sed revisioni tantum, si eam is, qui causa ceciderat, fieri peteret libello in eam rem oblato Imperatori. Demonstrat hæc ex Romanis legibus, atque prosequitur: Implorabantur etiam Rescripta Principum adversus suprema Synodorum iudicia. Cui consuetudini temperamentum adhibet Canon duodecimus Antiochenus, ut his quidem omnis spes restitutionis adimatur, qui postquam damnati fuerint, preces Imperatori obtulerint, ut ejus auctoritate restituantur; eorum verò causa per revisionem retractetur, qui ab Imperatore obtulerint, ut novum Concilium habeatur, ad quod major Episcoporum numerus accedat.*

Respondeo Dominum Archi-Episcopum hære in petitione principii. Demonstrandum ipsi est, quod Provincialium Synodorum iudicia olim non fuerint obnoxia appellationibus. Certè hac in re perperam comparantur cum iudiciis Præfectorum Prætorio. Nec enim Metropolitanæ, sed soli Patriarchæ habent istum in Ecclesia locum, quem Prætoriorum Præfecti habent in Republica. Unde Imperator Justinianus horum iudiciis ac sententiis non Metropolitanarum, sed solumum Pa-

Patriarcharum iudicia ac sententias æquiparat. Et quidem sub hac semper salutari clausula: *Sine præjudicio Romanæ Ecclesiæ.* Proinde Divalium Rescriptorum & sacrarum delegationum postulatio non ex suprema Provincialium Synodorum auctoritate, sed ex desperata Donatistarum audacia ducit originem. Primi Donatistæ talia postularunt à Magno Constantino: Et sua audacia optimum Principem, adhuc Juvenem & Catechumenum, gravissimè scandalizarunt. Malum invaluit sub Constantio. Per Eusebianos. Nec mirum: Etenim scelerata Factio per laceratam in Philippo-Politano Conventu Catholicæ Ecclesiæ Monarchiam vidit esse solutam etiam Ecclesiæ unitatem, ideoque ad ipsam quovis modo refarciendam garrivit Constantium esse Episcopum Episcoporum. Ita disertè testatur Lucifer Calaritanus Episcopus in libro de Filio Dei. Et sanè sine unitate Capitis esse non potest unitas corporis. Hinc facinorosa Factio Papalem Prærogativam transcripsit in Imperatorem. Ex hoc fonte etiam Antiocheni, qui primi permiserunt ista refugia, Canones emanarunt. Hinc tandem evenit, quod ad quintum suum librum præfatur Socrates: *Passim in historia Imperatorum mentionem propterea fecimus, quod ex illo tempore, quo Christiani esse cœperunt, Ecclesiæ negotia ex ipsorum nutu pendere visa sunt, atque adeo maxima Concilia de eorundem sententia & convocata sunt, & adhuc convocantur.*

Eadem via invaluerunt sacræ delegationes. Etiam adversum Provinciales Synodos. Verùm hæc nequaquam inde probantur esse supræmæ aut inappellabiles. Ista nempe Divalia Rescripta debebant observare & exequi sacros Canones: Alioquin erant violenta in Ecclesiæ dignitatem injuria. Hinc Imperator Constantinus Donatistarum litibus, non Gallicanos, quos illi postulabant, Episcopos dedit Judices, sed Pontificem Romanum. Et Theophilus Alexandriæ Patriarcha ad Sanctum Joannem Chryostomum, cui Imperator Arcadius criminale eorum causam delegaverat, scripsit: *Arbitror te non ignorare, quid præcipiant Nicæni Concilii Canones, sancientes Episcopum non iudicare causas citra suos terminos. Si autem ignoras, discere. Et libellos contra mesuscipere desinas. Nam etsi iudicari me opus sit, ab Ægyptiis magis, quam à te id fieri oportet, qui septuaginta quinque dierum itinere à nobis separatus es.* Affirmat Divalem Delegationem sexto, per secundum Constantinopolitanum confirmato ac exposito, Canonem repugnare, ideoque nullius esse ponderis. Et Sanctus Joannes intercessionem agnovit justam, atque admisit. Ea dere postmodò scripsit ad Papam Innocentium: *Pissimus Imperator iussit, quæ contra Theophilum dicerentur, audire. Verùm nos, Patrum Decreta reveriti, nequaquam acquievimus, sed vehementer obstinimus. Utique ipsi Principi, volenti suum Rescriptum mitti in executionem. Eadem exceptione usus est ipse Joannes contra Synodum in hortis Ruffinianis: Dixit Thraciæ Episcopus non posse iudicari ab Ægyptiis. Et Dominus Patriarcha Antiochenus contra sacram delegationem, qua Imperator Theodosius Ibræ Edeffeni Archi-Episcopi causam commiserat al-*

terius Provinciæ Episcopis, potenter intercessit, clamans ipsam debuisse devolvi ad suum tribunal, ideoque talem delegationem esse contemptum sui Apostolici Throni. Videatur epistola Theodoretæ, & decima actio Concilii Chalcedonensis. Adversum tales Delegationes frequenter ac potenter intercessit Magnus Papa Gregorius, constanter asseverans sacros Canones à Principe debere diligi, ideoque illis adversas Iussiones, utpote per obreptionem extortas, nullius esse vigoris aut reverentiæ. Proinde sacræ Delegationes, quoniam non ad aliam Provinciam, nec ad alium Patriarcham, sed ad proprium Exarchum debent dirigi, lucidè demonstrant Provincialium Synodorum iudicia esse omnino appellabilia.

Dominus Archi-Episcopus pro suis Commentis adducit etiam Imperatoris Gratiani Legem, postmodò innovatam & extensam ab Imperatoribus Arcadio ac Honorio: *Quicumque residentibus Sacerdotibus fuerit Episcopali loco detrusus & nomine, si aliquid contra sententiam, vel contra quietem moliri fuerit deprehensus, rursusque Sacerdotium petere, à quo videtur exclusus procul ab ea Urbe, quam infecit indignus, secundum Legem divæ memoriæ Gratiani centum millibus vitam agat.* Et infra: *Sit huiusmodi personis tenore præsentis Legis inlicitum sacra nostra adire Secreta, & impetrare Rescripta. Omnia dejectis per culpam Sacerdotio personis, quæ impetrata sunt infecta permaneant.* Dominus Archi-Episcopus commentatur: *Præter ea argumenta validum quoque testimonium ad probandam veterem illam Principum auctoritatem sumi potest ex Legge, quæ prohibuit, ne deinceps hic mos usurparetur.* Et infra: *Lex damnatis Episcopis disertè inbibet, ne ad Principes accedant neque Rescripta impetrent, quæ nulla esse pronunciat, si eorum Episcoporum damnatio peracta sit iustam ob causam. Censet damnatos Synodaliter Episcopos longè fortius arceri à Romana Appellatione.*

Respondeo Romanas appellationes à neutra lege everti, fitti, lædi, aut circumscribi. Etenim Gratiani Lex sancit adversum solos ab Urbes Antipapa seductos aut consecratos, & ob schisma à Sancto Damaso Pontifice Synodaliter damnatos Episcopos, Parmensem præsertim ac Puteolanum, qui etiam post relegatum in Gallias, ac intra Agrippinensis Coloniae muros circumscriptum suum Idolum non cessabant fovere factionem, rebellare Damaso, suas Cathedras per violentiam retinere, suas civitates agitare sursum deorsum, vilem plebem circumscribere, atque ipsius incondito impetu Ecclesiam & Rempublicam arietare. Et quo fucum haberent, per technas obrepebant in sacra Rescripta, quibus Princeps eorum causam alteri Synodo delegabat retractandam. Et reverè obrepebant. Etenim & Romanæ Cathedræ Privilegia diligens, & istorum Schismaticorum technas non ignorans Gratianus suis sacris litteris passim adungebat hanc clausulam: *Si iudicio Sacerdotum in Urbe Roma sit depositus, nec vocem quidem in iudicio proferre debet.* Nihilominus fraus quandoque prævalebat, & suffurabatur Rescriptum sine istiusmodi exceptione. Et dolosi Turbines, à prava retracti conscientia, non ad suæ causæ retractricem accedebant

debant Synodum, sed ad amiffas redeuntes Cathedralas, quasi reparatos per Principem Episcopos ostentabant se, turbasque innovabant atque augebant. Et audacia transibat in exemplum etiam damnatis per alias Synodos Episcopis.

Audiamus Synodi preces: *Quoniam, licet jam dudum vestra Clementia iudicio relegatus Ursinus per eos, quos illicitè sacrilegus ordinavit, vilissimum quemque, occultè licet, sollicitare conatur. Eoque exemplo nonnulli Episcopi, qui malè Ecclesiis incubant, usu temeritatis suæ, & profani conspiratione contemptus, ne acquiescant Romani Sacerdotis iudicio, laceffunt. Ita ut etiam, qui se intelligunt pro meritorum suorum ratione damnandos, vel damnatos esse viderunt, redempta vulgi multitudine, iudices suos terrore mortis exagitant, contemptisque Cogitationibus vel fugatis, illicitum obtineant Sacerdotium. Idcirco Statuti Imperialis non novitatem, sed firmitatem postulamus. Indignum quippè est, ut conventus quisque, adhibita manu, eò se munitor, quò flagitiosior fuerit. Sicut Parmensis Episcopus, dejectus iudicio nostro, Ecclesiam tamen retinet impudenter. Damnatus eque Florentius Puteolanus, postea quam dejectus est, cum aures Tranquillitatis vestre inquietasset, atque huiusmodi Rescriptum meruisset, ut si iudicio Sacerdotum in Urbe Roma fuisset depositus, ne vocem quidem in iudiciis proferre deberet, post sextum annum recessit ad civitatem, tenuit Ecclesiam, multas in Oppido Puteolano, de quo dejectus fuerat, seditiones insolentia concitavit. Eadem exempla suæ Legi inseruit Imperator Gratianus, atque adiunxit: Et Florentius Puteolanus post damnationem, quam recto iudicio convictus accepit, mansuetudinem nostram inquietare conatus, dignum tulit in progressionem Responsum. Post quinque decimum annum, Ecclesiam, de qua extrusus fuerat, rursus contaminare conatur: Congressiones illicitas facere molitur, egentemque consili multitudine perditum animi persuasione depravat. Nostrorum videlicet iudicium socordia fretus, qui private gratiæ Imperialia Præcepta condonant: Et Religionem, quam nos iure veneramus, quam forsasse ipsi negligunt, inquietari patienter accipiunt. Pretio aut perfidia corrupti Romano Pontifici non præbebant Regii Brachii auxilium. Adversum hos igitur, quos ipse Pontifex Synodaliter damnarat, Episcopos, & adversum ipsorum turbulencias Romana Ecclesia postulavit auxilium, & Gratianus Imperator dedit. Nequaquam iniquè damnatis per suas Synodos Episcopis Romanæ appellacionis asyllum, sed iustè per solam Romanam Ecclesiam dejectis clausit portas turbulentiæ. Ad preces Sancti Damasi, Sancti Ambrosii, totiusque Romanæ Synodi.*

Istam Legem singulariter dilexit, & ad se extendi ambivit Africana Ecclesia. Hinc inter varia, quæ Aurelius Primas pro reparando Ecclesiæ suæ statu postulanda duxit à Principe, fuit & hoc: *Et illud petendum, ut statuere dignentur, ut si quis cuiuslibet honoris Clericus iudicio Episcoporum quocumque crimine fuerit damnatus, non liceat eum sive ab Ecclesiis, quibus præfuit, sive à quolibet homine defensum, interposita pena damni, pecunie, atque honoris, quo nec aetatem, nec senum excusandum esse præcipiant. Accessisse possint & preces alia-*

rum Ecclesiarum. Hinc ergo Arcadius & Honorius ad Adrianum Prætorio Præfectum scripserunt: *Suggerentibus Episcopis didicimus quosdam Sacerdotes Christianæ Legis, quorum delicta Cæsi Episcopali & deprehensa fuerint, & eorum sententia vindicata, in sinu eorum Urbium, in quibus talia commissa sunt, permanere, & querere, turbas populi convocare, turbatores quietis existere, tumultus popularis auctores, innocentes se post iudicium dicere, plebem colligere, & velut adhuc Episcopos salutari, Comitatum sacrum petere, mereri mendacis Oracula & fictiva Rescripta. Adversum istiusmodi turbines innovarunt & extenderunt laudatam Legem Imperatoris Gratiani. Primus qui Romanas damnatorum Episcoporum Appellaciones præterdit everti per istas Leges, fuit Hincmarus Rhemenfis. Erubuit è proprio ore talia nugamenta proferre: Hinc ipsa adversus Romanam Hincmari Laudunensis Appellacionem scripsit ad Adrianum secundum è Duziacensi Synodo per manum Regis Caroli Calvi. Et addidit fædum errorem. Gratiani Legem dixit emanasse ad præfatas preces Actorum.*

Quod ista Lex Romanas Appellaciones aufert, est cantanda pueris fabula. Hinc Theodoretus, Cyrensis Episcopus, qui circumscripto intra suam civitatem exilio clausus per Imperatorem Theodosium, & per Ephesinum Latrocinium degradatus, appellaverat ad Sanctum Leonem Pontificem, nec permittebatur accedere, scripsit ad Anatolium Patritium: *Magnitudinem tuam obtestor, hanc à Victore Augusto gratiam petat, ut in Occidentem veniam, ibique à Deo clarissimis sanctissimisque Episcopis iudicet, ac si vel minimum à fidei regula defecere videar, in medium maris profundum dejiciar. Quod si his vestris precibus non cedat, habitare me saltem iubeat in monasterio nostro, quod quidem à Cyrensi civitate abest millibus centum & viginti. Horum, si fieri potest, præis illud; sin minus, alterum certè Magnitudinis vestre opera concedi mihi postulo.* Affirmat aut sibi permittebam Romanæ Appellacionis prosecutionem, aut certè tractandum juxta Legem Gratiani. Si nempe censeatur frivole provocasse. Et hinc Imperator Martianus ipsi permisit istam prosecutionem. Eiusdem mentis olim fuit Gallicana Ecclesia. Etenim Cæsarius Contumeliosum Episcopum, cujus damnatoria sententia jam transierat in rem iudicatam, ideoque & erat detrusus in Monasterium, mox ut reclamare cepit, & appellare ad Agapetum Pontificem, extraxit è Monasterio, & redire permisit ad Episcopalem honorem. Eadem est ratio sacrarum Delegacionum. Quod ipsas nec Gratianus, nec Arcadius, aut Honorius per suas Leges aboleverint aut abolere voluerint, est nimis manifestum. Etenim & Ephesinæ & Chalcedonenfis Synodi Acta, Theodosianus Codex, aliæque antiqua & Ecclesiæ & Imperii Monumenta abundant facris Delegacionibus. Proinde præfati Principes aboleverunt solos iniquos adversus iustitiam & publicam pacem iustè damnatorum Episcoporum recurfus. Quæ omnia tandem agnovit ipse etiam Dominus Archi-Episcopus. Etenim adiungit: *Si damnati peracta si ob iustam causam.*

CA-

## CAPUT XXIV.

Discutiuntur exempla adducta per Dominum Petrum de Marca.

Dominus Archi-Episcopus affirmat sua Comenta confirmari plurimis exemplis. Hoc est primum: *Primum itaque exemplum petitur à Concilio Sardicensi, quod de iudiciis à Synodis Tyria, Antiochena, & Constantinopolitana adversus Athanasium Episcopum Alexandrinum, & Marcellum An-tyranum latè cognovit permissu Imperatorum Constantii & Constantis, qui eorum causam retractari concesserant. Ingenue id fateatur ipsa Synodus in epistola Synodica ad Julium Papam scripta: Tria fuerunt quæ tractanda erant. Nam & ipsi Religiosissimi Imperatores permisserunt, ut de integro universa discussa disputarentur. Eo Imperatorum permissu se Synodus Sardicensis tuebatur adversus Orientalium conquestionem, qui aiebant iudicia à suis Prædecessoribus facta non posse retractari. Non erat fas eorum, qui jam cum Deo sunt, sententiam reficere, ut inquitur Orientales in sua Synodica epistola. Ex ea porro epistola colligi potest usus, qui tum apud Episcopos invaluerat, auxilium Principum implorandi adversus iudicia Episcoporum. Nam cum Occidentalibus obtulissent consensuros se, ut ex utroque Concilio Legati in Ægyptum mittantur ad noscenda Athanasii crimina, eam conditionem addunt, consentire se damnationi suæ, si calumniam ei impactam fuisse constiterit, ac præterea, ut ipsi præcludatur omnis via implorandi prædictum Imperatorum, aut Concilii, aut etiam cuiuspiam Episcopi.*

Respondeo hæc omnia non spectare ad præsentem controversiam, ac insuper scaterere erroribus atque excessibus. Etenim nos hic querimus de Provincialium Synodorum autoritate, an suprema sit, quæ nec per Romanam Appellacionem possit concuti: At verò Tyria, Antiochena, & Constantinopolitana Synodi fuerunt Patriarchales, ideoque alterius formæ & fori. Et tamen etiam ipsæ fuerunt per Romanam Appellacionem concussæ. Fuerunt primò per Julium Pontificem succisæ & circumscriptæ, ac tandem per Sardicensem Synodum circumductæ ac exsufflate. Idque secundum Apostolicos Canones, atque Nicænos. Proinde Apostolica Sedes eandem longè potiori Jure potestatem habet in iudicia Provincialium Synodorum. Quod error, qui Provincialium Synodorum in degradatos Episcopos aut Clericos iudicia affirmat suprema ac inappellabilia, sit quinto Nicæno Canonis injuriosissimus, ac Eusebiano, itemque Photiano Schismate peior, licet cunctis exploratum sit, expedit paucis ostendi. Utriusque igitur Schismatis pertinax Senator Theodorus Balsamon, ac in ipso Antiochenus Patriarcha Sardicenses Canones exponens scribit ad tertium: *Quæ autem de Papa definita sunt, eadem de Patriarcha Constantinopolitano sunt intelligenda, quod is à diversis Canonibus similiter ac Papa sit in omnibus honoratus. Ex sui Schismatis regula censet Romanum Pontificem & Constan-*

tinopolitanum Patriarcham esse pares ac æquales, ideoque ad utrumque pariformiter à cunctis eorum subditis, Episcopis, Clericis ac Laicis, adversum Synodales Provinciarum sententias posse provocari. Eadem repetit in Scholio ad quintum Canonem: *Quia in prioribus Canonibus diximus non esse, quæ de Papa constituta sunt, specialia ejus & solus Privilegia, ut necesse habeat quovis condemnatus Episcopus ad Sedem Romanam accedere, sed etiam apud Sedem Constantinopolitanam exaudiri, eadem quoque rursùm dicitur. Eodem modo Sardicenses Canones exponit Joannes Zonaras: Hujus Sardicensis Canonis Decreto summat Sacerdotes antiquæ Romæ in quacumque causa ab Episcopis provocationem ad ipsos dari jactant, ac eundem in prima Nicæna Œcumenica Synodo conditum fuisse falsò affirmant. Quod quidem cum in Synodo Carthagenensi propositum fuisset, minime cum veritate consentire probatum est. Neque igitur hic Canon à Nicæna Synodo editus fuit, neque ad ipsum Romanum Pontificem provocationes ab omnibus Episcopis, sed ab iis tantummodò, qui eidem subjecti erant, dari oportere decernit. Romanæ autem Ecclesiæ altioni eo tempore omnes ferè Occidentis Ecclesiæ subiciebantur; Macedonia nimirum, Thessalia, Illyrici, Græcia, Peloponnesus, & ejus quæ Epirus dicitur, quæ postea in Constantinopolitani jura transierunt. Affirmat plura. Primò, quod Romani Pontifices præterdant sibi per Sardicenses Canones adscribere appellaciones omnium sub cælo Ecclesiarum. Secundò, quod ipsos dicant esse Nicænos. Tertiò, quod utrumque sit falsum. Quartò, quod posterioris falsitas pateat ex illis, quæ Zozimus Pontifex olim egit cum Africana Ecclesia. Et in his quatuor convenit cum modernis Novatoribus. Quintò affirmat, quod Sardicenses Synodus omnes & solas Romani Patriarchatus appellaciones attribuat Romanis Pontificibus. Hoc libens profiteretur. Et adiungit Romanum Patriarchatum fuisse tunc vastissimum: Nempe ante rapinas ac violentias Imperatoris Leonis Isauri. Eandem veritatem in Alphabetico Syntagma te profiteretur Mattheus Blastares. Et omnes alii Sectatores istius schismatis. O lamentabilem miseriam nostrorum temporum! Per talia testimonia compellimur in Orthodoxis Doctoribus frænare vocum novitates.*

Primus porro error est, quod Sardicensis Synodus Orientalium Synodorum, ac appellantium Episcoporum causam retractaverit ex delegatione Principum. Etenim ipsa Synodus diserte scribit se ex solo Principum permissu egisse, non ex ipsorum delegatione aut jussione. Generalis Synodus est, non solius Ecclesiæ, sed etiam totius Reipublicæ commotio: Hinc sine isto permissu fieri nunquam potuit. Præsertim istis temporibus, quibus, ut Sanctus Optatus Milevitanus ait, non Imperium in Ecclesia, sed Ecclesia erat in Imperio. Pontifex Synodum concipiebat, ejus causas exponebat Principi, ipsius postulabat permissum, ipsoque obtento indicebat Synodum. Ita factum Sardicensi Synodo, palam scribit Sanctus Athanasius in epistola ad suos Monachos: *Romæ congregati Episcopi propè quinquaginta, Eusebianos, ut suspectos ac timentes se sistere,*

1072

non receperunt, & quæ ab ipsis scripta essent, pro  
vanis habuerunt; nos autem receperunt, nostram  
que communionem sunt amplexi. Interim cum ista  
fierent, simul & de Synodo Romana Constanti Imperator,  
& quid Alexandriae, & per universum Mun-  
dum contra Catholicos gereveret, rescribit. Missæ  
sunt igitur litteræ à Costante ad Fratrem suum Con-  
stantium, ibique de amborum sententia placuit ut Syn-  
odus Sardicensis celebraretur, & de rebus actis cog-  
natio fieret, ne ulterius injuriosè habitis injuriis affe-  
cerentur, vel injuriosi ulterius pergerent injuriam  
facere. Julius suæ, in qua appellatam Athana-  
sium revocaverat, & ad quam Eusebiani, retra-  
ctorium, ac definitivum Judicium audituri,  
comparere contumaciter noluerant, Synodi Acta  
exposuit, suggerit necessariam totius Ecclesiæ Syn-  
odum, & ad ipsam postulavit compelli Eusebiana-  
nos. Constantis permisit, & Fratrem Constantium  
compulit ad Eusebianos isthuc exhibendos. Uti-  
que audituros præfatum Judicium, spectans ad  
solam auctoritatem Julii. Porro Venerabilis Ho-  
sius in litteris ad Imperatorem Constantium lau-  
dat Imperatorem Constantem, quod Ecclesiasticis  
Episcoporum Judiciis nunquam fecerit vim,  
immò nec se miscuerit: Omnia permisit Episco-  
pis & sacris Canonibus. Præsertim Episcopo Ro-  
mano. Et hinc Sardicensem Synodum voluit  
fieri intra suum Imperium. Quod ei Constantis  
nullatenus se interposuerit, affirmat Athanasius  
in secunda Apologia: Nos igitur, plurimis con-  
venientibus Sardicam, eos qui cum Eusebio commu-  
nicaverant, in Judicium provocavimus. Illi verò,  
quibus in oculis erant sua Delicta, conspectis ibi suis  
Accusatoribus, magnopere Judicium exhorruerunt.  
Cum enim omnes se ritè ac legitime sisterent Eusebiana  
secum Comitibus Mufonianum, Eusebium, & Castri-  
um adduxere, ut pro sua consuetudine illorum po-  
testate, quidquid animo libuisset, perfererent. Ibi  
cum sine Comitibus Concilium ageretur, neque ullus  
miles interveniret, isti à suis conscientis ingentem  
animi consternationem acceperunt. Siquidem non eo  
modo, quo volebant, de ipsis fiebant judicia, sed  
ut veritatis ratio requirebat. Istud ipsum repetit  
in epistola ad suos Monachos, & adjungit Sardi-  
cæ omnia fuisse peracta secundum morem Ecclesiasti-  
cum. Proinde non ex Delegatione Principum,  
sed ex auctoritate Julii Pontificis.

Secundus error est, quod Sardicensis Synodus  
eo Principum permisso fuerit se tuita adversus  
conquestionem Orientalium. Etenim longè  
aliud de generalibus, immò & de inferioribus  
Ecclesiæ Synodis docet Sanctus Martyr & Abbas  
Maximus. Theodosio Cæsarenfi apud Bithynos  
Episcopo, Lateranensem Sancti Martini Ponti-  
ficis, quod sine Augusta jussione facta esset, con-  
tra Monothelitas Synodum spernentis, in habita  
cum ipso collatione respondit: Si Synodus, quæ  
factæ sunt, jussiones Imperatorum firmant, & non  
pia fides, recipit Synodos, quæ contra Homoson-  
factæ sunt. Nam jussione Principum sunt parvæ.  
Primam videlicet in Tyro, secundam in Antiochia,  
tertiam in Seleucia, quartam in Constantinopoli sub  
Eudoxio Ariano, quintam in Nicea Thracia, sextam  
in Syrmio, & post hæc multò post septimam in Ephe-  
so, cui Dioscorus præfedit. Omnes enim hæc Impe-

ratorum jussio aggregavit. Attamen omnes damnatæ  
sunt propter impietatem infidelium Dogmatum ab eis  
confirmatorum. Quare autem non abjicitis eam, quæ  
deposuit Paulum Samosatenum sub Sanctis ac Beatis  
Dionysio Papa Romano, & Dionysio Alexandrino,  
atque Gregorio miraculorum Patratore, qui eidem  
præfuit Synodo, quoniam non est jussione facta Im-  
peratoris? Quis præterea Canon promulgat illas so-  
las approbandas Synodos, quæ Imperatoris jussione  
sunt congregatæ? Verum est omnino jussione Impera-  
toris congregatis, illas novit Sanctas & probabiles  
Synodos plus Ecclesiæ Canon, quas restitudo Dogma-  
tum approbavit. Sed & his, quemadmodum novit  
Dominus meus, & alios docet, fieri Synodos in omni  
Provincia per singulos annos regula sancit, jussione  
Imperiali nullam memoriam faciens, ad tuitionem  
salutaris fidei nostræ, & correctionem omnium capi-  
tulum, quæ Divina non conveniunt Ecclesiæ Le-  
gi. Et convictus Theodosius reposuit: Ita est,  
ut asseris. Dogmatum quippe restitudo Synodos fir-  
mat. Ambo profitentur, quod Principis jussio  
aut permissio non spectent ad Synodi substantiam,  
& tam abesse possint, quàm adesse. Sola rectæ  
fidei custodia, & sacrorum Canonum observan-  
tia tuentur ac firmant Synodales Actus. Et juxta  
hocce Canones primum locum tenet auctoritas  
Romani Pontificis, cujus est Synodo præsidere.  
In hujus nomen formantur Synodalia Judicia.  
Et hoc non paucis sæculis: Ita enim fecit Chal-  
cedonenfis Synodus. Sardicensi Synodo Augu-  
sta jussio adhibita dumtaxat fuit ad sistendos con-  
tumaces Eusebianos. Eam invocavit Julius tam-  
quam Regii brachii auxilium. Proinde sola ejus-  
dem Julii auctoritas fuit Synodi tuitio atque di-  
rectio.

Tertius error est, quod Orientales Episcopi di-  
xerint sua Judicia non posse retractari. Et quod  
istud rectè probetur ex adducta ipsorum epistola.  
Quod item ex ista epistola rectè colligetur usus,  
qui tunc apud Episcopos invaluerat. Nempe usus  
recurrendi ad Principem, & ab ipso postulandi  
retractatorium Judicium. Respondeo errorem  
hunc esse enormem atque intolerabilem. Etenim  
ista epistola est sceleratissima Eusebianæ Factio-  
nis in Philippo-Politano Conventiculo futela,  
qua nequaquam tota Orientalis Ecclesia, sed sola  
facinorosissima Eusebii Nicomedienfis Episcopi  
conjunctio tentavit Monarchicam Catholicæ Ec-  
clesiæ unitatem lacerare, Apostolicæ Sedis Pri-  
matum destruere, Romanas appellationes de Di-  
vine legis prævaricatione accusare, damnare Julii  
Pontificis Acta circa Athanasii ac aliorum Epi-  
scoporum revocationem, & ipsum tamquam Di-  
vini Juris transgressorem excommunicare. Qua in  
re Petrus de Marca patrat excessus varios. Pri-  
mò, sceleratissimum paucorum Eusebianorum  
facinus transcribit in totam Orientalem Eccle-  
siam. Secundò, ex istius sceleratissimæ epistolæ  
auctoritate invadit Romanas appellationes. Ter-  
tiò, ex ejus testimonio affirmat nos doceri usum  
totius Orientis. Quartò, istius epistolæ iniquita-  
tem transcendit atque excedit. Etenim epistola  
solas Patriarchales, ille autem Provinciales etiam  
Synodos affirmat esse supremas atque inappella-  
biles. Quæ omnia an quadrent in Orthodoxum Ar-

Archi-Episcopum, permitto aliis definiendum,  
Dominus Archi-Episcopus tradit & secundum  
exemplum: Secundum exemplum existit apud Epi-  
phanium. Scribit enim Photinum à Synodo Sardicensi  
damnatum, velut novæ hæresos auctorem, Constanti  
Imperatoris auctoritatem implorasse, ut causam  
suam retractari obtineret, & ut ostenderet in quo se  
Judicio fuisse depositum. Constantius itaque octo Co-  
mites, id est, Consiliarios suos delegavit, qui unà  
cum Concilio Orientalium in Urbe Syrmienfi causam  
ejus judicarent, suscepta à Basilio Episcopo Ancyra-  
no cura convincendi impietatem ac hæresicos propo-  
sitiones Photini. Respondeo etiam hoc exemplum  
esse extra chorum. Etenim Sardicensis Synodus  
fuit Œcumenica, ideoque ejus Judicium fuit om-  
niò supremum, ac penitus inappellabile: At  
verò nos hic agimus de Provinciarum Synodis.  
Harum supremam auctoritatem ignoramus hæc-  
tenuis, & doceri cupimus per authentica exempla  
aut testimonia. Porro ille ad Constantium recur-  
sus fuit dignus Hæresiarcha Photino. Fuit simi-  
lis illi; quo Martinus Lutherus ad Ducem Saxo-  
niæ, aut Joannes Calvinus contra Tridentinum  
Concilium recurreret ad Regem Angliæ. Etiam  
ista Delegatio fuit Constantio digna. Etenim ille  
nihil magis habuit in voto, quàm Sardicensem  
Synodum evertere. Et Syrmienfis Synodus fuit  
una istarum, de quibus in epistola ad suos Mo-  
nachos Sanctus Athanasius: Quis videns Constian-  
tium in decernendo Principem se facere Episcoporum,  
& præsidere Judiciis Ecclesiasticis, non merito dicat  
illum esse ipsam abominationem desolationis, quæ à  
Danièle prædicta est? Dum in Sardicensi Synodo  
credebatur quid corrigendum, ejus retractatio  
fuerat à Julio postulanda, non à Constantio.  
Retractorium Judicium primi Donatistæ postu-  
larunt à Laico Principe. Quæ postulatio circa  
generalem Synodum est intolerabilis. Hac de re  
videatur epistola Sancti Leonis Pontificis ad Leo-  
nem Imperatorem.

## CAPUT XXV.

Discutuntur alia exempla, adducta  
per Dominum Petrum  
de Marca.

Tertium exemplum est Cyrillus Hierosolymæ  
Episcopus. Dominus Archi-Episcopus af-  
firmat ipsum esse lucidissimum, atque exponit:  
Cyrillus fuerat depositus ab Acacio Cæsareæ Episcopo,  
Metropolitano suo, in Synodo Provinciae Palestine,  
à qua provocavit ad majus Concilium, oblato Judi-  
cibus libello appellationis. Annotat Socrates primum  
omnium Cyrillum contra consuetudinem & Canonem  
Ecclesiasticum appellationem usurpasse ad eum morem,  
qui in foro obtinet. Audiendus est totus Socratis  
contextus, agens de Actis Seleuciensis Concilii:  
Acaciana Factio ad Concilium accedere recusavit.  
Qui autem alterius erant partis, in Ecclesiam conve-  
nientes accesserunt Acacium cum suis, quò de Cyrillo  
Hierosolymorum Episcopo decideretur. Hoc loco intel-

ligamus oportet Cyrillum jam antea accusatum fuisse,  
& ab Episcopatu submotum. Qui simul atque de gra-  
du esse dejectus, appellationis libello ad eos, qui  
eum deiecerant, misso, ad majores Judices provo-  
cavit. Cui quidem appellationi Constantius Impera-  
tor suffragatus est. Atque à Cyrillo solo & primo,  
perinde ac si res apud Laicos Judices ageretur, con-  
tra Canonis Ecclesiastici consuetudinem provocatum  
est. Tandem Seleuciam, ut de eo Judicium fieret,  
adventant. Et ob eam causam Episcopi Acacium cum  
suis accesserunt. At ubi sepius accesserit non venerunt,  
illum ipsum Acacium abdicant. Et Cyrillum resti-  
tuerunt. Dominus Petrus de Marca commenta-  
tur: Unde colligere possumus nondum receptam ea  
ætate fuisse appellationem à minori Synodo ad majo-  
rem, neque à Provinciali ad Patriarchalem. Nam  
Concilium Antiochenum non tribuebat facultatem ap-  
pellandi ab una Synodo ad aliam. Unica ei mens fuit  
præscribere, quandonam deposito Episcopo liceret  
Principis Rescriptum ad majus Concilium imperare  
ad obtinendam revisionem, quæ primos Judices non  
vetabat secundo Judicio interesse. Nihilominus Cy-  
rillus simpliciter appellavit ad majus Concilium, ap-  
pellationemque suam primis Judicibus denunciavit,  
cum mos postulare videretur, ut Rescriptum Princi-  
pis impetraret. Elucidat per Parisiensis Parlamen-  
ti & Cancellariæ morem, atque prosequitur:  
At Cyrillus ultra progressus est. Nam præter innova-  
tionem ab eo introductam Rescriptum quoque Constian-  
tium obtinuit secundum morem, quo causa eadem retra-  
ctari jussa est in Concilio Seleuciensi, cujus auctoritate  
restitutus est Cyrillus.

Respondeo Dominum Archi-Episcopum variè  
labi. Primus error est, quod dicat Cyrillum  
non ad superiorem provocasse Synodum, sed ad  
numeriosorem. Etenim rerum ad Antiochenum  
Patriarchatum spectantium peritissimus Theodo-  
retus scribit in Ecclesiastica Historia: Acacius ab-  
dicavit Cyrillum, ac Hierosolymis expulit. Cyrillus  
autem proficiscitur Antiochiam, quam Pastore orba-  
tam reperit. Inde Tharsum potens, cum Sylvano  
Ecclesiæ illius Antifite ætatem degit. Quare rem ut  
accepit Acacius, litteras dedit ad Sylvanum, eun-  
que de Cyrilli abdicatione certiore fecit. At Sylva-  
nus à ministerio Ecclesiastico illum minimè prohibuit.  
Ubi Episcopi convenerunt Seleuciam, Cyrillus cum  
Sylvano sit Concilii Particeps. Palam affirmat Cy-  
rillum non ad numerosiorem Synodum, sed pro-  
vocasse & accessisse ad suum Patriarcham Antio-  
chenum. Et quia vacabat vidua Sedes, institui  
nequit retractatorium Judicium. Hinc novum  
Patriarcham expectans, accessit Tharsum, Me-  
tropolim Ciliciæ, quò potentis Metropolitæ pa-  
trocinio contra Acacii violentias muniretur. Et  
Sylvanus officio non defuit. Quidquid enim  
Apostolicum Canonem, qui unius Episcopi  
damnatum vetat admitti ab alio, Acacius incla-  
maret, ille Cyrillum non seclufit ab Episcopali  
communione, nec prohibuit à sacro Ministerio.  
Et ejus Judicium ac factum comprobavit Seleu-  
ciensis Synodus. Etenim utrumque admittit ad  
Synodalem confessum atque suffragium. Tracta-  
vit ut Canonicos Episcopos: Utique propter ap-  
pellationem, juxta Canones Sardicenses. Nempe  
isthuc erant non soli Antiochenorum Cano-  
num,

num, & Philippo-Politanae audaciae authores Episcopi, sed plurimi etiam Catholici, qui Sardicenses Synodum probabant & admittebant. Seleucensis Synodus Acacium cum suis, non uti Coniudicem, sed uti futurum reum evocavit ad reddendas rationes sui iudicii. Et contumacem degradavit. Quae omnia quis non videt facta fuisse juxta Canones Sardicenses? Quare & Socrates per majores iudices omnino intellexit superiores.

Secundus error est, quod Seleucensis Concilii tempore necdum esset appellatio à Provinciae Synodo ad Patriarchalem. Etenim contrarium lucet ex jam exposita appellatione Cyrilli. Et viginti circiter post annis habita Constantinopolitana Synodus sanxit: *Si qui dicunt se habere aliquas adversus Episcopum criminationes, eas jubet sancta Synodus primum quidem apud Provinciae Episcopos accusationem prosequi, & apud eos probare crimina Episcopi, qui aliquarum rerum accusatur. Quod si evenerit, ut Provinciales Episcopi crimina, quae Episcopo intentata sunt, corrigere non possint, tunc ipsos accedere ad majorem Synodum Diocesis illius Episcoporum pro hac causa convocatorum. Si quis autem his, quae decreta fuerint, contemptis, ausus fuerit vel Imperatoris aures molestia afficere, vel secularium Principum, vel universalem Synodum perturbare, neglectis Diocesis Episcopis, eum nullo modo esse ad accusationem admittendum, ut qui Canonibus injuriam fecerit, & Ecclesiasticum ordinem everterit. Patriarchales appellationes adeo probat & firmat, ut ante expletum de ipsis retractatorium in Patriarchali Synodo iudicium rigidè interdicit recurri ad Rescripta Principum, aut etiam ad generalem Synodum totius Ecclesiae. Profitetur se hac sancire non de novo, sed juxta sacros Canones & Ecclesiasticum ordinem, quem everti nolit, aut perturbari. Has enim appellationes introduxit Canon Apostolicus. Hinc easdem firmant Chalcedonense Concilium, octava Synodus, Canones Arabici, & alii plures.*

Tertius error est, quod Antiocheni Canones non ab una Synodo provocari ad aliam, sed solummodo permittant postulari Rescriptum Principis, qui malè iudicatam causam dignetur alteri Synodo delegare. Respondeo parum referre, quid isti Canones sanxerint. Ex ipsis non possumus variam Ecclesiae disciplinam, nec veram Ecclesiasticorum iudiciorum normam agnoscere. Quoniam sunt Eusebiana soboles, damnata per Canones Sardicenses. Nihilominus omnis veritas est suavis & amabilis, ideoque exquirenda. Sexti Canonis verba sunt lucida: *Si quis à proprio Episcopo fuerit excommunicatus, non prius ab aliis suscipiatur, quam fuerit susceptus à proprio Episcopo, vel facta Synodo accedens se defenderit, & persuasa Synodo aliam sententiam retulerit.* Permittit ab Episcopo provocari ad Synodum. Et nulla est mentio Rescripti aut Principis. Utor translatione Gentiani Herveti, quia hic est clarior. Duodecimus Canon est aequè lucidus: *Si quis à proprio Episcopo depositus Presbyter vel Diaconus, vel Episcopus à Synodo, ausus fuerit Imperatoris auribus molestiam exhibere, cum oporteat ad ma-*

*rem Synodum converti, & jus quod habere se putat, ad plures Episcopos referre, eorumque examinationem ac iudicium suscipere. Qui igitur his contemptis, Imperatori molestus fuerit, is nulla venia dignus, neque sui defendendi locum habeat, nec futurae restitutionis spem exspectet.* Non est opus commentario. Canon non solummodo permittit, sed sub gravissima poena mandat & Episcopis & Clericis, ut Rescripta intermittant, & à Synodo provocent ad Synodum. Utrique à Provinciali ad Patriarchalem. Decimus quartus & decimus quintus Canon hanc facultatem limitant ad eos, qui unanimi totius Provincialis Synodi suffragio non fuerint damnati. Unanimiter damnatis occludit januam huius refugii. Et contra hunc Canonem prodit sextus Constantinopolitanus, qui non nisi post exceptam à Patriarchali Synodo sententiam permittit confugi ad Rescripta. Iste enim sextus Canon est ille, cuius vigore Theophilus Alexandrinus tentabat sanctum Joannem Chrysostomum proferbere in perpetuum ac insolubile exilium. Palladius Helenopolitanus ipsum proponit in hæc verba: *Si quis Episcopus aut Presbyter, iuste sive iniuste depositus, ex se ipso absque Synodo in Ecclesiam redierit, hic jam excusationis non habeat locum, sed omnino expellatur.* Est variè alteratus. Mixtus ex quarto & sexto. Haud dubiè techna Theophili. An Constantius Cyrillo Rescriptum dederit, ignoro. Si dederit, ipsum non appellandi aut retractandi faciebat facultatem, sed factam appellationem comprobabat, & adjuvabat executoris iussionibus.

Porro quid in Cyrillo Socrates propriè improbet, non est manifestum. Quidquid sit, graviter errat, dum scribit Cyrillum fuisse primum ac solum istius excessus Patratorum. Etenim etiam de Donatilis, à Romano Melchias Pontificis iudicio provocantibus, ad Arelatensem Synodum scripsit Imperator Constantinus: *O rabida furoris audacia! Sicut in causis gentium fieri solet, appellationem interposuerunt.* Existimo Cyrillum ab unanimi Acacianæ Synodi suffragio fuisse damnatum, atque ita appellando impigisse in quintum decimum Canonem Antiochenum. Et adjuvissè se per leges. Etenim leges etiam illum, qui apud Provincialis Præfetti Tribunal fuerit unanimi omnium Assessorum suffragio damnatus, permittunt provocare ad Præfectum Prætorii. Hinc Constantius fuit appellationi suffragatus. Censuit indultum Laicis per leges in minoribus etiam causis refugium, Episcopis in capitali causa non posse per Canones denegari. Proinde Socrates, dum scribit Cyrillum solum ac primum impigisse in Canonis consuetudinem, respicit Canones Antiochenos. Et isto sensu possit verum dicere. Interim Constantii atque Cyrilli iudicium probavit Constantinopolitana Synodus. Omnibus generatim damnatis per Provinciae Synodum Episcopis permisit provocare ad Synodum Patriarchæ. Etiam damnatis unanimi suffragio. Hi namque damnati tunc passim confugiebant ad appellationem ad Patriarcham. Existimo sanxit se ex

se ex rogatu optimi Imperatoris Theodosii, qui suas turbatis tunc Reipublicæ negotiis distentissimas aures inquietari nolebat similibus Episcoporum quaestionibus. Insuper Episcopi isti omnem Eusebianæ iniquitatis Factionem, omniaque ejus contra Apostolicam Sedem attentata volebant extincta. Quod Socratis auctoritatem modici pendam, nemo admiretur. Etenim de ipso, Hæresiarchæ Nestorii res exponente, scribit in primo suo libro Evagrius Epiphaniensis: *Licet Socrates rem aliter, utpote ejusdem ignarus, commemorat.* Et tamen fuit vicinus Nestorii ævo.

Procedamus ad quartum exemplum: *Quartum exemplum peti potest ex damnatione Sancti Joannis Chrysostomi, qui cum in Synodo ad Quercum depositus fuisset à Theophilo Episcopo Alexandrino, in exilium actus est ab Imperatore, revocatus tamen ab eo paulò post. At is, tamesi revocatus fuisset, egrè ferens iudicium adversus se latum, tamesi nullitatis plenum ac erroribus, Arcadii Augusti præsidium expetit, rogans ut Synodum congregaret, in qua omnes accusationes de integro iudicarentur. Mox obsecrabamus Christianissimum Regem, ut Concilium ageret, quo facta hæc iustificarentur, ut ipse ait in epistola ad Innocentium. Et Concilium quidem illud convocatum est, sed infelici eventu quoad causam magni istius Viri.*

Respondeo facti seriem esse breviter elucidandam. Ab Arcadio, per quem ob prioris Synodi auctoritatem eiectionis, in honorem ac Sedem revocatus atque repositus beatus Joannes, per Antiochenos Canones, quorum directione damnatus fuerat, voluit se firmare. Prioris Synodi iudicium voluit per majorem circumducere. At res malè cessit. Ea circumductio fieri debuerat ante reditum, ante resumptum Thronum, ac præsertim ante resumptum sacrum ministerium. Hinc Theophilus conclusit ipsum impigisse in quartum & sextum Canonem, addidisse excessus excessibus, atque ita excidisse omni spe excusationis, audientiae, ac restitutionis. Et ita relegatus fuit in perpetuum ac insolubile exilium. Extrema hæc calamitas Joanni aperuit oculos, & ipsos direxit ad sanctum Petrum Apostolum, ejuque in Romana Cathedra Successorem Innocentium. Joannes ad hunc appellavit. Et per ipsum fuit repositus. Et huius iudicii iustitiam ac plenam auctoritatem agnovit omnis tandem Oriens. De auctoritate nemo Orthodoxus dubitavit. Iustitiam agnovere tandem Theophili etiam nepos & Successor Cyrillus, itemque Joannis intrusus Successor Atticus. Eorum de hac re litteras integras apud Nicephorum Calixtum, ipsarum fragmenta habes apud Facundum Episcopum Hermitanensem. Optimi operis authores fuerunt Sanctus Alexander Patriarcha Antiochenus, Sanctus Isidorus Pelusios Presbyter Alexandrinæ Ecclesiae, & Sanctus Augustinus. Huius enim opera prodit hic Africanus Canon: *Placuit ut de diffensione Romanae atque Alexandrinæ Ecclesiae ad sanctum Papam Innocentium scribatur, quo utraque Ecclesia inter se pacem, quam præcepit Dominus, teneat.* Etenim Innocentius Pontifex sanctum Cyrillum, quod suo in Joannem iudicio nollet acquiescere, adeo avertatus fuit, ut licet non

excommunicaverit, noluerit tamen vel ipsi vel ejus Ecclesiae communicare, usque ad præstitam laudato iudicio plenissimam obedientiam. Dissociata fuit istarum Ecclesiarum communio. Quin & ipse Theophilus iudicium istud agnovit. Etenim in mortis lecto sibi adferri iustus Sancti Joannis imaginem, ab ipso supplicavit veniam, & veneratus est ut Canonicum, ac benè restitutum Episcopum. Ita in tertia pro sacris Imaginibus oratione testatur Sanctus Joannes Damascenus ex historia Isidori Diaconi. Et istum Canonem tanti fecit omnis Africana Ecclesia, ut retulerit in suum Codicem. Ex quibus omnibus manifestissimum sit hanc appellationem fuisse probatam ab omnibus sub cælo Ecclesiis. Item manifestissimum est hæc Scripta esse indigna tanto Parisiensium Archi-Episcopo.

Ipsè interim adducit & quintum exemplum: *Manet itaque sententia à me prolata, iudicia nempe in Synodis Provincialibus lata adversum Episcopos appellationi obnoxia non fuisse secundum antiquos Canones, tamesi Revisioni locus esset; si ita Princeps Rescripto iuberet. Obtinebat ea consuetudo non solum in Oriente, sed etiam in Gallia, ut constat ex his, quae Valerianus Episcopus Antiodorensis dissevit in Synodo Agrippinensi, quae habita est adversus Euphratam illius civitatis Episcopum. Eum quinque Episcopi deposuerant propter hæresim. Primi verò iudices optarunt, ut damnatio ab ipsis decreta confirmaretur & approbaretur à majori Episcoporum Gallicanorum numero. Eam itaque ob causam Metropolitanos octo Provinciarum evocarunt ad Coloniam Agrippinam. Eo in Concilio Valerianus dixit validam esse depositionem à quinque illis Episcopis decretam, neque necessarium prorsus fuisse, ut nova hæc congregatio fieret. Hoc fuit Valeriani suffragium: Etsi non omnes Consensores, hic apud Agrippinam Dei voluntate qui sumus adunati, convenissemus, suffecerat à quinque Episcopis Euphratam blasphemum, quia Christum Deum negat, pro meritis suis sententiarum, ideoque iure esse depositum.*

Respondeo antiquos Canones, qui Provincialium Synodorum iudicia sanciant non esse Romanis appellationibus obnoxia, à nobis ignorari. Adducantur, & doceamur. Quod enim Nicæni, Sardicenses, Constantinopolitani, Chalcedonenses, & octavae Synodi Canones istas appellationes comprobent, est nimis manifestum. De Nicæna Synodo audivimus testimonium Julii Pontificis. Et Constantinopolitanæ Synodo Romanam provocavit Maximus Cynicus, consecratus Episcopus à Petro Alexandriae Patriarcha, qui & ipse eo appellaverat. Chalcedonensis Synodus convenit ad retractandam appellationem Sancti Flaviani, & aliorum Orientalium Antistitum, qui per Ephesinum Latrocinium degradati appellaverant ad sanctum Leonem. Præcipuus octavae Synodi scopus fuit retractare Romanam appellationem Sancti Patriarchæ Ignatii. Sardicensis Synodus pro semetipsa loquitur: Parisiensis Archi-Episcopus pro suis figmentis nullos adducit Canones, nisi in Eusebiano sensu Antiochenos, & sceleratissimam sanctionem Philippo-Politani Conventiculi. Quasi speret nos ex Orthodoxis facere Eusebianos.



Et ejus fabula sibi ipsi hic non cohæret. Etenim Imperatorias Episcopatum causarum delegationes affirmat viguisse etiam in Gallia, idque constat ex Valeriani Episcopi suffragio: Et statim addit Episcopos istos ad Agrippinensem Synodum convenisse ad *posulationem Fratrum*. Non igitur ex sacra delegatione. Valeriani suffragium nec unum jota habet, quod faciat talis delegationis memoriam: Quomodo igitur ex ipso constat istas delegationes viguisse etiam in Gallia? Non nego viguisse, sed affirmo istud non constare, immo nec conjecturari ex Valeriani suffragio. Præterea Valerianus, ac item Amandus Argentinensis Episcopus quidem affirmant priorem quinque Episcoporum Synodum suffecisse ad damnandum Euphratam; aut ubi dicunt ipsam fuisse inappellabilem? Toto cælo ista differunt. Quin immo Euphratas videtur appellasse. Alioquin quomodo ad ejus causam retractandam convenisset hæc præfens major Synodus? Quin & ab hac videtur appellatum. Etenim Dominus Archiepiscopus profiteatur ipsam convenisse anno quadragesimo sexto quarti sæculi: At verò sequenti anno Euphratas, uti integer Episcopus, adfuit Sardicensi Concilio, & cum Vincentio Capuano egit res non modicas. Erat ergo solutus ab Agrippinensis damnationis vinculo. Certè non per alium, quam per Romanum Pontificem. Res est discussa superius. Persevero de istius rei veritate ambigere.

Audiamus & sextum exemplum: *Saturninum Episcopum Arelatensem Gallicani Episcopi in Synodo Parisiensi excommunicarunt, qui nulla mentione facta confirmationis à Romano Pontifice decreta, Synodalem suam Epistolam miserunt ad Episcopos Orientis. Significanti se inter excommunicatos ponere Auxentium, & reliquos Episcopos quos excommunicatos fuisse scripserant Episcopi Orientales. Tum denunciant excommunicatum à se fuisse Saturninum Arelatensem.* Respondeo Dominum Archiepiscopum recedere à suo themate. Etenim non ait hanc Parisiensem Synodum fuisse immunem à Romana appellatione, sed non retulisse Romam, nec expectasse Romanæ confirmationis Rescriptum. Immediatè retulisse ad Orientales. Videtur contra sua priora Asserta Gallicanas Synodos à Romanis etiam relationibus eximere. Certè Sanctum Alexandrum Alexandriæ Patriarcham, dum Arium & ejus affectas Clericos damnavit, retulisse ad Sanctum Pontificem Sylvestrum, & originales litteras tunc permansisse in Romanis Archivis, testatur in epistola ad Imperatorem Constantium Liberius Pontifex: Quomodo igitur Gallicana Synodus non retulerit damnationem Archiepiscopi Saturnini? Est alia quæstio. Deinde Dominus Archiepiscopus alibi profiteatur dogmatica Provincialium Synodorum Judicia semper fuisse appellabilia: Quomodo igitur hic Agrippinensem & Parisiensem manifestè Dogmaticas Synodos præterdit inappellabiles? Oportet esse sui memorem.

## CAPUT XXVI.

*Discutiuntur Sensa Domini Petri de Marca circa Synodum Sardicensem.*

**A**udi exordium: *Canone itaque Nicæno fir-* Cap. 3.  
*mata est, uti diximus, suprema Synodorum Provincialium auctoritas in ferendis Judiciis, quæ temperata fuit Rescriptis Principum, qui revisiones causarum fieri præcipiebant. Hinc novæ Regula data occaso, quam Sardicensis Concilium condidit, quæ transfusa est in Romanum Episcopum potestas illa, quæ Imperatoribus competeat, concedendi revisiones hujusmodi. Eo tamen adhibito temperamento, quod infra adnotabitur. O miserum Romanum Episcopum, qui in Provinciales suorum Episcoporum Synodos nihil potestatis accepit à Christo Domino, & nescio quid potestatis per Sardicensis Synodi gratiam mutuare debuit à laica Regum violentia! Immo ò miserum quemcumque hominem, qui talia commenta tentat Christianis mentibus imprimere! Si Romanus Episcopus nullam hic à Christo Domino auctoritatem, sed solum istud laicæ violentiæ imitamentum habet, quæ potestate antea degradavit Martianum Episcopum Arelatensem? Quæ potestate appellantes admittit Basilidem & Martialem? Quæ fronte Julius admisit & reparavit Sanctum Athanasium, & longè plures Orientalis Ecclesiæ ad se appellantes Episcopos & Clericos? Certè hæc de re scribit in Ecclesiastica historia Theodoretus: *Julius Ecclesiasticam sequens regulam, & Eusebianos Romam venire jussit, & Divino Athanasio diem ad Judicium dedit. Qui simul ut citationem accepit, in viam se dedit. At qui fabulam norant, quippe qui eam ipsi condiderant, Romam idè profecti non sunt, quod mendacium facile deprehensum iri sentiebant. Quam regulam, quem Canonem secutus est Julius? Certè non alium, quam Apostolicum, confirmatum à Nicæna Synodo, & redactum in Scriptum. Nemo indignetur, quod Imperatorias Episcopatum causarum delegationes dicam esse Regiam in Ecclesiæ dignitatem & sacros Canones violentiam. Etenim Dominus Petrus de Marca affirmat Provincialium Synodorum sententias, quas perpetua Ecclesiæ consuetudo, & Nicæni, adeoque etiam Apostolici Canones velint supremas & inconcussas, fuisse per sacra Rescripta retractari jussas à Romanis Imperatoribus: Quis istam Delegationem fuisse concussionem, quis tantorum Sigillorum infractionem inficietur fuisse violentiam? Certè ista, sacris Canonibus consona, Rescripta dispensatoriè ac patienter toleravit olim Ecclesia; diffona constanter excussit, uti violentias.**

Quod Romana appellatio sit non desumptum ex Regia violentia imitamentum, sed perpetua consuetudo, atque Apostolica traditio, immo & Divinum Christi Institutum, est antiqua fides Gallicanæ Ecclesiæ. Etenim inter Ludovici Imperatoris Pii, in quarto additamento, Capitula

ria sunt & hæc: *Placuit ut accusatus, vel judicatus à Comprovincialibus in aliqua causa Episcopus, licenter appellet & adeat Romanæ Ecclesiæ Pontificem, qui aut per se, aut per suos Vicarios retractari ejus negotium procuret. Et dum iterato Judicio Pontifex causam suam agit, nullus alius in ejus loco ponatur, aut ordinetur Episcopus. Quoniam quamquam Comprovincialibus Episcopis accusati Pontificis causam scrutari liceat, non tamen desiniri, inconsulto Romano Pontifice, permissum est, cum Beato Petro Apostolo non ab alio, quam ab ipso Domino dictum est: Quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cælis; & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cælis. Ut omnes Episcopi, qui in quibusdam gravioribus pulsantur vel criminantur causis, quoties necesse fuerit, liberè Apostolicam appellent Sedem, atque ad eam, quasi ad Matrem, confugiant, & ab ea, sicut semper fuit, proficiantur, defendantur, & liberentur. Cujus dispositioni omnes majores Ecclesiasticas causas, & Episcoporum Judicia, antiqua Apostolorum, eorumque Successorum, atque Canonum auctoritas reservavit. Hæc est antiqua & perpetua Gallicanæ Ecclesiæ fides, quam Petrus de Marca non possit transfigere. Et disertè affirmat retractatorum Judicium posse fieri etiam per ipsum Pontificem. Utique in alma Urbe. Etiam hunc articulum affirmat esse traditionem Apostolicam.*

Palmaris pro nostra fide præscriptio est, ut nihil credamus nisi quod accepimus à nostris Majoribus, illi à suis, isti tandem ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus autem accepit à Deo. Quidquid has lineas egreditur, est vana novitas, & damnandus error. At verò quod Episcopatum appellationum admittendarum & retractandarum potestas in Romano Pontifice sit quoddam Regium Rescriptorum imitamentum, nemo unquam evomuit: Non ipse Nicomedienis Eusebius, non Photius, nec forsitan Michael Cerularius, longè minus Rhemenis Hincmarus. Hoc novum dogma expectabat felices Natales, aut Episcopales infulas Petri de Marca. Non indulgeo suspicionibus aut conjecturis, ipsemet illud disertè profiteatur: *Sardicensi Concilio debetur prima origo juris Summi Pontificis quoad Judicia Canonica Episcoporum. Quamquam si rem propius introspicimus, neque Canonum verba egrediamur, manifestum erit nihil illic statutum esse adversus supremam Synodorum Provincialium auctoritatem, Canone Nicæno firmatam. Fateor equidem hæcenus universis persuasum fuisse, repertam esse in Synodo Sardicensi legem de appellationibus adversus Episcoporum Judicia, easque à summo Pontifice judicandas esse ex Præscripto hujus Concilii. Verum ut ab ea persuasione recedam, facit quod à me observatum est, nempe jus tantum concedendi revisionem à Synodo Sardicensi introductum esse in gratiam Sedis Apostolicæ, & in quoddam detrimentum auctoritatis Imperatoriæ. Hæc interpretatio mea est. Quam cum aliquot viris doctis aperuissem, eam illi suffragio suo comprobant. Disertum quippe est inter appellationem ac revisionem. Illa namque integram causæ cognitionem transfert ad Judicem superiorem, qui quæstionem excutit, & desinit in suo tribunali; ac reviso definitivum Judicium relinquunt priori jurisdictioni, ea ratione ut prioribus Christi. Lupi Opera T. VIII.*

Judicibus novi adjungantur. Sed huic persuasioni, quam dixi, occasionem dedit ipsa Sardicensis Synodus, quæ vocibus Appellandi & Provocandi improprie utitur, quod retractatio vicem subeat appellationis. Unde factum est, ut sequens ætas existimaverit in his Canonibus agi de vera appellatione, juxta propriam hujus vocis significationem.

Disertis verbis gloriatur suum dogma esse novum, ac se esse ipsius inventorem, ideoque & novum Dogmatistam. Et addit plurimos errores. Primus est, quod Romanæ appellationis origo sit à Synodo Sardicensi. Secundus est, quod quintus Nicænus Canon Provincialium Synodorum judicium adscribat supremam & inconcussam auctoritatem. Hæc assertio est totius devixæ ac paradoxæ machinæ principale fundamentum, ideoque toties repetitur. Joannes David rectè scribit esse assertionem fatuam. Tertius error est, quod Sardicenses Canones istam supremam auctoritatem in nullo diminuant. Quartus error est, quod circa hos Canones universa hæstent Ecclesia fuerit in errore. Quod veritas in Democriti puteo huc usque latuerit; & non nisi à paucis annis liberatorem invenit. Et quidem tanta veritas. Quintus error est, quod universa huc usque Ecclesia crediderit appellationis Romanæ legem esse repertam per istos Canones. Etenim universa semper credidit Ecclesia Romanæ appellationis legem, utpotè Apostolicam atque Evangelicam, non esse repertam aut introductam per istos Canones, sed expositam, stabilitam & confirmatam. Sextus est, quod isti Canones non adscribant novæ appellationis auctoritatem, sed solius revisionis.

Septimus error est, quod hi Canones istud jus adscribant Romano Episcopo, non in ablationem, sed dumtaxat in quoddam detrimentum auctoritatis Imperatoriæ. Proinde hanc auctoritatem Imperatoribus nequaquam auferunt, sed stabiliunt, & ipsam communicant ac derivant in Romanum etiam Episcopum. Ad eum modum, quo nonus Chalcedonensis Canon Exarchicæ appellationis jus per tres Autocephalos Dioceses, quod antea competeat solis Exarchis, extendit ac derivat in novum etiam Patriarcham Constantinopolitanum. Proinde uti hic Chalcedonensis inter istos Primates & istum Patriarcham, ita Sardicensis Canon inter Imperatorem & Pontificem introduxit appellandi Alternativam, & jus præventionis, Alternativam & eligendi jus dedit ipsi Appellantibus. Sunt lepida Dogmata. Porrò Imperator, qui Tyrannum non agat, Provincialium Synodorum sententias per semetipsum retractare non potest, sed dumtaxat delegare aliis Episcopis. Petrus de Marca censet nihil aliud Juris Romano etiam Pontifici adscribi per Sardicenses Canones. De Imperatore Constantio scribit ad suos Monachos Sanctus Athanasius: *Quis videns eum in decernendo Principem se facere Episcoporum, & præsidere Judiciis Ecclesiasticis, non meritò dicat illum esse eam ipsam abominationem desolatam, quæ à Daniele prædicta est? Nam cum circum-amidus sit Christianismo, & in loca sancta penetret, & inibi consistens devastet Ecclesias, abrogans Canones, & vi agens ut sua obitneat, quis*

unquam audebit dicere hoc tempus Christianis pacatum esse, & non potius persecutionem? Et talem persecutionem, qualis nec antea fuit, & qualem fortasse nemo unquam fecerit, nisi filius ille iniquitatis? Quod nempe per se judicare non posset, sed solummodo delegare. Proinde & Romanus Pontifex, si talia attente in Provinciales Synodos, hujus novi dogmatis iudicio erit abrogator Canonum, persecutor Ecclesiae, desolationis abominatio, & Anti-Christus. Lutherani & Calvinistae haec libentissimè audierint, Eusebiani ista in suo Constantio non solummodo tolerabant, sed & laudabant, ac insuper incitabant ad talia. Magnus enim Athanasius agit de Mediolanensi Synodo, quam à Liberio Pontifice postulatam ad pacandam tandem aliquando Ecclesiam Constantium permisit. Verùm Eusebiani, videntes rem non succedere ad sua vota, auctores fuerunt Principi, ut insignem plusquam trecentorum Episcoporum Conventum ex Ecclesia transferret ad Palatium, ac ipse praesideret, & Episcopos cogere ad sua desideria. Et Constantius fecit. Erat retractatorium de Athanasii causa iudicium. An istiusmodi praesidentiam & Ecclesiasticorum iudiciorum retractationem Dominus Archi-Episcopus damnaret hodie in Regibus, ignoro: Et nolo accusare quod nescio. Quidquid sit, in Romano Pontifice censet ista esse intolerabile attentatum.

Octavus error est, quod Romanus Antistes à retractatorio appellatae causae iudicio non possit priores Iudices excludere: Quod debeat definitivum iudicium relinquere priori iurisdictioni, ea ratione ut prioribus iudiciis novi adjungantur. Error est in superioribus abundè refutatus. Interim Dogmatistes pergit errores cumulare erroribus: Attamen jus in Sardicensi Synodo questum Episcopo Romano est prorsus diversum à iudicio appellationis, cum nihil aliud ei concessum sit, quam ut decernere possit causam retractationem. Quippe Synodus statuit, ut si Episcopus damnatus Pontificem Romanum appellaverit, in potestate ejus sit appellationem respuendi, quo pacto sententia Episcoporum Provinciae confirmabitur, aut eam admittendi: Quo casu debet Episcopus Romanus iudicium integrum remittere ad Episcopos Provinciae, & ad finitimos, ut illi causae cognitionem suscipiant praesente Legato summi Pontificis. Praeterea appellationis ea vis est, ut priore interim sententia supersedendum sit. Quod aliter obrinet in revisione. Nam consuegum illud ad Apostolicam Sedem non impeditur, quin interim sententia depositionis executioni mandaretur. Plures iterum errores. Primus est, quod Romanus Pontifex appellatas causas ipse per se judicare non possit, nec Romam ad suum tribunal evocare. Secundus est, quod nihil possit, quam delegare retractaturos Iudices. Tertius est, quod delegare non possit quoslibet, sed solos ejusdem, aut viciniae Provinciae Episcopos. Quartus est, quod Romana appellatio solummodo devolvat, non autem suspendat, ideoque Appellatorem Pontifex ante expletum retractatorium iudicium non possit revestire. Et ex his Dominus Archi-Episcopus concludit Romana permissa nequaquam esse veras appellationes, sed

damtaxat revisiones. Et bene concludit. At falsum ex falso. Etenim omnes ejus Praemissae sunt vanissima figmenta. Quare ego concludo Romana permissa esse verissimas appellationes. Hinc Sardicensis Synodus vocibus Appellandi & Provocandi est usa in propria significatione.

Dominus Petrus de Marca pergit: Hujus autem juris novam esse institutionem probant verba Canonis. Si placet vobis, inquit Hosius Cordubensis Episcopus, Sancti Petri Apostoli memoriam honoremus. Non ait confirmandam esse antiquam traditionem, quemadmodum fieri consuevit in negotiis, quae renovatione tantum, aut explicatione juris antiqui indigent. Eodem argumento utitur Paschasius Quesnellus: Et adjungit, quod Hosius trepidè, & admodum dubitanter, & quasi supplex istam Romano Pontifici gratiam à Synodo oraverit, ac exoraverit. Quod nempe sciret à se postulari rem novam, dissonam Nicænis Canonibus, & constanti adversam consuetudini. Respondeo hanc Synodalem Hosii Praedidis relationem dirigi adversus Philippo-Politana Eusebianae Factionis Attentata, quae eo ipso tempore Divinam Ecclesiae Monarchiam Romanae Ecclesiae Primatum, Divinum Romanae appellationis jus, omnia Sancti Petri Apostoli privilegia projiciebant in terram. Nam & in Sanctum Julium Pontificem propter admissam Sancti Athanasii ac aliorum Orientalium Episcoporum appellationem, propter ipsos ante retractatorium iudicium revestitos, & ob istam retractationem delegatam Sardicensi Synodo, isto ipso tempore excommunicationem ore rabido larrabat & degradationem. Adversum ista facinorosissima Attentata declamat Hosius: Reverendissimi Patres, qualia jam sunt Philippo-Poli, vos nostis. Non sola Divina Ecclesiae Hierarchia, sed & ipse Apostolorum Princeps projectur & conculcatur. Restituti per ipsum Episcopi denuò spoliantur. Clamantur appellando crimina cumalasse criminibus, ideoque & in ipsos damnationes cumulantur damnationibus. Ipse summus Pontifex, cujus ego apud vos sum Vicarius, tamquam Divinae legis praevicator, & novarum in Ecclesia rerum propter admissas appellationes auctor, anathematizatur. Et cum ipso primates hujus Synodi Antistes. Quare nobis non licet dormire. Ante omnia, si vobis placet, oportet nos honorare memoriam Sancti Petri Apostoli. Hosii relatio talem habuit sensum. Nullatenus novitatem oler, sed omnino clamat vetustatem, ejusque stabilimentum & confirmationem.

Confiteor, dicere potuerat, Renovemus ac elucidemus Nicænos Canones. Attamen nec debuit, nec dixit. Constantinopolitanæ Synodi Patres in suo Symbolo dixerunt de Spiritu Sancto: Ex Patre procedit. Potuerant dicere: Ex Patre Filioque procedit. Certè prædidissent duras Ecclesiarum quaestiones, lamentanda schismata. Hinc Caroli Magni Legatio dixit ad Leonem III. Nunquid non bene iidem tunc auctores fecissent, si quatuor tantum addendo syllabas, tam pernecessarium fidei Sacramentum cunctis detriceps seculis perspicuum redderetur? Et Pontifex respondit: Sicut non audeo dicere non bene fecisse si fecissent, quia proculdubio sicut caetera quae vel omiserunt, utique,

utique, & non tam humana, quam Divina illuminati sapientia fecerunt; ita quoque non audeo dicere istud eos nobis minus intellexisse. Perpendisse, cur dimiserint. Tu & tu videte, quid sentatis de vobis. Nam & ego me illis non dico praferam, sed etiam illud absti mihi, ut coequare praesumam. Hoc ipsum ego respondeo de Synodali relatione Confessoris Hosii. Haud dubiè Spiritus Sanctus ei non revelavit, quod periculosa novissimorum dierum tempora essent visura Catholicos viros, qui ejus verba tam perverè detorquerent.

Et quidem constantissimo huic Confessori timiditatem in Sardicensi Synodo adscribere est atrox nimium contumelia. Quam intrepido isthuc animo egerit, edicit ipse in litteris ad Imperatorem Constantium. Hic ab Eusebianis seductus Princeps adeo oderat Sanctum Athanasium, ut in Mediolanensi Synodo dixerit ad Liberium Pontificem: Praeclaram illam victoriam, de Maguentio & Sylvano partam, non tanti facerem, quanti Athanasii ab Ecclesiasticarum rerum administratione abdicationem. Hinc primum per Promissa, deinde per Regias minas tentavit Hosium cogere in suam sententiam. Ast ille respondit: Ego Confessionis munus explevi, primum cum persecutio moveretur ab avo tuo Maximiano. Quod si tu quoque persecutionem moves, etiam nunc ad quidvis potius sustinendum paratus sum, quam ut effundam innocentem sanguinem, & veritatem prodam. Fui ipse in Sardicensi Concilio, ipseque ultro Athanasii inimicos provocavi, ut si quid contra eum haberent, edicerent. Promissique eis securitatem, & ne quidquam aliud expectarent, quam rectum in omnibus iudicium. Id non semel, sed bis feci. Ecce quanto & quali Episcopo Paschasius Quesnellus impingit timorem, trepidationem, supplices preces pro Divinis Sancti Petri privilegiis. Adducenda sunt, quoniam nos docebunt rem non modicam, etiam sequentia epistolae verba: Quod si nollent rem ab universa Synodo disceptari, saltem me iudice uterentur. Retractatorium Athanasianae causae iudicium per appellationem erat devolutum ad Sedem Apostolicam. Sed quoniam Eusebianae Factionis Episcopi, qui ipsum in Tyria & Antiochena Synodo damnaverant, contumaciter nolebant Romam adesse, eos per Constantis & Constantii Imperatorum auctoritatem Julius Pontifex iussit adduci Sardiniam, & isthuc fieri retractationem in generali Synodo, cui Hosius praesideret. Et in Factionis gratiam addidit facultatem, qua solus Hosius, si isti mallet, retractaret: Nempe ne coram tota Synodo confunderentur. Ex quo lucet, quod Apostolicus Canon, aut antiqua consuetudo Pontificem non constringeret ad certum retractationis modum. Quare nec constringit, aut constringere potuit Sardicensis Synodus: Ejus sapientissimo consilio permittit plenam libertatem. Auctoritatem, quam Julius dedit toti Sardicensi Concilio, dedit & uni Hosio: Utriusque fuit delegata eadem auctoritas. Quae potestas residet in cunctis etiam Successoribus. Hinc & post Sardicensem Synodum Liberius Pontifex Imperatori Constantio, Tyriam Synodum valere volenti adversus Athanasium, in Mediolanensi colloquio opposuit varia priora pro

Athanasio iudicia, & adjunxit: Omnes contendantus Alexandriam, ubi Reus, ubi Accusator, & causae eorum Patroni sunt, atque litigantium causa diligenter cognita, sententiam de ea pariter feremus. Consensit in novam retractationem, & praescripsit novum ejus modum. Nec quisquam adversus Pontificis potestatem, sed solus facinorosus Episcopus Centum-Cellensis Episcopus intercessit de nimis impensis publicae Vecturae. Nempe omnes noverant retractationis modum esse in sapientissimo ac liberrimo Pontificis arbitrio. Quare nec Julius pro retractanda Sancti Athanasii ac aliorum Orientalium Episcoporum causa ad Sardicensem, nec pro ejusdem Athanasii denuò agitata causa Liberius ad Aquilejensem aut Mediolanensem, nec Innocentius pro retractanda Sancti Joannis Chrysostomi causa ad Thessalonicensem, nec pro Sancti Flaviani ac aliorum Episcoporum retractanda appellatione Sanctus Leo ad Chalcedonensem, nec pro retractanda Sancti Ignatii causa Adrianus II. fuit obligatus ad indicendam octavam Synodum. Omne illud iudicium, uti Julius uni Hosio, sic ipsi poterant uni alteri delegare. Ipsorum sapientissimum consilium ex causis elegit modum retractandi per generalem Synodum.

Porrò quod quintus Nicænus Canon Provincialium Synodorum iudicium adscribat supremam ac inappellabilem auctoritatem, nemo unquam effutivit: Nemo Catholicus, nemo Schismaticus, nemo Hæreticus. Dominus Petrus de Marca est omnium primus. Etenim Eusebiana Factio Julium quidem Pontificem ob susceptos alienos damnatos, adeoque ob violatum istum Canonem damnavit apud Philippo-Polim, attamen nequam egit de damnatis per Provinciales sui Patriarchatus Synodum, sed de solis damnatis per Synodum Dioecesanam aliorum Patriarcharum. De damnatis per Synodum Tyriam, Antiochenam, & Constantinopolitanam. Quin quisque Patriarcha posset interjectas adversus subditarum sibi Provincialium iudicia appellationes admittere, ipsas retractare, & ista etiam iudicia circumducere, nulli Eusebiano venit in dubium. Excepto unico casu unanimis suffragii, de quo Canon Antiochenus, postmodò tamen circumductus per sextum Constantinopolitanum. Eundem in sensum locutus est ad Liberium Papam in Mediolanensi Colloquio Imperator Constantius: Res de quibus constituta est formula, infringi nequeunt. Siquidem plurimum Episcoporum rata debet esse sententia. Loquitur de Tyria Synodo, cui antea dixerat omnes Orbis terrarum Episcopos adfuisse. Locutus est in sensum Eusebianaum. Etiam Aurelius Carthagenensis, & quidam alii Astorum Episcopi in infelicissima ad Caesartinum Pontificem epistola nequaquam favent Domino Archi-Episcopo. Consent quod quintus Nicænus Canon sanciat Synodalia etiam de Episcopis iudicia esse inconcussa, ideoque & damnatos isthuc Episcopos non posse Romam provocare: Verùm non de Provinciae, sed de totius suae Dioeceseos agunt Synodo. Etenim in ea ipsa epistola profitentur, quod damnati in istis Episcopi, immò & Clerici, possint ad hanc confugere. Patriarchales

ehales appellationes nec Photius extinxit, nec Michael Cerularius. Quod ipsas quintus Canon Nicænus extingueret, in nullius unquam, cujus nomen noverimus, venit animum. Quare hunc, quem Dominus Archi-Episcopus jam tentat Mundo obtrudere, istius Canonis intellectum Joannes David redissimè scripsit esse fictum.

Adducta jam Dogmata Dominus Archi-Episcopus pergit confirmare: *Sandè vix credi potest tam promptos ac faciles fuisse Episcopos, ut statim & absque ulla contradictione consenserint exui se suprema auctoritate, quam possidebant, ut judicia sua susplicet appellationi submitterent. Facilius eis persuaderi poterat, ut approbarent tribui Episcopo Romano jus concedendi Revisionem adversus eorum judicia, id est, jus Imperatoribus quæsitum communicari cum Romano Pontifice, eaque ratione paulatim, ac sensim sine sensu admi Imperatoribus. Neque enim Concilium in univèrsam id jus ademit Principibus, ut colligere possumus ex verbis Canonis septimi, quæ sic habent: Si appellaverit qui dejectus est, & confugerit ad Episcopum Romanæ Ecclesiæ. Verbis quidem illis conditionalibus datur damnato facultas implorandi auxilium Romani Episcopi; verùm id non impedit, quin etiam possit adire Imperatorem, cujus auctoritatem in hac materia satis manifestè agnoscit Synodica epistola Concilii Sardicensis, paulò ante laudata.*

Errores suos repetit, & adjungit novos. Primus est, quod Provinciales Synodi ante Sardicense Concilium haberent supremam auctoritatem. Secundus est, quod hac auctoritate se exui permiserint in gratiam Romani Pontificis. Tertius est, quod non plenè se permiserint exui. Istam enim suam auctoritatem permiserunt non per appellationes circumduci, sed solummodò circumferri per revisiones. Quartus est, quod hoc Revisionis jus tunc esset quæsitum Romanis Imperatoribus. Quintus est, quod Sardicensis Synodus Romano Pontifici nihil adscripserit, nisi istius Imperialis Juris communionem. Sextus est, quod Synodus istud jus Imperatoribus non plenè ademerit. Septimus est, quod istud colligatur ex adductis verbis septimi Canonis. Etenim verba ista nec apicem habent de Imperatoribus. Et hoc advertens Dominus Archi-Episcopus recurrit ad Synodalem epistolam, in qua Patres consentunt se agere ex permissu Principum. Quia nempe generales Synodi, quoniam & Ecclesiam & Rem-publicam movent, sine Principum permissu non solent celebrari. Quid hoc ad præsentem controversiam? Rectè tamen Dominus Archi-Episcopus addit, quod Synodus paulatim, & sensim sine sensu voluerit istud jus Imperatoribus adimere. Ita proficitur ipsum esse contra Canones, adeoque & istud ipsum censet de illius extensione ad Romanos Pontifices.

Audiamus & sequentia: *Magnum tamen discrimen intercedit inter jus quod Imperatoribus compete- bat, & illud quod Romano Pontifici tribuitur. Imperatores enim, cum negotia retractari præcipiebant, majus Concilium congregabant, ad quod evocabant Episcopos ex diversis Provinciis, pro ut eis libuerat. At Canones Sardicenses modum adhibent auctoritati Episcopi Romani, cui nihil aliud licere volunt,*

*quàm ut novos Judices donet Episcopos ex vicina Provincia, qui unà cum prioribus Judicibus intersint renovationi Concilii & Judicii.* Errores suos repetit, & adjungit novos. Repetitus jam frequenter error est, quod Sardicensis Synodus Romano Pontifici nihil detulerit, nisi Imperialis Juris communionem. Primus error novus est, quod plenam communionem non detulerit. Secundus est, quod Imperator Synodaliud Judiciorum retractationem possit delegare Episcopis, quibus voluerit. Etenim omnes Ecclesiæ Patres nullum agnoscunt Principis jus ad istas delegaciones, sed meram suam dispensatoriam tolerantiam. Canonibus conformes patienter tolerarunt, difformes constanter excusserunt. Tertius error est, quod Pontifex appellatarum causarum retractationem delegare non possit, nisi eidem aut vicinæ Provincie. Etenim Synodus profitetur se omnia relinquere ejus sapientissimo consilio. Dominus Archi-Episcopus illustriorem Papalis auctoritatis partem transferit in Imperatorem.

Quid de Imperialibus Episcopaliud causarum Delegationibus senserit Sardicensis Synodus, audiamus ab ejus Præside Hosio in litteris ad Imperatorem Constantium: *Desine, queso, & memineris te mortalem esse, reformida diem Judicii, serva te purum in istam diem, neque te misceas Ecclesiasticis negotiis, neque nobis in hoc genere præcipe, sed potius ea à nobis discere, Tibi Deus Imperium commisit, nobis concedidit quæ sunt Ecclesiæ. Et quemadmodum qui tuum Imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi Divinæ; ita & tu cave, ne quæ sunt Ecclesiæ, ad te trabens, magno crimini fias obnoxius. Date quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Neque enim nobis fas est in terris Imperium tenere, neque tu Thymiamatum & Sacrorum potestates habere.* Palam scribit contra memoratas Delegationes. Eadem est sententia omnium Patrum. Talia nos oportet predicare nostris Regibus. At ecce Dominus Archi-Episcopus mavult scribere, quod Sardicensis Synodus nihil detulerit Romano Pontifici nisi diminutam Regii Juris communionem. Movet & alias quæstiones: An Synodus Sardicensis fuerit Œcumenica? An Episcopo damnando permittat appellare ante definitivam sententiam? An appellare permittat ab ista etiam Synodo, cui Pontifex primi Judicii retractationem delegavit? Non spectant ad præsentem materiam.



## CAPUT

## CAPUT XXVII.

*An Dominus Petrus de Marca sit revera primus Author Commenti, quod asserit Romanas Appellationes esse quandam, à Sardicensi Concilio donatam, participationem Augusti juris, quo Romani Imperatores semper potuerunt quorumvis, etiam Ecclesiasticorum ac Synodaliud, Tribunalium sententias per Sacra Rescripta delegare retractandas aliis Judicibus?*

**A**liquid semper novi dicere fuit olim magna laus apud Gentiles Atheniensium Philosophos. Apud nos verò Christianos quid Gentium Doctor Apostolus sentiat de vocum novitatibus, est omnibus exploratum. Quidquid apud nos in Dogmate est novum, est & falsum. Hanc esse firmissimam Præscriptionem demonstrat frequenter Tertullianus. Et hinc præsens Domini Archi-Episcopi gloria nihil est: Est miseranda confessio erroris. Paucis tamen videndum est, an gloriatio, licet vacua, sit tamen vera. Supradixi Commentum istud esse adeò devium, ut nec Nicomediensi Eusebio, nec Photio in mentem venerit, immò forsitan nec Michaeli Cerulario. Quidquid sit, in mentem omninò venit Leoni Acridentis Episcopo, Exarcho-Bulgarorum, pertinacissimo ac nequissimo dicti Michaelis satelliti & cooperario. Hinc est primus author prodigiosæ fabulæ. Adversus Latinam Ecclesiam scripsit plures epistolas, quarum una est adversum illos, qui dicunt Roman esse primum Thronum. Contumaciter asseverat Primatum à Christo Domino non esse datum meritis Sancti Petri Apostoli: Domini verba, *Tu es Petrus & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam*, non in Petri personam, sed in ejus de Dei Filio confessionem fuisse directam, ideoque hanc, non illam esse rupem immobilem. Asseverat Dominum ad unam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam fuisse locutum, non ad Patrianam, aut Romanam, ut vult indoctus Romanorum fastus.

Attamen quin Romana Ecclesia sit in longa istius Primatus possessione, non præsumit inficiari, ideoque quærit istius possessionis originem. Et definit: *Porrò si quis consideret, à quo Roma Primas habere visa est, ei gradum vix concedet, si quidem Paganorum sententia in Ecclesia Dei omnino absurda est. Aureliani enim, Paganam Religionem colentis, judicio ea Primatum accepisse videtur. Contigit enim Aurelianium hunc, ad Exercitum tendentem, per Antiochiam iter facere, Paulum autem Samosatensem, loci illius Episcopum, judicio Episcoporum congregatorum, tum honore Sacerdotali, tum Throno depositum, seditiosè, & per vim contendere, ut quæ sibi ablata erant recuperaret, hostique qui eum deposuerant, id ei non concedere. Ma-*

*gna interea contentione & rixa absurda erumpente, utraque Pars tandem ad potentiam Mundanam, eaque quæ coercere poterat, respexit: Hi, ut Pauli Tyrannidem sstlerent; ille verò, ut eorum suffragia irrita faceret, & Patrum Sanctiones impunè violaret. Indigent itaque, necessitate cogente, utraque pars, seorsum licet, auctoritate Imperatoris. Ille autem sese illa, de quibus contendebant, non intelligere affirmans, ad Episcopum Romanum causam adferre jussit: Eosque, recusantes licet eis scire quæ Romanus Episcopus judicaret, quippe qui antea, cum ejusdem religionis esset, ejus rei aliunde notitiam habuit, Romam adduxit: Et quæ idcirco videbatur ei Primas dedisse, & in omnium Tyrannidem Pontificatum asseruisse.*

Affirmat plura. Primò, quod & degradatus Paulus, & degradatrix Synodus ad Aurelianum provocaverint. Secundò, quod Aurelianus, ut potè Laicus & Paganus, istam Christiani Dogmatis ac disciplinæ quæstionem non intellexerit. Tertio, quod hac de causa ipsam remisit ad iudicium Romani Episcopi. Quarto, quod utraque pars istud iudicium detrectavit. Quintò, quod Princeps invito Romam coegerit. Sextò, quod hoc sit exordium Romanæ Appellationis, totiusque Romani Primatus. Quia nempe Romani Episcopi hanc Imperialem Delegationem duxerunt in consequentiam, atque ita ipsam pedetentim sibi in Jus transformarunt. Miscet verà falsis: interim palam docet, quod Imperator Aurelianus Augustæ Delegationis jus habuerit, & ipsum quoad Ecclesiasticas quæstiones transcripserit in Romanam Ecclesiam. Dominus Petrus de Marca hanc transcriptionem à Sardicensi Synodo, Leo Acridentis censet factam ab Imperatore Aureliano. Hoc est unicum discrimen inter utriusque Dogmata. Et Leonis opinio est Romanæ Ecclesiæ favorabilior. In tribus. Primò, quod dicat transcriptionem, natumque inde appellationis jus esse vetustiora. Secundò, quod istam dicat factam ab ipso, qui sua alienare poterat, Principe. Et certè, si facta sit talis transcriptio, qua potestate Sardicensis Synodus Augustam Rei-publicæ auctoritatem potuit transferre in Romanum Pontificem? Tertio, quod Leo Acridentis retractatorium iudicium permittat in alma Urbe fieri. Affirmat enim, quod Aurelianus partes adduxerit Romam.

An Dominus Petrus de Marca istas Leonis Acridentis fabulosas blasphemias legerit, ignoro. Interim habet etiam alia istis similia. Leo enim pergit: *Porrò Synodus prima præcepit, ut unaquæque Provincia propria jura conservet, & nemo alterius limites invadat, & alienas Provincias surripiat, sibi que subiciat.* Laudat non quintum, sed sextum Nicænum Canonem. Et in ipso fundat Episcoporum appellationes. Ex ipso affirmat, quod una Provincia, seu Diocesis non subist alteri, nec ab alterius Episcopo possit invadi. Utique non Patriarchalis tantum, sed quævis Autocephala. Qualis tunc erat & ipsa Acridentis. Etenim Græci Autocephalam, qua olim Heraclæensem, Ephesinam, & Cæsariensem exuerunt, postmodo transfulerunt in plures alias Cathedras, atque ita suum schisma transformarunt in hy-

dam

dram multorum capitum. Leo agit in Romanam Ecclesiam: Affirmat quod ipsa omnes sub caelo Appellationes, aliumque Primatum prætendendo invadat alienas Provincias, ideoque peccet in sextum Nicænum Canonem. Pontifici nequaquam Patriarchalem suarum Provinciarum Præfecturam ac Appellationes denegat: Absit, ei concedit ac profiteretur omnem istius potestatis plenitudinem. Divina Justitia passim schisma punit per schisma: Ecclesiasticæ unitatis laceratores passim transverit in Cadmæos fratres. Hinc & schismaticis Græcis non defuerunt Metropolites, qui suas Synodos ambirent esse supremas ac inappellabiles. Verùm illos alii invaserunt isto impetu, quo olim apud Donatistas Primianistæ tractarunt Maximianistas. Videatur Theodorus Balsamon in Meditato de Patriarcharum Privilegiis. Eodem modo nescio quem similiter ambitosum Metropolitanam invadit Callipolitana Ecclesiæ Ecomonus in litteris ad Theodosium Constantinopolitanæ Ecclesiæ Proto-Notarium: Epistola existat in Turco-Græcia apud Martinum Crudium. En quales Duces habeant nostri hodie Novatores. Illos non proscribo ad schismaticos: Absit. Divina Clementia me custodiat, & ipsos. Dico quod quædam cum istis prava, quædam sapient ac doceant pejora.

Vol. 333.

Hujus Leonis oculus etiam ferit Sardicenses Synodus. Hinc prosequitur: *Quod si dicas Synodum Sardicensem præcipere, ut Episcopus Romanus aliarum Provinciarum suffragia examinet, id multis modis solvi potest. Primò, quod cum localis sit, à quarta Ecumenica rescinditur. Ea enim Patriarchæ potissimum Constantinopolitano aliorum iudicia examinare concessit. Cum Domino Petro de Marca affirmat Sardicenses Synodum non Ecumenicam, sed dumtaxat localem, seu Patriarchalem fuisse, ideoque ejus Canones non extendi ad omnem Ecclesiam. Hoc schismaticis Græcis est palmare fundamentum contra universalitatem istorum Canonum. Hinc concludunt potuisse circumdoci per sequentes Ecumenicas Synodos: Et præsens Leo affirmat circumductos per Synodum Chalcedonensem. Per novum ejus Canonem. Affirmat quod hic cunctas totius Mundi appellationes à Romano Episcopo transferat in Constantinopolitanam. Ridiculè. Etenim Canon manifestè agit de solis appellationibus trium, usque tunc Autocephalarum, Diocæson: Thracicæ, Asiaticæ, Ponticæ.*

Interim & hic Leo, & cuncta Photiani Schismatis Factio Sardicenses Canones longè rectius intelligunt, quàm hodierni Novatores. Ex animo profitentur, quod isti Canones Romano Pontifici plenam faciant potestatem evocandi, delegandi, & appellatas causas quovis juxta suum arbitrium modo retractandi. Etenim Theodorus Balsamon ad quintum Sardicenses Canonem scribit: *Præsens Canon dicit, quod si quis à Provincialibus Episcopis condemnatus fuerit, & ad Papam appellaverit, is verò vicinis mandaverit Episcopis, ut de appellatione cognoscant, si hoc justum esse putaverit, & ab eis quoque condemnatus fuerit, & secundò ad Papam accesserit, & illi visum est ea, quæ prius judicata sunt, rursus examini, ne co-*

*gatur is, qui iudicio vicerit, Romam venire, sed in Provinciam jussu Papæ veniant Presbyteri ex ejus Latere, sive ab ejus Ecclesia, & familiaritate illi conjuncti, qui auctoritatem sive potestatem ejus habere debent, ut cum Regionis illius Episcopis de questione judicent, illamque decident. Si autem Romanus Episcopus non esse justum perspexerit, ut rursus examinentur ea, quæ prius judicata fuerant, ejus enim iudicio Canon omnia relinquit, faciet quod sibi justum esse videbitur. Cum Canon hæc desulat, ne tibi contrarium esse videatur caput primum tituli non librorum Basilicorum, dicens non posse iudicem appellatum ad alium transmittere cognitionem appellationis, sed eam per se audire debere. Sed dic præsentem Canonem esse specialem, & ita editum esse propter vicæ longitudinem, & ne videntur Episcopi, in aded longinquam & alienam Regionem trabendi. Cum Presbyteris autem Papæ secundam appellationem iudicare Provinciales Episcopos, qui condemnarunt Episcopum, ne dicas esse contrarium legi, quæ dicit: Judex, qui semel pronuntiavit, officio functus est, & non potest rursus propriam sententiam examinare. Nam & hoc etiam specialiter editum est, ut mihi videtur. Propterea enim & Papæ iudicio relictum est genus iudicii. Quod enim ad Leges attinet, non poterant unà cum Papæ Presbyteris iudicare illi, qui sententiam prius tulerant. Sin autem dixerit alios esse Episcopos, qui sententiam tulerint, nihil invocant repugnans. Affirmat Canonem quibusdam displicuisse, quod Pontificem ad appellatas causas per semet-ipsam retractandas non adstringeret, sed permitteret facultatem delegandi. Et quidem etiam illi Provinciali Synodo, à cujus iudicio erat provocatum. Censebant Canonem adversari Romanis legibus, ideoque & deviare. Etenim Ecclesia in suis olim iudiciis sequebatur formam Romanæ Rei-publicæ. Theodori responsio est lucida. Et recta. Affirmat Canonem esse ampliativum, hoc sensu: Romanus Episcopus possit istiusmodi causas non dumtaxat evocare ad suum tribunal, sed etiam quibuscumque aliis juxta suum sapientissimum arbitrium delegare. Evertit omnes Hincmarianas, ac item modernas vocum novitates.*

Notandum est aliud ejusdem Leonis adversus Sardicenses Synodi auctoritatem argumentum: *Insuper quod Hosius Cordubæ Episcopus, Præsidentis Romanæ locum tenens, & gratiam majorem, quam par erat, ei potissimum deferens, Episcopi Constantinopolitani, qui non tantum aberat, sed & hæres laborabat, curam non levem haberet. Quod si hæc Synodus Ecumenicas priores, & præcipuè primam, quæ præcepit ut unaquæque Provincia Jura sua inviolata omnino conservaret: Hæc, inquam, cum sit localis Synodus, si Ecumenicam despiciat, potissimum super hac re, quis eam estimaverit. Miscet vera falsis, & affirmat plura. Primò, quod Hosius fuerit istius Synodi Apostolicus Præsident. Secundò, quod non timidus fuerit, sed nimium audax: Quod Romanæ Ecclesiæ nimium detulerit. Uti que per verba: *Honoremus Sancti Petri memoriam.* Tertiò, quod Constantinopolitanæ Ecclesiæ dignitates neglexerit. Quoniam ejus Episcopus aberat: Et quoniam erat Hæreticus. Quod ob demerita Præsulum violaverit Jura Sedium.*

dium. Quartò, quod sit prævaricatus Nicænos Canones. Non quintum, sed sextum. Hæc illius verba: *Suis privilegia serventur Ecclesiis.* Quintò, quod ob istum contemptum Synodus sit nullius ponderis.

Quod Sardicenses Synodus Constantinopolitanæ Ecclesiæ Jura læserit, est ridicula fabula. Hæc enim Ecclesia Patriarchalem dignitatem tunc necdum somniaverat. Habebat simplicem Archi-Episcopum, id est, solo nomine Metropolitanam sine Suffraganeis. Patriarchicam Diocesim ac potestatem primus architectari cepit Sanctus Joannes Chrysostomus. Falsum item est, quod ejus Episcopus tunc fuerit Hæreticus, aut non fuerit apud Sardicam. Ejus namque legitimus Episcopus tunc erat Confessor Paulus, cujus ab Arianis ejusdem Romana ad S. Julium Appellatio fuit ex ejusdem Pontificis jussu retractata Sardicæ, & ipse absolutus à calumniis, & repositus in gradum. Hæc enim justitia offensi Eusebiani illum, ne rediret in Sedem, suffocavit in balneo. Quod hæc Synodus dumtaxat localis fuerit, aut quod Nicænos Canones læserit, est etiam manifestè devium. Attamen utraque fabula plenissimè placet hodiernis Novatoribus. Hi quintum, Acridentis Leo affirmat læsum fuisse sextum. Et rectius. Longè item rectius affirmat Hosium per audaciam excessisse, quam defecisse per timiditatem, & quasi precarium beneficium supplicasse à Synodo. Uti que proclamando: *Sancti Petri memoriam honoremus.* Rei veritas affirmat nec audaciam, nec timiditatem fuisse, sed Hosio dignam constantiam.

Et ipsam Romanam Ecclesiam semper est plurimum venerata. Etenim Gregorius IV. Pontifex de causa Aldrici Genomanensis Episcopi, cujus Romana Appellatio patiebatur contradictionis obices, scripsit ad Gallicanos Episcopos: *Quapropter has ad vos litteras destinamus, quibus Decreto nostro vestram rogantes Charitatem mandamus, ut si aliquis, quod non optamus, suorum Emulorum Aldricum Episcopum accusare damnabiliter attemptaverit, ut honoretur beati Petri Apostolorum Principis memoria, Ecclesiæque Romanæ, cui præsedet, privilegium, & nostri nominis auctoritas. Licet illi post auditionem Primatum Diocesanos, si necesse fuerit, nos appellare, & nostra auctoritate, aut ante nos, aut ante Legatos ex nostro Latere missos, juxta Patrum Decreta, suas exercere atque finire actiones. Palam laudat Sardicenses Canones, & exponit: *Aut ante Nos, aut ante Legatos nostros exercere suas atque finire actiones.* Nempe sicut sederit sapientissimo Romani Antistitis arbitrio: Hinc denuò addit: *Et auctoritate Canonum, & Prædecessorum nostrorum Decretis sanctum est, ut Episcopus accusatus, si voluerit, appellet Romanum Pontificem, & ad eum, si libuerit, confugiat, ut ab eo ejus causa audiat, aut ipse à Latere suo Legatos, qui eam audiant, mittat, qui jussu cum omnibus Episcopis Comprovincialibus ejus auctoritate judicent.* Et hanc epistolam tanti olim fecit Gallicana Ecclesia, ut plures ejus partes Sanctus Ivo Carnutensis Episcopus suo Decreto inferuerit. Præfatam Hosii Synodalem Relationem laudat in litteris ad Hincmarum Rhemensem Episcopum etiam Sanctus Papa Nicolaus: *Debuert certè Bea-**

*titudo tua, cum Rothaldum Sueffionensem Episcopum toties examinaveras, scribens Sancti Petri memoriam honorare, ejusque iudicium, etiam si nunquam appellasset idem Rothaldus, modis omnibus præsolari.* Eandem in suo supra-adducto Capitulo laudavit Carolus Magnus, laudemque in suum Canonem assumpsit Triburienfis Synodus. Et ecce hodie ista relatio clamatur fuisse timida, humilis, ac precaria supplicatio. Et hoc per sublimes Catholicæ Ecclesiæ Episcopos.

Acridentis Leo pergit adversus Sardicenses Synodum: *Quoniam Carthagenensis Synodus, postea circiter annos duodecim, quæstiones exacte exhaustas, non solum nullam venerationem Sardicenses Synodo attribuit, sed nec scire dignata est, an talis habita fuerit; sed ad Canones primæ Synodi respiciens, ad Cælestinum planè scribit, ille enim tertius à Zozimo Sedem Romanam administrabat, ut Romanus Pontifex non audeat aliorum Decreta attingere. Quippe quod nullus Canon istud præcipiat. Variè & fœdè errat. Primò, quod sexta Carthagenensis Synodus sit facta duodecim annis post Sardicenses. Distant enim ad septuaginta annos. Secundò, quod dicat omnes de ista re quæstiones fuisse exhaustas ab ista sexta Synodo. Etenim illic nihil definitum est, sed omnia fuere dilata in maturius examen. Tertiò, quod ista Synodus Sardicenses Canones non solummodo ignoraverit, sed etiam contempserit. Etenim Prælati istius Synodi Episcopi ipsos, ubi agnoverunt, admitterunt cum plena reverentia. Quartò, quod ista Synodus etiam ad Sanctum Papam Cælestinum scripserit. Etenim id factum est post plures annos. Verumtamen hi errores non sunt capitales, nec faciunt ad præsentis quæstionis substantiam. Capitalis igitur error est, quod ista Afrorum epistola sit authentica ac legitima: Quod rectè dicat Romanas tam Episcoporum quam Clericorum Appellationes in nullo fundari Canone, ideoque ipsas rectè excutiat. Et hoc ipsum plenis buccis profitentur hodierni Novatores. Prævaricatoria epistola est ipsis grande fundamentum.*

Leo Acridentis prosequitur: *Porro quia Synodus Venethalensis, Canones primæ Synodi sequuta, Episcopos Romæ subjectos Synodici ejus Decretis obediendi jubet, eos autem qui sub Alexandrino Patriarcha sunt ejus Decretis. Et alios similiter. Quæ & qualis fuerit ista Venethalensis Synodus, fateor me ignorare. Interim Leo tradit plura benè notanda. Primò palam laudat sextum Nicænum Canonem, qui Patriarchalia Ecclesiæ Alexandrinæ, à Meletio Lycopolitano Episcopo invasa ac læsa, jura reparat, & hac occasione laudavit etiam Divina Romanæ Ecclesiæ Privilegia, nec non dignitates Antiochenæ Sedis, & generatim omnium Autocephalorum Exarchatum. Secundò affirmat per hunc, non per quintum Canonem stabiliri Romanas Appellationes. Tertiò affirmat appellationes non solum Romanæ Ecclesiæ competere, sed etiam Alexandrinæ, Antiochenæ, & aliis Autocephalis: Et has omnes stabiliri per istum Canonem. Ex his concludit Romanæ Sedi non totius Mundi, sed deberi appellationes solum Episcoporum spectantium ad ejus Patriarchatum. Hos omnes affirmat à sua*



rum Provinciarum Synodis posse provocare ad Papam. Et istud sanciri per sextum Nicænum Canonem. Et ecce has etiam appellationes ei auferunt hodierni Novatores. Quod Sancto Petro Apostolo, ac ejus Romano Throno relinquunt Schismatici, auferre nituntur Orthodoxi. Res deploranda sanguineis lachrymis. Quod eadem Joannes Zonaras, Theodorus Balsamon, Matthæus Blastares, Alexius Aristinus, alique omnes Photiani Schismatis Sectatores sentiant ac doceant, est supra demonstratum. Cuncti affirmant non in quinto, sed in sexto Nicæno Canone agi de faciendis ad Patriarchales Sedes appellationibus. Et rectè. Assertionem, quæ à quinto Canone affirmat Romanas appellationes auferri, Joannes David rectissime scripsit esse fatuam.

Quod olim quicumque Orientales, à suarum Provinciarum Synodis damnati, Episcopi potuerint liberrimè ad suos provocare Patriarchas aut Exarchos; quod item hi istas causas non solummodo delegare in partibus, sed etiam potuerint ad sua tribunalia evocare, est longè certissimum. Plurima demonstrant exempla ac testimonia. Etenim quod Clerici Basilopolitani ad Sanctum Joannem Chrysostrum, uti ad suum Patriarcham, provocaverint, supra nos docuit Anastasii Nicæni Metropolitanæ attestatio ad plenam Chalcedonensem Synodum. Videtur id factum adversus Alexandrum Basilopolitanum Episcopum, qui à laudato Joanne consecratus, eique in persecutione fidelissimus, cum aliis ejus fautoribus debuit aufugere: Et fugit in Pentapolitanam Lybiam, benignè susceptus à Sancto Synesio, Ptolomaidis Episcopo. Erat enim natione Cyrenensis, ideoque fugit in suam Patriam. Et quia à Theophili Patriarchæ Alexandrini violentia fugerat, Synesius ad illum, ne suum Superiorem offenderet, omnia fideliter retulit. Ita habes in ejus litteris ad eundem Theophilum. In laudatis Chalcedonensis Synodi Actis etiam habemus, quod Athanasius, Perrhenis in Euphrate Provincia Episcopus, à suo Metropolita Panolbio degradatus appellaverit Dominum Antiochiæ Patriarcham, & fuerit ab ipso Synodaliter auditus. Dominus causam non delegavit ejusdem aut vicinæ Provinciæ Episcopis, sed partes Antiochiam evocavit ad suam Synodum. Hæc integra existat in præfatis Actis. Et ex ipsis discimus Panolbio Joannem, Joanni successisse Stephanum. Nempe Panolbius successerat Alexandro, qui cum Joanne Antiochiæ Patriarcha adsuit Ephesino Concilio, & ob rebellionem contra Ecclesiarum pacem fuit deportatus in Ægyptum. Item videmus omnes istos successores fuisse brevis vitæ. Idem Patriarcha Dominus gravissimè tulit Ibæ Edeßeni Metropolitanæ causæ à Provinciali sibi per sacra Rescripta ablatam: Clamavit esse injuriam, immò contemptum sui Apostolici Throni. Certè prima de Metropolita cognitio, & retractorium de Provinciali Episcopo Judicium spectant ad idem tribunal. Quid opus multis in re lucida? Nonus Chalcedonensis Canon firmat has Patriarchales appellationes. Firmari etiam à Constantinopolitanis, aliisque pluribus,

Epist. 65.

est sæpe ostensum. Et ecce, non Schismatici, non homines Orientales aut Græci, sed Latini, Occidentalis Ecclesiæ Filii, Orthodoxi avent his omnibus exuere Sanctum Apostolum Petrum.

Etiam Commentum, quod Mundo suadet Romanas appellationes vetari à quinto Nicæno Canone, Dominus Petrus de Marca non est primus author. Etenim Guilielmus Beveregius, Anglicani Schismatis Doctor, nobis adducit nescio cujus Schismatici Græci Scholion ad quartum Sardicensem Canonem. Affirmat in Amerbachiano Codice reperiri medium inter Theodori Balsamonis ac Joannis Zonaræ Commentaria. Hæc sunt verba: *Ex hoc Canone res Romana ad superbiam elata est. Et hunc, tanquam à Synodo Nicæna constitutum, olim proferentes malefici tunc temporis Romanorum Præsides à Concilio Carthaginiensi deprehensi sunt, quemadmodum ipsi Synodici Synodi Carthaginiensis procerum ostendit. Quia etiam nec hic amplius quid, quam alii Canones, istis concedit, licet illi ita sine ratione opinentur. Neque enim absolute usquam depositum licentiam habere dicit ad Episcopum Romanum appellandi. Sic Sardicensis Synodus Ecumenicis planè adversaretur. Sed eum, quæ à finitimis Episcopis, & rursus eum, qui ab ipsius Provinciæ Episcopis depositus est. Neque enim Metropolitanæ Convantum, neque Exarchi sive Patriarchæ præsentiam comprehendit: Adèd ut si quis eorum ibi adsit, & nec à finitimis Episcopis, nec in vicinis condemnatio Episcopi constituitur, nulla à Romano retractatio erit, quemadmodum in proposito hoc Canone traditur.* Affirmat non illos, qui à Provincialibus, sive à finitimis sine Metropolita Synodis damnantur, posse appellare ad Papam. Synodaliter damnatis nullum patere asylum. Verùm istiusmodi fabula nulli unquam schismatico Græco venit in mentem. Est risu non relucatu digna. Hinc & ipsi Græci istud Scholion forsitan suppresserunt. Interim Romanæ Ecclesiæ odium adèd clausit dicti Beveregii oculos, ut scribat ipsam esse observatu dignissimum.

Ut adjutoria, præsertim arma, deportentur ad hostes, rigidissimè damnant & leges & Canones. Catholicæ Ecclesiæ hostibus Dogmatica arma transmittere est facinus longè enormius. Præsertim his periculosos ac malignis novissimorum dierum temporibus, quorum cuncti hæretici adèd oderunt, & non dumtaxat suppressere, sed & evertere tentant Apostolicam Sedem, ut cunctos Orthodoxos appellent Papistas. Credunt id esse ignominis nomen. Et nonne istud facinus patrant hodierni Novatores? Etenim præfatus Beveregius nuperrimè hæc scripsit ad quartum Sardicensem Canonem: *Synodus Nicæna Canone quinto decrevit, ut omnes Ecclesiasticæ causæ à Provinciali Synodo determinentur, in qua motæ sunt. Post istud itaque Decretum, à generali Synodo constitutum, ridiculum fuisset Provinciale Synodum decorare, ut à Provinciali Synodo ad Episcopum Romanum appellatur, illeque causam finiret. Neque hoc quidem Concilio Sardicæ habito in mentem unquam venit. Nuppiam enim decrevit, ut ipse Romanus Episcopus causam aliquam in aliena Provincia ortam determinaret, sed*

sed tantum ut ipse liceret decernere, ut causa aliqua retractetur in eadem Provincia, ubi prius judicata est, ut ex tertio, & quinto, aliisque hujus Concilii Canonibus patet. Et imprimis etiam observandum est, neque hoc, quidquid est privilegii, vel à Scripturis, vel ex antiqua traditione, aut consuetudine à Patribus Sardicensibus Episcopo Romano asserturum & institutum, sed tantum in honorem Sancti Petri. Sic enim Hosius Episcopus Cordubensis, qui Concilio præerat. Adèd ut nullum aliud tunc temporis jus præsto esset argumentum, quo hoc fundaretur, nisi ut memoria Sancti Petri, per hujusmodi privilegium Episcopo Romano indulgum, honoraretur. Sunt ipsissima nostrorum Novatorum argumenta & Sententia. Certum est esse hausta ex ipsis. Nam & Beveregius profitetur se scribere ex ipsorum fonte, Hincmaro Rhemeni.

## CAPUT XXVIII.

### Discutiuntur alia Domini Archi-Episcopi Dogmata circa Sardicensem Synodum.

Dominus Archi-Episcopus in quarto septimi libri capite hæc scribit: *Adnotandum est iniquum omnino visum esse Orientalibus, si Occidentales Episcopi, etiam in plenario Concilio, tentarent retractare Judicia in Synodis Orientalibus facta, quod eo pacto harum Synodorum auctoritatem violari manifestum esset. Itaque visum credi potest, eos ita comparatos fuisse, ut solius Romani Pontificis auctoritate sua superiorem esse considerentur. Præsertim cum Schisma recenter adversus illum fecissent, eumque ob hoc excommunicassent, quod Caput esset eorum, qui leges Ecclesiasticas pessum dederant: Ut Ducem & Principem malorum, qui primus januam communionis sceleratis atque damnatis aperuit, ceterisque aditum fecit ad solvenda Jura Divina. Orientales enim per istas tempestates regulam hanc certam & indubitatam Ecclesiasticam disciplinam esse contendebant, res in Oriente judicatas retractari non posse in Occidente, nec à contra. Ita namque affirmavit Concilium Antiochenum in epistola ad Julium Papam, in qua Episcopi adferunt exemplum damnationis Pauli Samosatani, ab Episcopis Orientalibus decretæ, quam Occidens recepit, consensuque suo firmavit absque novo examine, sicut etiam Oriens recepit, & approbatione sua confirmavit damnationem à Synodo Occidentali decretam adversus Novatum. At Julius Papa respondens huic epistole Concilio Antiocheni, non contradicit absolute supremam esse auctoritatem Orientalium Conciliorum, sed Athanasii tantum factio in hæret, explicandoque Judicio, quod adversus eum fuerat latum in Synodo Tyria. At enim illud esse irritum, quod adversus Athanasium, Presbyterumque ejus Macarium testimonia absentibus illis recepta fuerint à Judicibus delegatis, apertissimis Athanasii hostibus, & ab eo ejuratis, adeoque Judicium illud integrum non fuisse, sed tantum in propepepeis, ex quo sequeretur illud executioni*

non esse mandandum. Cum itaque Athanasium in suam communionem suscepit, nihil se Canonibus adversum egisse, quoniam sententia excommunicationis nulla erat. Quibus addidit momenta ex visceribus causæ petita, falsitatem nimirum accusationis probatam auctoritate Actorum, quamplures Orientis Episcopos à communionem sua non abstulisse Athanasium, tamesi damnationis sententia in eum lata fuisset; tum nolle Episcopos Orientales in unum convenire, quamvis per Legatos consensissent, ut Papa Julius universos Episcopos Romam evocaret pro discutienda causa Athanasii. At postremò nihil adversus Statuta Nicæni Concilii tenari, si quæ Synodus quamplurimè statuit, in posteriore retractantur. Alludit autem ad Synodum Alexandrinam, cui centum Episcopi interfuerant, in qua damnatus fuit Arius, cujus causa de integro discussa fuit in Concilio Nicæno.

Errores plurimi. Primus est, quod Orientalis Ecclesia censuerit sua Synodalia Judicia non posse retractari per Occidentalem. Secundus est, quod eadem Ecclesia censeret manifestum eo pacto violari istarum Synodorum auctoritatem. Tertius est, quod eadem Ecclesia noluerit solius Romani Pontificis auctoritatem esse sua superiorem. Quartus est, quod hac de causa fecerit Schisma ab Occidentali, & excommunicaverit Julium Pontificem, uti Caput eorum qui pessum dederant leges Ecclesiasticas. Quintus est, quod hæc omnia demonstrantur ex adductis verbis Orientalium. Etenim verba hæc non sunt Orientalis Ecclesiæ. Abiit. Sunt scelerata Eusebianæ Factionis verba, desumpta ex scelerata epistola, quam Factio à Philippo-Politano Convantu misit ad suos Symmistas, etiam ad facinorosos in Africa Donatistas. Etiam istarum vulgum caudas ad demolendam Christi vineam tentavit sibi colligare. Factio affirmat sibi adfuisse octoginta Episcopos: Et tamen epistola Synodali non subscripserunt, nisi septuaginta duo. Et inter istos est Illustris ille Ischyas, imaginarius Episcopus Mareotidis. At verò in secunda ad Constantium Imperatorem Apologia Sanctus Athanasius enumerat Orientales Episcopos, qui Sardicensi Concilio subscripserunt, & prosequitur: *Qui igitur Decretis Synodi subscripserunt, sunt isti. Et plurimi alii sunt, qui ante hanc Synodum pro nobis scripserunt, tum ex Asia, tum ex Phrygia, tum ex Isauria, quorum singulorum nomina cum suis epistolis circumferuntur, prope sexaginta. In universum autem trecenti quadraginta.* Hi cum suo Clero & populo erant Orientalis Ecclesiæ. Hæc Ecclesiæ non dogmatizavit sua Synodalia Judicia non posse retractari per Romanam Ecclesiam, nec judicavit per istam retractationem manifestò violari suarum Synodorum auctoritatem, nec negavit solius Romani Pontificis auctoritatem esse sua superiorem, nec Schisma fecit adversus ipsam, nec excommunicavit Julium Pontificem. Ea quippe nullo pacto sunt Christiana. Sunt horrenda facinora solius sceleratæ Factionis Eusebianæ, solius scelerati Philippi-Politani Conventiculi. Proinde Dominus Archi-Episcopus sceleratæ istius Factionis Dogmata & opera transcribit in omnem Orientalem Ecclesiam. Eo jure, quo olim Gentiles abominanda Gnosticæ Factionis flagitia transcri-

scribebant in omnes Christianos. Eodem privilegio quis possit Calvinistarum aut Lutheranorum Dogmata & Acta toti Latinae Ecclesiae affricare.

Sextus error est, quod Eusebiana Factio noluerit sua Judicia retractari etiam per Œcumenicam Synodum. Etenim ad hanc retractationem peragenda comparuerunt in Sardicensi Concilio. Omnis ipsorum contentio fuit de facta per Julium Papam revestitione Sancti Athanasii & aliorum Episcoporum. Volebant ipsos adesse ut damnatos, ac redactos in Laicam communionem, non ut Canonicos Episcopos, atque ita retractari Judicium Tyrium atque Antiochenum. Ipsi exclusi, ac stantibus inter Reos. Imperator Constantius, mox ut per fratris Constantis mortem adeptus est Occidentale Imperium, omnibus nervis studuit, ut Latini Episcopi, praesertim Liberius Pontifex, admitterent ista de Athanasio Judicia, & ipso damnato communicarent Eusebianis, atque ita pacificarent Ecclesiam. Hæc urgenti Eusebio Eunucho Liberius respondit: Quomodo hoc contra Athanasium possit fieri? Quem enim non una, sed jam altera Synodus probè ab omni crimine liberum pronuntiavit, & Romana Ecclesia tum pace dimisit, quomodo poterimus condemnare? Non ita se habet Ecclesiasticus Canon, neque unquam accepimus talem à Patribus traditionem, quam ipsi à Beato & magno Apostolo Petro acceperunt. Quod si omnino Imperator curam suam pro Ecclesiastica pace querit interponere, aut si Scripta à nobis pro Athanasio deleri jubet, deleantur quoque ea, quæ contra illum scripta sunt, fiatque deinde Ecclesiastica Synodus longè à Palatio, ubi nec Imperator praesens est, nec Comes se ingerit, nec Judex minatur. Afirmat Athanasii causam jam pridem esse finitam: Nempe & in Romana Julii Pontificis Synodo, & in Sardicensi. Earum sententias jam dudum transivisse in rem judicatam. Et ista Judicia fuisse peracta juxta Canones, quos Sanctus Petrus Apostolus tradidit Romanæ Ecclesiae. Nempe pro modo retractandi causas appellatas. Nihilominus Pontifex paratus fuit suspendere omnia, & in nova generali Synodo instituire novam retractationem de Athanasio. Hæc ejus consilia non probavit Hosius, scribens ad Constantium: Ego Athanasium accusationibus non subscribo, quem nos, & Romana Ecclesia, & universa Sardicensis Synodus innocentem pronuntiavit. Interim Liberius permansit in suo Proposito, & à Constantio postulavit Synodum fieri apud Aquilejam. Verùm Constantius noluit ipsam fieri longè à Palatio, nec sine sua praesentia, ideoque fieri iussit Mediolani. Et Eusebiani comparuerunt. Proinde suarum Synodorum, etiam Patriarchalium, Judicia professi sunt esse obnoxia retractationi per generalem Synodum. Aversabantur solum Romani Episcopi auctoritatem esse supra suas Synodos; Res in Oriente judicatas nolebant per ipsum retractari.

Septimus Domini Archi-Episcopi error est, quod asserat istam fuisse sententiam totius Orientalis Ecclesiae, & quod istud probet ex Antiochena Synodi ad Julium Pontificem epistola. Etenim nec ista Synodus, nec ista epistola fuit to-

tius Orientalis Ecclesiae, sed solum Eusebiana Factionis. Qualis epistola fuerit, audiamus ex Rescripto Julii: Nescio cur vobis ita rem agere placuit, ut nos in hanc opinionem redigatis, ut arbitremur nos sub specie reverentiae pro ludibrio esse habitos, Diſtaque vestra irridendum fuisse, cum & Presbyteros nostros ad vos missos, quos cum gaudio remissos oportuit, cum ludu remiseritis, ob ea quæ isthæc geri conspiciant. Ego certè, cum litteras vestras evoloverem, post varias ultra citroque cogitationes, eas supprimendas putavi, ea spe quod crederem saltem aliquos ex vestris advenuros, nec opus fore istiusmodi epistolis, ne si illæ in publicum promoverentur, multos sui dolore afficerent. Ceterum ubi nullus vestrum supervenit, necesse fuit ut eas proferrem. Credite mihi, omnes admiratione pleni vix induci poterant, ut crederent istiusmodi litteras à vobis profectas esse, in quibus rixandi potius, quam charitatis affectus eminebat. Quod si ambitione eloquentiae ostentanda ita excepta sunt à Dicitatore, id certè studium ad alios spectat. In rebus enim Ecclesiasticis non specimen eloquentiae, sed Canones Apostolici requiruntur, operaque dari solet, ne quis ex parvis in Ecclesia scandalizet. Hæc est facinorosissima epistola, qua Eusebiana conjuratio Romanam Julii Synodum, & ab ipsa factam Sancti Athanasii & aliorum Orientalium Episcoporum revestitionem damnare cepit, Romanæ Ecclesiae jugum palam excutere, & futura sui Philippopolitani Conventiculi attentata praeformare. Epistola later aut perit: Similiter & epistola, qua Julius istorum Episcoporum revestitionem intimavit Factioni, & cui Factio reposuit istam suam. Utriusque tamen compendium nobis conservavit Hermias Sozomenus: Romanus Episcopus, cum propter Sedis dignitatem cura omnium ad ipsum spectaret, singulis Appellantibus Episcopis Ecclesiam suam restituit, scripsitque ad Episcopos Orientis, & eos incusavit, quod inconsulto de hisce viris judicasset, perturbassentque Ecclesias, cum Decretis Nicæni Concilii stare nolent. Deditque Mandatum, ut quidam illorum, omnium nomine, ad diem constitutum accederent, perspicue declaraturi sententiam, quam de his tulerant, equam & justam esse. Quin etiam minatus est se de reliquo non passerum eos inultos esse, nisi novis rebus studere desistant. Ista quidem scripsit Julius. Athanasius autem & Paulus in suas Sedes revertuntur, litterasque Julii mittunt Orientis Episcopis. Quibus illi graviter commoti, convenerunt Antiochia in unum, & epistolam verbis elegantibus ornatam, & disertam, ut Rhetorum mos est compositam ad Julium scribunt, eamque plenam ironiae, & minarum non expertem gravissimarum. Nam quamquam litteris suis fatebantur Ecclesiam Romanam Primas apud omnes ferre, utpotè quæ Apostolorum schola, & pietatis Metropolis, licet auctoritates Christianae Religionis primùm ex Oriente advenissent, jam ab initio fuisset, tamen indignati sunt se posteriores ideo ferre, quod magnitudine Ecclesiae separarentur: Idque cum virtute, & pietate vivendi Instituto essent longè superiores. Quin etiam criminis loco Julio objiciebant, quod cum Athanasio & reliqui cum eo Episcopis communicaverit. Et egrè admodum ferebant, perinde ac si tum Concilium fuisset, tum ipsorum sententia abrogata. Quod factum

L. 3. C. 7.

factum ut iniquum, & à Legge Ecclesiastica discrepans insinularunt. His de causis cum eum ad hunc modum criminari essent, & sibi factam injuriam testati, Julio pacem & communionem pollicebantur, si modò abſolutionem eorum, qui ad ipsum perſugerant, approbaret; sin autem resisteret ipsorum Decretis, contraria se facturos praedicebant. Nam Episcopos Orientis, qui ipsos antegressi fuerant, minimè refragatos esse Episcopo Romano, cum Novatus ab eo erat Ecclesia ejectus. Hanc schismaticam atque hæreticam Eusebiana Factionis epistolam Dominus Archi-Episcopus transcribit in totam Orientis Ecclesiam, ipsam laudat, ac ex ipsa confirmat sua Dogmata, atque ita palam profitetur ipsa esse Eusebiana. Ex hoc Sozomeni testimonio discimus, quod Julius Eusebianos his Romam evocaverit ad retractatorium judicium: Proinde evocatio ad Sardicensem Synodum fuit tertia citatio.

Admiror verò, cur Sozomenus in isto sceleratæ epistolæ compendio prætermiserit articulum de damnatione Pauli Samosatensis. Cur eundem omiserit & Socrates. Erat enim palmare Fundamentum Eusebiana audaciæ. Undè ipsum urſit in suis Synodalibus litteris Philippo-Politanum Conventiculum: Et iterum quod in Oriente de Paulo Samosateno statutum est, ab omnibus est signatum. Afferunt damnationis istius Synodale Judicium fuisse probatum & admissum à Romana Ecclesia sine novo examine, ideoque nullum ipsi esse jus circa Orientales Synodos. Respondeo ipsos gravissimè errasse, & in jure, & in facto. Etenim ista Antiochena Synodus egit tria, quæ sine prævia ad Apostolicam Sedem relatione, & accepto ab ipsa Rescripto expleri non poterant, aut firmari. Eusebiana Cæsariensis. Historia suæ inseruit Synodi relationem ad Dionysium Pontificem, sed mutilam. Suo more prætermisit illa, quæ ejus non congruebant finibus. Integra Relatio nos plenè instruxisset. Porro hæc sunt tria istius Synodi opera: Definierunt de fide, Paulum Patriarcham degradarunt, & statim Ecclesiam impoſuerunt Successorem Domnum. Quorum singula indigeant dicta relatione, & ad ipsam Rescripto. Etenim de damnandorum Episcoporum forma scriptis ad Orientales Antistites Sanctus Papa Gelasius: Si crimine reperiatur aliquo, Ecclesiastica debuit examinatione cognoscit. Taceam, & ad Sedem Apostolicam, ac ex more referri: Ne nostra privilegia curare videamur. Satis sit ostendere, quid secundum regulas & Patrum Canones facere deberent. Et infra: Si hæretici erant, prodi, discuti, & legitime convinci modis omnibus debuerant. Taceo, quia ad nos Paterna fuerat consuetudine referendum. Tantum commoneo, quid fieri Ecclesiastico jure convenerit. Et iterum: Quos si à fide integra, communionemque Catholica putaretis errare, ad Apostolicam Sedem secundum Scita Majorum, & sicut semper est factum, referre debueratis. Quæ præsertim locum habent, dum agebatur de Patriarcha, spectante ad immediatam potestatem Romani Pontificis. Ante omnem sententiam erat necessarium præfatum Rescriptum. Ita sanè in causa sui Patriarchæ Alexandrini Dionysii processerunt Episcopi Pentapollitani. Ista Gelasii

Epist. 9.

Christ. Lupi Opera T. VIII.

epistola existat post Theodosiani Codicis appendicem, & in antiquo Codice Romanæ Ecclesiae.

Porro qualiter Patriarchas recenter creatos tractaret olim Romanus Pontifex, exponit Sanctus Gregorius in litteris ad Anastasium Iauriæ Presbyterum: Fratri nostro Cyriaco, Constantinopolitanae civitatis Antistiti, qui nuper in Joannis Reverendissimi Episcopi loco ordinatus est, nostra volumus Scripta transmittere, sed quia non est consuetudo, ut prius quam ad nos ejus Synodica deferatur, ei scribere debeamus, idcirco nunc distulimus. Proinde prima Romani Pontificis ad novum Patriarcham epistola erat Synodice approbatio, & confirmatio in Episcopatus. Hanc consuetudinem esse antiquissimam, confirmatam à Nicæna Synodo, & Ecclesiasticæ unitati penitus necessariam, demonstrat in alia ad Orientales epistola laudatus Gelasius, atque adjungit: Quæ ratione Majores nostri, Reverendi illi Ecclesiarum Magistri, clarissimæque illa Christiani populi lumina, quos merita virtutum suarum usque ad confessionis gloriosissimas palmas, & Martyrii fulgentes extulere coronas, ad illam Sedem, quam Princeps Apostolorum sederat Petrus, sui Sacerdotii sumpta principia repleti Christi charitate mittebant, suæ inde soliditatis gravissima & firmitatis roboramenta poscentes. Demonstrat etiam ante Nicænam Synodum, in medio gentilium persecutionum æstu, viguisse istam consuetudinem, ideoque esse institutionem Apostolicam. Quomodo in isto interim se gereret novus Patriarchæ, docet in Breviario Liberatus Diaconus, agens de Flavita, Patriarcha Constantino-politano, proximo Successore Acacii: Moritur Cap. 18. Acacius, & ordinatur post eum Flavitas Presbyter, qui non consensit sine Romano Episcopo intronizari, sed transmisit Synodicam Papæ Romano Felici, qui modico vivens tempore moritur, non accipiens ipsius epistolam. Proinde Græcorum Patriarchæ, Occidentalium Metropolitanorum more, ante acceptam Papalem confirmationem non poterant sedere in Throno, nec fungi præcipuis muneribus suæ dignitatis. Et quin hæc omnia Antiochenum Concilium, & ab ipso promotus Domnus exactissimè servaverint, non est dubitandum. Hinc enim degradatus Paulus usque ad Papalia Rescripta contumax permansit in Episcopali Palatio, & tandem per Aurelianum Imperatorem fuit iussus excedere. Aurelianus præcepit, ut Domus Ecclesie illis tribueretur, quibus Christiani Italiae, & Urbis Romæ Episcopi per litteras tribuendam præscriberent. Nempe tales litteræ jam advenerant, ipsaque gentilis Princeps fuit executus. Notanda item sunt hæc Antiochena Synodi ad Dionysium Pontificem verba: Istum igitur tam Deo adversarium, & tam contumacem, eramus coacti Ecclesia excludere, & alium Episcopum in ejus locum substituere. Unde Domnum designavimus; omni virtutum, quæ Episcopum decent, genere exornatum. Ac vos de ejus electione per epistolam certiores fecimus, ut illi scribatis, & ab eo accipiatis communionis litteras. Ei transmittunt Domni Synodicam, & supplicat ad ipsam rescribi, atque ita confirmari ejus Episcopatum. Sese purgant, quod tanta opera sine prævia relatione attentarint: Afferant se per intolerabilia Pauli facinora fuisse

Lib. 7. Cap. 24.

K

com-

compulsos. Et quin Dominus usque ad Papalem confirmationem abstinerit Episcopali Throno, non est ambigendum. Etenim qui usque tunc Episcopali Domo abstinuit, & Paulum in ipsa quietum perdurare permisit, haud dubie abstinuit & Throno. Proinde Eusebiana Factio, dum hæc omnia sine novo Romani Pontificis examine scripsit transiisse in firmitatem, erravit toto cœlo.

Et hinc octavus Domini Archi-Episcopi error est, quod præfatis Antiochenæ Synodi litteris respondens Julius, non contradicit absolute supremam esse Conciliorum Orientalium auctoritatem; sed Athanasii tantum factio inhaeret, explicandoque Judicio, quod adversus eum fuerat latum in Tyria Synodo. Patitur angustias & involvit sermones: Eum enim premit manifesta veritas. Et bonum ingenium malam causam non potest adjuvare. Ejus mentem non plenè assequor. Videtur asserere, quod circa Athanasium Julius nullum Apostolicæ potestatis aut Jurisdictionis Actum exercuerit, sed merè declaraverit Acta Tyria fuisse substantialiter nulla, ideòque nec curanda: Quod circa Athanasii à Tyria Synodo damnationem Julius non fecerit aliud, quam quod in Ephesina Synodo circa Sancto Cyrillo infligendam à Joannis Antiocheni Conventiculo damnationem fecit Acacius Melitenensis Episcopus, Metropoli fecunda Armeniæ. Censet fuisse Theologicum & Doctore Judicium, nequaquam Jurisdictionale ac autoritativum. Sic videtur. Est verò error intolerabilis, peior errore Eusebianorum. Hi enim in solo jure errabant, non in Facto. Censabant Julium circa Athanasium omninò fuisse usum auctoritate, at quam non habebat, ideoque & ipsum, ut Attentatorem & præsumptorem, damnarunt ac degradarunt. Dominus Archi-Episcopus vult non degradari Julium, & tamen recusat in ipso agnoscere Apostolicam Jurisdictionem: Hinc docet ipsum nulla fuisse usum in Sanctum Athanasium.

Sed longè aliud in litteris ad Imperatorem Constantium docet Confessor Hosius: Athanasium nos & Romana Ecclesia, & universa Synodus Sardicensis innocentem pronuntiavit. Romana Ecclesia id fecit per Julii Synodum. Et ad Eusebium, Imperatoris Constantii Eunuchum, dixit Liberius Pontifex: Athanasium non una, sed jam altera Synodus probè ab omni crimine liberum pronuntiavit, & Romana Ecclesia cum pace dimisit. Refert hæc Athanasius in litteris ad suos Monachos, & porrò pronuntiare liberum aut innocentem, & cum pace dimittere sunt omninò vocabula importantia auctoritatem & jurisdictionem. Etenim hæc pax apud antiquos Patres & Canones est culpæ aut poenæ reconciliatoria solutio. Quare enormi cum fiducia Petrus de Marca scribit, quod sceleratæ epistolæ respondens Julius, Orientalibus Synodis absolute non denegaverit supremam auctoritatem. Etenim scribit post ac inter varia: Si ut scribitis, inconcussam habet auctoritatem quælibet Synodus, & contumeliosè agitur cum Judice, cujus judicium ab aliis examinatur, considerate quæso, Dilectissimi, quinam sint qui Synodum improbant, & qui aliorum judicium rescindunt, ne singu-

la excutiendo certos homines gravem. Certè id quod postremò gestum, cum sit horrendum audiuit, sufficit ad cætera, quæ à me omittuntur, comprobanda. Ariani à beate memorie Alexandro, quondam Alexandria Episcopo, ob impietatem ejecti, non solum in eo Judicio à cunctis civitatibus rejiciebantur, sed ab omnibus simul, qui ad Nicænum Concilium conerant, anathemate feriiebantur. Nihil enim erat in illorum delicto vulgare, neque in hominem peccaverant, sed in ipsum Jesum Christum. Idem tamen ita ab universo Orbe rejecti, & per omnem Ecclesiam famosissimè notati, nunc denuò in Ecclesia, quod quidem criste vestris animis arbitramur, recipi perhibentur.

Pontifex admiratur, quod Eusebiani clamant Patriarchales Orientalium Synodos esse supremas & inconcussas. Affirmat fabulam sibi ipsi non cohære. Etenim ipsimet non solas Patriarchales, sed ipsam etiam Nicænam Synodum concutiunt per appellationes ac retractationes, immò & per violentiam rescindunt. Exempla sunt in promptu. Etenim ipse Arius, & per Patriarchalem Sancti Alexandri, & per Nicænam Synodum damnatus, à tantis Judiciis provocavit ad Hierosolymitanam Encœniorum Synodum: Et fuit per ipsam absolutus. Talia Eusebiani patrant etiam in Euzolium, Lucium, Georgium, aliosque Arianos congregones. Quin & Pistum, suum imaginarium Episcopum, similiter & Alexandria & Nicæam damnatum, animarunt appellare Romam, & Julium Pontificem ad admittendam ejus appellationem studuerunt circumscribere. Videntur seditiosum hominem inflammasse ad agendum contra Sanctum Athanasium, & à Romana Ecclesia postulandum Episcopatum Alexandrinum. Julius Eusebianis hæc refricat in frontem, & admiratur quod suas Orientales Synodos velint aded inconcussas, ut nec per Romanam appellationem possint concuti, & non nisi cum Orientalis Ecclesiæ contumelia per Pontificem retractari. Affirmat atque demonstrat, quod Romana Ecclesia omnes afflictos, ipsam invocantes, seu ad ipsam appellantes, possit ac debeat adjuvandos suscipere; quod priores Judices, ad reddendas sui Judicii rationes possit Romam evocare; quod possit tales causas retractare ex integro: quod in appellantium Sedes nullus interim consecrari possit; quod Appellantes, dum priores Judices comparere nolunt; possit revestire. Hanc potestatem sibi esse per Apostolicos Canones, ac item per Nicænos: Verustam Romanæ Ecclesiæ consuetudinem fuisse discussam Nicææ, confirmatam, ac redactam in Scriptum.

Hinc Pontifex prosequitur: Quod non temerè aut injustè susceperim in communionem Co-Episcopos nostros Athanasium & Marcellum, etiamsi prius dicta sufficiant, brevibus tamen ratio vobis istarum rerum est demonstranda. In prioribus epistolæ partibus demonstravit Romanæ Ecclesiæ potestatem, nunc demonstrare pergit Athanasio & Marcellum etiam esse justitiam. Exponit Athanasii causam, & concludit: Cum igitur istiusmodi allegarentur, & tot testes pro Athanasio starent, & ipse tam iusta pro se adferret, quid quæso vobis oportuit facere? An

non quod Ecclesiastici Canonis est? Hominemque proinde non condemnaremus, sed potius recipere, eumque pro Episcopo, quemadmodum est, habere? Præter hæc omnia, annum totum & integros sex menses apud nos hæsit, vestram presentiam expectans, aut quotquot comparere auderent, suaque presentia pudefecit omnes. Non enim Judicio stetit, nisi sui fiduciam habuisset: Neque sponte, sed litteris nostris ad judicium vocatus comparuisset, quemadmodum vos per litteras citavimus. Et tamen post tanta argumenta nos veluti insolitum quiddam agentes reprehenditis. Disertè affirmat se egisse judicialiter, secundum Canones, & secundum verustam Ecclesiæ consuetudinem. Eodem modo demonstrat se egisse cum Marcello. Quisquis horum aliquid negat, non potest non esse Eusebianus. Legenda est integra epistola. Scribenda non solum aureis litteris, sed & in omnium cordibus. Ita omnes habebunt arma ad explodenda Commenta Domini Archi-Episcopi.

Audiamus pejora ipsius Commenta: Sed adnotandum est non dicere Julium redditas à se fuisse Ecclesias Athanasio & reliquis Episcopis. Nam ea erat quæstio principalis, quæ reservata erat cognitioni Synodi, quam Julius convocaverat, rogantibus Orientalium Legatis: Tametsi negarint dein Orientales id se Legatis suis dedisse in Mandatis. Sane etiam Orientales in sua epistola Synodica, sub nomine Concilii Sardicensis edita, illud tantum conqueuntur, receptos in communionem Athanasium & reliquos damnatos Episcopos. Ad Julium Romam perrexit, sed & ad Italiam quosdam suæ partis Episcopos, quos seducens per epistolarum falsitatem, ab eisdem perfacile in communionem receptus est. Quare cum legis apud Sozomenum, Julium recepisse in suam communionem Athanasium ac reliquos Episcopos, & unicuique eorum Ecclesiam suam reddidisse, ob curam videlicet universalis Ecclesiæ, quæ ei incumbit propter dignitatem suæ Sedis, estimare debet restitutionem illam Ecclesiarum non fuisse factam directè, sed per consequentiam, eò quod Episcopi illi à Julio in communionem recepti fuerint velut Episcopi hujus & illius Sedis. Hominemque non condemnaremus, sed recipere, eumque pro Episcopo, quemadmodum est, haberemus, inquit Julius in epistola ad Orientales.

Errores varii. Primus est, quod Julius Athanasio ac aliis Episcopis communionem reddiderit, non tamen Ecclesias. Etenim non solus Sozomenus, cujus verba sunt adducta superius, istud habet, sed etiam Socrates: Julius, quoniam Ecclesia Romana privilegium præter cæteras obtinebat, litteris suis ad Episcopos Orientis liberius perscriptis, damnatorum Episcoporum partes tueri studeat. In Orientem litteras mittit, quo & suis cuique locus restituatur, & eos qui illos temerè abdicaverant, graviter reprehenderet. Illi discedunt Roma, litterisque Julii Episcopi confisi, ad suas ipsorum redeunt Ecclesias: Litteras, ad quos scriptæ erant, mittunt. Hi ubi eas acceperunt, Julii reprehensionem ducunt contumeliosè loco: Concilium Antiochiæ convocant. Ubi simul atque convenerant, de communi omnium sententia Epistolam scribunt, per quam Julium contra acriter insimulant: Ostenduntque si qui eorum arbitrio Ecclesia fortè exactè est Christi. Lupi Opera T. VIII.

sent, rem ab eo non debere decerni. Proinde epistola, qua Julius Athanasio & reliquis reddidit suas Sedes, non est præfata, sed alia anterior. Quin ipsam Socrates & Sozomenus viderint, non est dubitandum. At ipsa Eusebianos aded offendit, ut Antiochiam abierint ad novam Synodum, Athanasiumque non tantummodò iterum damnaverint, sed insuper in ejus Cathedram consecraverint novum Episcopum Gregorium Cappadocem, & ipsum armata militum manu jussint inthronizari. Etiam in Marcelli Sedem intruserunt quemdam Basilium. Et Julio rescriserunt illorum restitutionem esse impossibilem: Nec enim duos simul Episcopos posse esse in eodem Throno. Hinc Julius reposuit: Esto ut sint Athanasius & Marcellus, ut scribitis, translati è suis Sedibus, &c. Ista Superordinationes gravissimè damnat, vult superordinatos ejici, & reponi Athanasium atque Marcellum. Quare Petrus de Marca graviter errat, dum etiam in hac Julii epistola scribit nullam fieri mentionem de restitutione Sedium. Quin hanc restitutionem abundè laudat epistola, dum affirmat Athanasio & aliis Episcopis redditam à Julio communionem. Etenim laudat non Laicam, non Diaconalem aut Presbyteralem, sed omninò Episcopalem communionem: Quæ palam includit restitutionem Sedis. Hinc in Sardicensi Concilio prima & palmaris inter Orthodoxos & Eusebianos contentio fuit, quod isti constanter vellent, hi pertinaciter nolent Athanasium & Marcellum admitti ad Synodalem suo loco confessum atque suffragium. Nempe Julius Pontifex illos plenè revestiverat, ac restituerat omnia. Et Petrus de Marca hæc non ignoravit. Ut veritatem effugiat, profert subtilem distinctionem restitutionis directæ à restitutione per consequentiam. Ridicula Commenta.

Secundus error est, quod quæstio de restituendis Ecclesiis fuerit principalis, reservata Synodo, quam Julius convocaverat. Censet damnatos ac appellantes Episcopos non potuisse revestiri, nisi per & post expletum retractatorium Judicium. Est error Eusebianus. Hæc enim facinorosa Factio in Sardicensi Synodi ingressu istud ipsum prætenderat observari in Marcello & Athanasio. Et quia non obtinuerunt, de nocte fugerunt Philippo-Polim, isthic laceraturi totam Ecclesiam. Cogor eadem repetere. Tertius error est, quod Dominus Archi-Episcopus certam & exploratam Socratis ac Sozomeni assertionem tentet evacuare per sceleratas & abominabiles litteras Philippo-Politani Conventiculi. Quartus error est, quod istas litteras denuò transcribat in cunctam Orientalem Ecclesiam. Quintus est, quod profiteatur se sequi sensa istius Orientalis Ecclesiæ, atque ita se palam profiteatur Eusebianum.

Non accuso quod nescio. Etenim novus Dogmatistes prosequitur: Necessariam esse arbitratus sum discussionem præcipuorum capitum hujus epistolæ, quod ea, æquè ac verba Sozomeni, perperam habentur accepta sint ab iis, qui ea laudaverunt. Conferunt enim Factum Julii, quod nihil aliud est, quam velut quoddam obsequii genus ad retinendam communionem, à suprema ejus jurisdictione profectum esse,

atque illum ea auctoritate cassasse iudicia Conciliorum Orientalium. Multiplicat errores. Primus est, quod Julii epistola, uti & adductum Sozomeni testimonium, à nullo hæcenus fuerint intellecta. Nempe etiam hæc liberanda veritas expectabat Natales aut Infulas hujus Doctoris, denuò profitentis se dogmatizare nova. Secundus error est, quod Julius erga Athanasium ac alios appellantes Episcopos non fuerit usus suprema jurisdictione, nec per auctoritatem cassaverit Orientalium Synodorum iudicia, sed eis solummodò impenderit aliquod genus obsequii. Etenim non sola Julii, sed & Philippo-Politani Conventiculi epistola disertis & apertis verbis affirmant, quod Julius Orientalis Synodi iudicium refricavit; quod restituerit aliud de ipsi iudicium; quod Orientales prætenderit iudicandos ab Occidentalibus, atque ita prævaricatus sit Divinam legem & disciplinam. Proinde Petrus de Marca errat supra Eusebianos; Hic enim Julio denegarunt solam potestatem, ille verò insuper Actum.

Pergit errare: Orientales Sardicæ congregati perniciter adherent sententiæ Concilii Antiocheni, causasque secessionis suæ rejiciunt in Occidentales, qui adversus veterem Ecclesie consuetudinem cognoscere vellent de causis Orientalium. Sic enim ajunt in epistola sua Synodica. Emittit à Philippo-Politano Conventiculo. Primus error est, quod istam sceleratissimam epistolam denuò transcribat in totam Orientalem Ecclesiam. Secundus est, quod ipsam dicat scriptam Sardicæ. Tertius est, quod Occidentales, volendo de causis & iudiciis Orientalium cognoscere, egerint contra veterem Ecclesie consuetudinem. Et quidem quod Occidentales voluerint ista agnoscere, est omnino verissimum. Et Petrus de Marca ipsum hic confitetur, atque ita everit suam priorem assertionem, qua dixerat Julium pro Athanasio & aliis Episcopis non per jurisdictionem seu auctoritatem egisse, sed solummodò per obsequium.

Dominus Archi-Episcopus ab Antiochenæ Synodi & Philippo-Politani Conventiculi litteris se convertit ad litteras Imperatoris Constantii: Sed quemam fuerit Orientalium mens, manifestè docet epistola Imperatoris Constantii, data ad Ariminensium Concilium, quod constabat ex Episcopis Occidentis. Hæc sunt verba epistolæ: Non de Orientalibus Episcopis in Concilio vestro patitur ratio aliquid deserviri. Proinde super his tantum, quæ ad vos pertinere cognoscit Gravitas vestra, tractare debetis. Et iterum: Quæ cum ita sint, adversum Orientales nihil statuere vos oportet. Aut si aliqua volueritis contra eosdem, prædictis absentibus, deservire, id quod fuerit usurpatum, irritò evanesceat effectu. Non enim illa vires habere poterit deservitio, cui nostra Statuta restantur jam nunc robur & copiam denegari. Respondeo D. Archi-Episcopum à Calcaria cadere in Carbonariam. Etenim quod Constantius, Eusebianæ Factionis Dux, eadem cum ipsis senserit de suprema Orientalium Synodorum auctoritate, non caret veri-similitudine. Quoniam ex Factionis ore fuit cum Liberio Pontifice locutus in Mediolanensi Colloquio. Et post Philippo-Politani Conventiculum facinorosa Factio cœpit illum pomposè inscribere Episcopum

Episcoporum. Ita Principem, cætera bonum, sed humanæ gloriæ cupidum, delusit & circumscriptit.

Attamen videtur non fuisse seductus. Etenim non isti Conventiculo, sed Synodo Sardicensi videtur adhæsisse. Hinc & Athanasium, licet Philippo-Poli damnatum, quia Sardicæ absolutum, cum honorificis litteris remisit in Sedem. Et contra istos dolosos circumscriptores scripsit ad ipsum Hosius: Non est prudentis in gratiam alienæ libidinis seipsum in periculum certum conjicere. Desine, quæso, & ausculta mihi, Constantii: Hoc enim docet & me scribere, & te non vituperare. Quare videtur rectam habuisse fidem & tamen ista scripsisse ad Ariminensium Concilium. Etenim Constantius in Ecclesie Synodis agebat omnia. Hinc ad ipsas mittebat Divales litteras, quibus præscribebat & tractanda, & tractandi ordinem. Explebat munus Romani Pontificis. Certè uti Frater ejus Constantius, ita & Pater Constantinus non fecit talia. Ipse est author pravi operis, à quo Successores noluerunt recedere. Hinc igitur & talia Mandata misit ad Ariminensium Synodum. Nec sine causa. Etenim inter Seleucienis Synodi Primates erant plures scabiosi, dorso suo metuentes à Romana Ecclesia. Præsertim propter Athanasium, quem noverant abisse Ariminum. Item ipsum Athanasium, quem Seleucis sperabat damnandum; noluit denuò absolvi ab Ariminensibus. Hic est verus fons istius sacræ jussionis. Notanda sunt hæc verba: Non enim illa vires habere poterit deservitio, cui nostra Statuta restantur jam nunc robur & copiam denegari. Affirmant adversa Acta non per Canones, sed per præfata Rescripta fore irrita. Possit ergo Constantius rectum sensisse de auctoritate ac Primatu Romanæ Ecclesie, & Regiæ potestatis; dumtaxat excessisse limites. Proinde etiam hoc Domini Archi-Episcopi fundamentum est caducum ac ruinofum.

## CAPUT XXIX.

Discutiuntur Domini Archi-Episcopi Sensa circa Sancti Julii Pontificis Rescriptum ad Antiochenam Synodum.

Varias hac de re & Julius, & Athanasius, & Eusebiani ultrò citroque scripserunt epistolas, quæ grandi Ecclesiasticæ eruditionis damno aut perierunt, aut latent. Tragedia inceptit non proximè post Tyrium Synodum, sed post redactum à Constantino Junio Athanasium è Gallia, quod eum Magnus Constantinus profcripserat. Eusebiana Factio clamavit ipsum Tyri degradatum rediisse ac sedere auctoritate Laica: Hinc novæ calumniæ, nova persecutio. Quare Athanasius provocavit Romam, misitque appellationis instrumentum per Legatos. Et suos miserunt etiam Eusebiani. Quibus auditis Julius Pontifex admisit appellationem, utramque par-

tem

tem evocavit Romam ad retractatorium iudicium, & Athanasius statim comparuit. Hæc isthic per annum & medium, expectans adversarios. Interim accesserunt etiam Marcellus Ancyranus, Paulus Constantinopolitanus, Asclepas Gazensis, Lucius Adriano-Politianus, alique Orientales Episcopi & Clerici, ab Eusebianis passim similes injurias, ideòque & ipsi appellantes. Hinc lapsò tanto tempore, de Eusebianorum adventu desperans Julius istos Episcopos plenè revelavit, & cum suis litteris remisit ad suas Ecclesias, mandans recipi ut integros Episcopos, & Eusebianos denuò citans ad retractatorium iudicium. Has litteras palam laudat Hermias Sozomenus. Et ad ipsas Eusebiani adeò non attenderunt, ut abierrint Antiochiam, condiderint nequissimas litteras contra Athanasium & Julium, confirmarint iudicium Tyrium, ac insuper in Athanasii Sedem intruderint alium Episcopum. Et hæc omnia retulerunt Julio per sceleratissimas litteras, quas Sozomenus redigit in compendium. His Julius reposuit doctissimam epistolam, quam nobis in secunda sua Apologia custodivit Sanctus Athanasius. Et ipsam hic expurgare studeo à Commentis Petri de Marca.

Audiamus Commenta: Negari certè non potest, quin aliter ea tempestate visum sit Occidentalibus. Verum longè aberant ab opinione eorum, qui nostra etate tractarunt de controversiis hæc, qui pronuntiant appellationes Episcoporum Orientalium iudicandas esse apud Urbem à summo Pontifice. Nituntur illi, ut ipsi existimant, præiudicio epistolæ Julii Papæ, cuius sensum detorqueant ad mentem suam, cum tamen ex ea constet Jura Sedis Apostolicæ temperamento quodam prudenter adhibito per eas tempestates explicari solita. Nihil enim aliud ab Orientalibus exigebant Julius & Romana Synodus, quam ut causæ Ecclesiasticæ Apostolicarum, in primis verò Alexandrinæ, quoties de depositione Episcoporum earum Sedium ageretur, cum Papa & Synodo Romana communicarentur, antequam Synodi Orientales cognitionem de his instituerent, ut communi sensu componi possent magnæ Ecclesiæ. Quod si post iudicium Orientalium querela manifestæ oppressionis deferretur ad Synodum Occidentalem, tunc retrahendum esset negotium in Concilio Occidentalium & Orientalium. Unde constat in ea epistola non agi de appellatione, sed de prima tantum causæ cognitione, aut revisione, neque excitatam controversiam de omnibus Episcopis, sed de his tantum, qui Apostolicis Ecclesiis præsiderent, imprimis de Alexandrino, ac tamen iudicium reddi non debere à solo Romano Episcopo cum Episcopis Occidentalibus, sed ab Episcopis Occidentis & Orientis in unam sententiam conspirantibus. Ista enim colliguntur ex epistola Julii, qua Orientales objurgat in causa Athanasii Episcopi Alexandrini, & Marcelli Ancyranus, quos Orientis Concilia damnaverant, inconsulto Episcopo Romano. Urget hæc verba epistolæ: Oportuit scribere omnibus nobis, ita ut ab omnibus, quod justum esset, decerneretur. Episcopi enim erant, & non vulgares Ecclesiæ, qui ista patiebantur, sed quas ipsi Apostoli sua-met opera ad fidem instruxerant. Cur igitur, & imprimis de Alexandrina civitate, nihil nobis scribere voluistis? An ignari estis hanc esse consuetudinem, ut primum nobis

Christi. Lupi Opera T. VIII.

scribatur, ut postea, quod justum est, deserviri possit? Quapropter si isthic hujusmodi suspicio in Episcopum concepta fuerat, id hoc ad nostram Ecclesiam referri oportuit.

Errores plurimi. Primus est, quod ea tempestate soli Occidentales sentirent aliud. Etenim omnes Orthodoxi, etiam Orientales, semper recta senserunt. Exposita in Sedem Apostolicam ac omnem Catholicæ Ecclesie Hierarchiam petulantia fuit solius Eusebianæ Factionis, de qua Julius: Audio paucos esse istorum malorum auctores. Et etiam ex his post Philippo-Politani Conventiculum multi erubuerunt de suis facinoribus, & poenitentes ad Matrem Ecclesiam redierunt. Et demum solam Occidentalem Ecclesiam recta aut meliora sensisse. Certè etiam tunc Dominus Archi-Episcopus debebat observare regulam, quam Juliano Eclanensi Episcopo, pro suis erroribus provocanti ad Orientalem Ecclesiam, præscripsit Sanctus Augustinus: Occidentalis Ecclesia nos genuit, docuit & baptizavit, ideoque permanere nos oportet in ejus sensibus. Et quidem Dominus Archi-Episcopus etiam Occidentalem Ecclesiam calumniatur: In ipsam transcribit errorem Eusebianum. Affirmat quod ipsa olim censuerit Orientalium Synodorum iudicia retractari non posse per solam Sedem Apostolicam, sed dumtaxat per Œcumenicam Synodum.

Secundus error est, quod hac etate Occidentales illi, qui Orientalium Episcoporum appellationes pronuntiant iudicandas esse apud Urbem Romam à summo Pontifice, foveant opinionem deviam, alienam ab antiquis Occidentalibus. Etenim istam opinionem fovit in Florentino Concilio etiam Eugenius quartus. Et ipsam tandem admisit omnis Ecclesia. Etiam Orientalis. Quod sit verus Sardicensium Canonum, anterioris Ecclesiasticæ consuetudinis, & omnium posteriorum Patrum sensus, est supra demonstratum. Porrò admiror, quod Dominus Archi-Episcopus circa Romanas Orientales Episcoporum appellationes agnoscat aliqua per istas tempestates jura Sedis Apostolicæ. Etenim jam docuit primam omnis Romani hinc juris originem esse Sardicensium Synodum: Quomodo igitur istiusmodi jura jam scribit fuisse ante ipsam? Nempe omnium fortium fortissima veritas etiam ab invitis extorquet sui confessionem.

Tertius error est, quod jam laudata veritas nitatur præiudicio epistolæ Julii. Etenim epistolæ verba sunt clarissima, ideoque nullum hic possit esse præiudicium. Licet illa superius adduxerim, volo aliqua repetere: An non dilectionis indicium erat nos Presbyteros misisse, qui compaterentur patientibus, & incitarent eos, qui iudicium scriptis postularant, ut præsidere vellent, quò primum omnia componerentur, & emendationem acciperent, ne diutius aut Fratres nostri injurias, aut vos calumnias pateremini? Et infra: Quid actum est dignum offensa? Aut qua in re vobis, quibus scripsi, causam successus præbuit? An quia adhortati vos sumus, ut ad Synodum occurreritis? Atqui illud patius cum gaudio excipi oportuit. Quis enim bene sentiant de his quæ egerunt, & in quibus ipsi, ut ajunt, Judices fuerunt, non indignanter ferre solent, si quod

K 3

ab



ab ipsis iudicatum est, ab aliis excutitur: Quippe qui securi fiat, ea quae ipsi iusta praedicaverunt, iniusta nunquam posse fieri. Et iterum: Quapropter indignatio eorum, qui hac citatione offenduntur, remeraria, & vergivatio se sistenti iudicio inbonesta & suspiciosa videtur. Assidue inculcat factas à se Eusebianorum ad retractatorium in Alma Urbe Iudicium citationes: Ipsas affirmat factas secundum vetustum morem, juxta Patrum traditionem, juxta Canones Apostolicos, ideoque Eusebianos praevicatorie refragari. Liberius Pontifex ad Eusebium Constantii Imperatoris Eunuchum dixit esse Canones, quos Sanctus Petrus tradidit Romanæ Ecclesiae.

Quartus error est, quod epistola agat, non de Orientalium Episcoporum appellatione, sed dumtaxat de prima instantia. Quis talia audiens aut legens credat epistolam fuisse visam à Domino Archi-Episcopo? Quod epistola de Sancti Athanasii, Marcelli, ac aliorum Orientalium Episcoporum Romana appellatione agat, est sole meridiano manifestius. Ego in tanta luce nolim verba perdere. Domini Archi-Episcopi verba etiam sibi ipsis videntur non coherere. Etenim ajunt epistolam non de appellatione agere, sed de prima tantum cognitione, aut revisione. Quis revisionem unquam dixit esse primam cognitionem? Interim epistola agit de omnibus: Et de appellatione seu revisione, & de prima insuper instantia. Prior & potior ejus pars agit de appellatione: Demonstrat Athanasium ac Marcellum ex fundamentis appellasse, ac legitime revesitos, ideoque his Actibus fuisse per Eusebianos deferendum. Extrema tandem pars adjungit tantos Episcopos sine pravia ad Romanam Sedem relatione, & sine accepto ad ipsam Rescripto non fuisse degradandos, atque ex ista occasione quaedam disputat de prima instantia. Ita demonstrat omnia Eusebianorum in tantos Episcopos Acta fuisse attentata contra Canones.

Quintus error est, quod epistola non agat de omnibus Episcopis, sed de illis tantum, qui Apostolicis praesederunt Ecclesiis. Etenim epistola, licet solum Athanasium ac Marcellum exprimat, tamen etiam agit de Paulo Constantinopolitano, Lucio Adriano-Politano, Asclepa Gazensi, & multis aliis ex Thracia, Coele-Syria, Phoenicia, ac Palaestina Episcopis, qui adversus similes Eusebianorum in se injurias Romam appellaverant. Unde ipsos disertè damnavit iterum, & in suis Synodicis litteris expressit Philippo-Politano Conventiculum. At verò isti non praesidebant Apostolicis Ecclesiis. Eorum Ecclesiae non erant Apostolicae, nisi ex consanguinitate doctrinae. Ita in Praescriptionum libro loquitur Tertullianus. Apostolica enim Ecclesia est triplex. Prima est, quae habet Sedem Apostolicam. Et haec non sunt nisi tres: Romana, Alexandrina, ac Antiochena. Nec enim cuiusvis Apostoli praedicatio, sed sola solius Sancti Petri infessio Episcopalis facit Apostolicam Sedem. Secunda Apostolicae Ecclesiae species sunt istae Ecclesiae, quas quis Apostolus fundavit, & docuit proprio ore, aut per epistolas. Tales sunt Hierosolymitana, Corinthia, Ephesina, Philip-

penis, Thessalonicensis, Ancyra, & plurimae aliae. Etenim Sanctus Paulus non ad solam Ancyranam, sed ad omnes scripsit Galatarum Ecclesias. Et proprio ore docuit Illyricum ac omnem Asiam, à Hierusalem usque Romam. Alii Apostoli istud fecerunt aut ibidem, aut in aliis Regionibus. Quare tales Apostolicae Ecclesiae sunt longè plurimae. Singularis tamen dignitas atque autoritas semper fuit illis, quas Apostoli honorarunt suis epistolis. Tertia species sunt istae, quae sub Orthodoxa fide sunt postmodò fundatae ab Apostolorum discipulis, & aliis Successoribus: Quae in dies fundantur per Romanos Pontifices. Sunt Apostolicae per consanguinitatem doctrinae. Omnes simul junctae sunt una Apostolica Ecclesia, quam profitemur in Symbolo. Dominus Archi-Episcopus agit de prima praesertim, ac etiam de secunda specie: De illa ipsius parte, quam Apostoli honorarunt suis litteris, Et restè.

Sextus error est, quod primae contra harum Ecclesiarum Episcopos instantiae sententia dari non possit à solo Pontifice cum Episcopis Occidentalibus, sed dumtaxat ab Episcopis Occidentis & Orientis in unam sententiam conspirantibus. Hoc est, à solo generali Concilio. Agit praesertim de Episcopo Alexandrino. Hic enim, quoniam Patriarcha est, privative spectat ad primam cognitionem Romani Pontificis, ideoque sine pravia ad illum relatione, & sine accepto ad ipsam Rescripto non potest ab ulla Synodo damnari. Eadem est ratio Patriarchae Antiocheni. Item & trium Autocephalorum Exarchorum: Hæraclæensis, Ephesini, & Cæsariensis. Ita fuit usque dum invari & quasi absorpti fuere à Constantinopolitano. Ipsorum Autocephalia tunc in istum transiit. Docet ista in litteris ad Orientales Episcopos Sanctus Gelasius, agens de Petro Mogo, Alexandria Patriarcha, quem à Romana Ecclesia damnatum Acacium Patriarcha Constantinopolitanus, quod poenitentem crederet aut diceret, praesumpserat absolovere ac reparare: *Concedamus poenituisse, sed nunquam docetur, nunquam monstrabitur, nunquam omnino probabitur ejus purgationem fuisse legitimam, quae non est competentibus regulis celebrata. Secunda enim Antistitem, nec expellere quisquam, nec revocare sine primae Sedis assensu vel potuit vel debuit. Nisi forte jam ordine rerum confuso atque turbato, nec prima, nec secunda, nec tertia Sedes debeat observari vel suscipi secundum Statuta Majorum, & sub lato capite, ut videmus, omnia membra vario inter se compugnant certamine, fiatque illud quod de populo scriptum est Israel: In illo tempore non erat Dux in Israel. Unusquisque quod placitum erat in oculis suis faciebat. Qua enim ratione vel consuetudine illis Sedibus defendendum est, si primae Beatissimi Petri Sedi antiqua & vetusta reverentia non deferatur, per quam omnium Sacerdotum dignitas semper est roborata atque firmata, trecentorumque decem & octo Patrum invidio & singulari iudicio vetustissimi iudicatus est honor?* Affirmat hanc formam esse longè vetustissimam, non introductam, sed confirmatam à Nicæno Concilio. Et profertur in sequenti epistola: *Sicut ergo Acacius Petrum*

rum non prius damnavit, quam & referret & proficeret Apostolica potestate damnandum, sic & in recipiendo modum servare debuisse, ut priusquam se ei communionem misceret, per Sedem Apostolicam posceret examinari eum, & legitima ratione purgari, cum nec examinandi aut recipiendi haberet ipse Pontificium, & non nisi per illius Sedis auctoritatem, consensumque hoc posset implere, sine cuius auctoritate eum non potuerat ipse damnare, & cuius principali diligentia & discuti potuit & purgari, & ad communionem convenienter admitti. Hanc Apostolicae Sedis Prærogativam pluribus demonstrat. Et ipse Acacius, dum adhuc recta saperet, eandem religiosissime agnovit, & defendit constantissime: Postmodò autem in reprobum sentum datus instauravit Eusebianam auidaciam, tandemque à Romana Ecclesia damnatus Genti suae reliquit lamentabile schisma Acacianum. Ex eadem regula Joannes Patriarcha Antiochenus, tertiae Sedis Episcopus, gravissime offendit omnem Ecclesiam, quod in suo Ephesino Conventiculo Sanctum Cyrillum Alexandrinum, secundae Sedis Patriarcham, damnare praesumpserit sine prævio consensu primae Sedis Romanae. Plura sunt istiusmodi exempla. Etiam antiquissima. Etenim in Sanctum Dionysium Patriarcham Alexandrinum, de gravi errore suspectum, sui Episcopi non praesumpserunt manus mittere, sed accusarunt apud Sanctum Papam Dionysium, Audiamus rem à Sancto Athanasio in libro de Dionysii sententia: *Dionysius Episcopus, vertior factus de Pentapolitanis Episcopis, quod Sabellii erroremitterent, zelo religionis epistolam, in qua videbatur labi in contrarium errorem, scripsit. Verum quidam ex Ecclesia, rectè quidem sentientes, sed tamen ignavi ejus causa, cur ita ab eo scriptum esset, Romam ascenderunt, ibique eum apud Dionysium Romanum Praesulem accusaverunt. Petrus de Marca vult Clericos, alii credunt fuisse Episcopos. Quidquid sit, Antiochena Synodus istud ipsum debuerat facere circa Paulum Samosatensem: Dispensatoriae praetermissionis causas supra exposui. Quare & Eusebianam Factionem, quod sine suo prævio consensu fuerit ausa involare in Sanctum Athanasium, rectissime hic reprehendit Papa Julius. Urget violatam fuisse antiquam consuetudinem: *An ignari estis banc consuetudinem esse, ut primum nobis scribatur, ut postea quod iustum est, defini possit? Quapropter si isthic hujusmodi suspicio in Episcopum concepta fuerat, id buc ad nostram Ecclesiam referri debuit.**

Notanda sunt verba: *Primum nobis scribatur. Ad nostram Ecclesiam referri oportuit.* Exponunt priora verba: *Oportuit scribere omnibus nobis.* Uti que in hac Romana Synodo praesentibus. Erant autem soli Episcopi Romanae Provinciae numero quinquaginta. Ista Synodus est Sedes Apostolica. Quare Petrus de Marca per istos omnes perperam intelligit Synodum totius Occidentis. Hinc & graver errat, quod ad damnandum Patriarcham velit non sufficere Provinciale Romanum Pontificis Synodum, sed requiri Concilium totius Ecclesiae. Est error Paradoxus. Nullo fulcitur Canone, nullo testimonio, nullo exemplo. Quin immò sunt contraria exempla.

Etenim Dominum Antiochiae Patriarcham ex rivali causa damnavit ac ejecit Ephesinum Latrocinium: Erat sententia palam nulla. Et ob causam deficientem, & ob defectum potestatis. Et tamen ipsam ex alia causa confirmavit, seu potius de novo tulit Sanctus Leo, atque ita Dominum solus damnavit. Et ejus iudicium probavit & admisit omnis Chalcedonenfis Synodus. Etiam Acacium Constantinopolitanum damnavit solus Felix tertius. Et Sanctum Dionysium Alexandrinum, licet non damnaverit, tamen discussit ac iudicavit solus cum sua Synodo Papa Dionysius. Sunt & alia exempla.

Quaestio est, Quo fundamento Julius Patriarchalium ac Exarchicarum Ecclesiarum privilegium extendat ad Ancyranam Ecclesiam? Quomodo dicat etiam Marcellum ab Orientali Synodo iudicari non potuisse sine pravia relatione, ac prævio consensu Sedis Romanae? Respondeo istud, quidquid dicat Petrus de Marca, non fundari in dignitate Apostolicae Ecclesiae. Etenim Ancyra Ecclesia erat solius Galatae Metropolis, subiecta Exarchicae potestati Cæsariensis Sedis in Cappadocia, ideoque proximo & pleno jure spectans ad ejus iudicium. Et inter Apostolicas Ecclesias multae erant dumtaxat Suffraganae. Etiam inter istas, quas Sanctus Paulus honoravit suis epistolis, talis fuit Ecclesia Colossensis. Nulla proinde fuit ipsis exemptio, nullum circa suorum Antistitem damnationem aut alia iudicia privilegium. Istarum Ecclesiarum dignitas, quam Petrus de Marca rectè commendat, consistit in aliis capitibus. Ipsa exposui in Scholiis ad Praescriptiones Tertulliani. Proinde dico istam exemptionem non fuisse factam à Julio. Solummodo dicit, quod pravia relatio & prævius Romanæ Ecclesiae consensus omnino expedisset circa utrumque Episcopum. Quod nempe essent Episcopi, & non vulgares ipsorum Ecclesiae. Vocem, *Episcopi*, emphaticè accipit, non pro solo Episcopali gradu, sed pro summis in ipso meritis, hoc sensu: Erant non tales quales, sed Episcopi summorum meritorum. Respicit heroica Marcelli contra Arianos Acta apud Nicenam Synodum. Addit tamen praviae relationis necessitatem fuisse circa Athanasium. Hinc de ipso solo concludit: *An ignari estis banc consuetudinem esse, ut primum nobis scribatur, &c.*

Dominus Archi-Episcopus pergit urgere Apostolicarum Ecclesiarum dignitatem. Pergit docere, quod ipsarum Antistites debeant iudicari à Concilio totius Ecclesiae, & profequitur: *Sed in primis causam Athanasii urget Julius, adfertque consuetudinem jam introductam, à Dionysio nimirum Episcopo Alexandrino, quem cum Clerici ejus haereticum suspicarentur, & ob id querelam adversus ipsum detulissent ad Sedem Apostolicam, ipse accusationem hanc purgavit scripta ad summum Pontificem epistola. Unde concludit Julius monendum se fuisse, si quid suspicionis exortum esset Alexandria adversus Athanasium. Huc enim tendit oratio Julii. Jus verò suum accersit à factis Dionysii. Ceterum causam iudicari debere scribit ab omnibus, non autem à se solo. Et post quaedam, quibus Eminentissimum Cardinalem Perronium arguit de pravo intellectu Papalis*

Papalis epistolæ, concludit: *Attamen certum est nihil aliud ex his verbis elici posse, quam eam esse Ecclesie Alexandrinæ consuetudinem, ut primum ad summum Pontificem scribatur, ut dein decerni possit quod æquum videbitur, id est, communi omnium suffragio, ut antea dixerat. Ceterum hic observandum est, satis audacter Julium tribuere consuetudini exemplum semel usurpatum.*

Respondeo Julium, Pontificem doctissimum atque sanctissimum, à Domino Archi-Episcopo audacter accusari de audacia. Etenim laudatam ab ipso consuetudinem audivimus jam à Sancto Gelasio esse antiquissimam, usitatam olim à Sanctis Martyribus & Confessoribus, & postea confirmatam à Nicæno Concilio. Licet nos ignoremus alia exempla, certum est aliqua alia fuisse nota Sancto Gelasio. Et cur Julius respexisse non possit etiam Acta circa Paulum Samosatensem? Arabici Canones sanciant: *Ut non admittatur querela Archi-Episcopi contra suum Patriarcham de ullo peccato, neque reprehensio, neque iudicium nisi adhibito altero Patriarcha, uno ex Fratribus ejus. Et nullus in hac re accusatori Archi-Episcopo faveat, neque cum eo consentiat, nisi auctoritate alterius Patriarchæ.* Scio hunc Canonem aliter intelligi ac transferri ab Abrahamo Echeleni: Nihilominus hæc translatio videtur verior. Et ex tali regula Antiocheni Patriarchatus Metropolitæ ad accusandum & iudicandum suum Patriarcham Paulum videntur advocasse, ac suæ Synodo adiunxisse Sanctum Dionysium Patriarcham Alexandrinum, & Sanctum Firmilianum Primate[m] Cæsariensem. Verùm quod ad tale opus requiratur Œcumenica totius Ecclesie Synodus, nullus suadet Canon, nullum testimonium, nullum exemplum. Sancti Julii verba, *Ut ab omnibus decerneretur, sunt alienissima ab isto errore.*

### CAPUT XXX.

*Discutiuntur Senſa Domini Archi-Episcopi circa epistolam Sancti Damasi Pontificis, à Romana Synodo scriptam ad Imperatorem Theodosium.*

Lib. 7. C. 4.

**D**ominus Archi-Episcopus videt Julii epistolam à se detorqueri, ideoque alia suis Commentis venatur arma: *Si quis in dubium vocare velit interpretationem epistolæ Julii à me propositam, quoad jus quod sibi vindicabant Occidentales, in mea sententia cedere saltem debet auctoritati Concilii Italici, cui interfuit Sanctus Ambrosius. Scribunt hujus Concilii Patres in Synodica ad Imperatorem Theodosium epistola, Maximum qui Constantinopolis Episcopus fuerat ordinatus, cum in Synodo Constantinopolitana depositus fuisset, captata occasione Concilii generalis, quod Imperatores Romani convocaverant, ad Apostolicam Sedem accessisse, ibique exposulasse de sua depositione, ac de Nectarii Ordinatione in locum suum. Attamen Occidentales, sancti Maximum in suam communionem receperunt,*

*nihil quoad Episcopatum decernere voluisse absentibus Episcopis Orientalibus, qui Constantinopoli substitutebant pro celebranda Synodo. Nos igitur in Synodo ea, inquirunt, quæ totius Orbis Episcopis videbatur esse præscripta, nihil temere statuendum esse censuimus. Anſe nihilominus, quod ex ea causa interrupta esset Ecclesiarum communio. Orientales enim, cum intellexissent Maximum Romam esse profectum, ut illic causam suam refricari procuraret in Synodo, ad quam universi Orbis Episcopi invitati erant, nolite ad eam accedere. Tunc adferunt veteris consuetudinem usurpatam ab Athanasio, Petro Alexandrino, & à plerisque Orientalium Episcopis, qui iudicium expectarent non solum Ecclesie Romanæ, sed etiam Italie, ac totius Occidentis. Unde concludunt Orientales, cum Maximum ad Episcopos Occidentis accesserit, presolari debuisse eorum sententiam in causa Maximi. Ne quis verò existimet eos solos velle negotium illud terminare, declarant se nihil aliud cupere, nisi ut hæc causa in Concilio iudicetur ab Episcopis Occidentalibus & Orientalibus. Et adducit verba epistolæ: *Nam cum Orientales Episcopi cognovissent ad hoc partium venisse Maximum, ut causam in Synodo ageret suam, quod etiam si indictum Concilium non fuisset, jure & more Majorum, sicut & sanctæ memoriæ Athanasii, & dudum Petrus, Alexandrinæ Ecclesie Episcopi, & Orientalium plerique fecerunt, ut ad Ecclesie Romanæ, Italie, & totius Occidentis confugisse iudicium viderentur; cum eum, sicut diximus, experiri velle adversum eos, qui Episcopatum ejus abnuerant, comperissent, presolari utique etiam nostram super ea re sententiam debuerunt. Non Prærogativam vindicamus examinis, sed consortium tamen debuit esse communis arbitrii. Et infra: *Nec quædam nos angit de domestico studio & ambitionis contentio, sed communio soluta & dissociata perturbat. Nec videmus eam aliter posse convenire, nisi aut is reddatur Constantinopoli, qui prior ordinatus est, aut certe super duorum Ordinatione sit in Urbe Roma nostrum, Orientaliumque iudicium. Neque enim indignum videtur, Augusto, ut Romanæ Ecclesie Antistitis, finitimorum, & Italarum Episcoporum debeant subire Tractatum, qui unius Aebolii Episcopi ita expectandum putaverunt iudicium, ut de Occidentalibus partibus Constantinopolim evocandum putarint. Si quid huic uni reservatum est, quantum magis pluribus reservandum est? Nos autem à beatissimo Fratre tua Pietatis admoniti, ut iuxta Clementis scriberemus Imperio, postulamus, ut ubi una communio est, & commune velit esse iudicium, concordantiumque consensus.***

Ex his Dominus Archi-Episcopus concludit: *Quod si tunc temporis auctoritas Concilii Sardicensis valuisset, occasio videlicet opportunissima reperta erat, qua vocaretur in usum. Nullam autem ejus mentionem faciunt Episcopi Occidentales, nihilque aliud contendunt, quam ut unâ cum Orientalibus cognoscere possint de causa depositionis Episcopi Constantinopolitani. Eam ob causam Theodosium orant, ut Concilium universale apud Urbem Romam celebrari iubeat, eamque sibi videri unicam rationem revocandæ communionis inter Orientales & Occidentales. Attamen Occidentalibus satis factum est epistola Synodica Orientalium, quam ex Concilio Constantinopolitano scripsit-*

*scripserunt ad Damasum & ad Synodum Romanam, quæ Italos orant, non ut confirmet ea, quæ in hac Synodo Constantinopolitana acta erant, sed ut charitate spirituali ipsi gratulentur propter Ordinationes Ecclesiarum Constantinopolitanæ, Antiochenæ, & Hierosolymitanæ, quibus præfati erant Nectarius, Flavianus, Cyrillus.*

Respondeo hic etiam non deesse errores. Rei series est breviter exponenda. Imperator Valens Arianismo infecit omnem Orientem: Præsertim Constantinopolim. Excepta tamen Cappadocia, quæ per Magnum Basilium, ac Sanctum Gregorium Nazianzenum permansit quasi propugnaculum Catholicæ Fidei. Per Valentis mortem cessavit persecutio. Hinc pauci apud Constantinopolim residui fideles, nec non & vicini Episcopi rogaverunt præfatum Gregorium, ut dignaretur Regiam civitatem accedere, sua doctrina ac zelo reparatum fidem atque Ecclesiam. Et Gregorius venit. Non ut Episcopus, sed ut Missionarius. Et primò, quod Ariani haberent omnes Ecclesias, est concionatus sub dio, ideoque & ab Arianis passus solemnem lapides. Et habitavit pauper in modico Conducto. Postmodò acquisivit exiguam Ecclesiam Sanctæ Anastasiæ. Tandem Theodosius accepit Orientale Imperium, & statim Gregorio tradidit Cathedralem Ecclesiam. Et iussit isthic esse Episcopum. Quare Petrus Patriarcha Alexandrinus ipsum inthronizavit per litteras omnium primus. Et ejus iudicium secuti sunt plures Episcopi. Verùm nescio quis Constantinopolitanæ Ecclesie Presbyter oderat Gregorium, atque ita Petrum per calumnias perduxit in contrariam sententiam. Quapropter hic venit Constantinopolim, & intra privatas aedes, quod Ariani adhuc tenerent Ecclesias, in illius civitatis Episcopum consecravit Maximum Cynicum. Ea res movit totum Orientem: Arianis motibus hunc super-addidit. Plurimi enim diligebant Gregorium. Porrò Orientalem Ecclesiam purgaturus & pacaturus Papa Damasus, ab Imperatore Theodosio rogavit generalem Synodum, faciendam Romæ. Et impetravit. Verùm Orientales Episcopi ex causis noluerunt Romam accedere, Synodum egerunt Constantinopoli, ac ex istius civitatis Episcopatu non solum Gregorium, sed etiam Maximum ejecerunt, ac imposuere Nectarium, adhuc Cathecumenum. Addiderunt schisma schismati, & eidem Ecclesie dederunt tres Episcopos. Hæc sunt successivè facta per duas in eadem civitate Synodos. Prima eiecit Maximum, & stabilivit Gregorium; secunda Gregorium abiecit, & superordinavit Nectarium. Hinc Maximum appellavit Romam. Accessit ad isthic adunatam sub Damaso Occidentalem Synodum. Et ejus appellatio fuit admitta. Rationem dat præfata Romanæ Synodi ad Theodosium epistola: *Nectarii Ordinationem quem ordinem habuerit, non videmus. Namque in Concilio nuper, cum Maximum Episcopus Alexandrinæ Ecclesie communionem manere secum, lectis Petri sanctæ memoriæ Viri litteris, prodidisset, ejusque intra privatas aedes, quia Ariani Basilicas adhuc tenebant, secretum esse mandatoribus Episcopis ordinantibus, dilucidâ testificatione docuisset, nihil ha-*

*buimus, in quo de Episcopatu ejus dubitare possemus, cum vim sibi repugnantem à plerisque etiam de populo & Clero testatus esset illatam. Et infra: *Quia reverè advertebamur Gregorium nequaquam secundum traditionem Patrum Constantinopolitanæ Ecclesie sibi Sacerdotium vindicare. Et rursum: *Nectarium autem cum nuper nostra Mediocritas Constantinopoli cognoverit ordinatum, coherere communionem nostram cum Orientalibus partibus non videmus. Præsertim cum ab istdem Nectarius dicitur illic sue communionis consortio desitutus, à quibus fuerat ordinatus. Non mediocris igitur hic scrupulus. Nec quædam nos angit de domestico studio & ambitione contentio, sed communio soluta & dissociata. Nec videmus eam posse aliter convenire nisi aut is reddatur Constantinopoli, qui prior est ordinatus, aut certe super duorum Ordinatione sit in Urbe Roma nostrum, Orientaliumque Concilium. Maximi ordinationem, quia priorem tempore, & bonis nixam principiis, ducunt legitimam, ideoque ejus appellationem scribunt à se admittam. Et ipsum revelaverunt: *Itaque cum Maximum Episcopum in communionem receperunt nostra consortia, quoniam eum constat à Catholicis Episcopis ordinatum, nec nos ab Episcopatus Constantinopolitani putavimus petitione removendum. Per sua Consortia intelligunt Alexandrinam Ecclesiam, omnem Ægyptum, ac omnem communionem Paulini Patriarchæ Antiocheni. Ab his, Maximum recipientibus, ajunt se non posse dissociari. Hinc ipsum admittunt uti Constantinopolitanum Episcopum, reveſtiunt, & omnia parant ad retractatorium iudicium. Rectè asserunt hunc scrupulum non esse mediocrem. Erant & plures gravissimæ quæstiones, spectantes ad fidem & pacem utriusque Ecclesie. Hinc generalem, Romæ celebrandam, & semel à Principe concessam, Synodum censent per-necessariam, ideoque rogant ipsam concedi denuò, & Orientales Episcopos ad ipsam compelli.****

Primus ergo Domini Archi-Episcopi error est, quod Romana ista Synodus, absentibus Orientalibus Episcopis, de Maximi Episcopatu nihil voluerit decernere. Etenim decrevit admittendam ejus non dumtaxat appellationem, sed & communionem, ipsum reveſtivit, atque admittit ad retractatorium iudicium. Hocce tamen iudicium, quia non mediocres comprehendebat scrupulos, inchoare noluit, nisi in communi Synodo. Maximum reveſtivit ad illum modum, quo antea vestitus fuerat. Etenim ipse nunquam fuerat pacificus Possessor istius Ecclesie. Uti Nectarius ipsi, ita ipse fuit superordinatus Gregorio. Romana Synodus ipsum reponit in istum statum. Notanda sunt epistolæ verba: *Nam cum cognovissent Orientales Episcopi, qui generale Romanum Concilium declinaverant, & particulare Constantinopoli celebrabant, ad hoc partium venisse Maximum, ut causam in Synodo ageret suam, cum eum experiri adversum eos, qui Episcopatum ejus abnuerant, comperissent, presolari utique etiam nostram super eo sententiam debuerunt. Affirmant Maximum ante Nectarii Ordinationem provocasse, ideoque istam debuisset suspendi, & esse non veram Ordinationem, sed attentatam & damna-*

damnatam Superordinationem. Utiq; damnata per Canones Sardicenses.

Et hinc secundus Domini Archi-Episcopi error est, quod isto tempore apud Occidentales non vigerit Sardicensis Concilii autoritas, & hæc epistola nullam faciat ipsius mentionem. Etenim uti Dominus Archi-Episcopus, dum hæc Commentaria scripsit, nullam Grammatices aut Dialectices mentionem fecit, & tamen scripsit ex ipsarum Regulis; ita Sanctus Ambrosius, & alii Romanæ Synodi Patres in hac sua epistola, ac item in suis Synodalibus Actis tractarunt Synodum Sardicensem. Uti Logicales regulæ, ita & sacri Canones dividuntur in docentes & utentes. Attamen hæc Synodus Sardicenses Canones non explevit ad litteram, sed ex causis fuit usa aliquo dispensatorio temperamento. Etenim Nectarium, quoniam pendente Romana appellatione promotum, isti Canones mandabant ejici ut illegitimè superordinatum: At Patres dissimularunt. Permisserunt ipsum non quidem federe, sed pendere. Usque ad retractatorium in generali Synodo Judicium. Nempe quod esset quæstio non mediocrium scrupulorum. Et propter pacem utriusque Ecclesiæ. Dissimularunt sub hac conditione: *Angit nos soluta & dissociata communio. Nec videmus eam posse aliter convenire, nisi aut is reddatur Constantinopoli, qui prior est ordinatus, aut certe super duorum Ordinatione sit in Urbe Roma nostrum, Orientaliumque Concilium.* Gregorii promotionem habent pro manifestè nulla, ideoque dum hæc non admitteretur conditio, voluerunt Maximum plenè revestiri ac inthronizari.

Tertius error est, quod Ecclesiarum Communio fuerit tunc soluta ac dissociata propter Ordinationem Maximi. Etenim hujus dissociationis causa est longè antiquior. Eam exponit exordium epistolæ. Laudat Theodosium, quod Orientalem Ecclesiam expurgavit ab hæretibus, & profecit: *Atque utinam Catholicos ipsos reverentia veteri reddidisset, ut nihil novarent contra Prescripta Majorum, nec temerè vel servanda rescinderent, vel rescindenda servarent.* Itaque dolentius fortè, quam inconsultius ingemiscimus facilius potuisse expelli hæreticos, quam inter Catholicos convenire. *Quanta enim nuper confusio facta sit, explicari non potest. Scripsimus dudum, ut quoniam Antiochena civitas duos haberet Episcopos, Paulinum atque Meletium, quos fidei concinere putabamus, aut inter ipsos pax & concordia salvo ordine Ecclesiastico conveniret, aut certe si quis eorum, altero supersite, decessisset, nulla subrogatio in defuncti locum, supersite altero, gigneretur. At nunc Meletio defuncto, Paulino supersite, quem in communione vestra mansisse, consortia, quæ à Majoribus inoffensè ducta, testantur, contrafas atque Ecclesiasticum Ordinem, in locum Meletii non tam subrogatus, quam superpositus asseritur. Atque hoc factum allegatur consensione & consilio Nectarii, cujus Ordinatio quem ordinem habuerit, non videmus. Ecclesia Antiochena dudum fuit in schismate propter ejectionem ab Arianis Sanctum Eustatium, quem ipsa Nicæna Synodus isti Ecclesiæ dederat Episcopum. Postmodò habuit duos Catholicos Episcopos, Paulinum ac Meletium. Romana, omnis Lati-*

na, Alexandrina, omnis Ægyptia, ac plures per Orientem Ecclesiæ Paulinum, aliæ agnoverunt Meletium. Post varia conventum est inter partes, atque juratum, ut altero defuncto supersites esset solus & solidus Episcopus, atque amborum Clerus & populus adunaretur in unam pacificam communionem. Interim Romana cum aliis præfatis Ecclesiæ communicabat soli Paulino, & solis ipsi communicantibus, atque ita erat dissociata communio. Non à toto Oriente, sed ab illis dumtaxat Ecclesiis, quæ Paulinum aversabantur, communicantes soli Meletio: *Quædam enim Orientis Ecclesiæ indifferenter communicabant ambobus, atque ita etiam istis dispensatoriè communicabat Romana Ecclesia. Porro Constantinopolitana Synodus admisit Meletium, & exclusit Paulinum. Insuper in defuncti apud se Meletii locum promovit & admisit Flavianum, atque ita gravissimè offendit Romanam Ecclesiam. Hinc ipsa dissociavit suam communionem à tota Synodo, & sanxit ipsam non rescindendam, nisi Orientales Episcopi venirent Romanam, ac illic in communi Synodo retractarent & sospirent omnia. Eiusdem dissociationis meminit Aquilejensis Synodus in sua secunda epistola ad Imperatores Gratianum ac Theodosium. Affirmat à Sutorum monte, qui Thraciam à Dacia, adeoque Occidentale Imperium ab Orientali dividit, usque ad Oceani fines, id est, per totum Occidentale Imperium, esse plenam fidei inter Ecclesias pacem; agit Principibus gratias, quod idem Dei beneficium Orienti præstitissent, expellentes hæreticos, & Catholicis reddentes Ecclesias; ac profecit: *Sed tamen quoniam invidia Diaboli nunquam quiescere solet, inter ipsos Catholicos audivimus crebras dissensiones, impacatamque discordiam. Unde toto confundimur affectu, quod innovata pleraque comperimus, eosque gravari nunc, quos oportuit adjuvari, qui in nostra semper communiione durabant. Denique Alexandrina Ecclesiæ Episcopus Timotheus, sed & Antiochena Paulinus, qui semper nobiscum communionis intemeratam habuere concordiam, dissensionibus aliorum, quorum fides superioribus temporibus hesitabat, feruntur urgeri. Quos quidem, si fieri potest, & fides plena commendat, ad consortia nostra optamus adjungi; sed ita ut vetustæ communionis societas sua Prærogativa servetur, quorum nobis hæc non superflua cura est. Primò omnium, communionis societas nullam debet habere offensam. Deindè, quia utriusque partis dudum accepimus litteras, precipueque illorum qui in Antiochie dissidebant Ecclesiæ. Et quidem nisi hostilis impedimento fuisset irruptio, aliquos etiam de nostro numero disposueramus illò dirigere, qui Sequestres & Arbitri refundendæ, si fieri possit, pacis existerent. Sed quia studia nostra tunc temporis habere effectum per tumultus publicos nequiverunt, oblatas Pietatis vestrae nostras opinamur preces, quibus juxta partium Pactum poposcimus, ut altero decedente, penes superstitem Ecclesiæ jura permanerent, nec aliqua superordinatio attentaretur. Ideoque petimus vos, ut & Alexandriae Sacerdotum Catholicorum omnium Concilium fieri consensatis, qui inter se plenius tractent atque definiant, quibus impartienda communio, quibus sit observanda.**

Epi-

Epistola est scripta per Sanctum Ambrosium, ex Aquilejensi Synodo; cui adfuerunt septem Gallicani Episcopi; Legati totius Diocesis: Erat Patriarchalis Synodus, atque ita ex ipsa etiam lucet Gallicanam Ecclesiam ab ista Synodo non fuisse exemptam. Epistola est scripta ante Constantinopolitanam Synodum, & affirmat varia. Primò, quod in Orientali Ecclesia, etiam post ejectionem à Theodosio hæreticos, & redditas Catholicis Ecclesiis, permanerent crebræ dissensiones ac impacata discordia. Secundò, quod per istud malum gravarentur illi, qui in fide Occidentalis Ecclesiæ communionem semper perstiterant, ideoque debebant adjuvari. Tertio, quod inter istos gravatos essent etiam Timotheus Alexandrinus, ac Paulinus Patriarcha Antiochenus. Quarto, quod ista gravamina inferrentur per eos, quorum fides superioribus temporibus hæsitaverat. Nempe per Meletii discipulos & communicatores, quorum plures, uti & ipse Meletius, antea Ariani fuerant, aut certè de errore suspecti. Quintò dicit, quod hos omnes oportet admitti aut manere intra Ecclesiæ gremium, at tamen sine præjudicio veteris communionis, cui custodiri debet sua Prærogativa, & caveri ejus offensa. Sextò, quod hæc vetusta communio præsertim sit apud Antiochiam: Videlicet ejus Patriarcham Paulinum. Ipse enim reverè successerat Sancto Eustatio, & fuerat consecratus per Luciferum Calaritanum Episcopum, Legatum Sedis Apostolicæ; at verò Meletius intrusus Arianus successerat, per eosdem intrusus & ipse. Septimò dicit, quod utraq; & Pauliniana & Meletiana, istius Ecclesiæ communio invocasset jam pridem Romanam Ecclesiam: Et quod hæc parasset eò Legatos transmittere, sed impedita fuisset per bellicos motus. Octavo, quod eadem Romana Ecclesia tunc Principibus supplicasset, ut juberent custodiri Pacta inter Paulinum & Meletium inita, cum juramento sancientia, ut altero defuncto non attentaretur Superordinatio, sed superstes haberet plena jura Ecclesiæ. Ad hæc per Orientem componenda Patres Aquilejenses rogant etiam apud Alexandriam indicium Synodum, utique præparatoriam ad Œcumenicam Romanam. Nulla sit mentio Maximi aut Nectarii: Quod nempe ille necdum degradatus, hic necdum esset ordinatus. Proinde vera & unica causa, ex qua ante Constantinopolitanam Synodum dissociata fuit Ecclesiarum communio, erat sola discordia Antiochena Ecclesiæ. Dominus Archi-Episcopus pro se urget hæc verba: *Nec videmus eam posse convenire, nisi aut is reddatur Constantinopoli, qui prior est ordinatus.* Respondeo verba respicere audaciam Nectarii, qui non solum se intrudi permiserat in Sedem Constantinopolitanam, sed insuper fuerat author Flavianum contra jurata Pacta intrudendi in Sedem Antiochenam. Ita Eustatianum istius Ecclesiæ Schisma innovat & auxerat, ac insuper addiderat Schisma Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Et alterum cum altero insolubiter intricaverat. Etenim universam Constantinopolitanam Ecclesiam à Paulini ad Flaviani communionem abstraxerat, atque ita etiam separarat à communione

Romanæ Ecclesiæ. Romanæ Synodi Patres censuerunt hæc omnia in ordinem & pacem non posse redigi, nisi per Nectarii ejectionem ac inthronizationem Petri, aut certè per generale Concilium.

Quartus Domini Archi-Episcopi error est, quod Occidentales Episcopi circa Maximi appellationem nihil aliud contenderint, quam ut una cum Orientalibus cognoscere possent de causa depositionis Episcopi Constantinopolitani. Quod istud retractatorium Judicium, ideoque & ipsa appellatio fieri non potuerint ad solam Romanam Ecclesiam, sed dumtaxat ad generalem totius Ecclesiæ Synodum. Est error alienissimus à textu epistolæ: *Ut causam in Synodo ageret suam, quod etiam si inditum Concilium non fuisset, jure & more Majorum poterat. Vox, Poterat, est supplenda.* Istud jus ac iste mos constant per exempla Sancti Athanasii, ejus Successoris Petri, ac aliorum Orientalium Antistitis, qui non ad generale Synodum, sed solummodò ad Romanam Ecclesiam, Italiam, aut totius Occidentis Episcopos confugerunt & appellarunt. Et epistola adjungit: *Neque enim indignum videtur, ut Romanæ Ecclesiæ Antistitis, finitimorumque, & Italarum Episcoporum debeant subire Tractatum.* Totius Occidentis, quos antea expresserat, jam prætermittit Episcopos. Quod nempe nec totam Romanam Patriarchatus Synodum censet necessariam ad retractandas appellationes Orientalium Antistitis. Quin immò nec tota finitimorum ac Italarum Synodus est necessaria. Verùm hæc tunc simul confidebat, ideoque epistola dicit non esse indignum, ut Orientalis Ecclesia subit ac obediat ejus retractatorio Judicio.

Proinde Generalis Synodus in isto casu non fuit necessaria, nisi ex voluntate Sancti Damasi, qui suo sapientissimo consilio judicavit ita expedire. Ob duas causas. Primò, quod harum quæstionum scrupulus non esset mediocri. Erat enim intricatissimus ex pluribus & gravissimis totius Ecclesiæ contentionibus. Secundò, quod tota Constantinopolitana Synodus degradasset appellantem Maximum, ac superordinasset Nectarium, adeoque tota esset ex Jure demutata in ream, & sic facta obnoxia Romanæ evocationi. Ex eadem regula Sanctus postea Leo totum Ephesinum Latrocinium evocavit Romam ad audiendum retractatorium Judicium Sancti Flaviani, & ejus Collegarum in degradatione, ac Romana appellatione. Et ejus Principem Dioscorum jussit stare inter Reos. Et palam professus est hæc à se agi juxta Sardicenses Canones. Quare secundum ipsos egit etiam Sanctus Damasus.

Notanda sunt & hæc epistolæ verba: *Non Prærogativam vindicamus examinis, sed consortium tam debuit esse communis arbitri.* Sunt copulanda cum his: *Nec quadam nos angit de domestico studio & ambitione consensio, sed communio soluta & dissociata conturbat.* Notant Orientales Episcopos, quod Romam ad indictum Œcumenicum Concilium non venerint, sed soli Synodum Constantinopoli egerint, atque in illa præsumperint Maximum in prima instantia soli judicare. In generali

rali Synodo Papa habet duplex privilegium: Jus relationis seu propositionis, & Prærogativam suffragii. At verò Constantinopolitana Synodus erat pars Œcumenici Concilii indicti Romam, ideoque tenebatur eisdem legibus: Proinde Pontifex isthuc excludi non poterat à privativis Juribus. Dum Romam illa volebat accedere, nihil attentare poterat, nisi post postulata & accepta Papalem relationem ac suffragium. Hinc epistola adjungit: *Nec quædam nos angit de domestico studio & ambitione contentio*. Sensus est: Nolumus urgere, quod relatio & suffragii Prærogativa Pontifici competierint etiam in vestra Synodo, ideoque sine ipso Maximi causam nec inchoare poteritis. Nolumus hæc urgere, ne angit & contendere videamur de domestico studio, & ambitu Romanorum Jurium. Dumtaxat dicimus, quod tamen esse debuerit consortium communis arbitrii. Etiam in prima instantia: Quanto magis nunc in secunda? Insuper promittit Orientales, dum Romam advenerint, non transferre ad Reos, sed per singularem gratiam admittere ad Synodalem consensum & suffragium. Damasus imitator suum Antecessorem Julium, qui eodem modo, & in sua ad Antiochenam Synodum epistola, & in Sardicensi Synodo, egit cum Eusebianis. Ex quo iterum patet, quod Damasus hæc omnia egerit juxta formam Sardicensem. Iste est verus sensus epistolæ.

Hæc verba, *Sed communio soluta & dissociata perturbat*, continent tertiam causam, ex qua Damasus circa hoc negotium voluit esse consortium communis arbitrii. Hæc dissociatio erat palmaris scrupulus: Et refocari vix poterat, nisi per communem Tractatum. Hic esse debuerat etiam in prima omnium causarum cognitione, ideoque longè magis jam in retractatoria. Nam Maximi degradatio & Nectarii superordinatio dissociationem magis innodaverant. Huc etiam respicit conclusio epistolæ: *Nos autem à Beatissimo Principe Fratre tuæ Pietatis admoniti, ut tuæ Clementiæ scriberemus Imperio, postulamus, ut ubi una communio est, commune velis esse iudicium, concordantiumque consensum*. Damasus affirmat se hæc scribere ex consilio Imperatoris Gratiani, cujus mens sit, ut ad refocandam Ecclesiarum communionem, & ad dirimendas alias ipsarum quæstiones fiat generale Concilium. Et quidem in Urbe Roma. Proinde istud Concilium non fuit necessarium per Canones, sed ex sola voluntate Pontificis, suo sapientissimo consilio iudicantis expedire.

Quæstio est, Quid sint finitimi ad aliam Urbem Episcopi, quid Episcopi Italia? Respondeo solidam Italiam à Romanis fuisse divisam in tres partes: In Provincias Suburbicarias, Provincias Urbicarias, & Italiam specialiter dictam. In Theodosiano Codicæ, ac apud Romani Imperii noticiam famosa est ista distinctio. Provincie Suburbicariæ erant illæ, quæ per gyrum continebantur intra centesimum ab Urbe lapidem. Eas inter erant pars Thuscæ, & pars Picenæ. Utraque enim hæc Provincia fuit divisa in partem suburbicariam, & partem Annonariam. Attamen istæ partes non elebant præfatam gyrum, ideoque & aliæ duæ

Provinciæ habuerunt partem suburbicariam. Urbicariæ Provincie fuerunt decem: Campania, Thuscæ, Umbria, Picenum suburbicarium, Sicilia, Apulia, Calabria, Bruttii, Lucania, Samnium, Sardinia, Corsica, & Valeria. Speciatim sumpta Italia habuit septem Provincias: Venetiam, Istriam, Æmiliam, Liguriam, Flaminiam, Picenum Annonarium, Alpes Cottias, Rhetiam primam, & Rhetiam secundam. Omnes decem urbicariæ Provincie suberant Præfecto Urbis. Ita & immediato Metropolitanico Jure suberant Romano Pontifici: Papa erat ipsarum Metropolita. Excepta tamen Sardinia, quæ proprium semper Metropolitanum habuit. Specialis Italia habebat duos Metropolitanos: Mediolanensem & Aquilejensem. Episcopi igitur, quos Damasus finitimos vocat, & distinguit ab Italiæ Episcopis, sunt novem Urbicariarum Provinciarum Episcopi, immediate spectantes ad ejus potestatem Metropolitanicam, & ad ejus Provinciale Synodum. Affirmat appellatas Episcoporum causas quandoque in hac sola, quandoque retractari in Synodo totius solidæ Italiæ.

Quintus Domini Archi-Episcopi error est, quod Occidentalibus fuerit satisfactum per Synodicam Orientalium epistolam, à Constantinopolitano Concilio scriptam ad Damasum Pontificem. Etenim contrarium evincunt Capuana Syriaci Pontificis Synodus, Sancti Ambrosii ad Theophilum Alexandria Patriarcham epistola, & circa eandem rem Scripta Theodoretii. Romana Ecclesia Flaviano pro perjuro, exlege, contumaci, & ad sacra Rescripta transfuga habuit: Adeo non acquievit præfatis Synodalibus litteris. Romanæ Ecclesiæ communionem illi non accepit, nisi sub finem vitæ. Per mediacionem Acacii Berthæensis Episcopi, & Sancti Isidori Pelusiota, Presbyteri Alexandrini. Ad horum Legationes & preces Apostolica Sedes tandem admisit ejus Episcopatum. Ex quo lucet Romanam confirmationem Patriarchis fuisse semper necessariam. Porro de sua à Catechumeno in Episcopum promotione scribit ad Vercellensem Ecclesiam Sanctus Ambrosius: *Ordinationem meam Occidentales Episcopi iudicio, Orientales etiam exemplo probarunt*. Utique ordinando Nectarium. Ex quo docemur Nectarii ordinationem, dum ista scribebat Ambrosius, fuisse probatam à Romana Ecclesia. Etenim ad suam ordinationem purgandam Ambrosius non assumeret reprobatum exemplum. Nempe Constantinopolitana Synodus Nicænam de sacro-sancta Trinitate, ac Divina Incarnatione fidem insigniter defendit & stabilivit. Hinc ipsam confirmavit tandem, & in eandem cum sua Romana Œcumenicam Synodum adunavit Damasus. Et ad Theodosii preces, nec non ad Ecclesiæ pacem confirmavit etiam Episcopatum Nectarii, instructus de Maximi dolosa hypocrisis, & antea occultis facinoribus.

D. Archi-Episcopus addit, quod Constantinopolitana Synodus Damasum ac ejus Synodum oraverit, non ut sua Acta confirmaret, sed ut spiritali charitate ipsis gratularetur propter Ecclesiarum, & novorum Episcoporum ordinationes. Hinc conclusum vult generales Synodos non ob-

strin-

## CAPUT XXXI.

*Quid Dominus Archi-Episcopus sentiat de antiqua Sardicensium Canonum observantia?*

Dominus Archi-Episcopus, uti Romanas appellationes, ita averfatur & Sardicenses Canones. Ipsos non solummodo interpretatur pessimè, sed insuper studet auferri ab antiquo usu & reverentia omnium Ecclesiarum. Jam audivimus dicentem, quod ipsos nec Sanctus Damasus attenderit, nec Sanctus Ambrosius: Quod ipsorum autoritas tunc non valeret apud Romanam Ecclesiam. At ipsum sine fundamento loqui, est demonstratum. In consequentibus docet, quod item nec Innocentius, nec quis alius ante Zozimum Pontifex agnovit: Quod primus ipsos produxerit Zozimus in quæstione cum Africana Ecclesia circa Romanas appellationes inferioris Cleri. *Canones Sardicenses*, inquit, *necdum recepti erant ætate Innocentii primi. Jus illud, quod ille vindicat Sedi suæ, prorsus petit à Canonibus Synodi Nicænae, quorum sensum, quoad jura Romani Pontificis in Occidente, primus ille aperuit in epistola ad Victorium Episcopum Rothomagensis. Infra refert verba epistolæ, ac pergit: Synodus cujus mentionem facit Innocentius, & Canones in epistola ad Milevitanum Concilium laudati, sunt omnino alii præter Sardicenses. Synodus enim Sardicensis nihil statuit de relationibus ad summum Pontificem mittendis in materia fidei. Itaque Synodus illa ab Innocentio laudata non est alia, quam Nicæna. Porro istas relationes Innocentius laudat etiam in litteris ad Milevitanum Concilium.*

Respondeo Innocentium in adductis locis non de solis in fidei materia relationibus agere, sed etiam de relationibus in materia disciplinæ. In Rescripto ad Milevitanam Synodum de solis prioribus, in litteris ad Victorium agit de ambabus. Agit enim de relationibus omnium majorum causarum, quæ & circa fidem versari possint, & circa disciplinam. Porro de ambabus relationibus Sardicensis disertè ac expressè, Nicæna Synodus non nisi implicite sancit per generales terminos. Per hæc verba sexti Canonis: *Suis privilegia servantur Ecclesiis*. At verò Sardicensis Synodus habet in tertio Canone: *Scribatur ab his, qui causam examinauerunt, Julio Romano Episcopo*. Et in relatione ad eundem Pontificem: *Hoc aptum & valde congruentissimum esse videbitur, si ad Caput, id est, ad Petri Apostoli Sedem, de singulis quibusque Provinciis Domini referant Sacerdotes*. Laudant utramque relationis speciem. Quare Synodus, quam Innocentius laudat, est omnino Sardicensis. Et hæc involvit Nicænam. Et utraque stabilivit Apostolicum Canonem, ac avitam Ecclesiæ consuetudinem. Porro alibi Dominus Archi-Episcopus ex Hincmaro Rhemensis rectè dicit ab isto Innocentii Decreto & Nicænam laudari Synodum, & Sardicensem.

Dominus Archi-Episcopus in sequenti capite affir-

L

stringi ad confirmationem suorum Actorum postulandam à Romano Pontifice. Respondeo esse caducum argumentum. Etenim de istius Synodi Episcopis singularem orationem nobis reliquit Sanctus Gregorius Nazianzenus, & in ipsa scribit: *Episcopi dimiserunt me ab urbe, non admodum repugnantem. Quippe turpissimum erat me illorum fidei capponum in numero esse, quorum alii nepotes erant illorum, qui Tributorum scribæ fuerant, & aliud nihil volebant animo, quam falsas & subdolas rationum depravationes. Alii remos & exercitus relinquerant, redolentes adhuc sentinam, vel corpus fœdaturum clocatricibus habentes; populi gubernatores ac Duces militum, qui ne minimum quidem concessuri videntur. Nonnulli etiam opificiorum, quæ citra ignem operas suas perficere nequeunt, gnari ne fuliginem quidem carnis integrè abluerant, flagriones, ac pisistrinis digni. Qui prius quam pretium Heris numerare queant si vel exiguum à laboribus requierem inveniant, lasciviant insipienter*. Eisdem Episcopos describit in carmine de sua vita: *Clamitant illi undique ut graculorum turba rem unam molens. Juvenum caterva, quam tabernam diceret: Trahesque turbo pulverem, venit æmulus. Dignatus esset cum quibus nemo, metu sancto Thronoque prædixit, quidquam loqui. Præposterè ut qui fundementum impetu. At hoc secutus est tamen Cæcus Senum, motus juvencis fervidos, quos par erat frænare. Ratio porrò quam scita, aspice: Debere nostras nempe res Solem sequi, ortum hinc trabentes, unde Regnator poli nobis, amicus carne, primum splenduit*.

Nu. 137.

Quod Eusebiana Factio homines ineptissimos intruserit in Episcopales Cathedras, est omnibus exploratum. Istorum plures erant in hac Synodo. Etenim per Theodosii Imperatoris Edicta debuerunt aut Ecclesiam & honorem relinquere, aut redire ad Matrem Catholicam. Hi igitur, uti Arianos errores, ita Antiochenæ Synodi & Philippo-Politani Conventiculi Schismaticam adhuc olebant audaciam, atque ex hoc fonte blaterabant: *Debere nostras res Solem sequi, ortum hinc trabentes*. Evangelicam prædicationem dicebant duxisse originem, non in Occidentali, sed in Orientali Ecclesia, ideoque secundum hujus, non secundum istius Canones sibi esse agendum. Quod Orientalis Occidentali subesset, propter metum Principis non audebant negare, eo tamen tendebat clamorosi studium. Huc respicit Romanæ Synodi ad Theodosium epistola: *Utinam Catholicos ipsos reverentia veteri reddidisset, ut nihil novarent contra Præscripta Majorum*. Agit de reverentia erga Romanam Ecclesiam. Ex isto igitur forsitan fonte Constantinopolitana Synodus solummodo retulit sua Acta ad Damasum, non supplicavit confirmari. Attamen ejus verba possint & ita accipi, ut supplicent confirmationem. Quidquid sit, quod ista confirmatio sit necessaria, apud veros Christianos est extra controversiam. Etiam hic articulus est unus illorum, qui merito notantur in Domino Archi-Episcopo. Hæc sunt alterius loci.

Christ. Lupi Opera T. VIII.



affirmat Romanas à Provinciarum Synodis appellationes sub Damaso Pontifice & proximis Successoribus necdum viguisse in Occidente, & pergit: *At Innocentius primus, audacia subsidium à dignitate Sedis suae petens, atrox vulnus infligit auctoritati Synodi Macedonae, cujus iudicium retractavit in causa Bubali & Tauriani, ab ea Synodo damnatorum. Id aegre tulerunt Episcopi per Macedoniam constituti, qui de ea novitate apud Innocentium questi sunt. Quid faceret summus Pontifex? Erat hic sanè locus proferendi auctoritatem Canonum Sardicensium, sit tunc illi in usu fuissent. Nec sanè eos omisisset Pontifex. Sed neque Concilium Nicænum laudavit: Quod tamen non omisisset, si Canone aliquo Synodus illa Romanae Sedi jus tribuisset retractandi iudicia Provinciarum. At fortasse attulit consuetudinem Antecessorum suorum, quemadmodum & ab eo usurpatum videmus in plurimis occasionibus. Non ita sanè. Solam ergo aequitatem praetendit, ajens veritatem magis splendescere cum exagitur, fructumque Divinum esse, cum veritas saepe examinatur.*

Errores varii. Primus est fiducia, qua Dominus Archi-Episcopus, uti supra Julium, ita nunc Innocentium calumniatur de audacia. Secundus, quod Nicæni Canones non permitterent à Provinciarum Synodis provocari ad Sedem Apostolicam. Tertius est, quod nec avita id permittat consuetudo. Quartus est, quod primus huic consuetudini atrox vulnus infligerit Innocentius. Quintus est, quod Macedonae Synodus sit quæstia de novitate usurpatæ retractationis. Etenim quæstia est nequaquam de appellationis aut retractationis novitate vel usurpatione, sed de hujus superfluitate, illius frivoleitate. Affirmavit sui in Bubalium ac Taurianum iudicii iustitiam fuisse manifestam, ideoque damnatorum hominum appellationem non fuisse admittendam, longè minùs retractandam. Uti olim quidam cum Sancto Cypriano Hispanorum Episcopi adversus Basilidam & Martialis Episcoporum, hominum manifestè criminoforum, factam à Sancto Stephano Pontifice reparationem, ita Macedones Episcopi fuerunt quæsti adversus factam à Sancto Innocentio de similibus hominum causis retractationem. Innocentius enim ipsos nequaquam reparaverat, sed factum de ipsis iudicium solummodò retractarat. Querimonia non adversus auctoritatem intercessit, sed adversus solam obreptionem seu circumcriptionem.

Audiamus Pontificis epistolam: *Mora Co-Episcoporum nostrorum Maximiani & Eumenii, vel potius importunitas temporum fecit, ut vos iteratis de Bubali & Tauriano querimoniam, & nos iterum in homines perditissimos insurgeremus. Sed paucioribus verbis tantorum malorum imitator compendium, & strictum quæ in volumine litterarum vestrarum conspexerim, retractabo. Grave non oportuit videri piissimis mentibus vestris, cuiuscumque retractari iudicium: Quia veritas exagitata saepius, magis splendescit in luce; & pernicies revocata in iudicium, gravius, & sine illius, qui primum iudicavit, poenitentia condemnatur. Nam fructus Divinus est iustitiam saepius recenseri. Verum illud video movisse animos vestros, quod in multis Bubalius saepe fall-*

*ciis deprehensus, objecerit exemplaria scripturarum quasi à nobis litterarum, cum pro consuetudine hominis nihil, quod proferret, jam fide dignissimum videretur. Sed sileatur omne jam de tali negotio murmur, & convicium Diaboli ipsi anhelitus comprimantur. Affirmat varia. Primò, quod Bubalius ac Taurianus, à Rufi Thessalonicensis Episcopi Synodo damnati, Romam non solummodò appellarant, sed etiam accefferant. Secundò, quod inspectis, quæ Rufus haud dubiè transmiserat, Synodalibus Actis, Pontifex in perditissimos homines insurrexerit: Quod censuerit ritè damnatos, ideoque nec audiendos. Tertio, quod precibus ipsorum inflexus tandem admisit ad retractatorium iudicium. Et adjungit istius gratiæ causam: Grave non oportuit videri piissimis mentibus vestris, cuiuscumque retractari iudicium, quia veritas exagitata saepius, magis splendescit in luce, & pernicies revocata in iudicium, gravius, sine illius, qui primum iudicavit, poenitentia condemnatur. Nam fructus Divinus est iustitiam saepius recenseri. Affirmat se de Thessalonicensis Synodi iustitia non dubitasse, ideoque se nec retractasse ad ipsam inhonorandam, sed ad importunis ac rectè damnatis hominibus obstruendum os, ac magis illustrandam iustitiam. Rufus respondit fermè istud ipsum, quod olim Antiochenæ Synodo responderat Sanctus Julius: Qui bene sentiunt de his quæ egerunt, & in quibus ipsi iudices fuerunt, non indignanter ferre solent, si quod ab ipsis iudicatum est, ab aliis excutatur. Quippe qui securi sint, ea quæ ipsi iusta iudicaverunt, iniusta nunquam fieri posse. Tandem Synodale Rufi de utroque iudicium confirmat, atque ita extinguit omnem querimoniam.*

Ambigua sunt hæc verba: *Illud video movisse animos vestros; quod in multis Bubalius saepe fallaciis deprehensus, objecerit exemplaria scripturarum quasi à nobis litterarum, &c.* Quales, seu cujus tenoris litteras Bubalius finxerit, ignoratur. Existimo non fuisse reparatrices. Etenim non adversus hominis reparationem, sed adversus solam causæ retractationem Rufus intercessit. Quin immò Bubalius videtur nec revestitus fuisse. Etenim degradatorii iudicii iustitiam perspicuus Pontifex nec appellationem admittit, longè minùs hominem revestire voluit, sed ejus importunis precibus ac suggestionibus aliquid indulgere, & simul os claudere cupiens, causam admisit ad retractationem. Quidquid sit, manifestè processit secundum Sardicenses Canones. Etenim & Bubalius Romam accessit, & ibidem facta est retractatio. Nec adversus hoc aut istud quicquam intercessit. Quod Romanæ appellationes per omne Illyricum liberim semper pedibus ambulaverint, & juxta Sardicensem Normam semper fuerint retractatæ, statim docebunt authentica exempla ac testimonia. Et quid illis opus? Venerabilis Gaudentius, Naxitanus in Illyrico Episcopus, Præsidis Hofii Synodalem pro Romanis appellationibus relationem non probavit solummodò aut adjuvit, sed insuper ampliavit dicens ad laudatum Hofium: *Si videtur, necesse est adjici huic sententiæ, quam sincera dilectione protulisti, &c.* Et ejus propositionem omnis Synodus admisit in Canonem. Unde & ipsi Philippo-Politana Fa-

ctio

ctio non pepercit, sed etiam in eum latravit Degradationis contumeliam. Eandem ab illa gratiam retulit Protogenes Sardicensis Episcopus, quod Hofium in cunctis constantissimè adjuvisset. Et adfuerunt cuncti Primates Illyricorum Antifites. Et Sardica, Synodi locus, est non extrema Metropolis istius Dioceseos. Quomodo igitur Romanæ appellationes, quomodo Sardicensis disciplina possint istic non viguisse?

In tertii libri tertio capite Dominus Archi-Episcopus hæc scribit: *Prætermittenda non est Canonum Collectio, quæ in quinquaginta titulos distributa, Theodoretii Cyrensis Episcopi nomine existat in manuscripto Codice Bibliothecæ Regiæ. Eam Collectionem Joannes Scholasticus Patriarcha Constantinopolitanus, qui Justiniani temporibus floruit, collatione legum, sed præsertim novellarum constitutionum ejusdem Principis, ad singulos titulos addita ornavit. Unde sequitur hanc Collectionem Justiniani tempore antecessisse, atque adeo temporis rationem eis suffragari, qui Theodoretii genuinum esse opus censent. Quam ille ad usum privatum studiosorum concinnavit, ut in numero haberent Canones omnes, qui ad unum negotii genus referuntur. Affirmat quosdam esse oppositæ sententiæ, & adducit eorum fundamenta. Hoc est tertium: Tertia causa petitur à Canonibus Sardicensibus, quos Græci non admisere in veteri Collectione. Et ad hoc argumentum Dominus Archi-Episcopus respondet: *Aperta est ratio, cur Theodoretus Sardicenses Canones in suam Collectionem consecravit. Nempe quod Sede sua à Dioscuro Alexandrino in Synodo Ephesina secunda depulsus, eorum Canonum beneficio usus, Sedem Apostolicam appellavit, & à Leone in communionem receptus, Episcopaliq; dignitati restitutus, Imperatoris Decreto, & Synodi Chalcedonensis irretractabili iudicio locum suum obtinuit. Quare nihil aliud à Theodoro expectandum erat, quam ut Canonibus Sardicensibus recensendis benignum se præstaret. Istam Collectionem Theodoro adscribit etiam in Dissertatione de Primatibus Joannes Morinus, & in selectis de Jure Canonico Dissertationibus Franciscus Florens: Alii tamen censent posteriorem, & esse à Joanne Patriarcha.**

Quidquid sit, Dominus Archi-Episcopus fateatur Sardicensium Canonum usum esse antiquum apud Orientales. Et jure merito. Etenim Orientalium Antifitum Romanæ appellationes nobis pepererunt istos Canones. Et quod ipse Sanctus Athanasius non per solam Ægyptum, sed etiam apud Hierosolimam Synodaliter publicaverit, est omnibus notum. Eosdem subscribi fecit à cunctis melioribus Orientis Episcopis. Quod ipsum omnino fecerunt Marcellus Ancyranus, Lucius Adriano-Politanus, Asclepas Gazensis Episcopus, alique omnes reparati per istam Synodum. Paulus Constantinopolitanus facere non potuit, quoniam in istius Synodi odium fuit ab Eusebianis suffocatus in balneo. Juxta istos Canones Petrus Alexandrinus, ejus Successor Joannes Thallaja, Maximus Constantinopolitanus, ejus Successores, Sanctus Joannes Chrysofomus, & Sanctus Flavianus, Eutherus Thyanaensis, Heladius Tharsensis, Theodoretus Cyrensis, Eusebius Dorylænsis, alique longè plures Episcopi.

Christ. Lupi Opera T. VIII.

pi appellarunt Romam, & impetrarunt suam causam retractari. Magnus Papa Leo, dum ab Imperatore Theodosio postulavit adversus Ephesium Latrocinium fieri novam Synodum, adjunxit causas: *Quia nostri Legati fideliter reclamaverunt, & eisdem libellum appellationis Flavianus Episcopus dedit. Et post quædam: Quam autem post appellationem interpositam hoc necessariò postuletur, Canonum Nicææ habitorum Decreta testantur, quæ subter annexa sunt. Et subnexuit Sardicensem de Romanis appellationibus Canonem. Quod nempe sciret ipsum non dumtaxat cum omni reverentia vigere in Orientali Ecclesia, sed etiam haberi pro Nicæno. Per verba: Quam autem hoc necessariò postuletur, asseverat suam postulationem esse non solummodò rationabilem, sed omnino talem, cui non possit non annui. Quod nempe istorum Canonum auctoritas etiam apud Orientales esset irrefragabilis. Eodem sensu ad eundem Theodosium scripsit pro eadem causa Valentinianus tertius Imperator, quod Sanctus Flavianus secundum Conciliorum solemnitatem appellasset. Omnino intelligit Sardicense Concilium, atque ita affirmat ipsum viguisse per omne Romanum Imperium. Piget ac durum est in res lucidas expendere tempus, cujus nemo queat reparare jacuram.*

Pergit Dominus Archi-Episcopus ad Gallicanam Ecclesiam: *Inspiciendum nunc est, quænam fuerit Ecclesiæ Gallicanæ praxis in peragendis iudiciis Canonis Episcoporum sub prima Regum nostrorum Dynastia. Argumento sequentia erunt Canones Sardicenses in usu tum fuisse apud Gallos. Synodus itaque Provincie deiecit Episcopos. Si verò Pontifex Romanus appellabatur, is retractari causam in Provincia jubebat, si ita expedire arbitretur. Exemplo erit causa Contumeliosi Episcopi Rejenfis, quem in plena Synodo damnatum Casarius Arelatenfis Episcopus movit. Missa dein relatio ad Joannem secundum Pontificem, qui iudicium illud confirmavit datis litteris ad Episcopos Gallie. Attamen quoniam Contumeliosus provocaverat ad Sedem Apostolicam, Agapetus Papa præcepit causam ejus de integro examinari à iudicibus delegandis in Provincia, juxta Canones, Sardicenses nimirum, ut patet ex verbis epistolæ Agapeti ad Casarium. Adducit verba epistolæ & prosequitur: Ex hac ultima clausula discimus solitos illa tempestate Episcopos Gallicanos exequi sententiam depositionis, tamen ab ea appellatum esset, quomodo aliud obtinere debere censeret Pontifex.*

Paschasius Quesnellus censet Sardicenses Canones fuisse in Gallia ignotos usque ad secundam Regum Dynastiam. Tunc primum vult admiffum isthuc fuisse Dionysii exigui Codicem, adeoque & Sardicenses Canones. In his ipsum labi, supra studui demonstrare. Et jam demonstrat etiam Dominus Archi-Episcopus. Eruditè & variè. At miscet vera falsis. Etenim falsum est, quod ista tempestate Gallicani Episcopi Synodales suorum Collegarum damnationes, licet ad Sedem Romanam esset provocatum, in executionem mitterent. Dominus Archi-Episcopus errorem suum probat ex Sancti Casarii Actis circa Contumeliosum, appellentem ad Agapetum.

L 2

Malè.

L.7.c.19.

Malè. Etenim Contumeliosi damnatio transiverat in rem judicatum, & fuerat confirmata per Sedem Romanam, ideoque ille deinceps non gaudebat jure Sardicenfium Canonum, sed indigebat gratioso restitutionis beneficio. Rei series est superius exposita. Sancti Maximini Treverensis, Euphratae Colonienfis, Sancti Servatii Tongrenfis, & multorum aliorum in Gallia Episcoporum pro Sancto Athanasio & Sardicenfis Concilio Acta; Sancti Innocentii Rescriptum ad Sanctum Viftriciam ejusdemque Capitula transmissa ad omnes Gallicanos Episcopos, Sancti Bricii Turonensis, Lazari Aquensis, Herotis Arelatenfis, Salonii Ebredunensis, Sagittarii Vappicensis, aliorumque Episcoporum & Clericorum Romanæ appellationes; secundæ Arelatenfis, primæ Turonensis, ac primæ Aurelianensis Synodi Canones; nec non & plura alia altissimè clamant ac lucidissimè demonstrant Sardicenfes Canones à sui exordio semper vigisse in Gallia: Et juxta ipsos Romanas appellationes. Addi possent Leonis Senonensis adversus novum Meledunensem Episcopum, ac Sancti Wilfridi Eboracensis Metropolitæ adversus Theodori Cantuariensis Primatis in se Synodale Judicium appellatio ad S. Agathonem Pontificem, ac postmodum ad Joannem VII. aliaque plures. Nam & hæc processerunt secundum Sardicenfes regulas. Et Britannica uti Civilis, ita & Ecclesiastica, administratio olim spectavit ad Gallicanam Diocesim. Et cur taceamus Magni Papæ Leonis adversus Hilarium pro Chelidonio Acta? Certè tanti Pontificis auctoritatem Gallicana, uti & omnis sub cælo alia, Ecclesia semper venerata est, & agnovit irresistibilem.

## CAPUT XXXII.

An Sardicenfis Synodus fuerit veraciter Oecumenica.

L. 7. C. 3. Illustrissimus Dominus Petrus de Marca respondet: *Historiam Sardicenfis Concilii hic per aversionem describendam esse existimavi, quoniam observatio illa, quæ verissima est, & colligitur ex variis locis Athanasii & Hilarii, valdè conducit ad decidendam celebrem illam controversiam, quam Illustrissimi Cardinales Baronius & Perronius summa cura tractant, An videlicet concilium Sardicense sit Oecumenicum? Hac verò questione semel definita, facilis videtur esse responsio, an viginti & unus Canones in Sardicenfis Synodo editi, sint ejusdem auctoritatis ac Nicæni? Cui questionem respondeo convocacionem hujus Concilii ea mente factam esse, ut Concilium Oecumenicum celebraretur, id est, compositum ex Legatis omnium Diocesium, & magnarum Provinciarum Imperii Orientalis & Occidentalis, intra quorum limites Ecclesia Christiana pœnè coerceretur. Sed quia divortium ante contingit, quam Concilium foret constitutum ex Episcopis utriusque Imperii, res in illo definitè spectari non possunt, nisi tamquam à Concilio Occidentali decretæ, quandoquidem decretæ*

*sint absentibus Episcopis Orientalibus. Sanè Sanctus Hilarius Episcopus Pictaviensis, qui tunc vivebat, itemque Epiphanius Concilium istud Sardicense vocant Concilium Occidentalem. Nam quod ad trecentos quadraginta quatuor Episcopos attinet, referri numerus ille non potest ad eos tantum qui Concilio interfuerunt, sed etiam ad eos, qui restitutioni Athanasii subscripserunt post celebrationem Concilii. Eadem docet Reverendus Pater Pachaſius Quesnelus, & cæteri istorum Collegæ. Hinc inferunt Romanarum appellationum originem non esse à Generali Synodo, ideoque ipsarum fundamentum non esse justè ponderis.*

Quod non Sardicenfis Synodus, sed ipse Christus Dominus, Apostolorum Principi promittens ac mandans, *Confirma Fratres tuos, sit Romanarum appellationum origo, est abundè demonstratum. Et insuper in literis ad Orientalem Ecclesiam insigniter demonstrat Sanctus Papa Gelasius: Postremò æquum est, ut qui alios libenter & competenter vultis habere subjectos, cedatis & ipsi antiquo more Majoribus, ut confidenter imperare possitis Minoribus vestris. Duodecim certè fuerunt Apostoli paribus meritis, parique dignitate suffulti. Cumque omnes equaliter spiritali luce fulgerent, unum tamen Principem esse ex illis voluit Christus, eumque dispensatione mirabili in Dominam Gentium Romam direxit, ut in præcipua Urbe vel prima primum & præcipuum dirigeret Petrum. Ibi que sicut doctrinæ virtute sublimis emicuit, ita sanguinis gloriosa effusione decoratus æterno hospitio conquiescit, præstans Sedem, quam ipse benedixit, ut à portis inferi nunquam pro Domini promissione vincatur, omniumque fluctuantium sit tutissimus portus. In quo qui requieverit, beata & æterna statione gaudebit; qui verò contempserit, ipse videbit qualia excusationum genera prætendat in die Judicii. Per fluctuantes palam intelligit injustè degradatos Episcopos. Et huic ejus Professioni nemo tunc, licet Acacianæ rebellionis sectator, Orientalis Episcopus contradixit aut obviavit. Quin immò omnes uno ore & calamo scripserunt ad Successorem Symmachum: Supplicamus non pro perdicione unius ovis, neque pro perdicione unius drachmæ, sed pro amica nobis salute. Non pro Orientalium partium tantum, sed trium propè plagarum habitabilis Mundi. Sanctissime, Beatissimeque festina ad adjuvandum nos. Profitentur Sancto Petro à Christo Domino datam non dumtaxat ligandi, Sathanæ tradendi, eradicandi aut diruendi, sed etiam solvendi, dejectos erigendi, plantandi, ac ædificandi potestatem; istamque omnem transivisse in ejus Cathedralam, & permanere. Nihilominus istam Romanæ Sedis Sublimitatem adversum Eusebianæ Factionis schismaticas violentias firmavit ac innovavit Sardicenfis Concilium, ideoque & hujus dignitas est adversum hodiernos istius Factionis Dilectores vindicanda.*

Dominus Archi-Episcopus imitatur Symmachi Pontificis Adversarios, qui in suo adversus incongruæ absolutionis Synodum libello allegarunt. Non omnes Sacerdotes Regis ad Concilium adscribit auctoritas, nec omnes in judicatione consenserunt. Ita scribit in suo Apologetico Ennodius Ticinensis Episcopus. Jacobus Sirmondus allegationem elucida:

elucidat: *Quia nonnulli Episcopi, moræ radio, post primum aut secundum Synodi conventum ab Urbe discesserant. Ex hoc capite præfati Adversarii tentarunt persuadere palmarem pro memorato Pontifice Synodum non fuisse plenam, ideoque esse circumscriptæ auctoritatis. Eadem ratione Dominus Archi-Episcopus Sardicensem Synodum ex Apostolica Eusebianæ Factionis fuga vult non esse Oecumenicam, ideoque & non pleni ponderis. Quid simile docuit Theodoros Balsamon, pertimax Michaelis Cerularii festator, atque inde concludit Sardicenfes pro Romanis appellationibus Canones sancire ac valere pro sola Occidentali Romani Patriarchatus Ecclesia, non pro Orientali. Istud ipsum censet schismaticus ille Scriptor, quem refutat Catholicus contra Græcos Tractatus, olim repertus in Constantinopolitano Conventu Patrum Prædicatorum. Dominus Archi-Episcopus hæc Commenta transcendit. Etenim non solum Patriarchalium, sed quarumvis Provincialium Synodorum Canonica Judicia vult esse suprema, ideoque nec ab his posse provocari ad Pontificem Romanum. Hanc dignitatem negat per hoc cæ Canones adscribi ejus Cathedralæ.*

Balsamoni consonant omnes Affecle Photiani schismatis. Etiam Georgius Cedrenus. Audi ejus rationes. Laudat sex generales Synodos, ac prosequitur: *Tenendum est alias fuisse certis in locis Synodos, quarum Decreta habemus, tametsi ea in numero sex istorum Conciliorum non existant. Tale fuit quod Ancyra actum est. Item Neo-Cæsariæ, Gangris, Antiochiæ, Laodiciæ, Sardiciæ, Carthagine. Hæc enim coacta sunt ob quæstiones certis locis subortas, neque jussu Imperatorum, neque ipsi præsentibus. Labitur in tribus. Primum est, quod Sardicenfis Synodus fuerit indicta propter obortam in certo loco quæstionem. Etenim adunata fuit propter schismaticas Eusebianæ Factionis contra Romanæ Ecclesiæ Primatum violentias, blaterantes Ecclesiasticam Hierarchiam esse non Monarchicam, sed Aristocraticam, ideoque à Synodalibus Orientalium Patriarcharum Judiciis non posse Romam provocari. Accessit causa Sancti Athanasii, Sancti Pauli Constantinopolitani, Marcelli Ancyrani, Lucii Adriano-Politani, Asclepæ Gazensis, aliorumque plurium Orientalium Episcoporum, Clericorum, ac Ecclesiarum. Item accessit causa Nicænæ fidei, gravissimè per præfaram Factionem impetitur, ideoque restabliendæ. Quæ omnes causæ sunt universales. Secundus lapsus est, quod generalis Synodus debeat convocari per Principem. Est vetusta Græcorum adulatio. Tertius est, quod Sardicenfis Synodus convocata non fuerit per Romanum Principem. Quare hi in suum Authorem retorti errores evincunt ipsam fuisse omninò Oecumenicam.*

Hoc ipsum lucidè affirmat ac docet Magnus Athanasius, unus è Synodi Primatibus. Etenim in suis ad suos Monachos litteris amplè exponit Eusebianæ Factionis fugam ex Sardicenfis civitate, & pergit de remanentibus apud ipsam Episcopis: *Synodus autem ex pluribus quam triginta quinque Provinciis coacta, cognita Arianorum malitia, permisere Athanasio cum suis, ut causam dice-*

*ret, tum de calamitatibus suis, tum de calumniis, quas passus esset, auditisque ejus rationibus hominem innocentem pronunciarunt. Hæc Provincias edicit in Apologia ad Imperatorem Constantium: Nostram innocentiam plures quam trecenti Episcopi suis calculis comprobant, qui ex multis Provinciis, Egypti, Lybie, Pentapoleos, Palestinæ, Isauriæ, Cypri, Pamphiliæ, Lyciæ, Galatiæ, Daciæ, Mæsiæ, Thraciæ, Dardaniæ, Macedoniæ, Epyri, Thessaliæ, Achajæ, Cretæ, Dalmatiæ, Siscia, Pannoniarum, Norici, Italiæ, Piceni, Tusciæ, Campaniæ, Calabria, Apuliæ, Brutorum, Siciliæ, Africæ universæ, Sardinia, Hispaniarum, Galliarum, Britanniarum, eò se ad Concilium contulerant. Utique ad Sardicenfis Concilium, quod propter tantam Provinciarum ac Episcoporum adunationem idem Athanasius merito appellat Magnum. Et hic & in aliis locis. Nec obsunt ejus verba in laudatis litteris ad Solitarios: Convenerunt ab Oriente, & ex Occidente in Urbem Sardicam plus minus centum septuaginta Episcopi. Etenim hic numerus referri debet ad solos Occidentis Episcopos. Etiam Synodalis ad Alexandrinæ Ecclesiæ Clerum epistola habet hanc Epigraphen: *Sacra Synodus per gratiam Dei Sardicæ congregata à Roma, Hispaniis, Gallis, Italia, Campania, Calabria, Apulia, Africa, Sardinia, Pannoniis, Mæsiis, Daciis, Norico, Thuscia, Dardania, Macedonia, Thessalia, Achaja, Epyro, Thracia, Rhodope, Palestina, Arabia, Creta, Egypto. Palam affirmat omnium harum Provinciarum Episcopos adfuisse Concilio.**

Hoc ipsum constanter affirmat in quinto contra Eutychem libro Vigilii Episcopus Taplensis: *Apud Sardicam omnium Provinciarum Episcopi congregati, id est, ex Urbe Roma, Hispaniis, Gallis, Italia, Campania, Calabria, Africa, Sardinia, Pannonia, Mæsia, Dacia, Dardania, altera Dacia, Macedonia, Thessalia, Achaja, Epyro, Thracia, Rhodope, Asia, Caria, Bithynia, Hellepontico, Phrygia, Pisidia, Cappadocia, Ponto, Cilicia, altera Phrygia, Pamphilia, Lydia, Insulis Cycladibus, Egypto, Thebaide, Lybia, Galatia, Palestina, & Arabia. Eisdem Provincias adfuisse, & ex ipsis septuaginta sex Primates Episcopos disertè affirmat antiquus & authenticus Synodorum Catalogus, & adjungit Philippo-Politano Conventiculo adfuisse sexaginta dumtaxat Episcopos. Et certè ipsius Synodalibus litteris subscripserunt septuaginta tres: At verò inter ipsos fuit imaginarius ille Ischyas, & forsitan plures istiusmodi, jure merito non computandi. Et hinc lucet, quam malè Dominus Archi-Episcopus sceleratè istius epistolæ Schismatica nugamenta velit esse sensum totius Orientalis Ecclesiæ. Assertionem nostram confirmant apud Photii Bibliothecam vita Sancti Athanasii, & vita Sancti Pauli Episcopi Constantinopolitani. Ambæ scribunt: *E' partibus Occidentis supra trecentos convenerunt Episcopi, ex Oriente verò tantum septuaginta sex, in quibus & ipse Ischyas quasi Marcotis Episcopus numerabatur. Per Occidentales, qui videntur tot non fuisse, possunt intelligere omnes, qui Occidentalibus adhæserunt, & cum ipsis per-**

manferunt Sardicæ: Solos Apostatas appellare Orientales. Disertè affirmant Synodum fuisse Œcumenicam. Etiam Zacharias, in Photiano schismate Metropolitana Chalcedonenſis, ad octavam Synodum dixit adfuisse trecentos Episcopos. Locutus fuit ex mente ſui Magiſtri Photii, & nemo penitus interceſſit. Quid opus multis? Habemus evidens ac irrefragabile Imperatoris Juſtiniani teſtimonium in ejus ad omnem Eccleſiam Ediſto pro Orthodoxa fide: *Alii vivi, alii poſt mortem anathematizati ſunt à Damaso Papa, & ab Œcumenica Sardicenſi Synodo, prout reſtauratus Sanctus Athanaſius.* Et hoc Ediſtum non quinta tantum Synodus, ſed & omnis recepit Eccleſia.

Petrus Franciſcus Chiſſetius laudatum Vigilii Tapſenſis locum horrendè truncat & alterat. Romanam Urbem & Latinas, immò & omnes Occidentales Provincias abſcindit, & cenſet Vigilium non de Sardicenſi Synodo, ſed loqui de Conventu Philippo-Politano. Hanc dat rationem ſui Operis: *Adfuisse quidem Sardicenſi Concilio legitimo Episcopos ex aliis quoque præſertim Occidentis Provinciis, fidem faciunt inſcriptiones, ſubſcriptioneſque trium Synodicarum Sardicenſium, ad Julium Papam, ad Alexandrinos, & ad omnes Episcopos Catholicos. Ex quibus fortasse qui primi hos Vigilii libros typis ediderunt, Romam, Hispanias, Gallias, Sardiniam, Africam, aliasque Occidentis Provincias in hunc locum inculcarunt. Sed advertiſſe poterant non hic mentionem eſſe Sardicenſis veræ Synodi, ſed Concilii tantum Philippi-Politani, quod Sardicenſe ab Hæreticis prædicatum eſt.* Tantæ fiducia fundamentum ſunt ſeptem definitionum Capitula, iſthic laudata à Vigilio. Scriptor ille exiſtimat ipſa eſſe extremum ſinem, ſeu profeſſionem Philippo-Politane Synodicæ.

Reſpondeo Vigilium omninò agere de vera Sardicenſi Synodo. Agit enim in Eutycheanos, pertinaciſſimè reclamantes ad ſolum Nicænum Symbolum. Adèò pertinaciter, ut etiam facta per Conſtantinopolitanam Synodum additamenta averſarentur ac damnarent. De hac enim audacia ipſum etiam Eutycheum in Chalcedonenſi Synodo arguit venerabilis Diogenes Cyziçi Episcopus, Metropolita Helleſpontii. Et Timothei Aeluri facinorosa Factio ad Leonem Imperatorem ſcripſit: *Synodum centum quinquaginta neſcimus. Ejuſdem Factionis adverſus Chalcedonenſem Synodum palmare fundamentum erat, quod illa ad Nicænum Symbolum addidiſſet.* Calamnia cepit in ipſa Synodo. Etenim ejus Proſphoneticus ad Imperatorem Marianum fermo vix eſt aliud, quam Apologia iſtius calamitiæ. Eandem in quinto ſuo libro reſutat Vigilius, demonſtrans iſtiusmodi additiones ſemper viguiſſe, ac probatas fuiſſe ab Eccleſia: Et iſtud oſtendit exemplo variarum Synodorum, quarum una eſt Sardicenſis. Quis non videat ipſum loqui de ſolis Orthodoxis Synodis? Etenim Hæreticorum Conventiculorum Acta nequeunt eſſe competens juſtificationis Concilii Chalcedonenſis. Proinde omninò laudat veram Sardicenſem Synodum. Cum Theodoro laudat adjectas ipſi tabellas, in quo lapſus eſt, debueratque hac in re ſequi Magnum Athanaſium. *Quod iſtæ tabellæ fuerint ſeptem Capi-*

lulorum ad Nicænam fidem additamta, poſſit demonſtrari facillimè. Non eſt hujus loci. Quapropter Scriptor ille nimia fiducia graſſatur & in verba & in ſenſa Vigilii. Et hic palam affirmat omnes iſtas Orientales Provincias omninò adfuiſſe vero Sardicenſi Concilio.

Magnus Athanaſius Sardicenſis Synodi ad omnes ſub cœlo Antiquitates epiſtolam etiam inferuit ſuæ ad Conſtantium Imperatorem Apologiæ, & adjunxit: *Hofius Episcopus ſubſcripſit. Quod & cæteri fecerunt. Hæc ita ſcriptis mandata ſacrum Sardicenſe Concilium ad eos, qui intereſſe non poterant, miſit, qui ipſi quoque ſuis ſuffragiis Decreta Synodi approbarunt. Eorum autem qui in Synodo ſcripſerunt, cæterorumque aliorum Episcoporum iſta ſunt nomina.* Enumerat horum Episcoporum ac Provinciarum nomina, & concludit: *Qui igitur Decretis Synodi ſubſcripſerunt, ſunt iſti. Plurimique item alii ſunt, qui ante hanc Synodum pro nobis ſcripſerunt, tum ex Aſia, tum ex Phrygia, tum ex Iſauria, quorum ſingulorum nomina cum ſuis epiſtolis circumferuntur, prope ſexaginta tres.* In univerſum autem trecenti quadraginta quatuor. Si Synodali epiſtolæ addidiſſet ſubſcriptores Episcopos, res fuiſſet plana: Sciremus quot adfuiſſent Synodo. Iſtius rei ſilentium cogit nos ceſpitare. In Sancti Hilarii fragmentis exiſtat hic titulus: *Nomina Episcoporum infra, qui Synodo Sardicenſi adfuerunt, & ſubſcripſerunt in Judicio.* Enumerantur omnia nomina, & adjungitur: *Episcopi omnes numero unus de ſexaginta.* Certum eſt fuiſſe plures, ideòque iſte Catalogus non eſt authenticus. Quidquid ſit, Athanaſius lucide affirmat trecentos quadraginta quatuor Episcopos Actis Synodalibus ſubſcripſiſſe, atque ita nobis ſubminiſtrat duo fundamenta, ex quibus concludamus Synodum fuiſſe Œcumenicam.

Primum fundamentum nobis explanat in ſua, Adriano ſecundo Pontifici inſcripta, ad octavam Synodum Præſatione Cardinalis Anaſtaſius, Romanæ Eccleſiæ Bibliothecarius, adducens rationes, ex quibus laudata Synodus ſit veraciter univerſalis: *Univerſalis eſt, quia cum Chriſtus in ſuo Corpore, quod eſt Eccleſia, tot Patriarchales Sedes, quot in cuſuſque mortali corpore ſenſus, locaverit, profeſſo nihil generalitati deſt Eccleſiæ, ſi omnes illæ Sedes unitis fuerint voluntatis, ſicut nihil deſt motui corporis, ſi omnes quinque ſenſus integræ, communis que fuerint ſanctitatis. Inter quas tamen Sedes quia Romana præcellit, non immerito viſui comparatur, qui profeſſo cunctis ſenſibus præeminet, acutior illis exiſtens, & communionem, ſicut nullus eorum, cum omnibus habens.* Affirmat ad generalem Synodum requiri quinque Patriarcharum præſentiam; præſertim Romani. Quod enim ſine hujus præſentia ac vario influxu eſſe non poſſit Œcumenica Synodus, eſt perpetua & firma totius Eccleſiæ confeſſio. Romanum Episcopum in iſta Synodo eſſe luminare majus, ideòque omnes ſtellas ab ipſo illuminari ac dirigi, ad eandem octavam Synodum rectè dixit Metrophanes Metropolita Smyrnenſis. At verò de aliis Patriarchis rectè dixit magnificentiſſimus Patricius Bahanes: *Poſuit Deus Eccleſiam ſuam in quinque Patriarchis, & deſignavit in Evangeliiſ ſuis, ut nunquam aliquando penitus*

penitus decidant, eò quod capita Eccleſiæ ſint. Et enim illud quod dicitur, Et portæ inferi non prævalebunt adverſus eam, hoc denunciatur. Quando duo ceciderint, currunt ad tria; cum tria ceciderint, currunt ad duo; cum verò quatuor forte ceciderint, unum quod permanet in omnium Capite Chriſto Deo noſtro, revocat iterum reliquum corpus Eccleſiæ. Affirmat ad generalem Synodum ita requiri omnium Patriarcharum præſentiam atque conſenſum, ut tamen ipſa per duorum aut trium, immò & per quatuor defectum ac Apoſtaſiam non amittat Œcumenicam dignitatem atque autoritatem. Dummodò nempe perſiſtat, & ſuum miniſterium expleat Pontificis Romanorum. Inſigniter hoc in litteris ad Sanctum Tharaſium Patriarcham Conſtantinopolitanum ſcripſit, & ad ſeptimam Synodum lectis, profeſſi ſunt Coſmas Alexandrinus, Theodorus Antiochenus, ac Theodorus Patriarcha Hieroſolymitanus: *Illud tamquam neceſſarium penes Pontificalem Apicem veſtrum ducimus commonendum, ut ſi volueritis celebrare Synodum, ne vobis moleſta appareat trium Apoſtolicarum Sedium aliorum Patriarcharum, & ſanctiſſimorum Episcoporum, qui ſub ipſis degunt, abſentia, non ex proprio eorum accidens Propoſito, ſed ex Tenentium ſeu Dominantium illis terribilibus minis, & mortiferis poenis. Hoc autem ſubtiliſ eſt conſiderandum, etiam ab ipſa ſacra & univerſali ſexta Synodo, in qua nullus eorum, qui per idem tempus in his partibus Episcopi erant, conveniſſe reperit eſt propter Obſcœnorum Obſtinentiam. Sed nullum ex hoc ſanctæ Synodo adheſit præjudicium, neque vires habuit prohibitio aliqua ſtatuedi & manifeſta faciendi reſta Dogmata pletatis: Præcipue cum ſanctiſſimus & Apoſtolicus Papa Romanus concordaverit, & in ea inventus ſit per Apocriſarios ſuos. Et nunc hoc cum ſanctiſſimi auxilio Dei ſimiliter fiat. Nam ſicut tunc illius fides in Orbis terræ perſonavit ſines, ita & Synodi, quæ nunc per gratiam Dei congreganda eſt per interventionem veſtram, & ejus qui moderatur Apoſolorum Principis Sedem, prædicabitur in omni loco qui ſub Sole eſt, videlicet quæ Tyrannicè deſtructa ſunt erigens, & in antiquam ac Apoſtolicam reformans traditionem.* Loquuntur de abſentia ob Tyrannicas & horrendas minas ac prohibitiones obſcœnorum Saracenorum, tunc Dominantium in tribus iſtis Patriarchalibus. Si igitur iſta juſtiſſima abſentia Œcumenicæ Synodi dignitatem atque autoritatem nec aufert nec circumſcribit, longè minùs facere id poſſit abſentia per prævaricationem, per rebellionem, per ſchiſma, per hæreſim. At verò Sardicenſi Synodo, cujus ætas ſolos tres habebat Patriarchas, adſuit per Legatos Romanorum Episcopus, perſonaliter Sanctus Athanaſius Patriarcha Alexandrinus. Adfuerunt Episcopi plusquam ex triginta quinque utriuſque Romani Imperii Provinciis. Cum paucis infectis & Obſcœnis abſuit ſolus Stephanus Patriarcha Antiochenus, homo intruſus & hæreticus, ab ipſis poſtea Arianis ob facinora degradatus. Abſuit per ſchiſma, per hæreſim, per Apoſtaticam fugam, per prævaricatoriam rebellionem. Quis ergo negare iſti Synodo poſſit Œcumenicam dignitatem atque autoritatem? Quod ipſam Romana, immò omnis Orthodoxa ſub cœlo Eccle-

ſia ſemper Nicæna Synodo æquiparaverit, & uti authenticam appendicem in unum cum ipſa corpus conſlaverit, eſt ſuo loco abundè demonſtratum. Sacroſanctum Tridentinum Concilium quis impuro corde aut ore præſumat inſiciari veraciter ac plene Œcumenicum? Et tamen ipſi plures cum ſuis Episcopis deſuerunt Patriarchæ. Per hæreſim ac rebellionem. Plura de hoc articulo ſcripſi in Synodorum Scholiis.

Alterum Sancti Athanaſii pro ſua ac noſtra aſſertione fundamentum eſt, quod plurimi per omnem Eccleſiam Episcopi jam peractæ Synodo acceſſerint & ſubſcripſerint. Hujusmodi enim acceſſus omninò ſufficit ad ſanandos qualeſcumque defectus, ad complendam defectuoſæ etiam Synodi Œcumenicæ dignitatem. Etiam ad ſanandum eſſentialem defectum ex abſentia, immò & ex contradictione Romani Pontificis. Etenim quis ignoret hunc defectum inſuiſſe quinto Concilio, ac item primo Conſtantinopolitano? Quor præſertim de illo, in quo cum Sancto Gregorio Nazianzeno deſectus eſt Maximus Cynicus, ac in Regiæ civitatis Cathedram impoſitus Neſtarius. Et tamen accedens diſpenſatoria & confirmatoria Vigilii Pontificis & Sancti Damasi conſenſio atque ſubſcriptio utramque fecit authenticam, atque ex integro Œcumenicam. Hæc poſterior eſt una iſtarum quatuor, quas Magnus Gregorius ut quatuor ſanctæ Dei Evangelia veneratus eſt, & juſſit venerandas. Et omnis ſub cœlo Eccleſia ſuit ſemper venerata. Orientalis inſuper inſcripſit ſacris Dypticis, & ad ſacrificium quotidiana profeſſione laudavit. Similis igitur Antiocheni Patriarchæ acceſſio etiam Sardicenſem Synodum potuit facere Œcumenicam. Et quod omnes Orthodoxi per iſtum Patriarchatum Primates Episcopi talem acceſſionem fecerint, lucet ex Actis, quæ ſtatim poſt Synodum cum Sancto Athanaſio celebravit Maximus Episcopus Hieroſolymitanus. Attamen ipſa tali medicamine non indiguit: Fuit ſemper per ſuos Natales integra, ac Œcumenicè ſana.

Dominus Archi-Episcopus nobis opponit autoritatem Sancti Epiphani: *Photinus in Sardiceniſ Occidentis Synodo depoſitus eſt.* Et Sancti Hilarii Picavienſis Episcopi autoritatem in libro adverſus Imperatorem Conſtantium: *Damnus & Subſtantie nomen, quo re & Sardiceniſ Synodo, & Sirmiensi pium eſſe Occidentalibus mentiebaris.* Affirmat Sardicenſem Synodum ab utroque Patre appellari Occidentalem; utique ſolorum Occidentalium, ideòque negari Œcumenicam. Reſpondeo hoc Sancti Hilarii teſtimonio pariſormiter concludi etiam Sirmiensi Concilio fuiſſe Occidentalium, de quo tamen in quinto contra Eutycheum libro ſcribit Vigilii Tapſenſis Episcopus: *Adverſus ſacrilegam impiæ profeſſionis unitatem, quæ per Hoſium, Valentem, Uſactum, & Germinium, cæterosque ſimilis pravitateſ apud Sirmium fuerat conſcripta, univerſi Orientales Episcopi convenientes, alias duodecim ſententiarum definitiones ediderunt, quæ Nicæno Concilio non continentur.* Et infra: *Illius Catholici Concilii, apud Sirmium contra Photinum ex toto Oriente congregati, quiſ ſufficiat multiplices ſidei ſanctiones comprehendere, quæ*

Hæref. 17.  
Cap. 1.

Act. 6.

que apud Nicenam Synodum non sunt omnino sanctae? An ista etiam duodecim Capitula sint apud Sirmium edita, est quaestio. Quidquid sit, hoc posterius Sirmiacense Concilium omnino laudat Sanctus Hilarius, & ipsum Vigilium palam affirmat fuisse Orientale. Licet enim intra Occidentalis Imperii limites fuerit celebratum, constabat tamen ex Orientalibus praesertim Episcopis. Nec aliud scribit Hilarius. Scribit ipsum placuisse Occidentalibus, non fuisse Occidentale. Idem eodem tenore scribit de Sardicensi. Proinde hoc Domini Archi-Episcopi fundamentum est infirmum & caducum.

Quaestio est, Quo sensu Sanctus Epiphanius scripserit Sardicensem Synodum fuisse Occidentalem? Respondeo illum exponi à Chalcedonensi Synodo in acclamatorio sermone ad Imperatorem: Ita & qui postmodum ubique adversus varias Haereticorum congregati sunt nevitates, commune de fide Decretum unanimiter ediderunt, ea quae frater no consensu probaverant, absentibus evidentissime intimantes. Et illi quidem qui apud Sardicam contra reliquias Arianorum convenerunt, Orientalibus direxerunt sui Constituta iudicii. Qui vero in his partibus Apollinariae detexere pestilentiam, Occidentalibus proprium innoverunt. Sermo comparat Sardicensem Synodum cum prima Constantinopolitana, & hanc Orientalium, istam affirmat fuisse Occidentalium: Quia nempe Occidentales Episcopi in ipsa praevulerunt. Deinde Epiphanius loqui possit ex Magno Basilio, cui Sardicensis Synodus propter Acta circa Marcellum Ancyrae Episcopum graviter displicuit. Etenim non solum Marcelli personam, sed & ipsius de aeterno Christi Regno librum probavit, & à calumniis absolvit ista Synodus, in quo fuit omnino circumscripta. Adversus hanc obreptionem, ac praesertim adversus Marcelli errorem reclamavit dudum cum Basilio multi Orientales Episcopi, & tandem Constantinopolitana Synodus addidit suo Symbolo: Cujus Regni non erit finis. Istam igitur circumcriptionem, & ex ipsa factam Marcelli absolutionem digerere non potuit Basilius, & passim appellavit Factus Occidentalium. Aversio in plurimum animis permansit usque ad admissum à Romana Ecclesia, & probatum istud Marcelli damnatorium Additamentum. Quiescere tunc coepit omne illud murmur. Interim ex illo possit Epiphanius adhuc fuisse locutus. Quidquid sit, falsum est, quod plures post peractam Synodum Episcopi subscripserint soli restitutioni Sancti Athanasii. Quod omnibus Actis subscripserint, supra audivimus ab ipso Athanasio. Et istam generalem subscriptionem improbavit Basilius. Nempe ob comprehensam absolutionem Marcelli. Adductum Imperatoris Justiniani pro Oecumenica hujus Synodi dignitate testimonium nobis repraesentat sensum totius Orientalis Ecclesiae.

Notanda sunt haec Domini Archi-Episcopi verba: Convocatio hujus Concilii ea mente facta est, ut Concilium Oecumenicum celebraretur, sed quia divortium ante contigit, quam Concilium foret constitutum ex Episcopis utriusque Imperii, res in eo desinitae spectari non possunt, nisi tanquam à Concilio Occidentali decretæ, quandoquidem decretæ sint ab-

sentibus Episcopis Orientalibus. Est ipsissimum Haereticum Nestorii argumentum adversus sacrosanctam Ephesinam Synodum, magno impetu declamatum in querimonia ad Imperatorem Theodosium: Pius literis vestris morem gerentes, volumus piissimorum Episcoporum undaquaque venientium, praecipue vero magnae civitatis Antiochena Episcopi cum piissimis ejusdem Metropolitanis Episcopis, ceterorumque qui ex Italia & Sicilia expectabantur, adventum operiri, atque ita communem omnium consensum instituere. Porro Aegypti & Asiae quoddam seorsim conciliabulum instituerunt. Affirmat Ephesinum Concilium, quod ex Theodosii intentione debebat esse Oecumenicum, ob non expectatum Joannis Patriarchae Antiocheni cum suis Episcopis adventum fuisse à Cyrillo ac Memnone, Aegyptiacae ac Asiaticae Dioceseon Exarchis, demutatam in particulare Conventiculum. Et circumscripto Theodosio argumentum placuit. Etenim inter rationes, ex quibus circumduxit Synodi Acta, fuit & haec: Neque omnes, ut decretum erat, piissimi Episcopi convenerunt, cum tamen magna Antiochena civitatis Episcopus cum aliis Metropolitanis jam appropinquaret. Verum Sanctus Cyrillus in Apologetico ad eundem Principem libro reposuit: Qui Antiochena Ecclesiae praesens, à vestra Majestate ad praesentium diem adesse jussus, à Sancta Synodo absuit. Studio enim in itinere haerebat, ut ea cunctatione illius improbitati gratificaretur, qui contra Christum negatus fuerat. Affirmat Joannem non per necessitatem, aut rationabilem causam, sed per dolum aut certè per culpam serò venisse, ideòque nihil Oecumenicae Dignitatis fuisse detractum Synodo. Et Princeps acquievit. Etiam ipse postea Joannes. Et omnis semper Ecclesia. Omnes Ephesinum Concilium, quia veraciter Oecumenicum, veneramus ut sacrosanctum Dei Evangelium. Porro cum sua Eusebiana Factione Stephanus Antiochenus ad Sardicensem Synodum non serò venit, sed jam praesens per praevagationem aufugit: Per schisma, per haerem, per rebellionem. Quare Oecumenicae Synodi potestas permansit apud reliquos Episcopos. Paucorum Apostatarum iniquitas Synodum, quam Julii Pontificis & Constantii atque Constantis Imperatorum convocatio ac intentio Oecumenicam esse jusserat, nequirit transmutare in particularem. Christi Domini promissio, Ubi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo, in medio eorum sum, per aliquot factiosos exsufflari non possit, aut truncari. Veram de absentibus à Synodo Episcopis regulam tradit in litteris ad praefatum Imperatorem Theodosium Magnus Leo, scribens de Dioscori Patriarchae Alexandrini in Ephesino Latrocinio violentiis: In ipso iudicio non omnes, qui convenerunt, interfuisse cognovimus. Nam alios rejectos, alios didicimus intronissos, qui pro Dioscori arbitrio impiis subscriptionibus captivas manus dederunt. Sola igitur injusta exclusio, non dolosa absentia, longè minus scelerata fuga possit Synodum circumscribere, aut ex Oecumenica transferre in particularem. Immo, nec negligens absentia id possit. Etenim Episcopum, qui accedere Synodum neglexerit, & qui legitime detentus non curaverit

curaverit legare Vicarium, sacri Canones graviter puniunt, & puniri mandant, etiam per ipsam Synodum, quam neglexit. Quod nempe ipsa plena integræ Synodi habeat auctoritatem.

### CAPUT XXXIII.

*Demonstratur quod etiam Orientalis Illyrici Ecclesia semper appellaverit ad Sedem Apostolicam.*

Cap. 14.

DOMINUS Petrus de Marca in septimo sui operis libro ponit hanc conclusionem: Concilia Provincialia, quorum suprema erat auctoritas quoad depositionem Episcoporum, adeò ut nondum ea tempestate permessa esset in Occidente provocatio, relationes tamen interdum suas mittebant ad Sedem Apostolicam, quibus continebantur ea, quae adversus Episcopum dejectum decreta fuerant. Horrenda conclusio. Et adjungit: At Innocentius I. audaciae subsidium à dignitate Sedis suae petens, atrox vulnus inflixit auctoritati Synodi Macedonicae, cujus iudicium retraxerat in causa Bubalii & Tauriani, ea Synodo damnatorum. Id aegre tulerunt Episcopi per Macedoniam constituti, qui de ea novitate apud Innocentium quæsti sunt. Quid faceret summus Pontifex? Erat hic sanè locus proferendi auctoritatem canonum Sardicensem, si tunc illi in usu fuissent. Nec sanè eos omisset Pontifex. Sed neque Concilium Nicænum laudavit: Quod tamen non omisset, si canone aliquo Synodus illa Romanae Sedi jus tribuisset retrahendi iudicia Provincialium. At fortasse attulit consuetudinem Antecessorum suorum, quemadmodum ab eo usurpatum videmus in plurimis occasionibus. Non ita sanè. Solum ergo aequitatem præstendit, ejus veritatem magis splendescere, cum exagitur, fructumque Divinum esse, cum veritas sepe examinatur. Affirmat varia. Primò, quod Provincialium Synodorum quoad Episcoporum degradationem iudicia sint supremæ ac inappellabilis auctoritatis. An ex Evangelico, an ex Apostolico Jure istam dignitatem ipsis adstruat, ignoro. Ad minus ex Apostolico. Hinc enim secundo asserit, quod Nicæni Canones nihil potestatis super istas Synodos adscripserint Sedi Apostolicæ. Tertio, quod Sardicensis Synodus coeperit prima honorare Sancti Petri memoriam, & ipsi quid modicum impartiri. Quarto, quod isti Canones sub Innocentio primo necdum essent admissi apud Illyricum. Quintò, quod usque tunc Romanæ damnatorum Antifistum appellationes essent illi infuetae atque incognitæ. Sextò, quod Innocentius ipsas primus tentaverit intrudere. Septimò, quod iste conatus fuerit audax Attentatum. Octavo, quod ista audacia atrox vulnus Synodorum auctoritati inflixerit.

Authenticum atque legitimum Innocentii opus supra exposui. Hic addendum iudico, quod utriusque Illyrici Ecclesia Romanarum appellationum consuetudinem semper habuerit, ac ipsas frequenter usitavit. Et ante omnia admiror, quomodo Illyrici Ecclesia dicatur ignorasse Sardicen-

ses Canones. Etenim sextus decimus Canon totus est de Thessalonicensi Ecclesia. Decimus octavus componit litem circa Museum & Eurychianum: Qui putantur fuisse Episcopi praefatae Ecclesiae. Et de Romana appellatione Canones emanarunt non ad solam intercessionem Hosii, sed etiam ad relationem Gaudentii, Naxitani Episcopi, Metropolitanæ Dacorum. Et hac forsitan de causa idem Gaudentius Eusebiana Factioni fuit adeò exosus, ut damnari meruerit per Philippo-Politanum Conventiculum. Proinde dubitari non possit, quin Sardicenses Canones statim à sui exordio plenè viguerint in Illyrico. Nam & ipsa Sardica est Illyrici civitas. Quod item Romanæ appellationes illic semper viguerint, lucet ex Magni Leonis ad omnes Orientalis Illyrici Metropolitanas litteris, quibus Apostolicas vices, quas Anastasio Thessalonicensi Archi-Episcopo Antecessor ejus Sixtus III. dederat, confirmat atque ampliat. Etenim in fine adjungit: Si Epist. 6. quæ verò causae graviores vel appellationes emergerint, eas sub Anastasio relationis ad nos mitti debere decrevimus, ut nostra secundum Ecclesiasticum morem sententia finiantur. Quid voces; Secundum Ecclesiasticum morem, importent, est omnibus exploratum.

Reverendus Pater Paschasius Quesnellus recitè dat hoc marginale Scholion: Causæ graviores & appellationes Illyrici reservatæ. Romanæ enim appellationes sunt suprema Romanae Ecclesiae dignitas, & de ipsa Dominus singulariter dixit ad Apostolici Collegii Principem: Confirma Fratres tuos. Hinc ipsam generatim delegare nunquam consuevit Sedes Apostolica. Eandem in Illyrico consuetudinem laudat in litteris ad Thessaliam Episcopos Sanctus Bonifacius I. Rufi Thessalonicensis Archi-Episcopi Apostolicis vicibus ob nefcio quos ejus excessus recalitrant, & ipsas excutere tentarant isti Episcopi, ideoque ad ipsos scripte Pontifex: Certè si in quoquam ejus supra debitum fuit visa correptio, quoniam idè tenet Sedes Epist. 9. Apostolica Principatum, ut querelas omnium licenter acceptet, interpellari nos super hoc missa Legatione conveniat, quos curam omnium rerum manere videatis. Epistola exstat in Romana Bonifacii secundi Synodo, vulgata per Dominum Lucam Holstenium. Affirmat quarumvis non ex Illyrico dumtaxat, sed ex toto Mundo querimonarum & appellationum susceptionem esse ipsum Apostolicæ Sedis Principatum, aut sanè illustrem ejus portionem. Idque idè, quia ipsi manet cura omnium rerum, seu sollicitudo omnium Ecclesiarum. Ex quo vides R. Patrem Paschasium Quesnellum, qui Romanæ Cathedralis appellationes subducit, in vanum profiteri ac prædicare ejus Primatum. Sunt delusoriae verborum phalaræ.

Eandem consuetudinem idem Pontifex multa eruditione confirmat in litteris ad praefatum suum Vicarium Rufum, & cunctos Orientalis Illyrici Episcopos. Demonstrat omnes Orientales, etiam Patriarchales, Ecclesias esse ac semper fuisse subiectas Romanæ Sedis, atque prosequitur: Sed quia res postulat, approbandum documentis est maximas Orientalium Ecclesias in magni negotiis, in quibus Epist. 10.



bus opus esset disceptatione majori, Sedem semper consuluisse Romanam, & quoties usus exegit, ejus auxilium postulasse. Affirmat istius perpetuae subjectionis duos etiam esse perpetuos characteres: Relationem ac appellationem. Affirmat Alexandrinam & Antiochenam, omnesque alias Orientales Ecclesias ad Romanam semper retulisse ac appellasse, ideoque ipsi semper fuisse subjectas. Est irrefragabile argumentum. Etenim nemo refert aut provocat, nisi ad Superiorem. Item ad omnem Superiorem referri potest ac debet, itemque appellari. Sunt correlativa. Sese mutuo ponunt ac tollunt. Proinde quisquis appellationes tollit, tollit & Primatum. Dolosa ac Eusebiana est ejus professio. Proficitur solum loci Primatum, non potestatis aut jurisdictionis.

Porro quod omnes istae Orientales Ecclesiae ad Romanam semper retulerint atque appellaverint, Bonificius demonstrat authenticis & magnis exemplis: Sanctae memoriae Athanasius & Petrus, Alexandrinæ Sacerdotes Ecclesiae, hujus Sedis auxilium postulaverunt. Cum Antiochena Ecclesia per multum temporis laboraret, ita ut fierent illinc propter hoc ipsum saepe discussus, primo sub Meletio, postea sub Flaviano, Apostolicam Sedem manifestum est esse consultam. Ad ejus auctoritatem post multa quae ab Ecclesia nostra gesta sunt, nemini dubium est Flavianum communionis gratiam recepisse, qua in perpetuum caruerat, nisi hinc super hoc Scripta mansissent. Clementissima recordationis Princeps Theodosius Nicaeni ordinationem, propterea quia in nostra notione non esset, habere non existimans firmitatem, missis de Latere suo Aulicis cum Episcopis, formatam huic à Sede Romana dirigi regulariter depoposcit, quae ejus sacerdotium roboraret. Ante breve tempus, id est, sub Praedecessore meo Innocentio, Orientalium Ecclesiarum Pontifices, dolentes se à Beati Petri communione sejunctos, per Legatos pacem, sicut Charitas vestra retinet, poposcerunt. Quo tempore Apostolica Sedes omnia non difficulter indulsit. Quoniam igitur ad probandam veritatem arbitror, quae divinus, exempla sufficere, quamvis vestra notione teneantur, absque Fratemitatis injuria Conventui vestro volumus his litteris obviatum.

Primum itaque exemplum Orientalium Antiochitum, qui ad Romanam Sedem provocarunt, atque ab ipsa postularunt auxilium, sunt Sanctus Athanasius Patriarcha Alexandrinus, & proximus ejus Successor Petrus. Athanasius contra inflicitam sibi à Tyria ac Antiochena Synodo damnationem ad Sanctum Julium, Petrus adversus Pseudo-Patriarchae Lucii intrusionem, ac sibi illatas ab ejus Factione violentias appellavit ad Sanctum Damasum, & postulavit auxilia. Et Julius Athanasium solummodo revolvit, retractatorium causae Judicium delegans Sardicensi Concilio. Et hinc nati sunt Sardicenses Canones. Etiam praescripta ab ipsis forma, quae omnem retractatorii Judicii seriem permittit sapientissimo arbitrio Romani Pontificis. Hosius innovavit Apostolicum Canonem, & stabilivit perpetuum Ecclesiae morem, qui tantam auctoritatem Romano Episcopo semper detulerat. Sanxit ex Julii Pontificis non solum Facto, sed & Mandato. Ita enim jubet Apostolica Synodorum lex

Pontifici in generali Concilio adscribens jus relationis cum Prærogativa suffragii.

Hæc Hosius apud Sardicam omnino habuit, & usurpare non potuit sine singulari Mandato. At verò Damasus Petrum non solummodo revolvit, sed & plenè reparavit. Audiamus rem ab Hermia Sozomeno: Athanasius Episcopus Ecclesiae Alexandrinæ exiit à vita. Itaque morte ejus quamprimum per Arianos nunciata brevi tempore post Euzojus, Sectae Arianæ apud Antiochiam Antistes, proficiscitur Alexandriam, & unà cum eo etiam Magnus Quæstor, ab Imperatore Valente missus. Qui duo Petrum, cui Athanasius Episcopatum commiserat, comprehensum concludunt in carcere, Petrus verò clam à carcere elapsus, conscensa nave, ad Damasum Episcopum Romanum trajecit. Rem latius narrat Socrates. Et omnium latissimè ipse Petrus in litteris ad omnes Orthodoxos sub cælo Episcopos, exstantibus in Ecclesiastica historia Theodoretus pergit Sozomenus: Concilii Nicaeni Favores demò coeperunt animis considerare. Et maximè Alexandrini: Nam Petro cum litteris Damasum Roma reverso Ecclesiam tradiderunt. Lucius autem inde ejectus Constantinopolim navigavit. Hoc ipsum scribit Socrates: Petrus cum litteris Damasus Pontificis Romani Roma reversus est. Quæ confirmabant & ejus creationem. Populus igitur illis confusus expellit Lucium, Petrum autem in ejus locum introducit. Proinde Petrus non adversum solas Magni Quæstoris ac Palladii Augustalis Præfecti violentias, sed etiam adversus Lucii intrusionem pro sua creatione appellavit. Et hanc confirmavit Damasus, istam exsufflavit. Solus Damasus. Et isti judicio tantum deculit Alexandriæ Clerus ac Populus, ut spretis Imperatoris Valentis Arianis terroribus eiecissent Lucium, & Petrum reposuerint in Thronum. Athanasium fuisse à solo Julio restitutum supra audivimus à Sancto etiam Gelasio, ac Sancto Felice tertio.

Secundum exemplum est Eustatianum Antiochena Ecclesiae schisma, propter quod ad Romanam Ecclesiam facti sunt multi discussus, relationes multæ, appellationes. Et sub Meletio, & sub Flaviano. Sanctus Eustatius, unus ex Nicaeni Concilii Primatibus, nequissime fuit per Eusebianam Arianorum Factionem damnatus, ac Sede ejectus, ipsaque fuit tradita istis hæreticis. De Meletio scribit Socrates: Meletius primum Sebastia, quæ est in Armenia, delectus est Episcopus. Deinde Sebastia in Episcopatum Berrheæ, urbis Syriæ translatus. Qui cum Concilio Seleucia habito interfuisset, fideique formula à Factione Acaciana composita subscripsisset, exemplo Berrheam repetiit. Mox Concilio Constantinopoli convocato Antiocheni, cum pro certo intellexissent Euzojum ipsorum Ecclesiam contempnisset, & Constantinopolim divitiarum causa se transfuisse, Meletium Berrheam evocatum in Sede Episcopali Antiochena Ecclesiae collocant. Sanctus Epiphanius affirmat eum ab ipso Acacio Lusco, Cæsarensium apud Pælestinos Metropolita, cujus Factionem Seleucia adjuverat, fuisse inthronizatum. Nicephorus Calixtus addit ipsum etiam Eudoxium adjuvisse, sperantem fore, ut Meletius Eustatianos, in Orthodoxa fide ac defuncti Eustatii communio-

L. 6. C. 39.

L. 5. C. 30.

L. 2. C. 34.

ne constantissime perdurantes, ad Arianas partes deduceret. Meletius enim erat vir potens opere ac sermone. Quod ipsum scribit Hermias Sozomenus, & adjungit: Sed longè ipsos sua sefelis opinio. Etenim ad tantam Sedem evectus Meletius est subito mutatus in alium virum: Mox cepit se monstrare Orthodoxum, & constanter recta prædicare. Sanctus Joannes Chryostomus affirmat, quod triginta dierum spatio omnem Antiochiam fecerit catholicam. Concionem, cujus causa hæreticus Archidiaconus ascendit Suggestum, ac Meletii os violenter compressit, Sanctus Epiphanius inseruit suo Panario. Et his gravissimè læsi Ariani Imperatorem suum Constantium impulerunt, ut Meletium uti prævaricatorem eieceret, & intruderet fidissimum sibi Euzojum, utpotè ipsius Arian Congerionem, una cum illo olim damnatum ac ejectum à Sancto Patriarcha Alexandro. Incogniti Authoris Synodicus liber affirmat Meletium fuisse communi Arianorum & Catholicorum suffragio evectum, & ipsi ejecto suffectum fuisse Eudoxium. At certum est in utroque labi. Exulabat tunc apud Orientem unà cum Sancto Eusebio Vercellenti Episcopo Lucifer Calaritanus Episcopus, agebatque vices Liberii Pontificis ac Sedis Apostolicæ. Et licet Meletii conversionem probaret & laudaret, nullatenus tamen ejus promotionem. Etenim non solum ab Ariani patrata erat, sed etiam in locum Arianorum, quos Sancto Eustatio superordinatos perfidia intruserat. Censuit Sedem à Sancti Eustatii morte semper vacasse, ac etiam vacare. Hinc insuper videns abesse Meletium, ideoque Sedem non solo jure, sed etiam facti vacuum, ordinavit Paulinum Presbyterum, Eustatianæ communioni hucusque Præfectum, vacantis Sedis quasi Vicarium, & ipsum dixit verum ac legitimum Sancti Eustatii Successorem.

L. 5. C. 7.

Defuncto Constantio in Imperium successit Julianus, qui omnes Orthodoxos ab illo proscriptos Episcopos revocavit, atque ita rediit & Meletius. Hinc Antiochena Ecclesia habuit tres Episcopos: Paulinum, Meletium, & Euzojum. De ipsis scribit Socrates: Omnibus ferè Ecclesiis, quæ ibi erant, Euzojus Arianæ Sectæ Patronus præfuit. Paulinus tamen unam solam obtinuit Ecclesiarum parvarum, quæ erant intra urbem. Ex qua quidem ipsum Euzojus propter reverentiam, quam versus illum habuit, non eiecit. Meletius autem extra portas civitatis Conventus celebravit. Et hi sunt Campenses, de quibus in suis ad Sanctum Damasum litteris Beatus Hieronymus, pessimè intellectus ab Erasmo. Et quidem de Meletio ac Paulino, quod ambo essent Orthodoxi, natæ sunt graves contentiones inter Ecclesias. Romana & omnis Occidentalis, licet Luciferi Factum non plenè probaret, adhæsit Paulino, & Meletium, quia olim Arianum, & ab Ariani translatione intrusum, dudum censuit non posse esse Episcopum; Orientalis autem istud ipsum judicavit de Paulino, quoniam erat superordinatus Meletio. Accessit quod apud plures, licet immèditò, malè oleret de Marcello ac Sabellio.

Hinc ortæ sunt plures Legationes ac provoca-

tiones ad Romanam Ecclesiam. Meletius enim prius Dorotheum Diaconum, deinde legavit suum Diaconum Sabinum. Ita habemus in variis litteris Sancti Basilii, qui in suis ad Antiochum Presbyterum litteris exponit & primum Romanæ Ecclesiae de hac lite judicium: Postquam reversus sumus domum, confestim occupavit nos ab Oriente Episcopi, quibus sumus certiores facti, litteras accepisse Factionis Pauliniane Sectatores ab Occidente missas, Principatus ipsius contestationes. Unde mirum in modum Factionis illius homines efferebantur, & tripudiabant, & fidei edebant confessionem: In qua quidem suscipienda paratissimi erant nostris hic Ecclesis coadunati. Eadem de re scripsit ad illustrem Comitem Terentium, qui Romanum Decretum reveritus volebat in executionem mittere: Dicebantur Fratres, qui Paulino favēbant, in colloquium cum tua Rectitudine descendere de sua nobiscum unione. Nobiscum, inquam, qui à partibus Meletii stamus, illius viri Dei, Episcopi Antiocheni. Quos audio circumferre Occidentalium litteras, quibus Episcopalis Antiochia Sedes ipsorum partem addicitur, vir autem admirabilis Meletius ab Episcopatu Ecclesiae Dei abdicatur. Judicii fundamentum credo à Basilio exponi in litteris ad Petrum Alexandria Patriarcham: Dorotheus Diaconus, Roma reversus, referebat nobis quos tecum habuit ipse apud Damasum Reverendissimum Episcopum sermones, & morore nos affecit, cum predicaret Fratres nostros, Deo charissimo nostros Communitros, Meletium atque Eusebium Samosatensem Episcopum, inter Arianorum furorē insanientes esse recensitos. Omnibus nervis suadet istas Romanorum litteras esse subreptitias, & se nec ob delatas ex ipso cælo litteras esse recessuram à Meletio. Imitatur Apostolum scribentem ad Galatas: Licet Angelus de cælo aliud evangelizet, anathema sit. Nequaquam potestatis defectum arguit, sed vitium circumscriptiois. Et plura congerit de Sabellianismo. Graffabatur tunc quæstio de tribus Hypostasibus. Et Romanis volens consonare Paulinus resurabat ista vocabula. Hinc Græcorum pluribus reddidit se suspectum de Sabellio.

Plures Orientalium Episcopos occupavit ista in Meletium, Virum veraciter eruditum ac sanctum, pertinax benevolentia. Hinc Damasus Pontifex, Ecclesiae catholice pacem suæ auctoritati præferens, non nihil recessit à suo judicio. Moderamen exponit, atque exoptulat idem Basilium in litteris ad Sanctum Athanasium. Rogat Romanum Pontificem ab ipso permoveri ad destinandos, qui lamentandas Orientalis Ecclesiae turbas componant, Apostolicos Legatos, atque adjungit: Et cum qui mittendi sunt volente Deo advenierint, non inferant Ecclesiae schismata, sed magis idem sentientes quovis modo ad unitatem pertrahant, etiam si quosdam invenerint, qui peculiariter inter se quædam dissidi argumenta præferant. Ne populum Orthodoxum à suis Præpositis separent, & in multas partes dividant. Cavendum est enim, ut pacti post habeantur omnia. Et cum primis Antiochena Ecclesiae medentur: Ne in ea sincera pars imbecillitas facta Personarum respectu scindatur. Omnia fatagunt pro Meletio. Rogat mitti Legatos, qui Orthodoxum Orientis populum à suis Orthodoxis

Epist. 272.

Epist. 349.

Epist. 321.

Epist. 52.

doxis Episcopis non separent, atque ita addant schismatibus schismata, sed dispensatorie omnia posthabeant paci, ideoque in illis civitatibus, in quibus duos repererint catholicos Episcopos, permittant federe utrumque, ipsos inter se pacificent, & ambobus impertiant communionem Apostolicæ Sedis. Totus eorum conatus sit Evangelicum Dogma reducere ac stabilire. Et ista præsertim faciant in Antiochena Ecclesia. Inter Paulinum ac Meletium. Epistola hæc videtur non ad Damasum scripta, sed ad Liberium. Ipsam tamen, & ejus rationes attendit, exaudivit, & explevit Damascus. A suo judicio recedens tam Meletio, quam Paulino confirmavit Episcopatum, & utrique dedit communionem suæ Sedis ac totius Occidentalis Ecclesiæ.

Lucet hoc ex Aquilejensis Concilii litteris ad Imperatores, Gratianum, Valentinianum, ac Theodosium: *Antiochena Ecclesia Episcopus Paulinus, qui semper communionis nobiscum intemperantiam habuit concordiam, dissensionibus aliorum, quorum fides superioribus temporibus hæstabat, fertur urgeri. Omnino notatur Meletius: Quos quidem, si fieri potest, & fides plena commendat, ad consortia nostra optamus adungi, sed ita ut vetustæ communionis sociis sua Prærogativa servetur. Quorum nobis hæc non superflua cura est. Primo omnium, communionis societas nullam potest habere offensam. Deinde, quia utriusque partis dudum accepimus litteras, præcipueque illorum qui in Antiochia dissident Ecclesia. Et quidem, nisi hostili impedimento fuisset interruptio, aliquos etiam de nostro numero disposueramus illud dirigere, qui sequentes & arbitri refundendæ, si posset, pacis existerent. Sed quia studia nostra tunc temporis habere effectum per tumultus publicos nequiverunt, oblatas Pietati vestræ nostras repetimus preces, quibus hoc poposcimus, ut altero decedente penes superstitem Ecclesiæ Jura permancerent, nec aliqua superordinatio vi tentaretur. Hoc ipsum ad Imperatorem Theodosium scribunt Sanctus Ambrosius & cæteri Italiæ Episcopi: Scripsimus dudum, ut quoniam Antiochena civitas duos haberet Episcopos, Paulinum atque Meletium, quos fides concinere putabamus, aut inter ipsos pax & concordia salvo ordine Ecclesiastico conveniret, aut certe si quis eorum altero superstite decessisset, nulla subrogatio in defuncti locum superstite altero gigneretur. Epistola existat in appendice Theodosiani Codicis. Proinde Damascus & Paulinum & Meletium confirmavit in Episcopatu, atque ita istam pacificavit Ecclesiam.*

Confirmavit sub tribus conditionibus. Primo, ut Meletium, qui de Ariana scabie non cessabat traduci, plena fides commendaret. Deinde, ut Paulinus, tanquam antiquus Romanæ communionis socius, haberet suam Prærogativam. Hoc est, licet Ordinatione posterior, esset tamen loco & communi intra Thronum confectus dignior & prior. Idque ideo, ut pax fieret citra offensam veteris amicitia. Et hæc Paulini Prærogativa fuit non minima cura Romanæ Ecclesiæ. Tertia conditio fuit, ut ultimo superstites esset plenus & solidus Episcopus, & defuncti Sequela nullam attentaret superordinationem. Factum hoc est ad quarti sæculi annum septuagesimum tertium,

in Romana nonaginta trium Episcoporum Synodo, qui ad audiendam causam Auxentii, Ariani Mediolanensis Episcopi, exponendamque fidem in Urbe Roma convenerunt, & sua Acta direxerunt catholicis per Orientem constitutis Episcopis. Synodalis Epistola habet hanc subnotationem: *Explicit hæc epistola, vel expositio Synodi Romanæ, habitæ sub Damaso Papa, & transmissa ad Orientem, in qua omnis Orientalis Ecclesia, facta Synodo apud Antiochiam, consona fide credentes, & omnes ita consentientes, eidem super expositæ fidei singuli sua subscriptione confirmant. Omnium primus subscripsit Meletius: Meletius Episcopus Antiochenus consentio omnibus supra scriptis, ita credens & sentiens. Et si quis præter hæc sentit, anatema sit.* Eodem modo proximus post ipsum subscripsit Eusebius Samofarensis. Et subnotatio concludit: *Similiter & alii centum quadraginta sex Orientales Episcopi subscripsit, quorum subscriptio in athenicum hodie in Archivis Romanæ Ecclesiæ tenetur. Tot appendices habebat Meletius. Per talem omnium subscriptionem demonstravit suam plenam fidem, atque ita explevit primam conditionem requisitam à Damaso. Et hæc omnia Dorotheus, ejus ibidem Legatus, ac tunc ex Diacono Presbyter, Pontifici authenticè persuaserat, atque ita plenè purgaverat Meletium. Haud dubiè adjunctus à Petro Alexandria Patriarcha, qui aderat isti Synodo.*

Hæc Synodus non solummodò Arianam damnavit hæresim, sed etiam errores Apollinarii. Nihilominus dolosum Vitalem, licet gradu moverit, attamen communionem impertit, ac potius impartendum remisit Antiochiam ad Paulinum. Ipsum per hunc, non per Meletium voluit admitti in communionem Romanæ Ecclesiæ. Et in scriptis ad Paulinum litteris adjunxit: *Fidem vestram misimus, non tam tibi, qui nobis ejusdem fidei communionem sociaris, quam his, qui in ea subscribentes, tibi, id est, nobis per te voluerint sociari.* Omnes ex quavis hæresi ad fidem accessuros voluit non per Meletium, sed per Paulinum ducti, probari, atque admitti. Quod nempe penes ipsum esset Antiocheni Episcopatus Prærogativa. Hæc potestas erat una ex istius Prærogativæ portionibus. Hæc item est causa, ex qua Paulinus laudatis Synodalibus Damasi litteris non subscripsit. Isto tempore Sanctus Hieronymus, hærens in Antiocheno Patriarchatu, ac ad Damasum scribens de questione trium Hypostasium, admiratus est Antiochiæ esse tres Episcopos, Paulinum, Meletium ac Vitalem; omnes gloriantes se communicare Damaso, ac ejus Sedi. Hinc addidit aut omnes tres mentiri, aut certè duos. Non plenè capiebat dispensatoriam Damasi gratiam. Vitalis tamen omnino mentiebatur. Ut potè à Damaso admittus in communionem, sed laicam. Homo contumax perstitit se ostentare Episcopum, & hæresim palam profiteri. Lucet ex illis, quæ cum ipso egit, ac de ipso scribit Sanctus Epiphanius.

Etiam tunc admittitur stipulatio, quam Paulino aliquando obtulerat Meletius: *Quoniam & mihi istarum ovium procuracionem commisit Dominus, & in aliarum curam suscepisti, ipsæque oves verè*

*pietatis communionem consentiunt, Greges concordie vinculo jungamus, & contentionem de Primatu dimittamus. Et cum oves communiter pascamus, communem illis vitæ moderandis curam adhibeamus. Quod si Sedes contentionem gignit, ego hanc contentionem conabor à nobis repellere. Nam ponamus in ista librum Evangelii, & utrumque nos sedeamus. Quod si ipse prius è vita abiero, tu solus gregem moderaberis; sin autem tibi illud contigerit, ego curam omnium geram.* Ita affirmat in Ecclesiastica historia Theodoretus. Huic paci adfuit & intervenit Sanctus Gregorius Nyssenus Episcopus, ipsamque laudat in suis epistolis. Erat germanus frater Magni Basilii, ideoque certum est, quod constanter egerit pro Meletio. Hermias Sozomenus addit conditionem placuisse omnibus, & ab utriusque contententis persona & Clero fuisse firmatam jurejurando. Unicum obtulisse Calaritanum Luciferum. Cujus rei fides sit penes ipsum. Rei igitur series fuit missa Romam per Petronium Paulini Presbyterum, & Dorotheum Presbyterum Meletii, & à Damaso confirmata. Non à generali Concilio, sed à solo Damaso.

Sanctus Bonifacius rectè affirmat duram hanc litem non solum sub Meletio, sed etiam sub ejus Successore Flaviano fuisse judicatam & compositam à Sede Apostolica. Etenim post Meletii mortem neutra pars servavit pastorum fidem. Paulinus, dum se admitti ac firmari postulat in solidum Episcopum, rejicitur à Meletii Favoribus, ac ipsi superordinatur Flavianus, à Diodoro Tharsensium Metropolita, ac Acacio Episcopo Bertheensium. Flavianus & Diodorus, Antiochenæ Ecclesiæ olim Compresbyteri, semper fuerant Paulino pertinaciter adversari. Et istam injuriam non sufferens Paulinus sibi adhuc vivo Successorem ordinavit Evagrium. Et quidem solus. Ita in Ecclesiastica Historia testatur Theodoretus. Alii tamen affirmant non nisi post Paulini mortem fuisse evectum. Ut sit, aut Paulinus, aut ejus communio egit ex vetusta regula: *Frangenti fidem fides frangatur eidem.* Et hinc Flavianum, utpotè manifestè perjurum atque intrusum, semper ac merito avertata fuit Romana Ecclesia. Quin & Diodorus atque Acacium pro excommunicatis habuit. Ita scribit Hermias Sozomenus. Hinc novæ atque horrendæ lites, de quibus ad Theophilum Alexandria Patriarcham scripsit Sanctus Ambrosius: *Inter hos duos, Evagrium & Flavianum, nihil quod ad Christi pacem pertineat eligentes, gravis toto Orbe stabat discordia. Cui bonæ pacis naufragio Sancta Synodus Capuensis tandem obtulerat portum tranquillitatis, ut omnibus per totum Orbem daretur communio catholicam consentibus fidem, & duobus istis tuæ Sanctitatis examen impartiretur.* Ad questionem decidendam Siricius Pontifex indixit Capuanam Synodum, & utrumque malè ordinatum jussit adesse. Adfuit solus Evagrius. Hinc Synodus causam delegavit Theophilo ac ejus Synodo: *Quia hoc verum judicium futurum arbitrati sumus, quod neutri parti sociata communionem aliquo favore propenderet.* Romana Ecclesia, licet neutrius probaret causam, & utrumque non propriis meritis, sed alienis dumtaxat vitii videret niti, magis tamen

*Christi Lupi Opera T. VIII.*

propendebat in Evagrium: *Quod Paulini Successor & creatura esset, & quod ipsum imitatus invocaret auxilium Sedis Apostolicæ. Hinc Siricius Flavianus suspectum habuit, & noluit advenire Capuam. At verò Theophilus neutri parti adhæserat per communionem, aut favoris fomenta præbuerat. Hinc Capuana Synodus ei delegavit causam. Sub ista tamen conditione, quam illi plenè observandam inculcavit Sanctus Ambrosius: *Sanè referendum arbitramur ad Sanctum Fratrem nostrum Romanæ Sacerdotem Ecclesiæ, quoniam præsumimus eam te judicaturum, quæ etiam illi displicere nequeant. Ita enim tuæ consultum erit sententiæ, ita pacis & quietis securitas, si id vestro statuatur Concilio, quod communioni nostræ dissensionem non adferat, ut nos quoque accepta vestrorum serie Statutorum, cum id gestum esse cognoverimus quod Ecclesia Romana haud dubiè comprobaverit, lætifructum hujusmodi examinis adipiscamur.* Delegatio facta est sub obligatione præviæ relationis ad Romanum Pontificem, & ab ipso accipiendæ probationis ante prolationem sententiæ. Ex quo lucet caduco fundamento niti Joannem Launojum, dum ex ista delegatione nititur elicere, quod Romanus Pontifex olim subfuerit generali Concilio.*

Quomodo autem Flavianus huic delegationi obtemperaverit, exponit idem Ambrosius: *Cum ex his æquissimæ Synodi Constitutis speravimus jam remedium datum, finemque oblatum discordiæ, scribit Sanctitas tua iterum Fratrem nostrum Flavianum ad precum auxilia, & Imperialium Rescriptorum suffragia remeavisse. Frustra ergò tantorum Sacerdotum susus labor, iterum ad hujus sæculi judicia revertendum. Iterum ad Rescripta, iterum vexabuntur Sacerdotes senes, transfretabunt maria, iterum invalidi corpore Patriam peregrino mutabunt solo, iterum sacrosancta Altaria deserentur, ut in longinqua proficiscamur: Iterum pauperum turme Episcoporum, quibus ante onerosa paupertas non erat, externæ opis egentis compellentur inopiam gemere, aut certè victum inopem itineris usurpare. Interea solus exlex Flavianus, ut illi videtur, non venit, quando omnes convenimus. Flavianus recusavit etiam Theophili Tribunal, & ab isto Capuanæ Synodi Statuto appellavit ad generalem in Oriente celebrandam Synodum, ipsam postulavit ab Imperatore Theodosio, & videtur impetrasse. Ab Apostolica Sede provocavit ad Synodum. Quod in Oriente celebrandam postulaverit, demonstrant Ambrosii verba: *Transfretabunt maria.* Non utique Græci, sed nos Latini Episcopi. Hinc subditur: *Ut in longinqua proficiscamur.**

Sed qualem & quantam reverentiam isti appellationi detulerit Siricius, audiamus à Theodoro, summo Encomiaste ac Patrono Flaviani. Exponit, licet non plena fide, rei seriem, ac profequitur: *Romani nihil horum scire cupientes, Evagrii communionem sunt amplexati, ac Imperatoris animus contra Flavianum incitare studuerunt. Nam cum Imperatori nimis acriter instando multum sæpe exhibuissent molestiæ, accessit eum Constantinopolim, & Romam proficisci jubet. At Flavianus responderet hanc jam esse. Itaque pollicitus se in eunte vere imperata facturum, in patriam revertit.*

*M. Sed*

Sed cum Episcopi Romani, non solum Damasus ille admirabilis, verum etiam post illum Siricius & Anastasius, vehementius in Imperatorem inuolati essent, diuisissent eum illos, qui Tyrannidem contra se exercere molirentur, opprimere, sed his qui per Tyrannidem Christi Leges evertere studerent, impunitatem concedere, cum Imperator denud accersit, Romanque ut contendat, cogere laborat. Affirmat Romanos Pontifices Flaviani appellationem spreuisse, habuisse pro Tyrannide ac rebellionem, nec permisisse causam diuelli a suo Tribunali. Et interim Evagrium vestierunt ac posuerunt in Thronum. Eiusdem sententiae fuit Sanctus Ambrosius, Flavianum dicens exilegem.

Rem tandem post Evagrii mortem composuit Sanctus Joannes Chrysostomus. Etenim à Meletio in Diaconum, ab Evagrio in Presbyterum consecratus, post hujus mortem transit ad Flavianum, fuit illi familiarissimus, sub illo dixit Homilias ad Antiochenum Populum, & ex ejus Presbytero exaltatus est in Episcopalem Cathedram Regiae civitatis. De ipso igitur apud Constantinopolim confectato scribit Hermias Sozomenus: *Quamprimum Joannes ad Episcopatum pervenisset, cum Aegyptii Sacerdotes & Occidentales adhuc cum Orientalibus dissiderent propter Paulinum, & communis quaedam distractio ob hoc ipsum Ecclesiam per universum Imperium detineret. Theophilum orabat, ut in hoc sibi auxilium ferret, quo Flavianus in gratiam Romani Episcopi rediret. Consensu igitur utriusque facta ad hoc negotium eliguntur Acachus Berrbeensis Episcopus, & Isidorus ille, cujus nomine Theophilus ordinationi Joannis obstitit. Ii profecti Romam, ac Legatione pro votis functi, in Aegyptum adnavigabant. Et hinc porro in Syriam pervenit Acachus, Flaviano litteras pacificas ab Aegyptiis & Occidentalibus adferens. Quod ipsum referunt in Dialogo de Sancti Joannis Chrysostomi Actis Palladius Helenopolitanus Episcopus, & apud Photii Bibliothecam in ejusdem Sancti Joannis vita Georgius Patriarcha Alexandrinus, graviter tamen labens gratiam istam fuisse factam à Sancto Damaso. Facta enim fuit à Sancto Innocentio. Hic ipsam prius navigare in Aegyptum, ac Theophilo placere voluit, quod Flavianus etiam hunc graviter offendisset.*

Eadem de re Zachariae, Photianae Factionis Chalcedonenf Episcopo, ad octavam Synodum dicenti, *Flavianum Antiochie Patriarcham Romani non receperunt, sed eum Canon nullatenus condemnavit, atque hoc exemplo tentantis purgare schismaticam rebellionem sui Photii, reposuit Metrophanes orthodoxus Metropolita Smyrnenfis: Porro Patriarcham Antiochie Flavianum recusabat quidem Romanorum Ecclesia suscipere, integrum Paulinum propter magni Eustatii dilectionem stabilientes, qui Princeps erat eorum, qui propter Eustatium resisterant, & disjungebantur, ac seorsim colligebantur, non tamen & usque ad finem habuerunt hanc mentem. Pissimo enim Imperatore Theodosio mediante acceptum reddiderunt eum, & Patriarcham habuerunt eum Antiochie, ita ut & in hoc mendaciter loquens apparueris. Si enim usque in finem abjecisset eum, bene utique inveniret fuisse locutus. Si vero lite cum Paulino detenti resisterunt*

*quidem propter causam, quam dixi, deposuerunt autem hujusmodi contentione, & receperunt eum, frustra diuisi receptum fuisse Flavianum contra Romanam Ecclesiam. Labitur fuisse receptum ad mediationem Imperatoris Theodosii. Receptus enim fuit post ejus mortem sub filio & successore Arcadio.*

Tertium Romanæ appellationis Orientale exemplum Sanctus Papa Bonifacius adducit Nestatium Constantinopolitanum Episcopum, cui ad Imperatoris Theodosii preces, factas per Legatos è Latere Episcopos atque Aulicos, Episcopalem confirmationem & communionem tandem dedit Sanctus Damasus. Rectè. Quoniam Nestarii causa erat appendix ad Romanam appellationem Maximi Cynici. Etenim Maximus non adversus solum Constantinopolitanæ Synodi iudicium, & sibi ab ipso inflictam degradationem appellavit, sed etiam adversus promotionem Sancti Gregorii Nazianzeni, ac praesertim adversus factam pendente appellatione superordinationem Nestarii. Lucet ex Sancti Ambrosii ad praefatum Imperatorem litteris, quibus affirmat Maximam appellationem fuisse admittam, & ipsum revestitum à Romana Ecclesia: *Nestarii ordinatio quem ordinem habuerit, non videmus. Revera advertendum Gregorium nequaquam secundum traditionem Patrum Constantinopolitanæ Ecclesiae sibi Sacerdotium vindicare. Nec tantum de facta superordinationis vitio, adeoque de Sardicensium Canonum pravaricatione, sed insuper de alio non modico crimine agebatur in Nestarium. Pergit enim Ambrosius: Meletio defuncto, Paulino superstito, quem in communionem nostram mansisse consortia, quæ à Majoribus inoffensè ducta, restantur, contra fas atque Ecclesiasticum ordinem in locum Meletii non tam subrogatus, quam superordinatus asseritur. Atque hoc factum allegatur consensione & consilio Nestarii. Erant omnes gravissimæ causæ. Et quidem Maximus Cynicus non adversus aliquam Provinciam, sed adversus plenam totius Orientis Synodum provocaverat. Et ista omnia desinivit solus Episcopus Romanorum.*

Quartum Romanæ appellationis Orientale exemplum, hic laudatum à Principe Bonifacio, est proximus Nestarii Successor Sanctus Joannes Chrysostomus. Eum Innocentius primus restituerat, & ad ejus causam plenè retractandam indixerat Theffalonicensis Synodum: Et quia Theophili Patriarchæ Alexandrini, & ipsi adherentium Episcoporum contumacia obedire detrectaverat, separavit se & omnes Latinos à communionem Orientalis Ecclesiae. Hoc enim tunc erat frœnum, quo Romana Sedes Græcorum proterviam solebat domare & frangere. Et hanc praesentem per ipsum etiam fregit Sanctus Innocentius. De his enim rebus omnino scribit Bonifacius: *Ante breve tempus, id est, sub Prædecessore meo beate recordationis Innocentio, Orientalium Ecclesiarum Pontifices dolentes se à Beati Petri communionem sejunctos per Legatos pacem, sicut Charitas vestra retinet, poposcerunt. Sancti Joannis nomen reddiderunt sacris Ecclesiarum tabulis, atque ita illum ut Canonicum, quia bene ac plenè reparatum, Episcopum agnoverunt. Ex quo lucet*

non

non sola de Dogmaticis, sed etiam de Canonicis quaestionibus Synodalia Orientalium Judicia fuisse semper per appellationem devoluta ad Apostolicam Sedem, ac per ipsam solum retractata ac definita. Bonifacius rectè dixit: *Sicut Charitas vestra retinet. Etenim Rufus ad laudatam Theffalonicensis Synodum viderat ac fecerat omnia preparamenta.*

Quod Illyriciana Ecclesia Romam appellare semper confueverit, aperte etiam proficitur in exhibitibus Bonifacio secundo precibus Stephanus Larissæ Episcopus, Metropolita Theffaliæ: *Denique per hoc quia venerabiles effecti ante vos, & quanti sancti illam Sedem habere meruerunt, corpore quidem in Romana gloriosa degentes civitate, spiritu autem ea, quæ ritè agebantur, omnino ornantes & transgressi, & plurimi ex corpore Ecclesiae ab inimicorum calumniantium violentia sunt liberati à Deo & à venerabili Apostolica Sede. Utique omnes ad ipsam ex bonis fundamentis provocantes. Insuper edicit liberationis ac liberatricis potestatis radicem: Ergò nec tu ipse, sanctissime Pater, me multis circumdatum malis, & ad Deum solummodo atque vestram Paterna consuetudine Pietatem respicientem, habeis despectum. Quoniam nullus Ecclesiasticus ordo illam vestram, quæ à Salvatore omnium & primo Pastore vobis est collata, potest præcellere potestatem. Exiguus est vel humilis, in quo non Providentia vestra respicit. Affirmat istam potestatem non à Sardicensi aut alia esse Synodo, sed ab ipso Christo Domino, qui eam Sancto Petro dedit transfundendam in Successores.*

## CAPUT XXXIV.

*Adducuntur varia Romanarum ex Illyrico appellationum exempla.*

PRIMUM exemplum sit Perigenes Corinthi Episcopus, Metropolita Helladis. Hic Corinthi natus ac renatus, necnon in ejusdem Ecclesiae Clero existens à prima ætate, nescio quomodo fuit electus & consecratus Episcopus ad Patrensem Ecclesiam. Ast ipsum Civitate sua Patrenses populi unitæ contradictionis voce arceverunt. Hinc juxta Antiochenum Canonem permanit Corinthi, solo honore Episcopus. Interea moritur Episcopus Corinthiorum. Hinc ista ipsum postulavit Ecclesia. Verum quod quosdam quasi de translatione moveret scrupulus, relata fuit res ad Bonifacium primum Pontificem: Et hic ipsum post maturum examen admisit. Et rectè. Etenim quod istiusmodi à sua, ad quam consecrati, civitate per injuriam reiectos, & nunquam admissos Episcopos in aliam incardinari Ecclesiam permisit Apostolica disciplina, docet non sola Antiochena Synodus, sed & perpetua omnium gentium consuetudo. Ista incardinatio nullatenus est translatio. Nihilominus Com-Provincia Christi. Lupi Opera T. VIII.

cialium aliqui sunt averfati Perigenem, & paraverunt convenire ad Synodum, ac definire quaestionem. Et videntur non solummodo adversus formam, sed aliquid etiam habuisse contra materiam. Nec ipsos deterruit Regula per Eulalium, Syracusæ Episcopum laudata apud quartam Symmachi Pontificis Synodum: *Quod si cujuslibet Provincia Sacerdotes, intra terminos suos Concilio habito, quidquam sine Metropolitanis sui auctoritate tentaverint, irritum esse debere sancti Patres sanxerunt. Utique Nicæni Patres in suo quarto Concilio. Nec item Regula vetans Præpositum judicari à subditis. Etiam censuerunt Perigenem esse intrusum, & proinde adhuc vacare Sedem, ideoque imitari crediderunt secundæ Mœsiæ, ac secundæ Syriæ Episcopos, qui ad Leonis Augusti iustum sine Metropolitana convenerunt, & suum Synodale Judicium ediderunt de creatione Timothei Aeluri & auctoritate Chalcedonenf Concilii. Hinc Perigenes sibi metuit, ideoque provocavit ad Papam Bonifacium, supplicans auxilium, de quo Dominus ad Petrum: *Confirma Fratres tuos.* Et ipsum exaudivit Pontifex, & ad Rufum Theffalonicensis Episcopum, suum in Illyrico Vicarium scripsit: *Ad Synodum, quæ dicitur illicitè congreganda de causa Fratris nostri & Co-Episcopi Perigenis, cujus scriptis statum nulla posse penitus ratione turbari, talia Scripta direximus, quibus universi Fratres intelligant primò convenire se citrà conscientiam tuam minime debuisse. Deinde de nostro non esse Judicio retractandum. Affirmat istam Synodum illicitè congregandam, & fore attentatum, ideoque Perigenis dignitatem jubet esse stabilem, & à nullo vexari.**

Ista Synodus videtur indicta per auctoritatem Attici Episcopi Constantinopolitani, ideoque habuisse audaciam attentandi in proprium ab Apostolica Sede confirmatum Metropolitanam. Perigeni adversantes Episcopi videntur adhæsisse nuperæ legi, qua Imperator Theodosius Orientale Illyricum Apostolicæ Sedi abstulerat, & transcripserat in Patriarchicam Potestatem Constantinopolitanæ Cathedræ. Praefati Episcopi ex hac lege videntur censuisse Bonifacium Pontificem dixisse jus extra Territorium, ac proinde sententiam esse nullius ponderis, ideoque reclamasse ad Atticum. Hoc penitus suadent hæc Bonifacii verba: *Quis coram Antistite, ut Fratrum conventet turba, præcepit, lectis Epistolis nostris? Hoc est, Quis Antistes cognitis & lectis nostris pro Perigene litteris habuit auctoritatem convocandi Synodum, & nostrum Judicium retractandi? Pergit Pontifex: *Quoniam locus exigit, si placet, recensete Canonum sanctiones, reperietis quæ sit post Romanam secunda Sedes, quæve sit tertia. A quibus idèd ita rerum videtur ordo distinctus, ut se Ecclesiarum Pontifices cæterarum, sub uno tamen eodemque Sacerdotio, habere cognoscant, quibus charitate servata propter Ecclesiasticam disciplinam debeant esse subiecti. Et quidem hæc sententia Canonum à vetustate duravit, & nunc usque Christo nostro favente perdurat. Nemo unquam Apostolico Culmini, de cujus Judicio non licet retractari, manus obvias audacter intulit, nisi qui de se voluit judicari. Hæc omnia palam diriguntur in Episcopum Con-**

M 2

stan-

stantinopolitanum. Affirmant ipsum non esse Patriarcham, nec Illyrici, nec ullius gentis, ideoque hæc omnia ejus Acta esse novitatem & auctoritatem. Etenim Ecclesia non habet nisi tres Patriarchales Sedes: Inter quas cuncti norunt non esse Constantinopolitanam. Affirmant omnes tres Romanæ subijci, & judicare non posse de ejus Judicio, ideoque longè minus posse Constantinopolitanam, quæ non est aliud quàm simplex Parochia in Provincia Europæ. Ita Pontifex subnervavit istam Corinthiæ Provinciam Synodum, & provocantem ad se Perigenem stabilivit adversus Attici violentias. Et hinc discimus, quod olim appellari consueverit non solummodò adversus latam, sed etiam adversus ferendam à Synodis sententiam.

Secundum Romanæ ex Illyrico appellationis exemplum est Perreus Thessalæ Provincie Episcopus, de quo laudatus Papa Bonifacius in litteris ad Rufum Thessalonicensem: *Perreus Co-Episcopi negotium, cujus nobis libellus ab eodem destinatus fecit indicium, cui Con-Sacerdotes sui molestissimi esse dicuntur, ita ut eum Ecclesia sua crederent esse pellendum, diligenter audire tuam volumus Charitatem, convenis supra dictis Co-Episcopis nostris, quorum se vim sustinere deplorat. Tunc demum, ut intelligant si quid à se factum est contra consuetudinem, prius esse cassandum, omnibus vestigatis ad nos tua Charitas referre maturet, quatenus prolatum à tua Fraternitate judicium sententia nostra valeat roborari. Juxta Sardicenses Canones causæ hujus retractationem delegat Rufo suo Vicario, attamen cum onere ad se referendi omnia. Et adjungit: Sandè in epistola Thessalis Fratribus destinata id à nobis scriptum volumus recognoscas, Pausanum, Cyriacum, & Calliopum à nostra communione penitus submovendos, ita ut remedium solum interventionis tue gratiam se habere cognoscant. Maximum autem, quem malè tua Charitas retulit ordinatum, in totum Sacerdotii censuram honore privandum.*

Hic est omninò ille Perreus, qui adfuit Ephesino Concilio, isthuc appellatus Pharnacensis Episcopus, itemque Episcopus saluum Thessalonicensem. Videtur esse unus & idem. Nempe erat nullius speciatim civitatis, sed totius Regionis Episcopus, qualis in Italia est Episcopus Sabinenis. Perreus videtur à Rufo Vicario, aut certè ad ejus mandatum fuisse consecratus, at verò Pausanus, Cyriacus, & Calliopius videntur per Attici Constantinopolitani auctoritatem superordinasse Maximum. Et uti Perreus Romam, ita cum suis intrusoribus Maximum videtur provocasse Constantinopolim. Hos enim Pontifex notare videtur in sequenti ad Thessalæ Antistites epistola: *Audio Episcoporum quosdam, Apostolico jure contempto, novum quidpiam contra Christi propriè Præcepta tentare, cum se ab Apostolica Sedis communione, & ut ita dicam verius, potestate separare nituntur, eorum petentes auxilium, quos Ecclesiasticarum Sandio regularum majoris esse non dedit potestatis. Hoc est, appellantes ad eum, cui sacri Canones nullum dant præminentiam locum, quem jubent esse simplicem Heraclæensis Metropolitæ Suffraganeum. Et hinc*

Perreus prævaluit. Maximum fuit ejectus. Ejus Ordinatoribus nulla fuit veniæ spes, nisi per reditum ad Vicarii obedientiam, illiusque apud Pontificem preces pro penitentibus.

Tertium Romanæ ex Illyrico appellationis exemplum est Felix, nescio cujus in nova Epyro Sedis Episcopus, de quo ad totius istius Diocesis Episcopos scripsit Sanctus Cælestinus Pontifex: *Nunc Dyrrachensæ Provincie causa nos movet, ubi quorundam accusantium factione Frater & Co-Episcopus noster Felix, si non nostra intervenisset diligentia, fuisset oppressus. Videtur non oppressus, sed dumtaxat fuisse opprimendus, ideoque non à lata sententia, sed provocasse adversus ferendam. Ad instar Perigenis. Cælestinus adjungit: Nullus Illyrici Metropolita usurpet eodem, Thessalonicensi Vicario, inconsulto commissam illi Provinciam; colligere, nisi cum ejus voluntate, Episcopus non presumat. Quod ipsum Bonifacius scripsit ad Rufum. Dyrrachiensis Metropolita hanc à Vicario dependentiam sensit suæ dignitati & quarto Nicæno Canonis adversam, ideoque Felicem judicaturus suo arbitrio convocavit Synodum, & Rufi reclamationem contempsit. Hinc Felix provocavit ad Cælestinum, & exauditus impetravit suspendi Synodum, atque ita à damnationis periculo liberari. Ista porò dependentia, licet videatur, non adversatur Nicænis Canonibus. Etenim sextus Canon firmavit Ægyptiacæ Diocesis consuetudinem, in qua nullus Metropolita, sed solus Patriarcha potuit celebrare Synodos. Hinc ex omni Ægypto nullam reperias, nisi Alexandrinam. Idem Canon sanxit Patriarchicam Ægypti potestatem procedere ad normam Romanæ. Proinde Romani Pontifices, dum Illyrici Metropolitis imposuerunt istam dependentiam, non læserunt istos Canones. Et impositio habuit justas rationes. Etenim Constantinopolitani Episcopi insidiabantur istis Provinciis, & inter ipsarum Episcopos hinc inde habebant suos fautores. Hinc ad præcedendas Factionum technas Apostolica Sedes Metropoliticam isthuc potestatem circumcidit, & nullam permisit ab ipsa celebrari Synodum sine conscientia & prævia facultate Vicarii.*

Quartum Romanæ appellationis exemplum, à Sixto tertio Pontifice laudatum in litteris ad Sanctum Proclum Constantinopolitanum Episcopum, licet ex Illyrico non sit, spectat tamen ad ipsum, utpotè adductum ad Proclum divergendum ab invasione istius Diocesis. Ad cohibendas ejus manus à Juribus Romanæ Ecclesiæ. Exemplum est Idduas Smyrnenis Episcopus, qui inter cæteros Patres adfuit Ephesino Concilio, adhæsit Sancto Cyrillo, ac Primati & Metropolitæ suo Memnoni, & cum ipsis damnavit Nestorium. Defuncto Memnoni in Episcopatum successit Basilius, qui nescio qua de causa damnavit Idduam. Et hac de re Sixtus scribit ad Proclum: *Habes recentissimum nuper habitæ actionis exemplum Fratris nostri Idduæ, circa quem Fraternitatis tuæ decrevimus judicium custodiri, cognitioni tuæ facere nolentes injuriam, cum ejus intentionem*

mem justissimam innocentia tuaveris. A Basilio ac ejus Synodo damnatus Idduas appellavit ad Proclum, & hic cassavit illius judicium, ac Idduam declaravit innocentem atque justissimum. Hinc aut Basilius, aut potius Idduæ accusator, vel quivis Adversarius denuò appellavit ad Sixtum: Et hic probavit & stabilivit datam à Proclo sententiam. Quæ res Proclo haud dubiè fuit longè gratissima. Ita enim rapina, quam in Asiaticam Diocesim Sanctus Joannes Chrysostomus, Procli Magister, inchoaverat, & Successores continuarent, probabatur & confirmabatur per Sedem Apostolicam. Quare certum est Sixtum non rectè hic egisse. Etenim omnes istas Constantinopolitanorum Antistitum rapinas, licet confirmatas à Chalcedonenis Synodo, sufflavit & projecit proximus Sixti Successor Magnus Leo, ejusque fundatissimum judicium Successores sunt constanter prosecuti. Nempe suis Illyrici Diocesis à Proclo Xixtus metuebat. Legem, qua ipsas ab Attico circumscriptas Theodosius transfulerat in Patriarchicam potestatem Constantinopolitani Episcopi, licet jam ex Honorii mandato circumductam, resuscitare voluit Proclus, aut certè de ista machina fuit suspectus. Hinc ipsum multis laudibus demulcet Sixtus, suum in ipsum profitetur assertum, & hunc affirmat non stare in verbis, sed jam frequenter exiisse in opera. Præsertim in opus, quod datam pro Idduà à Proclo sententiam nuperrimè confirmaverat. Promittit tres Autocephalas Dioceses Proclo citra contentiones dimittere, atque ita suadet & rogat ipsum cessare à quovis tentamine in Provincias Illyricianas. Quæ in re manifestum est Sixtum non esse usum Apostolice potestatis.

Quintum exemplum est Stephanus Larissæ Episcopus Metropolita Thessalæ. Hic juxta antiquam consuetudinem fuit in sua civitate consecratus à suis Suffraganeis: Ab Eustatio Gomiensi, Elpidio Thebano, ac Stephano Laminensi. Probianus Demetriadæ Episcopus dixit consuetam Orationem Encomiasticam, & ipsam implevit eximiiis egiis. Consecratio facta est ad præviam confirmationem Thessalonicensis Vicarii. At ecce statim post præfatus Probianus, Demetrius Sciatensis, & quidam alii ejusdem Provincie Episcopi, unà cum Antonio Larissæ Ecclesiæ Presbytero ascenderunt Constantinopolim, & apud Epiphanium Patriarcham accusarunt Stephanum de pluribus, præsertim de rebellionem adversus Constantinopolitanam Ecclesiam & postularunt ad degradationem. Etenim Epiphanius mortuam ac sepultam legem, qua Imperator Theodosius Orientalis Illyrici Ecclesias transcripserat in Patriarchale jus Regiæ civitatis, exhumare ac resuscitare studuit, atque non modicè conturbavit Ecclesias. Quin Imperator Justinianus magnis beneficiis Ecclesias cumulari, nemo possit inficiari. Attamen etiam plures ei intulit violentias. Ipsarum non minima est, quod istam legem rescripserit in suum Codicem, atque ita voluerit vivificare.

Hinc Epiphanius istam accusationem admisit tanto impetu, ut nulla accusantium probatione, nec Canonica evocatione usus, alios Provincie

Episcopos ac Ecclesiæ Clerum à Stephani obedientia & communione suspendere, nec ipsi cibos aut alia necessaria permiserit ex Ecclesiastica substantia ministrari. Ipsum suspendit ab officio ac beneficio. Et invitum jussit deportari Constantinopolim. Sibi exhiberi etiam jussit præfatos ejus Consecratos. Nempe prætendebat Consecrationem sine suâ prævia confirmatione non potuisse fieri, ideoque ipsorum crimen non indigere probationibus, sed esse manifestum. Et quidquid ad Apostolicam Sedem reclamaret Stephanus, affirmans Illyrici Ecclesias non ad Constantinopolitanam, sed pertinuisse semper ac etiamnum pertinere ad Romanum Patriarchatum, nullatenus fuit auditus, sed judicatus est delictis accumulare delicta, atque ideo fuit tractatus pessimè, ac tandem à collecta ex advenis Episcopis Synodo degradatus. Audiamus ipsum Stephanum, in suæ appellationis libello perorantem ad Bonifacium secundum Pontificem: *Cum igitur nihil approbatum de me fuisset, nec ulla esset Canonica ultionis culpa digna inventa, sententiam protulerunt, & condemnantes me à Sacerdotali Officio suspenderunt, cum me constet non dimissum fuisse pro meis plenius partibus allegare, sed & petenti aliqua mea causa profutura ostendere non esse permisum. Quapropter supplicabam, ut non ante sententia diceretur, quam quæ acta sunt ad vos beatissimo referrentur, ut inde vestra causæ discussio servaretur. Quod dictum magis eos adversum me amplius incitavit, putantes de sacrarum Ecclesiarum Regiæ Urbis jure aliquid minui, quod ego Apostolicam vestram Sedem visus sum nominasse. Etenim dixi, quia auctoritas Sedis Apostolica, quæ à Deo & Salvatore nostro est summo Apostolorum data, omnibus sanctarum Ecclesiarum privilegiis antecellit: In cuius confessione omnes Mundi acquiescunt Ecclesiæ. Sententia igitur lecta justam denuò vestram audientiam imploravi, apud quam nulla cuiuslibet discipatio vestram potest disturbare justitiam, sed timor Dei qui inest in vobis, ipse unicuique facit per vos sua jura restitui.*

Notanda sunt verba: *Supplicabam ut non ante sententia diceretur, quam quæ acta sunt ad vos referrentur, ut inde vestra causæ discussio servaretur.* Stephanus supplicabat, ut Epiphanius, dum Romanæ Sedis & Thessalonicensis Vicarii jura volebat invadere, saltem fixos huic ab ista limite non excederet. Etenim iste Vicarius sine prævia ad Romanum Pontificem relatione, & ante acceptum illius Rescriptum non poterat Episcopos degradare. Hoc opus erat ex reservatis. Hinc ista supplicatio offendit gravissimè. Epiphanius enim per istas Ecclesias nequaquam Apostolicus Vicarius esse prætendebat, sed authenticus Patriarcha. Hinc censuit Stephanum nominando Apostolicam Sedem impingere in jura Constantinopolitanæ Ecclesiæ. Epiphanius ab Acaciano schismate plenè recesserat, plenamque Romanæ Ecclesiæ obedientiam fuerat juxta præscriptum & transmissum à Pontifice Hormisda libellum solemniter professus, ideoque nullatenus circa Papalem exorbitabat potestatem, sed dumtaxat circa Patriarchalem. Et hinc undecumque auxilia sibi exquirens Ste-



phanus tandem transiit ad Papalem: *Auhtoritas Sedis Apostolica, quæ à Deo & Salvatore nostrorum summo Apostolorum data, omnibus sanctarum Ecclesiarum privilegiis antecellit.* Supplicavit Epiphano ut si Patriarchalia Romanæ Ecclesiæ jura non vereretur invadere, violentas manus saltem cohiberet à Papalibus: Quod non humana, sed Divina essent, & quod ad ipsa etiam ante sententiam posset provocari: Quod omnium Ecclesiarum quibuscumque privilegiis antecellerent, ideoque interjectis ad ipsa provocationibus etiam Patriarchæ deberent deferre reverentiam, & audientiam locum reservare: Magni ponderis sunt verba sequentia. *In cujus confessione omnes Mundi requiescunt Ecclesie.*

Interim Epiphanius ad omnia clausit oculos & aures. Quare Stephanus post recitatam sententiam denudò appellavit ad Pontificem Bonifacium. In appellationis instrumento enarrat Epiphanius in se violentias, & concludit: *Deprecor igitur vos, miseremini homini humili & extenuato animo, adjuvate me per gratiam, quæ vobis à Domino est collata. Si enim & alia peccata dimittere potestatem à Dei Verbo percepistis, quando magis habeatis potestatem in his, quæ adversus me acta atque decreta sunt? Tibi enim derelictus est pauper, pupillo tuus adjutor. Quia ego ab omni humana spe derelictus esse cognoscor.* Profiteretur Romanas appellationes esse non à Sardicensi Synodo, sed à Dei Verbo: Esse partem Cælestium Clavium, quas Dominus dedit Apostolo Petro. Etiam in aliis ad Pontificem litteris habet: *Supplicor vobis, si qua est Dei misericordia, si qua pietas, si qua dilectio, transite, & hic ipsum in Sancto Spiritu, secundum beatum Apostolum, Auxilium mihi ferentes, vestri & vestrorum illius beatæ Sedis Decessorum recordantes, quia nullum unquam ab aliquo injustè noceri possunt.* Profiteretur has appellationes esse antiquissimum, ac semper securum omnibus afflictis refugium. Et hæc litteras Romam misit per Theodosium Echiniensis Ecclesiæ Episcopum. Et adjungit rationem, cur ipse non accesserit: *Cum relecta fuisset sententia, mox in custodiam Dei amatoribus sacræ Ecclesiæ Defensoribus datus sum. Sed aliqui Deum timentes, & meam miserantes miseriam, quod effem undique destitutus, in sua fide susceperunt, multam pro me quantitatem pecunie promittentes quia non recederem, sed observaturum me esse in Regia civitate. Hunc habentes magnoperè tractatum omnes, qui adversum me ista consignerunt, ut non possem ad vestigia vestræ Beatitudinis convolare, & pro Dei mandato aliquam misericordiam à vobis percipere.* Hæc litteras Theodosius Pontifici obtulit in Consistorio. Hæc est Papalis Consistorii prima memoria. Res haud dubiè est longè antiquior.

Huic appellationi se adjunxerunt Elpidius Thebanus, Timotheus Cæsariensis, & Stephanus Laminensis Episcopus, quorum duo Stephanum consecraverant. Quare sibi cum illo metuebant eadem. Hinc & suas litteras tradiderunt communi Legato Theodosio. Exponunt iniquam sui Metropolitæ degradationem, ac Epiphanius de invadendis Illyrici Ecclesiis pravum animum, & concludunt: *Pro his & vestram appellamus Bea-*

*titudinem, & Apostolicam Sedem, & per eam reverentiam, atque sanctæ Ecclesiæ primum Dominum Christum Dominum nostrum audire & adorare credimus, sperantes ut miserorum hominum petitionem, quam cum anima tribulatione & doloribus plena porreximus, minime despiciatis, sed ista congrua emendatione corrigentes, rebus istis succurrentes, remedium dare dignemini.* Et infra: *Quia si non Dei misericordia & vestra juvamina nos prævennerint, tertius & quartus nuncius similia deportans veniet. Quia non usque ad Stephanum Dei Amatorum eorum conquiescit intentio, sed & aliis plurimis ista facient, & non ante quiescent, quam ut ad effectum desideria sua perducant, Per hujusmodi rapinas ac violentias Byzantina Ecclesia, in Europæ Provincia sub Heracleensi Metropolita vulgaris Parochia, pedetentim crevit in Patriarchatum. Tres isti Episcopi profitentur Romanam appellationem esse singularem reverentiam Sancti Apostoli Petri, ac adorationem Christi Domini. Quia nempe est hujus Institutum.*

Quid Bonifacius Pontifex circa hanc appellationem egerit, ignoramus. Posterior Synodali Actorum pars periit aut latet. Interim dubitandum non est, quin Epiphanium compellerent, reparaverit Patriarchalia suæ Ecclesiæ jura, & Stephanum suo Throno restituerit. Etenim Romana Ecclesia in istis Juribus firma permansit usque ad novas rapinas Imperatoris Leonis Mauri, Aliquid documenti nobis reliquit Agapetus Pontifex. Etenim omnino videtur hic esse ille Stephanus, de quo scribit ad Imperatorem Justinianum: *Unde de Stephani Episcopi Persona & causa non creditis alicujus nos studio defensionis impellit. Absit à quorumlibet mentibus Christianis, ut in quacumque Persona aut innocentiam redarguant, aut crimen absolvant. Sed universa, quæ Sedis Apostolicæ super hac sunt parte disposita, illo semper studio manaverunt, quæ Principatui B Petri vos quoque cupitis per omnia reservari. Scilicet ne in his, qui Sedis ejus Audientiam postulassent, sperata ipsius reverentia, alterius sententia proveniret. Et ideo quia Clementia vestra salubriter offerre dignata est, ut à Legatis nostris omne negotium tractaretur, hanc operamur his, quos incontinenti dirigitur, Deo auctore mandamus, ita tamen ut jam nunc communionem nostram vir Religiosus Achilles pro vestra jussione debeat gratulari.* Epiphanius Bonifacii per Patriarchalibus Apostolicæ Cathedræ juribus sancita omnino admiserat: Quia nempe etiam Imperator Justinianus, meliora edoctus à Pontifice, Principatui Beati Petri volebat illa reservari. Attamen Stephanum noluit recipere in Sedem, affirmans criminofum, ideoque ab ipso circumventum fuisse Bonifacium, Addidit defensionis, qua nempe Romani Pontifices sua jura zelabantur, studio reparatum. Hoc Agapetus purgat, additque nec à se crimen absolvi, nec ab Epiphano potuisse aut debuisse redargui innocentiam. Quare post Bonifacii mortem quaestio rediit ad tribunal Agapeti. Et hæc utrimque audiens Justinianus hæsit, ideoque rogavit retractari causam per Papales Legatos, ex alia causa venturos Constantinopolim. Et Papa assensit. Legati isti sunt Sabinus Canusinus, Epiphanius Afulanus, Asterius Sarni-

Iernitanus, Leo Nolensis, ac Rusticus Fefulanus Episcopus. Qui etiam cum ipso Papa manserunt Constantinopoli, & post ejus mortem adfuerunt Synodo Mennæ Patriarchæ, executi sententiam Agapeti contra Pseudo-Patriarcham Anthimum. Et hinc discimus Legatos istos non propter Anthimum ivisse in Regiam civitatem. Iverunt enim adhuc vivente Epiphano.

In eadem ad Justinianum epistola Agapetus nos docet & aliam Romanam ex Illyrico appellationem, pergens de memorato Achille: *At verò de Sacerdotio perfuendo, cum ad nos universa, quæ Legati nostri cognoverint, plenissima eorum fuerint relatione perlata, consideratis sanctorum Canonum Regulis, quas servari precipitis, sequenda firmius censentur. Quod autem Clementia vestra Fratris & Co-Episcopi nostri Epiphanius dignata est excusare personam, quia in prædicti Achillis consecratione vestra potius jussio, quam illius ordinatio prævenisset, credimus quod & ipse cognoverit jure culpatum, qui præter alia quæ deliquit, hoc certè excusare vix poterit, quod tam piissimo & Clementissimo Principi, Beati quoque Petri privilegia defensori, non vel opportunè suggererit, quid in hac parte Sedis Apostolicæ reverentia deberetur.* Epiphanius delicta huc usque ignoravimus. Ea addidimus ex Bonifacii secundi Pontificis Romana Synodo, publicata per Dominum Lucam Holstenium. Fuerunt excessus in Illyricum: in Patriarchalia isthæc jura Romanæ Ecclesiæ. Epiphanius itaque sola istorum Episcoporum prævia confirmatione non contentus invasit etiam consecrationem. Et quò obtineret, à circumscripto Justiniano extorsit sacram jussionem. Ejus vigore consecravit nescio cui Provincie & civitati Achillem. Hic possit fuisse unus ex quatuor Scythiæ Monachis, qui tria famosa Capitula detulerunt ad Hormisdam Pontificem, & ipsorum Apostolicam approbationem tandem obtinuerunt à Joanne secundo. Erant enim grati & Justiniano & Epiphano. Quisquis fuerit, Metropolita aut Thessalonicensis Vicarius non dormit: Intrusum hominem Synodaliter excommunicavit ac degradavit. Et ille Romam accessit cum Regiis litteris, quæ omnem excessum ab Epiphano transferebant in Principem, allegabant simplicitatem & circumscriptiorem, reparabant jura Romanæ Ecclesiæ, & Achilli veniam, communionem, & gradum ex gratia supplicabant. Verùm Agapetus intellexit machinam: Propter Imperatoris preces Achilli communionem reddidit, gradus causam jussit plenius retractari per suos Legatos. Adducere possum etiam Joannis Nicopolitani Episcopi, per veterem Epyrum Metropolitæ, Thomæ, Nicostri, & alterius Joannis ad Hormisdam, aliorumque in Illyrico Episcoporum ad alios Pontifices appellationem: Verùm adducta exempla abundè sufficiunt.

Scio omnia hæc exempla esse Innocentio primo posteriora, ideoque forsitan futurum, ut Domini Petri de Marca Symmista eis obstrepan, & conentur rodere. Sed sine fundamento. Etenim omnia haud-quaquam sunt prima sui generis, sed ferè singula clamant ad antiquam consuetudinem. Hinc repero Sardicenses Canones esse in Illyrico

conditos, & à Gaudentio Illyriciano Episcopo postulatos, ideoque de perpetua ipsorum isthæc observantia non posse dubitari: Quid memoro solum Gaudentium? Ipsius Sardicensis civitatis Episcopus Protogenes fuit Hosii Præsidis in omnibus adjutor, uti Sancto Cyrillo in Ephesina Synodo Memnon Ephesius. Hinc uti omnem suam rabiem Joannis Antiocheni Factio non solum in istum, sed & in hunc profudit, ita & Eusebianæ Factionis Philippo-Politanum Conventiculum omnes sui furoris habenas laxavit non in solum Hosium, sed & in Protogenem. Et hoc ob Romanas appellationes, ob probatam & stabilitam, quam Julius Pontifex fecerat, Sancti Athanasii, Marcelli Ancyran, aliorumque Orientalium, qui Romam appellaverant, Episcoporum restitutionem. Et ob susceptos alios appellantes. Non ob aliam causam. Audiamus verba Conventiculi: *Cum venissemus Sardicam, didicimus in media Ecclesia Athanasium, Marcellum, & alios sceleratos Concilii Orientalis sententia pulsos, & meritò singulos pro suis factoribus prædamatos, cum Hosio & Protogene sedere simul, & disputare, & quod deterius est, Divina celebrare mysteria. Protogenes Sardices Episcopus non confundebatur communicare Marcello Hæretico, cujus & Seltam & reprobam sensum propria voce ipse damnaverat.* Exponunt propositas à se circa Athanasii causam condiciones, & pergunt: *Hanc optionem à nobis propositam Hosius & Protogenes suscipere timuerunt. Immensa autem confluxerat Sardicam multitudo sceleratorum omnium ac perditorum. Et eos omnes secum collectos habuerunt Hosius & Protogenes, eosque honorantes, nos Sacerdotes Dei despicientes, quia nec ipsi volebamus talibus aliquando conjungi. Hi scelerati & perditii erant Orthodoxi Episcopi & Clerici, qui per Factionem istam degradati Romam appellaverant, & à Julio Pontifice revestiti erant Sardicam illi ad plenam suæ causæ tractationem. Sua in ipsos iustitia illi volebant esse suprema, ideoque per Julium non potuisse eos revestiri. Hinc concludunt: Nos enim omnino illis, Hosio & Protogeni, communicare nolumus, nisi eos, quos damnavimus, projecissent, & dignum honorem Concilio Orientali tribuerent.* Hac de causa fugerunt Philippopolim, & illic Hosium ac Protogenem, uti quinti Nicæni Canonis prævaricatores, in libri sui capite condemnaverunt.

Sardicensi Concilio etiam adfuit Ætius Thessalonicensis Archi-Episcopus: Et Canonibus non solummodò subscripsit, sed & illustri suæ civitati obtinuit illustre privilegium. Insuper ipse successit Eutyriano ac Mulseo, qui de ista Cathedra litigaverant, & ob utriusque electionis vitium fuerant ambo extrusi. Dubitandum non est, quin istam litem aut alterius aut utriusque appellatio Romam devolverit, atque ita ipsam diremerit Sanctus Julius. Nam & litis reliquias absolvit Sardicensis Synodus: Haud dubiè ex mandato ejusdem Julii. Legitimus Ætii Antecessor fuit magnus ille Alexander, qui Tyriæ Synodi Actis præfens se constanter opposuit, & Sanctum Athanasium adjuvit in omnibus, etiam in Romana appellatione. Hinc enim idem Athanasius ejus litteras suis Apologiis inferuit, exinde apud

totam Ecclesiam cōtēstans & firmans suam innocentiam. Hæc omnia altissimè clamant Romanas appellationes etiam ante primum Innocentium semper viguisse in Illyrico: Haud dubiè illic traditas & fundatas à Sancto Apostolo Paulo.

## CAPUT XXXV.

Quomodo circa Romanas appellationes egerit Magnus Gregorius?

**D**E Magni Gregorii circa Romanas Gallicanæ Ecclesiæ appellationes Adis Dominus L.7. C.18. Petrus de Marca hæc scribit: *Gallieanam Ecclesiam Gregorius haud aliter tractavit, quam Africanam. Juste enim, ut causæ Gallorum in Conciliis Gallicanis desiniantur, ut statim ostendam. Et infra adducit Leonis quarti ad minoris Britannia Episcopos, & Gregorii quarti ad Gallicanos Antistites circa Aldrici Cenomanensis Episcopi causam litteras, & prosequitur: Hæc duæ constitutiones contrariæ erant Canonibus, in duobus capitibus. Tum ex eo, quod jubent, ut si Episcopus accusatus appellet à Synodo Provinciae ante iudicium, vel si primam causæ suæ cognitionem à Romano Pontifice suscipi postulet, huius instructione supersedeatur, donec Papa statuerit, quid sequendum sit. Tum etiam quod arbitrio suo referent, an Episcopus in Urbe Roma iudicandus sit, an verò dimittendus in Provinciam, illis iudicandus coram Legatis Sedis Apostolicæ. Quod sumptum ex more usurpato à Gregorio Magno. Qui tamen Gallias & Africam distinguebat ab aliis Provinciis, & cum eis diverso prorsus modo se gerebat, quam cum aliis.*

Errores varii. Primus est, quod quartus Gregorius & quartus Leo sanxerint contraria sacris Canonibus. Secundus est, quod istud ipsum fecerit Magnus Gregorius: Quod usurpaverit, & quod suas usurpationes transfuderit in Successores. Est non levis in tantum Pontificem, ac in non minimos ejus Successores injuria. Etenim non ipsi soli, sed omnis sub cælo Ecclesia sacros Canones sic semper intellexit. Quantus sacrorum Canonum Doctor & custos fuerit venerandus & Magnus ille Gregorius, quis possit ignorare? Certè Sancti Pauli Apostoli Prophetiam, quæ nobis prædixit in periculosis novissimorum dierum temporibus futuros homines Parentibus inobedientes, Sanctus Augustinus intellexit de deneganda obedientia sanctis Ecclesiæ Patribus. Tercius error est, quod Magnus Gregorius Gallicanam Ecclesiam circa Romanas appellationes non aliter tractaverit, quam Africanam. Etenim quo suarum epistolarum aut aliorum Scriptorum loco æquiparavit ista illarum Ecclesiarum jura aut consuetudines? Nec apicem adduxerit. Attamen Dominus Archi-Episcopus errando prædicat verum. Etenim Magnus Gregorius suæ sanctitatis ac prudentiæ suavitate ac fortitudine Africanam Ecclesiam eo perduxit,

ut à sua avita, quæ Romanas inferioris Cleri appellationes nunquam admiserat, consuetudine recederet, & promptissimè acquiesceret istis appellationibus: Et ut ipsas retractari ac definiiri à Papa permitteret juxta Sardicensem formam, atque ita se accommodaret ad mores ac leges totius sub cælo Christianitatis. Hoc sensu Magnus Gregorius Gallicanam Ecclesiam tractavit non aliter, quam Africanam. Quia hanc deduxit ad illius mores. Hæc mea asserta demonstrabo inferius per lucida exempla ac testimonia.

Dominus Archi-Episcopus è Gallia transit in Hispaniam. Sicut illi, ita & huic conatur affricare sua devia Commenta, atque ita eis patrocinium acquirere. Irrito ac in utramque Ecclesiam injurioso studio. Exponit quædam circa Romanas Afrorum appellationes, & pergit: *Alium ordinem tenuit Sanctus Gregorius quoad Hispaniam, ubi disciplina quiddam spectale invexerat in iudiciis Episcoporum. Ecclesiæ enim illius nationis utebantur Canonibus à Martino Bracarensi collectis, itemque iis qui in Synodis Hispanicis condebantur. Eam collectionem concinnavit Martinus circa annum Domini quingentesimum septuagesimum primum, rogantibus Episcopis Gallicæ: In qua Canones Græcos in Epitomen redactos edidit, quos accommodavit ad usum Hispania & ad Canones Conciliorum Toletanorum. In Canone autem decimo tertio causam Episcopi defendendam esse ait in Synodo Provinciali; si verò divisa fuerint iudicium vota, tum vocandam esse Provinciam finitimam juxta Canonem Antiochenum. Rectè. Attamen Martinus non omnem vicinam Provinciam, sed sanxit advocandum solum ejus Metropolitanam. Antiochenus enim Canon variè legitur. Dionysius Exiguus legit: Metropolitanam Episcopus è vicina Provincia iudicet alios convocet, qui controversiam tollent. Consonat Gentiani Herveti translatio: Metropolitanus Episcopus ex propinqua Provincia alios evocet iudicaturus, & controversiam decisurus. At verò Ilidorus Mercator transtulit in hunc modum: Placuit Metropolitanum Episcopum vicinæ Provinciae advocari; & aliquantos cum eo Episcopos alios. Et hanc translationem secutus est, aut potius fecit Martinus Bracarensis, atque omisit voces: Et aliquantos cum eo Episcopos alios. Erat vir Græcus, ideoque omninò videtur ipse esse auctor translationis. Istum tamen Codicem non pro tota Hispania fecit, sed pro solo Suevorum regno, cujus Regem Theodomirum ab Ario traduxit ad Christum Dominum. Interim Codicem postmodum assumpsit omnis Hispania, & servavit usque ad octavam Toletanam Synodum. Cur aliquot voces ex Antiocheno Canone Martinus omiserit, ignoro. Possit respexisse præsertim ad casum parium suffragiorum.*

Quod tamen Romanis appellationibus nocere nequaquam voluerit, est longè certissimum. Luceat ex appellatione Januarii Malacitani Episcopi, ac alterius, nescitur ubi, Episcopi Stephani ad Magnum Gregorium. Attamen circa hunc Stephanum aliquid luminis accipimus ex his Gregorii verbis: *De persona Stephani Episcopi hoc attendendum est, quia nec invitatus ad iudicium trahi, nec ab Episcopis alieni Concilii debuit iudicari. Et in-* Lib. 11. Epist. 6. *ita: Contra hæc si dictum fuerit, quia nec Metro-*

itam habuit nec Patriarcham, dicendum est, quia à Sede Apostolica, quæ omnium Ecclesiarum Caput est, causa hæc audienda ac dividenda fuerat, sicut prædictus Episcopus petiisse dignoscitur, qui Episcopos alieni Concilii habuit suspectos. Hinc discimus istum Stephanum non fuisse Hispaniæ Episcopum. Etenim in omni Hispania nullus tunc Episcopus erat sine Metropolita. At verò accusabatur de læsæ Majestatis crimine, ideoque omninò erat subditus Gothici Regni. Proinde fuit ex Narbonensi Gallia. Hæc enim ad Regnum istud spectabat, & ipsum non ferebat bono animo. Hinc igitur Richaredus Rex Stephanum non ab ejus Gallis, sed à suis Hispanis iudicari voluit: Et ille hos suspectos habuit, ideoque & provocavit ad Magnum Gregorium. Et istam appellationem Pontifex omninò approbat, affirmatque ipsi fuisse deferendum. Etiam ante omnem sententiam. Et nunquam, quidquid Dominus Petrus de Marca scribat, credidero illum censuisse contraria sacris Canonibus.

Itaque Stephanus Episcopus de læsæ Majestatis accusatus, fuit à Richaredo Rege evocatus Toletum, traditus iudicio istius Synodi, ab ipsa degradatus, ac ejus in Sedem statim ordinatus alius. Et gloriosus Comitoliolus, Regii Fiscii Præfectus, invasit ejus omnia. Etiam Sanctus Leander Hispanensis Episcopus, Bœticæ Provinciae Metropolita, in sua Synodo ob nescio quæ crimina degradavit Januarii Malacitanum Episcopum, necnon & quemdam ejus Presbyterum. Et omnes tres appellarunt ad Magnum Gregorium. Quare optimus Pontifex Joannem, Romanæ Ecclesiæ Defensorem, legavit in Hispaniam, cum his instructionibus: *Imprimis requirendum est de persona Presbyteri. Et si ita se veritas habet, sicut Episcopi Januarii petiit continere, in Ecclesiâ atque in loco suo idem Presbyter modis omnibus revocetur. Si autem dictum fuerit, quia contra ipsum causa aliqua mota sive probata est, subtiliter, ipso presente, & pro se rationem reddente, quærendum est & genus causæ, & modus probationis, ut ex hoc colligere valeas, utrum ad huc in exilio demorari, an certè in Ecclesiam suam & officium suum debeat revocari. De Episcopi persona hoc statuendum est, ut si nulla contra eum criminalis causa, que exilio vel depositione digna est, mota sive probata est, is qui eo superstitè Episcopus perversè, ac contra Canones in Ecclesia ejus ordinari præsumpsit, Sacerdotio privatus, ab omni Ecclesiastico ministerio repellatur. Qui etiam eidem dilectissimo Januarii, Fratri & Co-Episcopo nostro, tradendus est ut ab ipso aut in custodia habeatur, aut certè ab eo ad nos per omnia transmittatur. Episcopi verò, qui cum ordinaverunt, vel ejus ordinationi consentientes interfuerunt, sex mensibus Dominici corporis & sanguinis communionem privati, agere penitentiam decernantur in Monasterio: Et supra scriptus Januarius loco & ordini suo modis omnibus reformetur. Gloriosus autem Comitoliolus, quidquid prædictus Episcopus per violentiam atque infestationem ipsius expendisse, vel damnum pertulisse, dato sacramento firmaverit, eidem Episcopo restituere condemnatur. Eadem sanxit circa causam Stephani. Et plura alia.*

Sanxit varia. Primò, ad istas appellationes

retractandas non legat è suo latere Episcopum aut Cardinalem Presbyterum, sed minorem Clericum: Joannem Defensorem Romanæ Ecclesiæ. Secundò, mandat non ut Joannes cum ejusdem aut vicinæ Provinciae Episcopis, sed ut solus omnes istas causas retractet atque definiat. Causas tanti ponderis. Læsæ Majestatis. Tertio mandat, ut sub quibusdam conditionibus statim reveftiat non solos Episcopos, sed etiam Presbyterum. Quarto mandat, ut reveftitos jubeat præfentes adesse retractatorio iudicio, atque ita ipsos definitivè reparet aut damnet. Quintò mandat superordinatos Episcopos statim ejici, declarari intrusos atque irregulares, tandemque insigniter castigari. Tradi in voluntatem ac potestatem Episcopi, cujus Thronum præsumperunt per adulterium ascendere. Sextò mandat degradatos Episcopos non de solis spiritualibus reveftiri, sed etiam de temporalibus: Regii Fiscii Præfectum compelli ad reddenda ipsi omnia. Et juxta hæc Joannes Defensor constanter iudicavit. Omnia juxta Sardicenses Canones. Et sic discimus horum sensum esse, quod Pontifex non obligetur è suo latere Episcopum aut Cardinalem Presbyterum legare, sed quod possit etiam minorem Clericum: Et quod hic solus iudicare possit, sine quavis Synodo. Audiamus rationem ab homine Schismatico, Theodoro Balsamone, scribente ad quintum Sardicensem Canonem: *Papæ iudicio Canon relinquit omnia.*

Dominus Archi-Episcopus hæc, utpotè lucidissima, evertere non valet, studet tamen rodere: *Suspicio Episcopos Hispanos non admittit patienter tulisse iudicia isthæc Romana. Nam appellationis ad Apostolicam Sedem removendæ causa novam legem introduxerunt in gratiam Episcopi damnati: Nimirum ut ei liceat secundam Synodum impetrare ad obtinendam restitutionem suam. Colligitur id ex Canone vigesimo octavo quarti Toletani Concilii. Audi Canonem: Episcopus, Presbyter, Diaconus, si à gradu suo injustè dejectus, in secunda Synodo innocens reperitur, non potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram Altario de manu Episcopi. Addere debuerat undecimum Canonem octavæ Toletanæ Synodi: Decreta præcedentium Patrum, ad contentionsis iurgium radicibus evellendum, rite Synodalem censuræ fieri Convictum, ut illic de diversitate iudiciorum protense litas habeant terminum, ubi Spiritus Sanctus universalem coadunavit cœtum. Ab hoc ergo Spiritu Sancto succens, ne quilibet impofterum aut impudè valeant committi, aut generalia Statuta convelli, plena decernimus unanimitate connexi, ut quæcumque pro fidei causis, Ecclesiasticisque negotiis, aut præteritis Gestis, aut in presentibus Constitutis, aut futuris etiam Decretis, vel sint vel fuerint definitiones conscriptæ universali auctoritate, nullus his deinceps contradicere audeat, nullus ea evertere presumat, nullus non implere contendat. Difertè sanxit generalis Hispanicæ Synodi Decreta esse inconcussa. Dominus Archi-Episcopus ex ipso potuerat dicere, quod sancirentur suprema, ac etiam Romanam inappellabilia.*

Sed abist hæc ab Hispanica pietate. Dominus Archi-Episcopus de ipsa suspicatur nimis temeraria.

ria. Quod constantissime semper steterit pro aya Sancti Petri autoritate, & quod circa Romanas appellationes nunquam retrocesserit ab Orthodoxo sensu sui venerabilis Hosii, possit lucidè demonstrari aliis insuper exemplis ac testimoniis. Quæ pietas stetit immota, immò & crevit, etiam sub barbara captivitate Saracenorum. Testantur hoc famosæ antiquorum Pontificum epistolæ, quas octavo sæculo Isidorus Mercator ex Hispania portavit in Galliam. Sunt viri Hispani opus, conflatum ad suis Contribulibus retinendam aut reficendam, quam Barbarica calamitas dormire coegerat, antiquorum Canonum memoriam: Præsertim circa Romanas appellationes, aliaque capita Romani Primatus. Uti Vigilus Tapensis Episcopus varia sub Sancti Athanasii, ac etiam sub Idacii Clari nomine scripsit contra Arianos, ita iste Anonymus Author contra veros aut fictos Emulos Romanæ Cathedræ. Est vetusta, quandoque in bonum, quandoque in malum, industria. Nam & in libro de Pelagii apud Diospoltanam Synodum Gestis scribit Sanctus Augustinus: *Mibi quidam Fratres nostri nonnulla opuscula sub meo nomine in Hispaniam venisse dixerunt, quæ quidem ab eis, qui alia nostra legissent, non agnoscerentur, ab aliis tamen nostris esse crederentur. Ista industria nobis peperit plures Apocryphas Scripturas utriusque Testamenti.*

Interim manifestum est, quod Hispanorum Episcopi sub Gothorum ac Suevorum Regum Principatu quasdam Ecclesiasticis judiciis novitates induxerint. Prima est præfata forma Antiocheni Canonis. Verùm illa non fuit perpetua. Fuit circumducta per undecimum Canonem octavæ Toletanæ Synodi: *Cum quælibet sancta Synodus agit, aut pacifod inter Pontifices quidpiam definitur, si pauciores per nescientiam vel contentione forte dissentiant, aut communiti plurimorum sententiæ cedant, aut ab eorum cœtu cum dedecore confusions abscedant, aut excommunicationis annuæ sententiam luant.* Secunda novitas est, quod degradato per Provinciæ Synodum Episcopo aut Clerico permiserint appellare ad aliam Synodum. Nempe ad Synodum totius Regni. Etenim stante ante Gothorum invasionem Romano Imperio Hispania nullum Primatem, nullum Apostolicum Vicarium, ideòque nec Diocesanam habuit Synodum: Omnes Provinciæ erant à paribus, adeòque ab ipsarum judiciis provocari non poterat, nisi ad Episcopum Romanorum juxta sextum Nicænum Canonem. Gothorum Dominatus invexit generales Synodos, ideòque & hanc novam appellationem. Tercia novitas est in primo Canone nonæ Toletanæ Synodi: *Quod si talia Episcopus agere tentet, Metropolitanus ejus Clerici insinuare procurent, si autem Metropolitanus talia gerat, Regis hæc auditibus intimare non differant.* Est similis sexto Canonis Franco-Fordienis Synodi: *Si aliquid est, quod Episcopus Metropolitanus non possit corrigere vel pacificare, tunc tandem veniant Accusatores cum Accusato, cum litteris Metropolitanis, ut sciamus veritatem rei.* Francorum Reges istiusmodi negotia transmittant suo Archi-Capellano. At verò Gothorum Reges non habuerunt istiusmodi Tribunal: Hinc transmitten-

bant ad Synodum totius Regni. Utrumque fuit contra Canones. Utrumque tamen Regnum semper admittit clausulam: *Salva in omnibus reverentia Romanæ Ecclesiæ.*

Harum innovationum radix fuit Romani apud Hispanos Imperii per Barbaros everfio, cujus calamitates deplorari supra audivimus à Sancto Avito Viennensi Episcopo in litteris ad Faustum & Symmachum, Senatores Romanorum. Quæ ratio præsertim permovit Sanctum Martinum Bracarensem. Etenim Synodalia, præsertim Episcoporum degradatoria, judicia oportet esse matura: At verò ejus tempore apud Gallæcos & Lusitanos Suevorum Rex Theodomirus, apud alias Hispanias dominabatur Gothorum Rex Athanagildus, ambo Ariani, ideòque averfi, uti à Romana Republica, ita etiam à Romana Ecclesiâ. Quare hujus, licet non invocatio, tamen accessus Orthodoxis erat impossibilis. Ejus item Legationem admittere erat obnoxium magnis difficultatibus. Hinc igitur Sanctus ille Martinus præfata judicia voluit esse maturissima, ideòque Orthodoxis Hispanorum Synodis imposuit præfatum formam Antiochenam. Verùm Divina Clementia istis Ecclesiis tandem dedit meliora tempora. Dedit Richardum, non solummodò Regem, sed & Apostolum suæ Gentis: Regem Catholicum, non verbo & lingua, sed opere & veritate. Ejus pietatem & reverentiam erga Apostolicam Sedem docent Gregorii Magni ad ipsam litteræ. Et ejus vestigia Successores sunt insequuti. Sic amplissima ex cunctis Hispaniis portæ patuerunt Romanis appellationibus. Hinc octava Toletana Synodus dispensatorio Martini Bracarenfis temperamento, & Antiocheno Canonis valedixit, ac Provincialibus Synodis reddidit antiquam formam ac faciem.

Admiranda sunt, quæ Dominus Archi-Episcopus scribit de Romanis appellationibus Illyricianæ Ecclesiæ: *Post Gregorii Magni tempora Paulus Archi-Episcopus Cretæ, quæ Patriarchatu Occidentis subiecta erat, ausus est prohibere, ne ad Vitalicum Papam provocaretur. Deposuerat is Joannem Episcopum Lappensem in ea Insula: Qui Romanam appellans occasionem dedit Synodo, quæ anno sexcentesimo quinquagesimo octavo congregata est à Papa Vitaliano. Cum recitata fuissent Acta, revocata sententia est, tamquam contraria Canonibus. Docet autem epistola Vitaliani ad Paulum, eum appellationi cedere noluisse, in quo sanè nullo jure nitatur. Tota Domini Archi-Episcopi mens ac spes est Mundo persuadere, quod Provincialium Synodorum judicia sint suprema, ideòque & inappellabilia, etiam ad Sedem Apostolicam: Et quod ita sanciantur à quinto Nicæno Canone. Quin & Innocentium primum Pontificem de audacia damnat, quod ista Illyricianæ Diocesis judicia pulsare præsumperit. Et ecce hic Metropolitanam Paulum, dum Joannis appellationi recusat cedere, affirmat nullo fuisse nixum jure, egisse Canonibus contraria, ac esse dignum de audacia notari. Nempe veritas, quantumcumque veltur aut vexetur, non potest non emittere suos radios.*

Creta erat Illyriciana Provincia, ideòque hæc Joan-

Joannis Lappensis appellatio demonstrat istud Sancti Petri privilegium in ista Diocesi semper viguisse. Et quidem juxta formam Sardicensem. Hinc enim Paulus Metropolita degradatum Joannem, licet primò clauserit, appellentem tamen solvit, ac permisit Romam abire. Et misit Acta sui Synodalis Judicii. Et ipsum Pontifex graviter arguit, quod non per Clericum miserit, immò nec epistolam adjunxerit. Insuper ejus verba, quæ Joanni appellanti dixerat, *Quia non competenter quaris*, affirmat fuisse indecentia, & adjungit: *Quæ ergo SS. PP. sanxerunt indecentia sunt? An placentia tibi decentia sunt?* Et Joannes Pontificem supplex adjuravit, *ut secundum sacratissimos Canones, Institutaque Sanctorum Patrum, suæ causæ meritum requireret.* Et Vitalianus fecit ex Actis. Joannem revesitvit, ac remisit in Sedem. Et Paulus plenè obedivit. Etenim Joannes, uti Canonicus Episcopus, adfuit ac subscripsit sexto generali Concilio.

Eadem forma sub Magno Gregorio constantissime viguit per cæteras intriusque Illyrici Provincias. Etenim Adrianus in Thessalia Thebanus Episcopus à Joanne Larissæ Episcopo, suo Metropolita, ad Joannem ac Cosimæ Diaconorum accusationem fuit ob pecuniarias causas damnatus civiliter, & ob crimina degradatus. Et quidem priorem admittit, adversus posteriorem sententiæ partem provocavit ad Joannem Acridensem, seu primæ Justinianæ Episcopum, istarum Provinciarum Apostolicum Vicarium. Et hic degradationem confirmavit. Quare Adrianus appellavit ad Magnum Gregorium, & accessit Urbem. Et post varia Pontifex ad Joannem Vicarium scripsit: *Postquam ex abundanti tibi constat appellationem esse porrectam, mirati sumus, cur nec homines tuos, secundum cautionem Honorato Diacono nostro per responsales Ecclesiæ tuæ expositam, qui tui iudicii rationem potuissent reddere, transmissi. Quod factum te vel de contumacia, vel de conscientia trepidatione redarguit. Si igitur hæc, quæ nobis aperta sunt, veritate vallantur, quoniam occasione virium nostrarum consideramus vos injusta præsumere, de his aliis, secundum quod à nobis deliberatum fuerit, Christo auxiliante decernemus. Quod verò ad præsens attinet, cassatis prius atque ad nihilum redactis sententiæ tuæ Decretis, ex Beati Petri Principis Apostolorum auctoritate decernimus, triginta dierum spatio te sacra communionem privatum, ab omnipotente Deo nostro tanti excessus veniam cum summa pœnitentia & lachrymis exorare. Præfatum verò Adrianum, Fratrem & Co-Episcopum nostrum, ex tua sententia, neque Canonibus neque legibus existente damnatum, in locum suum atque ordinem reverti Christo comitante disponimus, ut illi non noccat contra justitiæ tramitem prolata sententia. Quæ omnia consequenter Pontifex repetit, ac latius exposuit in litteris ad Joannem Metropolitanam Larissæ.*

Affirmat varia. Primò, quod Joannes Acridensis occasione Papalium virium injusta præsumeret. Nempe occasione vicis Apostolicæ. Etenim Acrida erat Justiniani Imperatoris Patria, ideòque per ipsum insignita glorioso nomine primæ Justinianæ. Idem Princeps ut illius Episco-

pum erigeret, à Vigilio Pontifice extorsit illi dignitatem Metropolitanam, nec non & partem Apostolici Vicariatus, quem Thessalonicensis Episcopus usque tunc habuerat in totum Illyricum. Hunc Vicariatum Sanctus Gregorius vocabat suas, seu suæ Sedis vires. Per ipsas igitur Joannes erigebat sua cornua, & in subditos sibi Episcopos exercebat tyrannidem. Secundò Gregorius affirmat, quod degradatus Adrianus ante omnia accesserit Constantinopolim, & illic coram Honorato, Romanæ Ecclesiæ Diacono ac Apocrifario, publicaverit suam Romanam appellationem. Tertiò, quod Honoratus advocaverit Joannis Acridensis Apocrifarios, ipsis hanc appellationem insinuaverit, jufferitque admitti. Quartò, quod ipsi eam admiserint, ac insuper non simpliciter, sed sub interposita cautione sponderint fore, ut ipsorum Episcopus Romam mitteret Legatos reddituros rationem Synodalis in Adrianum judicii. Quintò, quod Joannes nihil minus fecerit, ideòque se Pontifici reddiderit variè suspectum. Sextò, quod hac de causa Pontifex fuerit compulsus causam retrahere ex Synodalibus Actis. Septimò, quod repererit sententiam esse non solummodò iniquam, sed insuper malignam. Octavò, quod hac de causa Adrianum plenissimè reparavit, ac Joannem insigniter castigaverit. Quæ omnia sunt manifestè facta secundum Canones Sardicenses.

Aliud Romanæ ex Illyrico appellationis exemplum habemus in ejusdem Gregorii litteris ad Sabinianum Jadertinum Episcopum: *Habitatores Lib. 7. Epidauriensis civitatis Florentium, quem suum dicitur esse Episcopum, sibi à nobis restituendum studiofissimè poposcerunt, asserentes frustra eum ad solam tantummodò voluntatem Natalis quondam Episcopi detrusum exilio. Et idè quod de ejus causa Fraternitas vestra cognovit, nobis suis subtiliter epistolis innotescat: Si autem necdum cognoverit, requirat, nobisque renuntiet, ut quidquid de eo statuendum sit, certè deliberare auctore Domino valeamus.* Natalis Salonitanus Episcopus, Dalmatia Metropolita, Florentium Epidauriensis Episcopum degradavit: Et ipsum, quia nescio quibus de causis acquiescebat sententiæ, ejecit ac deportavit. Et res ita mansit usque ad mortem Natalis. Cuncti videntur timuisse ejus violentiam atque potentiam. At verò post ejus mortem, licet Florentius ob quietis ac silentii amorem non se moveret, ejus cives sunt locuti: *Provocaverunt ad Magnum Gregorium, ac suum iniquè degradatum Episcopum supplicarunt reparari, ac sibi restitui. Sententia jam pridem transiverat in rem judicatum, ideòque non erat revesitioni locus. Nihilominus justissimus Pontifex, qui violentos Natalis mores optimè noverat, censuit causam retrahendam. Hinc à Sabiniano, anno istius Provinciæ Episcopo, qui Synodo forsitan interfuerat, ante omnia postulavit instrui, atque ita non circumscribi ad impingendum in Canones.*

Et ecce hinc occurrit tertium Illyricianæ appellationis exemplum. Etenim præfatus Natalis Honoratum suum Archi-Diaconum, quod per ipsum impediretur ab Ecclesiæ bonis profundendis in suos consanguineos, invifum habuit, ideoque

que invitum consecravit in Presbyterum, atque ita callida arte sub honoris fuce degradavit. Hinc Honoratus, quoniam ad Provinciae Synodum provocare contra Metropolitanam non poterat, provocavit ad Sedem Apostolicam: Et ipsum Gregorius exaudivit ac revesivit, Natalem, nisi obediret, comminans ab Episcopalis Pallii usu, immo & ab omni Episcopali officio suspendere. Etiam superordinatum ejecit, & post varias quereimonias ac minas adjunxit: *Restituo igitur loco suo Honorato Archi-Diacono, instructam personam sub festinatione transmittite, qui mihi hoc debere ex ratione fieri suis possit allegationibus demonstrare. Eundem namque Archi-Diaconum ad nos venire decrevimus, ut quidquid justum, quidquid omnipotentis Deo placitum fuerit, cognitis assertionibus parvium decernamus. Nos enim nullum pro personali amore defendimus, sed auctore Deo normam justitiae, postposita cujuslibet personae acceptione, custodimus. Utramque partem evocavit ad retractorium in suo tribunali iudicium. Palam secundum Sardicenses Canones. Et hinc videmus duo. Primò, quod etiam inferior Illyrici Clerus Romam appellaverit. Secundò, quod Sardicenses de Romana appellatione Canones, licet solos Episcopos exprimant, comprehendant tamen & Clericos, & ambos jubeant tractari sub eadem forma. De hac Honorati appellatione Magnus Gregorius scripsit quatuor epistolas. Exstant in secundo ejus Registro, sub decima indictione.*

Epist. 74.  
15. 16. 17.

Aliud Illyricianae appellationis exemplum posset esse istius Natalis proximus Successor Maximus, quem laudatus Gregorius merito appellat maximum praevicatore. Fuit enim plenus faeinotibus, intrusus per Simoniam ac militarem violentiam. Ejus causa fuit partim prima cognitio, partim appellatio. Digna edisseri; at nimis longa. Interim ostendi oportet secundum quos Canones Gregorius ipsam tractavit ac definiverit. Ostendit hoc Papalis epistola, cui haec Epigraphe: *Gregorius Maximo in Salona, qui Episcopatum arripuit. Post quaedam prosequitur: Certus esto, quia justitiam tibi, & Canonum Statuta servabimus, atque causae tuae, revelante Domino veritatis auctore, amicum justitiae finem imponemus. Nam quod postulas, ut illuc personam dirigere debeamus, qua praesente de his quae dicuntur possit esse probatio, esset utcumque excusabile, si unquam ratio ei, qui accusatur, necessitatem probationis imponeret. At postquam non tibi, sed accusantibus hoc onus incumbit, ad nos, sicut praefati sumus, dilatione cessante venire non differas. Quod verò indicas serenissimos Dominos, ut illic debeat esse cognitio, praecipisse, nos quidem nullas eorum alias de hac re, nisi quod ad nos venire debeas, jussiones accepimus. Sed est forsitan pro Reipublicae suae utilitate multa cogitantibus*

Lib. 5.  
Epist. 25.



bus suggestum est, & eorum jussu per obreptionem ellicita, postquam & nobis, & omnibus notum est piissimos Dominos disciplinam diligere, ordines servare, Canones venerari, & se Sacerdotibus causis non miscere, instanter exequimur, quod & illorum jurat animam atque Rempublicam, & ad quod nos terribilis, remendique Judicis respectus impellit. Quiesce ergo à cunctis excusationibus, & hac adesse non differas. Praevicator Maximus erat potens in aula & magnos Palatinos habebat sibi obnoxios, ideoque in ejus causa Gregorius timuit à facris jussionibus: Nec sine causa. Etenim Maximus ex tunc operabatur ad obrinendam talem, quae mandaret hanc causam non evocari Romam, sed per Papales Legatos tractari in partibus. Hinc etiam Gregorius supplicavit Principi, ut per sacrum Rescriptum permetteret omnia procedere secundum Canones. Et obtinuit. Hinc Maximo adversas jussiones alleganti merito non credit, & addidit istiusmodi, licet emanassent, jussiones esse palam obreptitias, ac nullius ponderis, eò quod Princeps disciplinam diligit & Canones, ideoque se non misceat Episcopalis iudicii.

Notanda sunt haec verba: *Instanter exequimur, quod & illorum jurat animam & Rempublicam, &c.* Affirmant sacras Principum jussiones, dum sacris Canonibus adversantur, esse negligendas ac excutiendas, non dumtaxat ob Ecclesiae disciplinam, sed etiam ob Rempublicam, ac animas ipsorum Principum. Quod nempe ista in Ecclesiae libertatem Regia violentia perdat Regum animas ac Regna evertat. Et plurima hoc demonstrant authentica exempla. Palmare enim Regni fundamentum est vera pietas in Deum Patrem ac Matrem Ecclesiam. Certè omnes obligamur talia praedicare nostris Regibus. Quare omni admiratione dignum est, quod Dominus Archi-Episcopus Magnum Gregorium, incomparabilem sacrorum Canonum Doctorem atque custodem, arguat ipsis contraria sanxisse. Porro omnis hic mentio manifestè est de Sardicensibus Canonibus. Manifestum est, quod illi faciant Pontifici plenam potestatem appellatae causae vel evocandae ad Urbem, vel delegandae in partibus. Manifestum est, quod ipsos non solus Gregorius, sed etiam Imperator Mauritius, ac ipse etiam praevicator Maximus ita intellexerint. Etenim hic ab illo supplicavit gratiam ac sacram jussionem, qua Papam compelleret ad delegandum: Qua sapientissimi Pontificis arbitrium, cui Sardicensis Synodus permisit omnia, circumscriberet ad certum tractandi ac retractandi modum. Haec sufficiant: Ex plurimis paucissima. Etenim qui cunctos Domini Archi-Episcopi errores voluerit ostendere ac revincere, conscribere debet latèga volumina.



DISSER.

## DISSERTATIO SECUNDA

### DE

# AFRICANÆ ECCLESIAE

## AD SEDEM APOSTOLICAM

### PROVOCATIONIBUS.



Paschasius Quesnellus clamat etiam Africanam Ecclesiam nunquam appellasse ad Apostolicam Sedem, ideoque has appellationes esse novellam usurpationem. Hoc ipsum clamant Joannes Calvinus, Marcus Antonius de Dominis, alique professi hostes Romani Primatus. Rhemensium Metropolita Hincmarus dixit olim & scripsit inferiori Afrorum Clero istas non tenuisse appellationes, istamque disciplinam ten-

tavit transducere etiam in Gallias: Et ejus Antecedens fuit verissimum. At verò Paschasius Quesnellus istud ipsum clamat de Episcopis. Foedè hallucinatur. Porro Africana Ecclesia Hierarchiam habuit diversam ab aliis. Etenim nullus olim in omni Romano Patriarchatu fuit pluribus Provinciis praefectus Primas, nisi solus Carthagenensis. Gallicani omnes sunt longè posteriores. Etiam apud Anglos Cantuariensis. Afri habuerunt insuper alias singularitates. Hinc ipsorum Hierarchia ad praesentis quaestionis intelligentiam est compendiò exponenda.

## C A P U T P R I M U M.

### Africanæ Ecclesiae Diœcesis exponitur.

Africanæ Ecclesia semper spectavit ad Romanum Patriarchatum. Etenim ad Decentium Eugabinum Episcopum scripsit Sanctus Papa Innocentius: *Manifestum est in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atque Siciliam, Insulasque inter-jacentes, nullum instituisse Ecclesias, nisi eos quos venerabilis Apostolus Petrus, aut ejus Successores constituerunt Sacerdotes. Aut legant si in his Provinciis alius Apostolorum invenitur aut legitur docuisse.* Hinc concludit omnes istarum gentium Ecclesias obstringi ad observandam disciplinam Romanæ Ecclesiae. Quod nempe sint ejus Diœceses. Idem in Praescriptionum libro tradit Tertullianus: *Habes Romam, unde nobis auctoritas.* Hoc est, origo. Hanc vocis acceptionem esse Tertulliano familiarem, ostendi in Scholiis ad dictum librum. Fuit familiaris omnibus Afris. Etenim in Nestorianæ & Eutychianæ haeresium Breviario Liberatus, Carthagenensis Ecclesiae Archi-Diaconus, scribit Paulum Samosatensem & Apollinarium Laodicenum fuisse istarum pestium auctoritates. Hoc est, origines. Tertullianus scribit Africanæ Ecclesiae auctoritatem esse non à Sancto Petro, sed à Romana Ecclesia. Profitetur ejus originem esse Apostolicis temporibus posteriorem. Apostolicas Ecclesias affirmat esse duplices: Alias per Apostolicam

Cap. 36.

foundationem, alias per solam Apostolicæ Doctrinae consanguinitatem. Haec post Apostolorum tempora fundatae sunt, fundantur in dies, & usque ad saeculi finem fundabuntur. In harum numero magnus iste Afer profitetur esse suas Africanas. Quod ipsum in libro de Unitate Ecclesiae profitetur Sanctus Augustinus: *Nonnullae etiam Cap. 15. Barbarae nationes post Africam crediderunt. Unde certum sit Africam in ordine credendi non esse novissimam.* Palam supponit ipsam post Apostolica tempora credidisse. Disertè hoc profitetur in Carthagenensis Collationis Breviculo: *Ecclesia Catholica per totum Mundum diffunditur, incipiens ab Hierusalem, unde in propinqua & longinqua crescendo etiam in Africam venit.* Et in ipsa Collatione Pettiliano, Constantinensi Donatistarum Episcopo quaerenti, *Undè coepisti, idem Augustinus respondit: Coepit ista praedicatio ab Hierusalem. Inde se L. 3. C. 9. illustrissimo exordio diffudit, diffundens Ecclesiam, quam tenemus. Primò per vicina, deinde per longinqua, etiam in Africam venit.* Et in litteris ad Severinum scribit Evangelium in Africam venisse ex Orientalibus Ecclesiis, laudat Romanam Ecclesiam, & adjungit: *Unde ad istas, Africanas, Epist. 170. partes Christianae fidei manavit auctoritas.* Primus, quem hodie novimus, Carthagenensis Episcopus est Agrippinus, cujus Presbyter fuit Tertullianus,

Christi. Lupi Opera T. VIII.

N

mus,



nus, primus apud Latinos author Rebaptismi. Hic Agrippinum circumscriptit in istam audaciam: Et plures Episcopos ac populos per Agrippinum. Quare Agrippinus non fuit Fundator, nec primus Episcopus Africanæ Ecclesiæ. Profiteretur enim ante se fuisse aliam circa Baptisma consuetudinem, adeoque fuisse etiam Ecclesiam, Primus illius fundator ignoratur.

Africa quandoque appellatur etiam Lybia. Exponit in libro de Pastoribus Sanctus Augustinus:

Cap. 17. *Lybia duobus modis dicitur, vel ista quæ propriè est Africa, vel illa Orientis pars, quæ contigua est Africa, & omnino collimitanea.* Africa ab Ægypto ac reliquo Oriente per Nilum dividitur: Omnis cis illum Regio appellatur Africa & Lybia.

Hanc Regionem Syrtis magnæ interfecant. Et ambæ partes gaudent utroque isto nomine. Hinc antiqui Scriptores Sabellium, quem Lybem fuisse constat, appellant Afrum. Etiam Simonem Cyrenensem, Dominicæ Crucis portatorem, manifestè Lybem, Donatistæ dicebant Afrum.

Cap. 17. Sancti quoque Athanasij ad Africanos Antistites epistolam aliqui, licet malè, volunt scriptam ad Lybes. Hinc distinctionis gratia partem ultra Syrtis posterior ætas Lybiam, partem cis ipsas appellavit Africam. Quæ Phrasit est insigniter antiqua. Etenim ex ipsa Magnus Athanasius præfatas suas litteras inscripsit ad Africanos. Et Sanctus Augustinus istum Simonem dixit non fuisse Afrum. Et phrasit distinctio est fundatissima. Etenim Lybia ad Orientale Imperium ac Ægyptiacam Diocesim, Africa semper spectavit ad Occidentis Imperium, fuitque singularis Diocesis, ex Magni Constantini Decreto subiecta Prætorio Italix. Hæc in Ecclesiasticis rebus Primatem habuit Carthaginensem Episcopum, spectavit ad Romanum Patriarchatum, illa in duas divisa Provincias semper subsuit Patriarchæ Alexandrino. Nilus Doxopatrius, qui Tripolitanam Provinciam, sitam cis Syrtis, vult subsuisse Alexandrino, infra exponetur. De quibus omnibus videatur Procopius Cæsariensis in sexto libro de ædificiis Imperatoris Justiniani.

De Ecclesiasticis, adeoque & de Civilibus Afrorum Provinciis est mentio apud Sanctum Cyprianum. In epistola ad Sanctum Pontificem Cornelium: *Latius fusa est nostra Provincia. Habet etiam Numidiam, & duas Mauritanias sibi coherentes.* Et in litteris ad Quintum Episcopum:

Epist. 45. *Agrippinus cum cæteris Co Episcopis suis, qui in Provincia Africa & Numidia Ecclesiam Domini gubernabant.* Et in epistola ad Subajanum Episcopum: *Cum in unum convenissemus tam Provinciam Africa, quam Numidiam Episcopi.* Et ad ejus Eraticam Synodum conveniunt Episcopi plurimi: *Ex Provincia Africa, Numidia, Mauritania.* Eidem Synodo adfuit Natalis Oæ Episcopus, & hoc fuit ejus suffragium: *Tam ego præsens, quam Pompejus Sabratenfis, quam etiam Diogenes Lepti-Maugensis, qui mihi mandaverunt, censemus quod & Collegæ nostri, &c.* Hæ tres civitates constituunt Tripolim, seu Tripolitanam Provinciam, de qua Solinus: *Achæi Tripolim lingua sua signant de trium Urbium numero, Oæ, Sabrata, Lepti-Magne.* An tunc fuerit singularis Provincia,

Epist. 73. *ignoro.* Certè Sanctus Cyprianus nullam ejus facit memoriam. Et istam suam Synodum licet omnes Tripolitani per personam aut Mandatum adessent, affirmat fuisse ex solis Episcopis Proconsularibus, Numidis, & Mauris. Tripolis videtur tunc cum Byzacio fuisse adjuncta Numidiæ. Notanda sunt Sancti Cypriani verba: *Latius fusa est nostra Provincia.* Videtur asserere Africam non esse nisi unam Provinciam. Nempe vox, *Diocesis*, prius inducta per Magnum Constantinum, tunc necdum erat in usu Romani Imperii, ideoque vox *Provincia*, erat tunc latioris significationis. Ipsam Cyprianus accipit pro Diocesi. Proinde Africana Diocesis tunc constabat quatuor Provinciis: Proconsulari, Numidia, & duabus Mauritanis, Cæsariensis ac Sitifensis. Quæ divisio est antiquissima. Etenim in primo historiarum libro, agens de Actis Galbæ Imperatoris, Cornelius Tacitus laudat Africam & duas Mauritanias. Nec desunt antiquiora testimonia. Mauritaniam ante Romanum Imperium dudum fuerant duo Regna: Hinc in Imperio semper fuerunt duæ Provincie.

At verò Magnus Constantinus in litteris ad Æladium Africæ Vicarium, per quas justit in Donatistarum causa adunari Arelatensem Synodum, laudat Provincias, Byzacenam, Tripolitanam, Numidiarum, ac Mauritaniarum. Videntur tunc fuisse septem Provincie: Proconsularis, duæ Numidiæ, Tripolitana, Byzacena, ac duæ Mauritanie. Etiam ad sextam Carthaginensem Synodum dicuntur convenisse *Legati diversarum Provinciarum Africanarum, id est, Numidiarum duarum, Byzacena, Mauritanie Sitifensis, Mauritanie Cæsariensis, & Tripolis.* Et sub Cæsarii & Attici Consulatu celebrata Synodus laudat Crescentianum Episcopum primæ Sedis Numidiarum. Et in Cæciliani Carthaginensis, & Felicis Aptungenfis Episcopi purgatoris Actis habemus: *Ad Mauritaniam sinum non nisi per Numidiam pergitur.* Et in Nicæni Concilii historia Gelasius Cyzicenus affirmat Synodalia Gesta à Cæciliano Carthaginensi Episcopo fuisse promulgata Ecclesiis Africæ, *ac utriusque Numidiæ ac Mauritanie.* Et in Græci juris Syntagmate Matheus Blastares distinguit veterem Numidiam ac novam. Sanctus Augustinus in litteris ad illustrem virum Pammachium laudat *Consularem Numidiam.* Quod ipsum reperit in pluribus locis. Hinc Christophorus Justellus, & quidam alii existimant Numidiam, olim unam, postmodò fuisse divisam in duas Provincias.

Quin immò videtur fuisse & octava Provincia: Nempe Mauritania Tingitana. Etenim ad Carthaginensem Synodum, quam duodecimo Honorii Consulatu celebravit cum ducentis & tribus Episcopis Primas Aurelius, conveniunt Provincia Byzacena, Mauritania Sitifensis, Tripolitana, Numidia, Mauritania Cæsariensis, & Hispania. Hoc est, Tingitana Mauritania, vicina Hispanis. Ita habet antiquus Canonum Codex, quo ante Dionysium Exiguum fuit usa Romana Ecclesia. Et hac de re scribit in secunda de Afrorum contra Pelagianos Synodis Dissertatione Joannes Garnerius: *Accessit denique ad priores*

L. 2. C. 27.

priores Afrorum Provincias *Hispania Transfretana, seu Mauritania Tingitana, si modò vera sit inscriptio Concilii plenarii, anno quadringentesimo decimo octavo habiti, prout legitur in manuscripto Codice Monasterii Sancti Bavonis Gandavensis.* At verò inscriptionem esse veram, docet laudatus Codex Romanæ Ecclesiæ. Joannes Garnerius pergit in tertia Dissertatione: *Aurelius Carthaginensis Episcopus erat Primas totius Africanæ Diocesis. Debet enim fortè excipi Mauritania Tingitana, quæ ut olim Vicario Hispaniarum parebat, ita suberat Bætica ceterioris Primati. Quamquam Vandalis primùm, tum VVifigoibis hanc Hispaniarum partem invadentibus, mutatum aliquid reor, & ex eo tempore Mauritaniam Tingitanam, seu Hispaniam Transfretanam sub Africæ Primati existisse. In Actis enim Concilii Africani, anno quadringentesimo decimo nono habiti, Hispania, Transfretana scilicet, Legati inter alios censentur. VVandali siquidem circiter annum quadringentesimum nonum, VVifigoibi circiter quadringentesimum decimum nonum Bæticam ceteriorem, viciis VVandalis, tenuerunt. Sanctus Victor Vitenfis Episcopus in primo libro de VVandalica persecutione adducit alias insuper Africæ Provincias, de primo isthic VVandalorum Rege Geizerico scribens: Geizericus disposuit singulas quasque Provincias, sibi Byzacenam, Abaritanam, atque Getuliam, & partem Numidiæ reservavit, Exercitus verò Zeugitanam, vel Proconsularem funem loco hereditatis divisi, Valentiano aabuc Imperatore reliquas, licet exterminatas, Provincias defendente.*

Respondeo Romanas Afrorum Provincias post Magni Constantini tempora fuisse dumtaxat sex: Olim non fuisse plures. Erant Provincia Proconsularis, Numidia, Byzacium, Tripolis, Cæsariensis Mauritania, & Mauritania Sitifensis. Disertè hoc testatur sextus Rufus: *Per omnem Africam sex Provincie factæ sunt. Ipsa ubi Carthago, Proconsularis; Numidia, Consularis; Byzacium, Consularis; Tripolis & Mauritania duæ, hoc est, Sitifensis & Cæsariensis, sunt Præsidiales.* Tingitana Mauritania, licet esset intra Africam, nunquam tamen ad ejus Diocesim, sed semper spectavit ad Hispaniam. Testatur hoc idem Scriptor: *Per omnes Hispanias sex sunt nunc Provincie, Tarraconensis, Carthaginensis, Lusitania, Gallæcia, Bætica. Transfretum etiam in solo Africa Provincia Hispaniarum est, quæ Tingitana Mauritania cognominatur.* Et in Carthaginensis Collationis exordio Ursus Ducenarius enumerat omnes Africanæ Diocesis Provincias, & affirmat esse Provinciam Proconsularem, & Provinciam Byzacenam, Numidiam, Sitifensem & Cæsariensem Mauritanias, ac Provinciam Tripolitanam. Et Donatistarum apud Cavernas Sufis celebrata Synodus universam Africam asserit esse Provinciam Proconsularem, Numidiam, Mauritaniam, Byzacenam, & Tripolim. Exstat Synodus apud Sanctum Augustinum in secunda concione ad trigessimum sextum Psalmum. Eadem Provincias habet Romani Imperii antiqua notitia, notitia Africanarum Ecclesiarum, vulgata per Jacobum Sirmundum, & variæ Afrorum Synodi.

Interim Numidia fuit duplex: Antiqua & novæ *Christi Lupi Opera T. VIII.*

va. Et ante Romanum Imperium fuit divisa in duo Regna. At verò sub Romanis fuit unica, & Civilis & Ecclesiastica, Provincia. Uti antiqua & nova Castellæ apud Hispanos sunt unicum Regnum. Ex antiquæ divisionis memoria quidam Romani dixerunt Numidias, ac Episcopos Numidiarum. Et Sanctus Augustinus Numidiam dixit Consulare, non quod alia Præsidialis esset, sed ut in ejus Præfectura exprimeret qualitatem. Tingitana Mauritania tunc non transit in Africanam Diocesim. Interim uti Hispaniarum Episcopi quandoque vicinos Narbonensis Gallix Episcopos, ita Africani aliquando invitaverunt Tingitanos. Dum nempe quæpiam occurrit gravissima causa, qualis sub Zozimi Pontificatu fuit Pelagiana hæresis. Et adjuviffe possit Wandalarum in Hispania Tyrannis. Propter ipsam Tingitani Episcopi ad suos in Romana libertate Afros, quam gementes sub barbarica captivitate Hispanos Collegas possint maluisse respicere. Ut ut sit, Hispanix Ecclesia tunc non habuit Primatem: Omnes ejus Metropolitæ erant pares. Toletanus Primatus est opus Gothicum. Victor Vitenfis Episcopus non juxta Romanas Provincias, sed juxta Africanæ terræ stum isthic loquitur: Et illa fuit divisa in longè plures Regiones. Harum plures continebantur ab unica Provincia. Et in litteris ad Hefychium Episcopum scribit Sanctus Augustinus: *Sunt apud nos in Africa barbaræ innumerabiles Gentes, in quibus nondum baræ prædicatum Evangelium, ex iis qui ducuntur in dæ captivi, & Romanorum servituti jam miscentur, quotidie nobis addiscere in promptu est. Pauci tamen anni sunt, ex quo quidam eorum, rarissimi atque paucissimi, qui pacati Romanis finibus adherent, ita ut non habeant Reges suos, sed super eos Præfecti à Romano constituuntur Imperio, & illi ipsi eorum Præfecti, Christiani esse cœperunt. Interiores autem, qui sub nulla sunt potestate Romana, prorsus nec Religionem Christianam in suorum aliquibus detinentur.* Proinde Romani suas solas Ditiones distribuerunt in Provincias: Plures in Provinciam eandem. Et istæ Provincie apud Christianos ac Romanos Scriptores sunt universa Africa. Nempe Romana.

Epist. 80. Omnes sex Provincie habuerunt suam Civilem Metropolim, Sedem Præfecti. Proconsularis Provincie Metropolis fuit alma & Magna Carthago, cujus amplissimæ laudes & apud Gentiles, & apud Christianos Scriptores sunt frequentissimæ. Aurelius Victor in libro de Cæsaribus affirmat ipsam esse *terrarum decus.* Loquitur de Carthagine quæ tunc erat: Reparata à Romanis post excidium. Hanc in prioris comparatione fuisse exiguam, testatur Paulus Orosius. Primæ ambitus continebat viginti millia passuum. Numidiæ Metropolis est Cirtha, seu Constantina. Duplicis nominis rationem tradit idem Aurelius: *Cirtha oppido, quod obsidione Alexandri Imperatoris ceciderat, reposito exornatoque nomine Constantina est inditum.* A Reparatore Magno Constantino. Hinc Petilianus, apud Donatistas magnum nomen, à Sancto Augustino quandoque Cirthenfis, quandoque appellatur Episcopus Constantinensis. Ex hujus rei ignorantia quidam censent fuisse duos

Can. 86. tunc Petilianos. Quod ista fuerit Numidiarum Metropolis, patet ex Africano Canonum Codice: *Matricula & Archibus Numidia & apud primam Sedem sit, & in Metropoli, id est, Constantina.* Byzacii Metropolis est Adrumetus. Testatur hoc Procopius Cæsarænsis in sexto libro de

Cap. 6. Imperatoris Justiniani aedificiis: *In Byzacio urbs est maritima Adrumetus, antiquitus magna & frequens, & in ea Provincia nomen ac dignitatem adepta Metropoleos, quod ceteris & amplitudine, & absoluta felicitate præstaret.* Ipsam post ejectos Wandalos Justinianus instauravit, & appellavit Justinianam quartam. Acrida in Illyrico, Constantia in Cypro, & Magna Carthago erant Justiniana prima, secunda & tertia. Justinianæ fuerunt ultra viginti. Tripolitana Provincia Metropolis fuit Magna Leptis, Patria Imperatoris Severi. Ita testatur idem Procopius, additque & ipsam fuisse à Justiniano instauratam. Mauritaniarum Metropoles sunt Sitifis & Cæsaræa. Antiqua enim Romani Imperii notitia præponit Sitifim. Nempè quod sit Cæsaræa antiquior. Hujus originem tradit in septimo libro Eutropius: *Cæsar Augustus tanto amore etiam apud Barbaros fuit, ut Reges, populo Romano amici, in honorem ejus conderent civitates, quas Cæsaræas nominarent, sicut in Mauritania à Rege Juba.* Hinc Sancti Adonis Martyrologium ipsam appellat Neo-Cæsaream. Ammianus Marcellinus scribit fuisse civitatem opulentissimam. Tingi fuisse Tingitanæ Mauritanæ Metropolim testatur laudatum Martyrologion.

Jan. 23. *scilicet in Mauritania à Rege Juba.* Hinc Sancti Adonis Martyrologium ipsam appellat Neo-Cæsaream. Ammianus Marcellinus scribit fuisse civitatem opulentissimam. Tingi fuisse Tingitanæ Mauritanæ Metropolim testatur laudatum Martyrologion.

L. 29. c. 25. *scilicet in Mauritania à Rege Juba.* Hinc Sancti Adonis Martyrologium ipsam appellat Neo-Cæsaream. Ammianus Marcellinus scribit fuisse civitatem opulentissimam. Tingi fuisse Tingitanæ Mauritanæ Metropolim testatur laudatum Martyrologion.

Cap. 3. *scilicet in Mauritania à Rege Juba.* Hinc Sancti Adonis Martyrologium ipsam appellat Neo-Cæsaream. Ammianus Marcellinus scribit fuisse civitatem opulentissimam. Tingi fuisse Tingitanæ Mauritanæ Metropolim testatur laudatum Martyrologion.

Cap. 19. *scilicet in Mauritania à Rege Juba.* Hinc Sancti Adonis Martyrologium ipsam appellat Neo-Cæsaream. Ammianus Marcellinus scribit fuisse civitatem opulentissimam. Tingi fuisse Tingitanæ Mauritanæ Metropolim testatur laudatum Martyrologion.

L. 1. tit. 27. *scilicet in Mauritania à Rege Juba.* Hinc Sancti Adonis Martyrologium ipsam appellat Neo-Cæsaream. Ammianus Marcellinus scribit fuisse civitatem opulentissimam. Tingi fuisse Tingitanæ Mauritanæ Metropolim testatur laudatum Martyrologion.

*scilicet in Mauritania à Rege Juba.* Hinc Sancti Adonis Martyrologium ipsam appellat Neo-Cæsaream. Ammianus Marcellinus scribit fuisse civitatem opulentissimam. Tingi fuisse Tingitanæ Mauritanæ Metropolim testatur laudatum Martyrologion.

*Illyricum, ita & Africa Praefectoria maxima potestate specialiter à nostra Clementia decoretur: Cujus Sedem jubemus esse Carthaginem. Et ab ea, auxiliante Deo, septem Provinciae cum suis iudicibus disponantur: Quarum Tingi, & quæ Proconsularis antea vocabatur Carthago, & Byzacium, & Tripolis Rectores habeant Consulares; reliquæ vero, id est, Numidia, & Mauritania, & Sardinia à Praefidibus cum Dei auxilio gubernentur.*

Inducit varias novitates. Primò, Africanæ Diocesi adjicit duas Provincias: Tingitanam ac Sardiniam, quarum prior ad Hispaniam, posterior antea spectabat ad Italiam. Secundò, duas Mauritanias, Cæsaræensem ac Sitifensem, conflatur in unam Provinciam. Et sic toti Diocesi assignat septem Provincias. Nempè Wandalis etiam Sardiniam obtinuerant, atque ita Sardis affueverant Afrorum moribus: Hoc Justinianus permanere voluit. Tertiò, Proconsulatum extinxit, & exivit in Praefecturam. Quartò, Carthaginensem Provinciam à Proconsulari fecit Consulare, quam formam similiter dedit Provinciæ Byzacenæ, Tripolitanae, ac Tingitanæ. Attramen hæ novitates non plene obtinuerunt in Ecclesiasticis negotiis. Etenim quod Sardinia nec Africanas Synodos frequentavit, nec Carthaginensem Primatem respexerit, sed antiquo more perrexit. Patriarchalem Romanæ Cathedræ Synodum ac auctoritatem venerari, demonstrant plures Magni Gregorii epistolæ, & Acta Lateranensis Synodi, quam contra Monothelitas celebravit Sanctus Papa Martinus. Illius Metropolitana Deusdedit fuit illic non modica pars, & tertio loco subscripsit post Pontificem: Utpote Metropolitana Italica Dioceseos. Carthaginensis Provincia titulum Proconsularis Provinciae nunquam deposuit. Etenim istius Provinciae contra Monothelitas Synodus in relatione ad Paulum Constantinopolitanum Patriarcham dedit sibi ipsi hunc titulum: *Episcopi Sancti Concilii Proconsularis.* Exstat in secundo laudatæ Lateranensis Synodi Secretario, Quin & Procopius Cæsarænsis in sexto libro de Imperatoris Justiniani aedificiis scribit: *Carthagenis Regio, quæ Proconsularis dicitur.* Ex quo lucec hunc titulum à Justiniano non fuisse simul cum Proconsulari dignitate suppressum.

Dixi: *Non plene.* Quoniam utraque Mauritania videtur etiam quoad Ecclesiasticas res fuisse redacta in unam Provinciam. Etenim Africanæ adversum Monothelitas Synodus suæ ad Theodorum Pontificem Relationi dedit hanc Epigramphen: *Domino Beatissimo Theodoro Papæ Columbar, primæ Sedis Episcopus Concilii Numidia, & Stephanus primæ Sedis Episcopus Concilii Byzaceni, & Reparatus Episcopus primæ Sedis Concilii Mauritanie, & universi Episcopi de tribus Conciliis antedictæ Africanæ Provincie.* Non distinguit Mauritaniam, sed generatim dicit: *Concilii Mauritanie.* Quia nempè utraque ista provincia coaluerat. Vandalica Barbaries plurimas Africæ civitates everterat: Videntur in Mauritania tot evercisse, ut Episcopi residuas judicaverint non sufficere ad constituendas duas Provincias.

Hujus infelicis sæculi varietas Africæ induxit & aliam divisionem. Etenim in illa Romanarum Pro-

## CAPUT II.

## Exponitur Hierarchia Africanæ Ecclesiæ.

Provinciarum divisione, quæ Imperatori Leoni Sapienti passim adscribitur, enumerantur quinque Africanæ Provincie: Byzacium, Numidia, prima ac secunda Mauritania, & Tripolis. Verùm Tripolitana hæc provincia transfertur in Patriarcham Alexandrinum, ideoque Africanæ Diocesis non retinet, nisi quatuor Provincias. Et inter ipsas Mauritania iterum dividitur in duas. Proconsularis, omnium dignior & prima, Provincia extinguitur, adjecta Byzacio: Non hoc illi, sed illa huic adjungitur. Quod nempè omnes sermè ejus civitates, & quidem ipsam etiam Carthaginem, obsœni Saraceni destruxissent. Eadem de causa prima Mauritania habet unam civitatem, secunda dumtaxat quatuordecim, ideoque mirum est harum Provinciarum unionem fuisse solutam: Forsitan propter civitatum distantiam. Et inter ipsas variæ habent ignota nomina. Credo esse oppida aut castra, in quæ destructarum civitatum Episcopi suas Cathedras transfulerant. Est non dumtaxat Ecclesiastica, sed etiam civilis divisio. Lucec ex hoc titulo: *Sub gloriosissimo Exarcho seu Praefecto Africæ.* Ex quo patet institutum à Magno Justiniano Praefecturam etiam tunc permanisse.

Infelix Africa, quam laudatus Justinianus à miseranda Vandalorum servitute liberaverat, sub Justiniano secundo cecidit in longè magis deplorandam servitutem Impiorum Saracenorum. Hi suo more illic destruxerunt omnia. Postmodò tamen eadem eidem Justiniano restituerunt. At verò ejus Successor Leontius denuò amisit omnia, atque ita Leo Sapiens in tota Africa nihil penitus potestatis habuit. Quare novam hanc divisionem potius ab isto Justiniano factam credo, quam ab illo Leone. Existimo quod ipsam fecerit juxta statum, in quo recepit à Saracenis. Et juxta hanc divisionem Nilus Doxopatrius in libro de quinque Patriarchatibus scribit Carthaginem esse in Provincia Byzacii.

Et hinc intelligimus fundamentum, ex quo Gummitanus Episcopus apud Sanctum Leonem nonum Pontificem præterit esse Primas totius Dioceseos, & Carthaginensem Episcopum à sua dignitate excludere. Quia nempè Proconsularis Provincia erat adjecta Byzacio, ideoque videbatur debere sequi non amplius suam propriam, sed formam Byzacenæ Provincie. Videbatur ejus Metropolitana ac Primatialis potestas non amplius Carthagini, præsertim jam destructæ, esse annexa, sed sequi seniores Episcopum. At verò tunc Gummitanus erat senior. Hinc discimus & aliud: Nempè adductam Provinciarum notitiam esse mutilam, aut certè Gummitanam civitatem fuisse etiam tunc destructam, & pro ipsa exprimi aliquod ejus castrum aut oppidum. Etenim constat ipsam fuisse in Byzacio, & notitia nullam ejus facit memoriam. Quidquid sit, Gummitanus Episcopus suæ, licet forsitan destructæ, civitatis retinuit titulum.

Ex ista Provincie apud Afros fuerunt non solummodò civiles, sed etiam Ecclesiasticæ. Est res exploratissima. Et fuerunt quoad Episcopales Cathedras numerosissimæ. Etenim per Jacobum Sirmondum vulgata notitia Provincie Proconsulari quinquaginta quatuor, Numidia centum viginti quinque, Byzacio centum & tredecim, Mauritania Cæsarænsi centum viginti sex, Mauritania Sitifensi quadraginta quatuor, Provincie Tripolitanae assignat quinque Cathedrales Ecclesias. Et numerus videtur esse mutilus. Etenim in Cæsarænsi Provincia omittitur ipsa Ecclesia Cæsarænsis. Et Carthaginensi Synodo, quam ex sola sua Provincia contra Pelagianos celebravit Primas Aurelius, adfuerunt Episcopi sexaginta octo. Quin istius notitiæ, seu catalogi author, Sanctus Victor Vitenis Episcopus, in primo Wandalicæ persecutionis libro scribit in Proconsulari tunc Provincia fuisse Episcopos centum sexaginta quatuor. Et videtur non de Sedibus loqui, sed de superstitibus tunc Episcopis, ideoque plures fuisse Sedes. Ejus de Mauritania Cæsarænsi isthæ dictum concordat catalogo: *Crescens, Metropolitanus Aquitania civitatis, centum viginti Episcopis præest.* Legendum est: *Mauritanie civitatis.* Loquitur de Geizerici Regno, at verò catalogus agit de Regno Hunnerici. Crescens videtur tunc fuisse mortuus. Et tamen præter sex mortuos catalogus numerat centum viginti vivos Episcopos, ideoque est differentia quoad unum. Idem Victoris liber numerat duos Tripolitanos Episcopos Vicefibrarenem, & Cresconium Entem. Legendum est: *Cresconium Oensem.* Hic habetur in catalogo, deest verò Vicefibrarenus, ideoque Tripolis habuit plures quam quinque Episcopos. Et ad tertiam Carthaginensem Synodum dixit Primas Aurelius: *In Tripoli, ut asseritur, Episcopi sunt quinque tantummodò.* Voces, *Ut asseritur*, edicunt ipsum de vivis agere Episcopis, non de Episcopalibus Cathedris. Etenim Dioceseos Primas nequit subjectarum sibi Sedium numerum ignorasse. Et in Carthaginensi Collatione Rufinianus Scriba dixit de præsentibus Catholicis Episcopis: *Catholicae partis Episcopi, secundum subscriptionem huic Brevi insertam, efficiuntur ducenti sexaginta sex. Exceptis his quos dicunt necdum subscripsisse.* Et hi erant viginti. Et post horum coram Comite Marcellino exhibitionem dixit Sanctus Alipius Tagastensis Episcopus: *Scriptum sit ducentos viginti Episcopos esse absentes, quos aut infirmitas, aut ætas, aut certè necessitas detinuit.* Et Fortunatianus Siccensis Episcopus addidit: *Sexaginta quatuor Cathedras habemus vacuas.* Proinde Cathedræ, quas tunc detinebat Catholica Ecclesia, erant quingentæ septuaginta. Et

non paucae detinebantur à solis Donatistis. Porro catalogus habet solummodò quadringentas sexaginta novem Cathedras: Est ergo incompletus. Aliud tamen in Collationis Breviculo scribit Sanctus Augustinus: *Episcoporum Catholicorum omnium presentium nomina esse constitit ducenta octoginta sex. Viginti enim non subscriperant, qui tamen suam exhibentes presentiam, & in medium procedentes, nisi quos infirmitas corporis illic apud Africam tenuit, presentibus Gestis se mandare & consentire professi sunt.* Et infra: *Distum est à Catholicis, alios Episcopos centum viginti non venisse Carthaginiem.* Et iterum: *Responsum est à Catholicis sexaginta esse, quibus successores Episcopi nondum fuerant ordinati.* Quisnam textus sit viciatus, permittito alijs disquirendum.

Quævis Provincia, licet Metropolitanam potestatem habuerit, non tamen habuit Ecclesiasticam Metropolim, in cujus Episcopis ista potestas per successionem resideret. Ista potestas successit in diversarum Sedium Episcopos. Etenim sub Donatistice Factionis exordio Numidiæ Primatum Secundus Tigistanus, ad Episcopalem Sancti Augustini electionem Megalium Calamenis, Milevitane contra Pelagianos Synodi tempore Sylvanus Summensis, exinde Valentinus Vajanensis, postmodo Sanctus Alipius Tagastensis, alii gesserunt alijs temporibus. Quod ipsum demonstrari possit in alijs Provinciis. Est res manifesta. Quod Sanctus Alipius istum Primatum gesserit, licet ex epistola Dioscori ad Sanctum Augustinum: *Senex Alipius rogavit me.* Et ex Sancti Augustini Epistola ad ipsum Alipium: *Augustinus Alipio Sent.* Etenim, Senex, erat unus è titulis, quibus Africi Metropolitanæ potestatis Gestorem Episcopum insigniebant. Ita Carthaginensi, sub Attici & Cæsarii Consulatu celebrata, Synodo adfuerunt Aurelius, Muzonius, ac alii Episcopi, & subscribitur: *Manu Senis Muzonii.* Hic est ille Mazonius, de quo in Dialogo contra Luciferianos Sanctus Hieronymus:

Cap. 7. *Muzonius Byzacene Provincie Episcopus, cui propter etatem Primæ ab omnibus deferbantur, ita locutus est. Utique in Ariminensi Concilio. Tempore istius Carthagenensis Synodi erat Primas Byzacii. Et precibus, quas in Carthagenensi Collatione Comiti Marcellino obtulerunt Catholici Episcopi, post Aurelium Carthagenensem subscribit Sylvanus Senex, Ecclesie Summensis. Hoc est, Summensis Episcopus, & Primas Numidiæ. Et Sanctus Augustinus scribit ad Sanctum Cælestinum Pontificem: Sanctus Senex, qui tunc Primatum Numidiæ gerebat. Et ad Profuturum Constantinensem Episcopum: Quod Senex Megalium defunctus sit, jam vos audisse quis dubitet? Erant autem à depositione corporis ejus, cum hæc scriberem, dies ferme viginti quatuor. Utrum jam videris Successorem Primatus ejus, si fieri potest, scire volumus. Omnes editi libri sunt mutili. Hoc modo supplendi ex Bibliotheca Serenissimi Domini, Magni Ducis. Editi libri addunt: Dispo-nebas enim. Et legunt non, Videris, sed inveneris. Quæ lectio videtur melior. Et istud additamentum videtur non omittendum. Erat dubium, quis in Numidia Episcopus Megalio per consecra-*

tionis etatem proximè succederet, adeoque cui post ejus mortem deberetur Primatus Provincie. Hac de re Augustinus & Profuturus ante Megalium mortem contulerant, & Profuturus promiserat sedulo inquirere: Hinc post istius mortem Augustinus rogat, an invenerit. Proinde apud Afros Metropolitanæ auctoritas non erat adstricta certæ Sedi, sed semper transibat ad Seniore m consecratione Episcopum totius Provincie. Hinc non raro erant lites de successione: Dum nempe duo de consecrationis senio contenderent. Ita evenit inter Victorinum & Xantippum, Numidiæ Episcopos, de quibus videnda est Sancti Augustini epistola ad Victorinum. Et ad istud malum exciendendum emanavit hic Canon: *Quicumque deinceps ab Episcopis ordinarunt, litteras accipiant ab Ordinatoribus suis manu eorum subscriptas, continentibus Consulem & diem, ut nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur.*

Erat singularis & ab alijs gentibus diversa Hierarchia. Attamen non vacua fundamenti. Etenim Episcoporum translatio erat tunc summo perè vetita: Afri eam æquiparabant Rebaptismo. Hinc Metropolitanæ civitatis Episcopus erat non raro Juvenis, ac inter Senes Com-provinciales quasi discipulus inter Magistros. Nihilominus ipsis præsidebat. Hoc Afri judicantur incongruum, ideoque istam potestatem semper alligaverunt seniori Episcopo. Et ipsum Provinciam appellabat suum Senem. Titulus iste fuit tanti, ut illo etiam Carthagenensis, licet non ætatis, sed civitatis causa succederet in dignitatem, Primas fuerit usus & gavisus. Etenim in litteris ad Quintianum Presbyterum Sanctus Augustinus Aurelium Primatem scribit *Senem Aurelium.* Quod eadem Hierarchia usque ad Magni Constantini tempora vigerit apud Hispanos, affirmant Joannes Mariana, & in scholijs ad Canones Illiberitanos Ferdinandus Mendoza. Et res in istis Canonibus omnino habet fundamentum.

Isti Astorum Primates habuerunt & alios titulos. Donatistæ ipsos appellaverunt *Principes.* Ita in Carthagenensi Collatione Victor Tabborensis Donatistarum Episcopus dicit: *Beatissimus Pater & Princeps noster Primianus.* Loquitur de Primiano Carthagenensi. Et in Sanctum Augustinum scripsit Cresconius Donatista: *Epistolam Principis vestri, qua nescio quid de te scripsit, cum te ordinari nollet, tenent non pauci nostrorum.* Per Principem illum intelligit Megalium, Calamensem Episcopum, Numidiæ Primatem, cujus in Augustinum calumnia est eruditè notissima. Et in Carthagenensis Collationis Breviculo Donatistæ Cæcilianum Carthagenensem Episcopum arguunt, quod noluerit *Princeps à Principe ordinari.* Nempe Proconsularis Provincie Primas à Primato Numidiæ. Et in quarto contra Cresconium libro Sanctus Augustinus per ironiam scribit: *Primianus super Collegas Principatum gerit.* Titulus videtur inductus à superbissimo factu Donati magni. Ipsum enim, quod nollet appellari *Episcopus*, sed *Donatus Carthaginiensis*, Sanctus Optatus appellavit *Principem Carthaginiensis.* Quidquid sit, titulus iste Catholicis Episcopis per omnia displicuit. Hinc contra ipsum sanxit tertia Carthagi-

nen-

ensis Synodus: *Primæ Sedis Episcopus non appellatur Princeps Sacerdotum, aut summus Sacerdos, aut aliquid hujusmodi, sed tantum primæ Sedis Episcopus.* Hic ergo est secundus istorum Primatum legitimus titulus. Ita in litteris ad Generosum Sanctus Augustinus scribit Secundum Tigistanum Episcopum fuisse in Numidia *Episcopum primæ Sedis.* Et sub Cæsarii ac Attici Consulatu celebrata Carthagenensis Synodus laudat *Crescentianum Episcopum primæ Sedis Numidiarum.* Etiam Muzonium dicit in Byzacia primæ Sedis Episcopum, Et Numidiæ Matricula jubetur esse & apud primam Sedem, & apud Metropolim Constantinam. Aliud ergo erat prima Episcopalis Sedes Provincie, aliud civilis Metropolis. Carthagenensis, per Sanctum Augustinum in tertio contra Cresconium libro memorata, præfati Secundi Synodus ipsum inscribit *Episcopum primæ Cathedralis.* Ex quo vides titulum esse antiquissimum. Eundem Januarii, vel potius Januarii, Donatistarum in Cas-nigris Episcopo, deserunt Catholici Hipponensis Ecclesie Clerici: *Januario primæ Sedis Episcopo partis Donatiane.* Eundem titulum laudant Canones Illiberritani. Et hoc est unum argumentorum, ex quibus Africana Hierarchia videtur olim viguisse in Hispaniis.

Tertius titulus est Primas. Ita in quarto contra Cresconium libro Sanctus Augustinus scribit de præfata Megalii Calamenis epistola: *Epistolam Primatis nostri.* Et in litteris ad Sanctum Cælestinum Pontificem: *Crecebat Numidiæ Primatum.* Et Hipponensis Clerici in præfata ad Januarium epistola: *Secundus Tigistanus, Primas vester.* Et rursus Augustinus in litteris ad Victorinum Episcopum: *Mauritanias Provincias scimus suos habere Primates.* Et Milevitana Synodus: *Salvo jure Primatus Numidiæ & Mauritaniae.* Et Sanctus Possidius in Sancti Augustini vita laudat *Carthagenensem Episcopum Primatem, & adjungit: Tunc Primato Numidiæ Megalio, Calamenis Episcopo.* Notanda est, ac inferius exponenda distinctio: Megalium folius Numidiæ, Carthagenensem appellat Primatem Episcoporum. Tituli radicem exponit in litteris ad Galliarum Episcopos Sanctus Papa Hilarus: *Constantinus Uericae Ecclesie Antistes, evo honoris Primas esse dicitur.* Hoc est, senior inter omnes suffraganeos, ideoque ipsorum post Metropolitam dignior & primus. Apud Afros Provincie senior non solo Episcopalis honoris ævo, sed insuper Metropolitanæ auctoritate præfulgebat, ideoque merito dicebatur Primas. Magnus Gregorius in litteris ad Columbum Numidiæ Episcopum dat & aliam rationem: *Adeodatum Primatem inscribit Primatem Synodi.* Quod nempe isthic obtineret auctoritatem Præsidis. Est antiquus titulus. Nam illum Diotrefi Episcopo adscribit etiam Sanctus Joannes Apostolus. Media Ecclesie sæcula Primates appellaverunt Episcopos præfectos pluribus Metropolitanis ac Provinciis. Hincmarus Rhemensis titulum extendit ad istos etiam unice Provincie Metropolitanas, qui nullum agnoscebant istiusmodi Primatem. Est vox multifarie significationis.

Quartus Africanorum Primatum titulus est

Metropolitanus. Quod Carthagenensi Episcopo competierit, & attributus fuerit, est omnibus notissimum. Erat enim Metropolitanæ Sedis Episcopus, habebatque perpetuam Metropolitanicam auctoritatem. Ita in prima Ephesini Concilii Actione Petrus Presbyter, ac Notariorum Primicerius, Capreolum Carthagenensem Antistitem appellat *Reverendissimum Metropolitanum ac Episcopum Carthaginiensis.* Quæstio est, An attributus fuerit etiam aliarum Provinciarum Primatibus? Respondeo fuisse attributum. Etenim in libro de Gestis cum Emerito Cæsarenensi Donatistarum Episcopo Sanctus Augustinus Deuterium, Catholicum ejusdem civitatis Antistitem, appellat *Episcopum Metropolitanum Cæsarensem.* Crescentem ejusdem civitatis Episcopum eodem titulo donat in primo libro de Vandalica persecutione Sanctus Victor Episcopus Vitenensis. Et quarta Carthagenensis Synodus, de consecrando novo Episcopo faciendis, dicit: *Cum consensu Clericorum & Laicorum, & Conventu totius Provincie Episcoporum, maximeque Metropolitanæ, vel auctoritate vel presentia, ordinetur Episcopus.* Loquitur generatim de cunctis Provinciis. Omnium ergo Primates fuerunt dicti Metropolitanæ: Non à civitate, sed ab auctoritate. Cæsarenensis tamen, quoniam Deuterius & Crescens videntur ætate Ordinis non fuisse seniores, possit sic fuisse dictus à sola civitate.

In secundo Vandalicæ persecutionis libro scribit laudatus Victor: *Geizericus Rex, adstante vulgo, in media civitate, pro gradibus plateæ novæ, Episcopum sue Religionis, nomine Jocundum, quem Patriarcham vocitabant, præcepit incendio cremari.* Et ipsi successit Cyrillus. Hic cum nostris Episcopis voluit disputare, & Victor professus: *Collocat sibi Cyrillus cum suis satellitibus in loco excelso superbissimum Thronum, adstantibus nostris. Dixeruntque Episcopi nostri: Illa est semper grata collatio, ubi superba non dominatur elatio, sed ex consensu communi venit, ut Cognitoribus decernentibus, partibus agentibus, quod verum est agnoscat. Nunc quis erit cognitor, quis examinatur, vel libra justitiæ, ut bene probata confirmet, aut pravè assumpta refellat? Et cum talia & alia dicebantur, Notarius Regis respondit: Patriarcha Cyrillus.* Et Catholici intercesserunt: *Legatur nobis, quo concedente istud sibi nomen Cyrillus assumpsit.* Ex quibus discimus plura. Primò, quod Africam ingressi Vandalorum Episcopi assumpsissent ac in se transfulerint Hierarchiam Africanæ Ecclesie. Quod sibi Carthagine Primatem statuerint. Quod horum Primatum primi fuerint Jocundus & Cyrillus. Secundò discimus, quod istum Primatum exaltarint in Patriarchatum, & Primatem inscripserint Patriarcham. Tertio, quod isti Primati excelsum & superbum, nempe ut Patriarchæ, Thronum concesserint. Quarto, quod Catholici Episcopi hæc omnia improbaverint. Et merito. Etenim Carthagenensis Episcopus, licet sex amplissimarum Provinciarum, ac plurimorum Episcoporum Primas esset, nequam tamen erat Autocephalus, sed Patriarchico Romanæ Ecclesie juri subiectus per omnia, ideoque remotissimus à Patriarchali dignitate. Et

hinc

hinc in plenaria suæ Diœcesios Synodo non habuit singularem Thronum, sed sedit Collega inter Collegas. Omnis hic Cyrilla factus erat novitas.

Videtur tamen non fuisse novitas. Etenim in Chronico Victor Tonnonensis Episcopus Reparatum Carthaginensem aliquoties appellat Archi-Episcopum. Etiam Sanctus Leo nonus Pontifex istius civitatis Episcopum appellat à primum, Romano Archi-Episcopum, ac maximum totius Africæ Metropolitanum. At verò Archi-Episcopi titulus tunc dabatur solis Patriarchis, aut Autocephalis Primitibus. Respondeo Victorem Tonnonensem aliter loqui de Capreolo, Eugenio, ac Bonifacio, Reparati Antecessoribus: Eos simpliciter appellat Episcopos. Et de Reparati exordio scribit: *Reparatus Carthaginensis Ecclesie Episcopatum post Bonifacium suscepit. Et postmodò constanter inscribit Archi-Episcopum. Quem titulum istius Sedis Antistiti nec Sanctus Augustinus tribuit, nec Sanctus Optatus, nec Sanctus Cyprianus, nec ulla Africana Synodus, Victor Tonnonensis videtur posteriorem partem suorum Annalium scripsisse de anno in annum. Reparati Acta scripsisse apud Græcos, Constantinopoli, aut in exilio. Isthic didicit Græcorum titulos, & ex ipsis cœpit Reparatum scribere Archi-Episcopum. Et falsum est, quod Archi-Episcopi titulus isto tempore daretur solis Patriarchis, aut Primitibus Autocephalis. Etenim Romana Ecclesia in suo antiquo Canonum Codice duodecim Chalcedonensem Canonem legit hoc modo: *Quæcumque civitates per sacras litteras nomine Metropolitanò funguntur, ipsæ solum honorem consequantur, & is, qui huic Ecclesie præest Episcopus, vocetur Archi-Episcopus, salvo utique proprio jure, quod reverè Metropolitanæ civitati convenit.* Adeò antiqua est ista significatio. Codex docet ipsam non esse Commentum recentium Græcorum. Hæc sunt alterius loci. Posterioribus sæculis cuncti Africanarum Provinciarum Primates fuerunt appellati Archi-Episcopi. Etenim Sanctus Gregorius septimus laudat Secundum Episcopum Hipponensem, & inscribit Archi-Episcopum Mauritanie Sitsensis.*

Quæstio prima est, An ista Metropolitanæ potestatis successio, aut potius de civitate in civitatem migratio vigeret in omnibus sex Provinciis? Respondeo non vigiisse in Proconsulari Provincia. Est res omnibus explorata. Quare quæstio præsertim est de Mauritania Cæsariensi. Etenim per Jacobum Sirmondum vulgata Africanarum Ecclesiarum notitia in Sitsensi Mauritania primo Ruffinum Tamallumentem, secundo loco ponit Donatum Episcopum Sitsensem, atque ita affirmat non hunc, sed illum fuisse Primatem. At verò & Sanctus Augustinus, & Sanctus Victor Vitenis Cæsariensem Episcopum affirmant fuisse Metropolitanum. Respondeo tamen eandem formam vigiisse in Cæsariensi Provincia. Lucet ex Sancti Augustini epistola ad Sanctum Cælestinum Pontificem: *Existat exemplo, ipsa Sede Apostolica judicante, vel altarum Judicata firmante, quosdam pro culpis quibusdam nec Episcopali spoliatos honore, nec omnimodis relictos impunitos. Quæ*

Epist. 261.

*ut à nostris temporibus remotissima non requiram, recentia memorabo. Clamet Priscus Provincia Cæsariensis Episcopus: Aut ad Primum locum, sicut cæteris, & mihi patere debuit, aut Episcopatus mihi remanere non debuit. Clamet alius ejusdem Provincia Episcopus Victor, cui relicto in eadem pœna, in qua & Priscus fuit, nunquam nisi in Diœcesi ejus ab alio communicatur Episcopo. Hæc Prisci & Victoris pœna palam demonstrat Metropolitanicam auctoritatem etiam in Cæsariensi Provincia non Cathedræ fuisse adnexam, sed seniori ætati Episcopalis honoris. Hinc in Carthaginensi Collatione Deuterius Catholicus, & Emeritus Donatista Cæsariensem Episcopus non habuere locum, nisi suæ ætatis. Et laudatus Africanarum Provinciarum ac Episcoporum catalogus Apocorium Cæsariensem ponit eodem ordine.*

Eadem de pœna scribit in Chronico ad duodecimum annum à Basilii Consulatu Victor Tonnonensis Episcopus: *Primasus Aquimetensis Episcopus, quod tria Chalcedonensis Synodi Capitula damnare nollet, Monasterio relegatus est. Sed Boetio, Primate Byzaceni Concilii morte præveniente, ut ei succederet, memoratæ damnationi protinus assensit, reversusque ad suos, quæ prius defendebat, validissimis persecutionibus impugnavit, fidelibus calumnias generando, eorumque substantias auferendo. Sed in quibus peccavit, latere non potuit. Si quidem postquam à Catholicis sui Concilii Antistitibus pro suis prævaricationibus condemnatur, infelici morte extinguitur. Quædam olim delicta Episcopum aut Clericum degradabant, quædam proferebant à solo adscensu ad altiore gradum: Et Imperatoris Justiniani tempore tale crimen erat non damnare tria ista Capitula. Hinc Primasus, apud Byzacenos Senior post Boetium Primatem Episcopus, ne istam pœnam incidens excluderetur à successione in Primatum, recessit à priori sententia, & Capitula damnavit. At istum recessum Collegæ censuerunt esse apostasiam: Hinc Primasum à Primatu ejecerunt.*

Quæstio secunda est, An omnes sex Provincie habuerint suum proprium Primatem? Rationem dubitandi facit secundus Canon tertie Carthaginensis Synodi: *Propter causas Ecclesiasticas, quæ ad perniciem plebium sæpè veterascunt, singulis quibusque annis Concilium convocatur, ad quod omnes Provincie, quæ primas Sedes habent, de Concilio suis ternos Legatos mittant.* Affirmat quædam habere, quædam Provincias non habere proprium Primatem, propriamque Synodum. Et in antiquo Romanæ Ecclesiæ Codice habemus hunc Canonem: *Primatem proprium Mauritania Sitsensis, cum id postularet, habere permisa est in longinquis Mauris.* Est compendium. Plenus Canon habetur in Codice Africanæ Ecclesiæ: *Placuit ut Mauritania Sitsensis, ut postulavit Primatem Provincie Numidie, ex cuius cætu separatur, suum habeat Primatem, quem consentientibus omnibus Primitibus Africanarum Provinciarum, vel omnibus Episcopis; propter longinquitatem habere permisa est. Alia lectio habet: De Primatu Provincie Sitsensis. Primatem verò proprium cum Mauritania Sitsensis Episcopi postularent, omne Concilium Episcoporum Numidie, consentientibus omni-*

Cap. 17.

*omnibus Primitibus, vel universis Episcopis Provinciarum Africanarum, propter longi itineris novitatem habere permisa est. Cum consilio Carthaginensis Ecclesiæ factum est. Hinc dicitur plura. Primò, quod duæ Mauritanie semper fuerint duæ Provincie. Et Civiles & Ecclesiasticæ. Secundò, quod Sitsensis Provincia olim nec Primatem habuerit, nec Synodum. Tertiò, quod non ad Cæsariensem Provinciam, sed ad Numidiam Primatem ac Synodum spectaverit. Erat Heteroclyta Hierarchia: Radicem ignoro. Ipsam ob longinquitatem itinerum ac alias rationes pertæsi Sitsenses postularunt singularem Primatem, propriamque Synodum, & obtinuerunt. Hinc ad Victorinum Episcopum Numidiam, qui contra Xantippum contendebat esse senior & Primas, scripsit Sanctus Augustinus: *Legi in eadem Tractoria, etiam ad Mauritanias esse scriptum, quas Provincias scimus habere suos Primates. Quod si & ex eis ad Numidiam convocandum esset Concilium, oportuit utique ut aliquorum Maurorum Episcoporum, qui illic priores sunt, nomina in Tractoria ponerentur. Quod in ista Tractoria non reperiens, multum miratus sum. Victorinus post Valentini Vajanensis mortem præterit se Seniore Numidie, ideoque & Primatem. Et statim se Primatem ostentaturus indixit Synodum, & per Tractorias litteras convocavit non solummodo Numidiam, sed insuper Mauritaniam, utique Sitsensis, Episcopos. Nempe dictam separationem improbabat, volebatque circumducere. Fecit istud ipsum, quod elapso sæculo fecit Dominus Carolus à Lotharingia, Archi-Episcopus Rhemensis, qui non solum Iprensensem ac alios novos Flandriæ ac Artesiæ Episcopos, sed etiam ipsum Archi-Episcopum Cameracensem evocavit ad suam Synodum: Censuit ipsos à sua Metropoli illegitimè ac invalide dispensatos. Sanctus Augustinus istud arguit: *Quas Provincias scimus habere Primates.* Affirmat divisionem esse legitimam, ideoque non tentandam. Videtur fuisse facta anno decimo septimo quinti sæculi.**

De hac Hierarchia scribit ad Gennadium Patricium, Africæ Exarchum, Magnus Gregorius: *Concilium Catholicorum Episcoporum admodum præcipite, ut Primatem non ex ordine loci, postpositis vitæ meritis, faciat, quoniam apud Deum non gradus elevatio, sed vitæ melioris actio comprobatur.* Textus habet: *Gradus elegantior.* Videtur hoc modo corrigendus. Gregorius voluit Primate deinceps non per ætatem succedere, sed ex cunctis Provinciæ Episcopis juxta virtutum merita eligi digniorem. Et denuò scripsit ad omnes Numidie Episcopos: *Petistis per Hilarium Chartularium nostrum à beatæ memoriæ Prædecessore nostro, ut omnes vobis retrò temporum consuetudines servarentur, quas à Beati Petri, Apostolorum Principis, ordinationum initiis vetustas longa servavit. Et nos quidem, juxta seriem Relationis vestræ consuetudinem, quæ tamen contra fidem Catholicam nihil usurpare dignoscitur, immorari permanere concedimus, sive de Primitibus constituendis, cæterisque Capitulis, exceptis his, qui ex Donatistis ad Episcopatum perveniunt, quos proveri ad Primatus dignitatem, etiam cum ordo Clericorum eos ad locum*

L. 1. Ep. 72.

*eundem desert, modis omnibus prohibemus. Sufficiat autem illis, commissæ sibi plebis tantummodo curam gerere, non autem illos etiam Antistites, quos Catholica fides in Ecclesia sua edocuit & genuit, ad obtinendum culmen Primatus anteire. Eadem de re Gregorius rescripsit ad Dominicum Primatem Carthaginensem. Audita Gregorii in Apostolicam Sedem evocatione, Dominicus gratulatorias scripsit litteras, ac ipsas transmisit per solemnissimam Legationem: Per Donatum & Quod-vult-Deus Episcopos, Victorem Diaconum, & Angelum Notarium. Nescio qua ex causa fuerunt in via passi moras, & seriùs venerunt Romam, ideoque Gregorius non respondit, nisi decimo Kalendas Augusti, indictione decima. Erat sexti sæculi annus nonagesimus secundus; At verò Gregorius Pontificatum iniverat jam ante biennium. Rescripsit inter cætera: *De Ecclesiasticis privilegiis quod vestra Fraternitas scribit, hoc postposita dubitatione teneat, quia sicut nostra defendimus, ita singulis quibusque Ecclesiis sua jura servamus. Nec cuiuslibet, favente gratia, ultra quam meretur, impartior, nec ulli hoc quod sui juris est, ambitu stimulante derogo, sed Fratres meos per omnia honorare cupio, sicque studeo honore singulos subvehi, dummodo non sit quod alteri jure ab altero possit opponi.**

Africanæ Ecclesiæ disciplina per longam sub Vandalis captivitatem fuit læsa in pluribus, & alterata. Et per lites de tribus Chalcedonensis Concilii Capitibus accesserunt alia vulnera. Et quistunc Romanus Pontifex videtur avitam Provincialium Primatum successionem, quia communi omnium gentium Hierarchiæ adversam, improbatæ, & voluisse mutatam. Hinc Africani omnes, Numidie præsertim, Episcopi avitum morem probari & firmari postularunt à Pelagio secundo. Et ut Pontificem permoverent, asseruerunt esse antiquissimum, à tempore Sancti Apostoli Petri. Avitam suam Hierarchiam studeverunt per novam Apostolicæ Sedis confirmationem redere immutabilem. Preces videntur Pelagium invenisse defunctum, ac fuisse traditæ Successori Gregorio. Et hic improbatum morem, ipsumque non quidem immutavit, sed jussit immutari per Synodum, & hujus executionem delegavit Exarcho Gennadio. Voluit Primate deinceps eligi per Synodos: Eligi digniorem totius Provincie. Erat sanctissima sanctio. Nilominus suarum consuetudinum tenaces Africi intercesserunt, & novas miserunt preces. Per Numidie Episcopos. Et optimus Gregorius indulgit aliquid moderaminis. Consuetudinem, quoniam Catholicæ fidei non adversabatur, permisit procedere, ea tamen lege ut apud Donatistas consecrati, & postmodo ad Matrem Catholicam accedentes Episcopi nunquam possent ad Primatum aspirare. Postea advenerunt etiam litteræ & Legatio Primatis Dominici: Et Gregorius denuò firmavit suum Decretum. Proinde ista Primatum Successio semper permansit, & dum Africam contigerit reduci ad Christum Dominum debet permanere. Et ista Gregorii contra Donatistas appendix non fuit nova. Lucet ex illis, quæ nobis Victor Tonnonensis dixit circa Pri-



Primasium Episcopum Aquimetensem: Et quæ Sanctus Augustinus scripsit ad Sanctum Cælestinum.

Verba, *Etiam cum ordo Clericorum*, videntur mendosa. Videtur legendum: *Ordo annorum*. Est enim quæstio de gradu ætatis. Quid ibi operetur Ordo Clericorum? Notandum etiam est Gregorii Rescriptum ad Hilarium Monachum, ejus in Africa Legatum: *Felicissimus atque Vincentius, Diacones Ecclesie Lamingensis, oblata petitione suggererunt ab Argentio, ejusdem civitatis Episcopo, gravem se injustitiam pertulisse, & accepto premio Donatistas, in Ecclesiis fuisse præpositos*. Quidam Lamingensium Donatistarum Clerici, ordinatione seniores Felicissimo ac Vincentio, redierunt ad Ecclesiam, ipsosque Argentius Episcopus admisit etiam ad locum juxta suæ consecrationis ætatem, ac duobus memoratis Clericis præposuit. Hoc similiter improbavit Gregorius: Uti istiusmodi Episcopos noluit esse Primates, ita similes Clericos voluit in Ecclesiâ tabula esse postremos. Gregorii verba, *Quas à Beati Petri Apostolorum Principis, &c.* videntur affirmare Africanam Ecclesiam esse fundationem Sancti Petri. Verùm sunt Africanæ Relationis verba, quæ Gregorius noluit discutere. Clarius se exponit in aliis ad Dominicum Primatem litteris: *Scientes undè in Africanis partibus sumptis ordinatio Sacerdotalis exordium, laudabiliter agit, quod Sedem Apostolicam diligendo, ad officii vestri originem prudenti recordatione recurritis*. Affirmat primos Episcopos per Apostolicam Sedem fuisse consecratos, & transmissos in Africam.

### CAPUT III.

#### Exponitur Primatus Carthagenensis Ecclesie.

**I**N Commonitorio super Hæresarchæ Cælestii nomine Marius Mercator rectè affirmat Carthaginem esse totius Africæ Metropolim. Hinc uti Romanus Proconsul Civilem, ita istius civitatis Episcopus habuit Ecclesiasticam potestatem in omnes Diocesanos Provincias. Idque à prima fundatione istius Ecclesie. Etenim Sanctus Cyprianus suam erraticam Synodum collegit ex Provincia Africa, id est, Proconsulari, ex Numidia, ac utraque Mauritania. Quod etiam adfuerint Tripolitani Antistites, est supra demonstratum. Notanda est Sancti Cypriani ad istam Synodum præfatio: *Neque quisquam nostrum Episcopum se esse Episcoporum constituit, aut Tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem Collegas suos adigit*. Quod Romanus Antistes passim inscriberetur Pontifex Maximus, ac Episcoporum Episcopus, testatur Tertullianus in libro de pudicitia. Sanctus Papa Stephanus videtur ita inscripsisse semet-ipsam, atque ista autoritate omnes sub cælo Ecclesias compulisse ad obediendum suis Decretis contra Rebaptismum. Hoc Cyprianus rodit: Insinuat etiam se esse Episcoporum Episcopum, & tamen

à se non præsumi istum titulum, nec talem Tyrannidem. Et in litteris ad Sanctum Cornelium Pontificem scribit: *Latius fusa est nostra Provincia. Habet etiam Numidiam & duas Mauritanias sibi coherentes*. Provinciam accipit pro Diocesi. Ibidem affirmat sibi in Adrumetinâ, quæ postmodò Byzacii est facta Metropolis, civitatis Ecclesiam esse plenam Primatiale potestatem. Quæ omnia Sanctus Cyprianus fecit & scripsit juxta consuetudinem servatam ab Agrippino, aliisque suis Antecessoribus. Magnum istum titulum probat in Sancti Augustini vita Sanctus Possidius: Carthaginem Antistitem appellat *Primates Episcoporum Carthagenensem*. Nempe omnium Episcoporum per omnem Africam. Hinc Victor Tonnonensis Firmum Numidiæ Primatem appellat non simpliciter *Primates Episcoporum*, sed *Primates Episcoporum Numidarum*. Eodem modo Sanctus Augustinus in Carthagenensis Collationis Breviculo Megalium Callensem appellat *Primates Episcoporum in Numidia*. At verò in litteris ad quosdam Donatistarum Episcopos scribit Carthaginem esse amplam ac illustrem civitatem, illi esse non mediocri autoritatis Episcopum, ejus Ecclesiam esse verticem totius Africæ; omnes alias esse illi subditum corpus. Etiam Sanctus Gregorius Nazianzenus in Sancti Cypriani Encomio scribit ipsum non soli Carthagenensi Ecclesie, sed toti Africæ fuisse præfectum. Hanc Præfecturam laudant plures Synodi, quas celebravit Primas Aurelius. In ipsarum una Epigonius Episcopus dixit ad Aurelium: *Minus præsumis Frater. Necessè habes tu omnes Ecclesias suffulcire*. Et ipse Aurelius ad omnem Synodum. *Sciatis me multarum Ecclesiarum causam sustinere*. Et Primas Cæpreolus scripsit ad Ephesinam Synodum: *Missi ad universas Africæ Provincias congruis litteris, Synodum cogere voluit*. Et apud Victorem Vitensem Episcopum Sanctus Primas Eugenius Zenonis Augusti Præceptum destinat *universæ Africæ*. Et in suis ad Bonifacium Primatem precibus scribit Petrus Abbas: *Tantæ Sedis, quæ totius Africæ Ecclesie Primatum tenere dignoscitur, tenore muniamur*. Plurima sunt istiusmodi testimonia.

Attamen Carthagenensis Antistes non fuit Autocephalus, sed Patriarchico jure subjectus Romanæ Ecclesie. Etenim Africana Ecclesia est fundata per Romanam, ideoque autoritatis seu originis causa palam spectat ad Romanum Patriarchatum. Primus Innocentius ipsam ponit in eadem classe cum Ecclesiis Hispanis, Gallicis, Italicis, ac Siculis. Hinc Carthagenensis Primas ad Romanam Ecclesiam semper retulit quasvis graviores ac difficiliore causas, itemque quosvis de novo consecratos Episcopos. Lucet ex variis Sancti Cypriani epistolis. Et idem Cyprianus novam in lapsos clementiam non præsumpsit attendere, nisi facta relatione ad Romanum vacantis Ecclesie Clerum, varioque ad ipsam Rescripto: *Quod nempè isthic esset ejus Patriarchica autoritas*. Ex eodem principio omnes, etiam Provinciales, Episcopi potuerunt Carthaginem præterire Primatem, & à suarum Provincialium Synodorum Judiciis proximè Romam provocare. De Sanctis Monachis Martiniano ac Saturiano,

Epist. 45.  
L. 3. Cap. 7.  
Concil. 3. Cap. 45.

Lib. 2.

per

per Geizericum Vandalorum Regem in Paganam Africæ Mauritaniam projectis, scribit in primo libro Victor Vitenfis: *Ingentem multitudinem Gentium Barbarorum Christo Domino lucraverunt, ubi antea nulla fama Christiani nominis fuerat divulgata. Mittunt Legatos per itinera deserta Desertorum: Pervenitur tandem ad Romanam civitatem. Rogatus Episcopus, ut Presbyterum & Ministros credenti populo destinaret, explet cum gaudio, quod petebatur*. Utiq; Leo Magnus. Sub Vandalica captivitate tunc gemebat, & quasi vidua erat Carthagenensis Ecclesia: Hinc Presbyter & Ministri non è Christiana Mauritania, aut ex vicina Hispania, sed postulantur ab Apostolica Sede. Propter Patriarchalem auctoritatem. Hinc & in suo Chronico scribit Guillelmus Nangiænsis: *Rogerus Rex Siciliæ Africam invastit, captaque urbe, quæ Carthago dicebatur, Archi-Episcopum Africæ, qui sub servitute Romanæ venerat consecrandus, ad Sedem suam remisit liberum*. Africa tunc gemebat sub Saracenis. Et uti nuper sub Gregorii septimi Pontificatu, ita tunc reperiri non poterant duo intra Africam Catholici Episcopi, qui Carthagenensem Electum consecrarent: Hinc ille consecrandus accessit ad suum Patriarcham. Et in Lateranensi Sancti Martini Pontificis Synodo exstat Synodica epistola, qua Victor, novellus Carthagenensium Antistes, per solemnes Legatos refert se accepisse Pontificis honoris consecrationem & stolum. Et illa postulat sibi per Pontificem confirmari. Nempe suum Patriarcham.

Hæc omnia insigniter illustrat Sanctus Leo nonus in litteris ad Thomam Africanum Episcopum: *Novèis proculdubio, quia post Romanum Pontificem primus Archi-Episcopus, & totius Africæ maximus Metropolitanus est Carthagenensis Episcopus, nec quicumque sit ille Gummitanus Episcopus, aliquam licentiam consecrandi Episcopos, vel deponendi, seu Provinciale Concilium convocandi habet sine consensu Carthagenensis Archi-Episcopi, cujuslibet dignitatis aut potestatis sit, exceptis his, quæ ad propriam Parochiam pertinent; cetera autem, sicut & alii Africani Episcopi, consilio Carthagenensis Archi-Episcopi agit*. Hoc autem nolo vos lateat, non debere præter sententiam Romani Pontificis universale Concilium celebrari, aut Episcopos damnari vel deponi. *Quia estis vobis licet aliquos Episcopos examinare, definitivam tamen sententiam absque consilio Romani Pontificis non licet dare, quod in sanctis Canonibus statutum poteritis invenire*. Hæc posteriora Leo addit ex Ildori Mercatoris Codice, qui tunc vigeat per Latinam Ecclesiam. Pergit in litteris ad Petrum ac Joannem, Africanos item Episcopos: *Sed de Africæ Primatibus aliter intelligendum est, quia in singulis ejus Provinciis antiquitus Primates instituebantur, non secundum potentiam alicujus civitatis, sed secundum tempus suæ ordinationis, quibus tamen omnibus præerat unus, scilicet Carthagenensis Archi-Episcopus, qui etiam non incongruè dici potest Metropolitanus, propter Carthaginem Metropolim totius Africæ*.

Hanc Carthagenensis Ecclesie dignitatem graviter læserunt Donatistæ. Res infra exponetur. Et ista præsumptio non est admiranda in istis Turbinibus. Eandem quippè, immò longè majore

rem, posterioribus sæculis attentavit Orthodoxus Gummitanæ Ecclesie in Byzacio Episcopus, adversus quem scripsit ad Petrum & Joannem, Proconsularis, ut videtur, olim Provincie Episcopus, Sanctus Leo nonus: *Rectè contra Gummitanum Episcopum dignitatem Carthagenensis Ecclesie defendistis. Quia sine dubio post Romanum Pontificem primus Archi-Episcopus, & totius Africæ maximus Metropolitanus est Carthagenensis Episcopus, nec pro aliquo Episcopo in tota Africa potest perdere privilegium, semel susceptum à sancta Romana & Apostolica Sede, sed obtinebit illud usque ad finem sæculi, & donec in ea invocabitur Nomen Domini Nostri JESU CHRISTI, sive deserta jaceat Carthago, sive resurgat gloriosa aliquando*. Hoc ex Concilio Cypriani, hoc ex Synodo Aurelii, hoc ex omnibus Africanis Conciliis, hoc, quod majus est, ex venerabilium Prædecessorum nostrorum, Romanorum Pontificum Decretis aperte monstratur. *Nec quicumque ille sit Gummitanus Episcopus, aliquam licentiam consecrandi Episcopos, vel deponendi, seu Provinciale Concilium convocandi habet sine consensu Carthagenensis Archi-Episcopi, cujuslibet dignitatis aut potestatis sit: Tantummodò procurabit ille Gummitanus Episcopus quæ ad propriam Parochiam pertinent; cetera autem, sicut & alii Africani Episcopi, consilio Carthagenensis Archi-Episcopi ager, qui solus in Africa Pallium ab Apostolica Sede habere solet. Unde & Episcopos consecrandi principale & antiquum jus retinet*. Quid Gummitanus ille Antistes præterderit ac præsumperit, est supra expostitum. Ejus item fundamentum.

Quædam Leonis Pontificis verba sunt elucidanda. Primò hæc: *Et post Romanum Pontificem primus Archi-Episcopus*. Nempe intra Romanum Patriarchatum. Etenim in illo nullus ex avita Patrum Institutione fuit Primas tot Provinciarum. Thessalonicensis Episcopus præfuit toti Illyrico: Verùm non per ordinarium Primatum, sed per vices delegatas Sedis Apostolicæ. Et ista vacaria Præfectura à Sancto Damaso duxit primam originem. Galliarum Primates sunt longè juniores. Omnium senior est per Carolum Magnum. Etiam Cantuariensis ac Toletanus spectant ad media sæcula. Hinc Carthagenensis Episcopus etiam extra Romanum Patriarchatum, ac in generalibus Ecclesie Synodis fuit summè honoratus. Etenim ad sextam Synodum Constantinus, Constantinopolitanæ Ecclesie Prefbyter ac Grammaticus Latinus, solemniter dixit: *Scio temporibus Pauli quondam Patriarchæ venisse Fortunium, qui fuit Episcopus Carthagenensis, & cum Missas acturus esset in sancta magna Dei Ecclesia, questum est, quomodo sedere debuisset, utrumnè ante Metropolitanos, qui hic morabantur, an post eos*. Et requirente eodem Paulo quondam Patriarcha in Bibliotheca Patriarchii librum quinti Concilii, ut cognosceret quomodo sedere debuissent, contigit ut inveniretur & Latinus liber ejusdem Concilii. Et exinde instructus idem Paulus fecit eum ordinabiliter sedere. Porro in quinto Concilio Sextilianus Tunienfis Episcopus, Primosi Carthagenensis Primatis Vicarius ac Legatus, sedit proximè post Patriarchas ac Autocephalos Exarchos, ante omnes Metropolitanos, & Græcos & Latinos. Unicus ipse

sum præcessit Thesalonicensis, propter amplas vices Apostolicas. Tres Græcorum Exarchi, licet per Constantinopolitani Episcopi rapinas amiserint Autocephalam, retinent tamen ejus imaginem, & quasdam reliquias.

Notanda sunt & hæc Sancti Leonis verba: *Privilegium semel susceptum ab Apostolica Sede. Et inter hæc privilegia Leo ponit potestatem consecrandi Episcopos.* Hujus functionis antiquum & principale jus affirmat esse penes solum Carthaginensem. Ex Apostolico privilegio. Et addit omnia hæc constare ex Decretis Romanorum Presulum. Et quidem ista omnia fuisse Afris Romana beneficia, nemo sana sentiens possit inficiari. Ipsum agnovit ac professus est Carthaginensium Primas Reparatus, qui post ejectionem ex Africa Vandalos ad Sanctum Agapetum Pontificem solemniter legavit Cajum & Petrum Episcopos, ac Liberatum suum Archi-Diaconum, novo Pontifici gratulatuos adeptam dignitatem, & supplicatos Primatili Cathedræ antiqua privilegia. Lucet ex Pontificis Rescripto: *Universa, quæ inimicorum perveritas invaserat, Cbaritati tuæ Metropolitanæ jura reparantes hortamur, &c.* Hoc ipsum professi sunt universi Afrorum Antistites, dum à Pelagio secundo ac à Magno Gregorio supplicarunt eandem reparationem, etiam heteroclytam Successionem Provincialium Primatum. Apostolicus Canon sanxit omnes & singulos, non dumtaxat Metropolitanos, sed etiam Provinciales Episcopos consecrari per Patriarcham: Per ejus manus, aut certè ad ejus præviam confirmationem & litteras. Hic Canon, uti in quibusdam aliis Dicecesibus, ita in Africa non viguit ob transmarinam ab alma Urbe ac Patriarchali manu distantiam: Et hoc ex gratioso indulto Romanæ Cathedræ. Cathedra ista permisit omnes Afrorum Episcopos consecrari per manus, aut litteras Primatis Carthaginensis.

Et hoc indultum circumducendum censuit Siricius Pontifex, dum in Africam misit hunc Canonem: *Extra conscientiam Sedis Apostolicæ, hoc est, Primatis, nemo audeat ordinare.* Nempe Episcopos. Canon affirmat verum Africæ Primatem, seu Patriarcham sedere in Apostolica Sede, ideoque sine ipsius prævia confirmatione nullum isthæc posse consecrari Episcopum. Et mandat deinceps sic observari. Et istam novam regulam Thelensis Synodis tentavit per Byzacium mittere in executionem. Verùm Reverendus Pater Paschasius Quænellus nervosè contendit Siricii litteras, & Thelensem Synodum esse spuria, ac supposita signata. At sine competente fundamento. Etenim Fulgentius Ferrandus, Carthaginensis Ecclesiæ Archi-Diaconus, ac vir eximie eruditus: Est enim omnino ille idem, qui scripsit vitam Sancti Fulgentii, & ad cujus litteras idem Fulgentius rescripsit librum de Baptismo Æthiops. Hic, inquam, eruditus Ferrandus in sua breviativa Canonum collectione frequenter laudat & præfatas litteras, & præfatam Synodum, uti legitimam atque authenticam. Eadem laudat ille Canonum Codex, quem Reverendus Pater Paschasius Quænellus vulgavit, & affirmat esse antiquum Romanæ Ecclesiæ, quo

illa fuit usa, antequam alium meliorem edidisset Dionysius Exiguus. Attamen Synodum istam aliqui non Thelensem appellant, sed Theleptensem. Laudatus Ferrandus constanter appellat Zellensem. Et hæc appellatio videtur comprobanda. Etenim tantum testimonium quis improbet? Adductum Canonem præfatus Romanæ Ecclesiæ Codex legit in hunc modum: *Ut extra conscientiam Sedis Apostolicæ Primates nemo audeat ordinare.* Quæ lectio suis etiam non vacat scrupulis.

Etenim Reverendus Pater Paschasius Quænellus advertit vocem, Ordinare, esse æquivocam, & ab ipsa quandoque consecrationem, quandoque administrationem, aut quamvis dispositionem importari, atque prosequitur: *Verum ut communiori vocum usui & Grammaticæ legibus magis accommodatur ista lectio: ita Regionum istarum disciplina ac moribus profusus adversatur. Si enim Primatum nomine Carthaginensem Episcopum intelligat, non pluralis, sed singularis numerus apponi debuerat: Cum unicus esset hujusmodi Primas in Africa. Sed & quam hoc ab Africani Juribus & consuetudine alienum, ut ad Episcopum Romanum de ordinando Carthaginensi Episcopo consultatio vel relatio mitteretur. Quod si per Primatos Metropolitanum uniuscujusque Provinciae Episcopum, seu primæ Sedis Antistitem designat, jam verò inexpressibile est ac ridiculum istud Decretum, quod Primates extra conscientiam Sedis Apostolicæ ordinari vetat. Cum Primates in Africa, excepto Carthaginensi, nunquam ordinarentur.*

Respondeo tamen istam lectionem non esse paradoxam. Per Primates intelligi possunt tam Carthaginensis, quam primæ Sedis Episcopi per alias Provincias. Etenim inter Carthaginensis Ecclesiæ Primatilia Jura fuit & illud, quod ad Carthaginensem Aurelii Synodum, à qua proprium Primatem acceperunt, dixerunt Cæcilianus, & Honoratus, Legati Sitifensis Mauritanie: *Prostitemur in conscientiam Ecclesiæ Carthaginensis perferre, quandocumque voluerimus habere primæ Sedis Episcopum. Ita ut cum primæ Sedis Episcopus de corpore recesserit, qui in ejus locum succedit, ad Ecclesiam Carthaginensium mittat, & eam instruat, ut fiat primæ Sedis Episcopus.* Et omnis Synodus acclamavit: *Placet, placet.* Et adjungit: *Quandocumque habere voluerit quæcumque Provincia primæ Sedis Episcopum, instruat primitiis Carthaginensem Ecclesiam, & sic quod desiderat faciat.* Quod jus utcumque lapsus restauravit in sua Carthaginensi Synodo Bonifacius Primas. Et hujus Synodi, usque huc latentis, insignem ac utilem notitiam debemus Illustrissimo Domino Lucæ Holstenio, qui eam produxit ex Vaticana Bibliotheca. Proinde apud Afros nullus poterat fieri Primas sine prævio examine & confirmatione Archi-Episcopi Carthaginensis. Hic discutere debebat, utrum accipiendæ dignitati nullus obstitet obex. Et hinc lucet Magnum Gregorium, dum alicui notæ obnoxios Episcopos exclusit ab ista successione, nihil sanxisse contra Gentis mores aut Canones. Possit igitur fieri, ut Siricius Pontifex censuerit illud jus spectare ad suam Sedem, Nec sine fundamento. Etenim Primates isti, licet

et non quoad civitatem & locum, quoad potestatem ac dignitatem erant veri ac pleni Metropolitanæ: Et verò omnium Occidentalium Metropolitanarum confirmatio, consecratio, ac inthronizatio singulari semper, per sextum Nicænum Canonem stabilita, jure spectavit ad Apostolicam Sedem, Patriarchalem totius Septemtrionis ac Occidentis. Siricius voluit nec Carthaginensem deinceps consecrari, nec aliarum Provinciarum Primates inthronizari sine suo prævio examine & assensu. Et hinc usus est communi ad consecrationem & inthronizationem significandam voce, *Ordinare.*

Est res non improbabilis. Attamen aliud fortissimè suadet quartum Ferrandi Diaconi compendium: *Ut Episcopus à tribus ordinetur, consentientibus aliis per Scripta, cum confirmatione Metropolitanæ, vel Primatis.* Ferrandus affirmat compendium esse desumptum ex quarto & sexto Nicæno, ex decimo nono Antiochæno, ex duodecimo Laodicensi, ex bino Carthaginensi, ex Zellenfi Canone, ac ex epistola Papæ Siricii. Per Metropolitanum omnino videtur Carthaginensem Archi-Episcopum, per Primatem intelligere Præfectum unius Provinciae. Etenim unicus per omnem Africam Metropolitanus fuit iste Archi-Episcopus. Ferrandus videtur docere Africanos Episcopos consecrari non posse, nisi per interventum utriusque Præfecti. Particula disjunctiva, Vel, videtur sumi pro copulativa, Et. Nec enim id novum est, etiam apud Canones. At verò nulla est hic mentio Sedis Apostolicæ, aut Romani Pontificis. Quærenda est ratio. Quærendum est, quomodo Ferrandus affirmet istud suum compendium esse desumptum ex Siricii epistola, quæ palam exigit Romanum consensum.

Volo meam, non sententiam, sed conjecturam liberè, attamen doceri paratus, edicere. Siricii Synodus videtur non fuisse collecta, ac ejus epistola non fuisse concepta pro sola Africana Ecclesia. Et Synodus & epistola videntur sanxisse pro omni latina Christianitate. Videntur esse istud Constitutum, de quo liber Pontificalis: *Siricius fecit Constitutum de omni Ecclesia, & contra omnes hæreses, & dispersit per universum Mundum, & per omnes Provincias, ut in omni Ecclesia Archivo custodiretur, ob oppugnationem contra omnes hæreses.* Etenim Synodalis epistola disertè dicit Synodum fuisse adunatam propter emergentes plurimas causas, quæ in aliquantis non erant causæ, sed crimina. *Existerunt enim nonnulli, qui Statuta Majorum non tenentes, castitatem Ecclesiæ sua præsumptione violarunt, voluntatem Populi sequentes, & Dei Judicium non timentes.* Etiam in hæreses egit ista Synodus: Præsertim in Novatianensem, ac Montensem, seu Donatisticam, maxime tunc grassantes in Occidentali Ecclesia.

Hujus igitur Synodi Constituta Siricii, uti in omnes alias sui Patriarchatus Provincias, ita transmisit etiam in Africam. Et uti Donatianus Teleptensis Episcopus Byzacii Primas, ita & aliarum Provinciarum Præfecti pro eorum executione adunarunt Synodos, aut Provinciales, aut Africanas. Hæc Thelensis, Teleptensis, aut Zellenfis fuit palam Africana, & primus Siricii

*Christ. Lupi Opera T. VII.*

Canon movit ipsi grandem scrupulum. Nec sine rationibus. Etenim Africanam Ecclesiam adstringebat ad novum onus: Ad omnium suorum Episcoporum præviam confirmationem postulandam, non dumtaxat à Provinciae ac Dicecesos Primate, sed etiam à Romano Pontifice. Hinc adversus illud Synodus intercessit, allegans suos mores, suam perpetuam consuetudinem. Et tunc existimo Siricium rescripsisse secundam epistolam, prioris interpretativam ac moderativam, de qua Vincentius & Fortunatianus, Proconsularis Provinciae Legati, dixerunt ad hanc Zellensem Synodum: *Ettam cum Tusdrum fuissenus, sicut mecum recolat memorialis auditio vestra, & epistolam sanctæ memoriæ Siricii Sedis Apostolicæ Episcopi dedissemus, unaque earum recitata esset à Sanctimoniali Fravris nostri Episcopi Latonii, utraque nos afferre suggestio indicavit. Has igitur recitari donato. Episcopi dixerunt: Recitentur epistola venerabilis memoriæ Siricii. Ut noverimus, quid earum textus contineat.*

Affirmant, ac nos docent varia. Primò, quod Siricius duas epistolas de hac eadem re miserit ad Africanam Ecclesiam. Nempe secundam ad interpretandos scrupulos natos circa primam. Secundò, quod ad exequendas has litteras factæ sint plures per Africam Synodi: Etiam post mortem Siricii. Nam proximè ante hanc Zellensem facta fuit Tusdrana: Et utriusque adfuerunt plures eidem Episcopi. Tertiò, quod ad Tusdritanam Synodum Latonius Episcopus, ut istius Provinciae Primas recitari curavit unicam dumtaxat epistolam. Quartò, quod adfidentes Episcopi non contenti postularint etiam recitari secundam: Et quod fuerit recitata. Nempe Latonius recitari curarat solam posteriorem, prioris interpretem ac moderatricem: At verò hæc sine illa plenè percipi non poterat. Hinc & ista recitari debuit. Erat præfata epistola. Posterior videtur hunc primum articulum temperasse, ac reduxisse ad communes Occidentalis Ecclesiæ mores, ad avitam Africanæ Gentis consuetudinem. Et hinc adductum suum compendium, quod ad consecrandos Episcopos solius Metropolitanæ ac Primatis consensum requirit, Ferrandus Diaconus fundari asseverat, non dumtaxat in quarto ac sexto Nicæno Canone, sed etiam in Zellenfi Synodo, ac in epistola Siricii Pontificis. Non in prima, sed in secunda. Hæc perit aut latet. Hinc compellimur ad conjecturas. Eam videtur vidisse Sanctus Leo nonus. Etenim scribit amplissimam illam, quam ad omnes consecrandos Episcopos habet Primas Carthaginensis, autoritatem esse privilegium ac beneficium Romanæ Ecclesiæ. Quod nempe dedit ista secunda epistola. Mihi videor hæc non sine fundamento conjicere. Dum epistola apparuerit, docebitur firmiora.

Etiam Provinciarum Primates non caruerunt suis dignitatibus: Præsertim Numida & Cæsariensis. Etenim dum Victorinus & Xantippus litigarent de Primatu Numidiæ, ad deinceps evitandos istiusmodi scopulos emanavit hic Canon: *Hic ordo, quod junior Episcopus nunquam, præsertim in Synodo, sedere possit ante seniore, & à Patribus & à Majoribus servatus est, & à nobis,*

nobis, Deo propitio, servabitur, salvo etiam jure Primatis Numidiae & Mauritaniae. Hisce duobus semper fuit primus locus post Primatem Carthaginensem. Et hi Primates fuerunt istius dignitatis adeo tenaces, ut in Carthaginensi, post duodecimum Honorii & octavum Theodosii Consulatum celebrata, Synodo Valentinus Numidiae Primas fedit ante Faustinum, Potentinae Ecclesiae Episcopum, Legatum Romanae Ecclesiae, Eadem in Synodo Legati Byzacena Provinciae, itemque Novatus Sitifensis Episcopus, ac ejusdem Provinciae Legatus, sedent & subscribunt ante Legatos Caesarænsis Mauritaniae. Legati omnes sedent inter se permixtim: Omnes ejusdem Provinciae Legati sibi mutuo non assident, Nempe Primatum privilegium non exibat personas: Nequidem communicabatur Provinciae Vicariis ac Legatis. An in Primatum Legatos tranferit, non possum affirmare. Existimo Primates omnes post Carthaginensem sedisse ante Provinciales Episcopos. Etenim in quinta Synodo Pompejanus, Victorianensis in Byzacio Episcopus, & haud dubie Primas, fedit ac subscripsit inter Metropolitanos. Quod nempe etiam in sua Dioecesi Synodo obtineret istum locum. Sextilianus Tunienensis Episcopus, Primus Carthaginensis Vicarius ac Legatus, ibidem obtinuit sui Principalis locum, ideoque ista regula videtur obtinuisse in domestica etiam Synodo.

In Romana Sancti Martini Pontificis Synodo extat Synodalis epistola ab Africana trium Provinciarum Synodo ad Theodorum Pontificem, & habet hanc epigraphen: *Columbus prima Sedis Episcopus Concilii Numidiae, & Stephanus prima Sedis Episcopus Concilii Byzaceni, & Reparatus Episcopus prima Sedis Concilii Mauritaniae.* Byzaceni Primas subscribit ante Primatem Mauritaniae, ideoque praefatum privilegium videtur cepit. Respondeo cepit. Nam & ad Bonifacium Primatem, suae Carthaginensi Synodo praesidentem, dixit Felix Zactarenis Episcopus, Legatus Numidiae: *Extremus ego precor tuae patientiae bonitatem, ut legum institutio Paternarum, quam noviter constat esse sancitam, inculcetur mentibus singulorum, ut & Doctor servet quod antea didicit, & minus instructus discat scire quod nescit.* Agit de antiqua lege ac forma Synodalis praecedentiae. Hinc subdit: *Tua Beatitudinis innocuam expecto cbaritatem, ut Africanarum Provinciarum Concilia qualiter sint paternis institutionibus ordinata, his Gestis apertius demonstratur, & propatulo, quis post te sit alteris primus, non differas sanctis interlocutionibus publicare.* Rogat quis in Africanis Synodis debeat post Carthaginensem Primatem, qui illic insulatus Sacerdos praesidet, & primus palmatus irradiat, habere proximum locum, ac esse primus ante omnes alios. Et post relectos varios Aurelianarum Synodorum Canones Bonifacius respondit: *Ex paternis definitionibus evidenti veritate collegimus Proconsularem Provinciam Numidiae, Numidiam vero Byzacena, vel caeteris antelatum.* Quisquis ergo perturbare statutum ordinem quodcumque tentarit, honoris sui putabitur pati iacturam.

Ex his discimus varia. Primo, quod sub

Vandalica captivitate Africana Hierarchia fuerit alterata in variis articulis, ac fauciata. Secundo, quod horum articulorum unus fuerit antiquum praecedentiae jus, quod in generalibus istis Synodis habebant Primas Numidiae, ac Primas Caesarænsis Mauritaniae. Tercio, quod sola Numidia reclamavit suum jus, postulans restaurari. De Mauritania nemo loquitur: Et tamen aderat, haud dubie Legatus, Secundinus Minensis Episcopus. Vigili Tapfensis Episcopi catalogus appellat Minensem. Nempe Barbari ipsam horrendè devastarant, ac adeo redegerant in nihilum, ut erubesceret aspirare ad vetusta sui olim splendoris Insignia, Et haec omnino est una ratio, ob quas Imperator Justinianus utramque Mauritaniam contraxerit in unam Provinciam. Hinc item Primas Bonifacius respondit, quod post Carthaginensem Numida, post hunc proximus sedere deberet, non Caesarænsis Maurus, sed Byzacenus. Nempe sublimis illa Mauritania jacebat in terra. Et ista ejus humilitas permansit etiam post Justiniani tempora. Haec igitur est ratio, ob quam in laudata contra Monothelitas Synodo post Numidam Byzacenus sedit ante Maurum. Ex his item forcissimè suademur, quod ante everfam à Barbaris Africam, non solus Numida ac Maurus, sed etiam Byzacenus, & omnes reliqui Primates locum habuerint ante Provinciales Episcopos. Hinc etiam ita praefati tres sederunt in laudata Synodo. Numida & Maurus juxta dignitatem suae Provinciae, alii forsitan sederunt juxta aetatem suae consecrationis. Quidquid sit, videntur ipsi semper eundem honorem obtinuisse in generalibus totius Africae Synodis. Hinc generali Synodo, habitae sub Consulatu Attici & Caesarii, statim post Carthaginensem Aurelium subscripsit Muzonius Primas Byzacii. Et quarta Carthaginensi Synodo post eundem Aurelium primus subscripsit Donatianus Talabrienensis, Primas ejusdem Provinciae. Et Milevitanae Synodo similiter subscripsit ejusdem Byzacii Primas, Donatianus Teleprensis. Quarto ex praefatis discimus, quod Africani Antistites in suis Synodis federent insulati ac palmati. Hoc est cum Mitra Episcopali, & veste palmata. Qualis verò, & quam gloriosa fuerit haec vestis, videri possit apud Scriptores de re vestiaria Romanorum.

De Carthaginensi Ecclesia scribit in animae Gemma Honorius Augusto-Dunenensis: *Cum Christi- L. I. c. 137  
stiani, relicta lege Dei, paganos spurcitate operibus imitarentur, Judicio Dei traditi sunt in manibus eorum, qui delictis Christianis possederunt loca eorum. Unde Antiochenus Patriarchatus est ad Hierosolimam translatus. Porro Alexandrinum ad Aquilejam est postus: Quia huic civitati primum Marcus Evangelista praesedit, qui Alexandria praesuit. Quamquam quidam contendunt, quod Carthaginensis Episcopus hac translatione polleat.* Istud ipsum scribit in primo de Sacramentis libro Hugo Victorinus, omitte tamen Alexandrini Patriarchatus translationem in Sedem Carthaginensem. Et rectè. Est enim figmentum. Etiam Antiocheni Patriarchatus translatio. Etenim Hierosolymae Patriarchatus, non per translationem emerit, sed per dis-

membrationem, fuitque firmatus per Synodum Chalcedonensem. Paschalis secundus, dum Flandri ac Franci obtinebant terram sanctam, ipsum praeposuit Antiocheno. Carthaginensem Primatem honoravit etiam titulus Papa. Erat olim communis omnibus Episcopis: Etiam Africanis. Attamen hi ipsum nulli detulerunt, nisi suo Primati Carthaginensi. Lucet ex Africanis Synodis, ac variis Afrorum Antistitum atque Doctorum litteris. Solus iste Primas erat illis Pater Patrum, ac Episcopus Episcoporum.

#### CAPUT IV.

*Exponitur varia, per Donatistas patrata, in Carthaginensis Ecclesiae dignitatem injuria.*

Donatistarum schisma est inchoatum à Numidiae Episcopis: A Donato in Casis-nigris, Secundo Tigistano, tunc Primate istius Provinciae, ac ejus Synodalibus Collegis. Ortum est propter Cecilianum Carthaginensis Archidiaconi promotionem ad istius Ecclesiae Episcopatum. Adversus ejus electionem & consecrationem sunt venati omnes ansas. Inter alia dixerunt hanc vitiosam ex defectu legitimi Consecratoris. Facta fuerat à Felice Aptungensi, aliisque Episcopis Proconsularis Provinciae. Posteriores Donatistae clamantur debuisse à Secundo fieri: Principem à Principe, Primatem debuissent consecrari à Primate. Et quidem à Primate Numidiae. Hic enim post Carthaginensem erat primus inter Primates reliquarum Provinciarum. Hac via tentarunt non dumtaxat Cecilianum ordinationem infirmare, sed insuper suam Numidiam, suae pertinaciae originem ac primariam Sedem, exaltare. Hac de re scribit in Carthaginensis collationis Breviculo Sanctus Augustinus: *Donatista longa prosecutione agebant in collatione, quod non expectaverit Cecilianus ut Princeps à Principe ordinaretur, cum aliud habeat Catholicae Ecclesiae consuetudo, ut non Numidiae, sed propinquiores Episcopi Episcopum Ecclesiae Carthaginis ordinent, sicut nec Romanae Ecclesiae ordinat aliquis Metropolitanus, sed de proximo Ostiensis Episcopus. Hoc autem dicentes de sua consuetudine, quam nescio quando instituerunt, Ecclesiae praedjudicare conabantur: Quae consuetudo si antiqua esset, hoc ipsum objecissent Ceciliano, quando eum absentem damnaverunt.* Omnis Patriarcha, omnisque Autocephalus Primas ex Apostolico Canone consecratur à propriis Suffraganeis. Etiam plerique Metropolitanis, qui ob distantiam, aut aliam causam non obligantur ad Patriarchae manus accedere. Habent ex indulto sui Patriarchae. Et inter istos Metropolitanos semper fuit Carthaginensis. Quare tertia Aurelianensis Synodus, quae Metropolitanos jussit à Metropolitanis consecrari, palam deviauit, nec fuit recepta in mores.

Istius apud Donatistas novitatis memoriam habemus in variis locis Sancti Augustini. In Libro de unitate Ecclesiae scribit primam inter Catho-

*Christ. Lupi Opera T. VIII.*

cos, & Carthaginensis Ecclesiae Schismaticos litteram fuisse *crimen male ordinationis*. Et in Psalmo contra Donati partem: *Erant quidam Traditores librorum de sancta lege, Episcopi de Numidia, & non quilibet de plebe. Cum Carthaginem venissent Episcopum ordinare, invenerunt Cecilianum jam ordinatum in sua Sede: Irati sunt, quia ipsi non poterunt ordinare.* Et in primo contra Parmenianum libro affirmat primos schismaticos auctores fuisse opulentissimam Lucillam, quosdam Carthaginensis Ecclesiae criminosos Clericos, nec non quosdam ab ista Factione ad Cecilianum perniciem evocatos Numidiae Episcopos, *ut illo deponerent alter eis Episcopus ordinaretur.* Istorum Episcoporum Princeps erat Donatus à Casis-nigris. Hic evocavit Secundum Tigistanum, Primatem tunc Numidiae, ac ejus septuaginta Collegas. Hi damnarunt Cecilianum, ac ipsi superordinarunt Majorinum. Rem elucidat in primo suo libro Sanctus Optatus Milevitanus: *Borru & Celestus, Carthaginensis Ecclesiae Clerici, post defunctum Mensurium ac extinctam gentiliū persecutionem, ut dicitur, apud Carthaginem ordinari cupientes, operam dederunt, ut absentibus Numidis, soli vicini Episcopi peterent, qui ordinationem apud Carthaginem celebrarent. Tunc suffragio totius populi Cecilianus eligitur. Et manus imponente Felice Aptungitano Episcopo ordinatur.* Hinc irata factio advocavit Secundum Primatem, & hic ordinavit Majorinum. Proinde ad Carthaginensis Archiepiscopi electionem & consecrationem solebant, non soli vicini, nec soli Proconsulares invitari Episcopi, sed etiam Numidarum aliqui, forsitan & aliqui aliarum Provinciarum. Patriarcharum ac Primatum consecratio sic solet honorari. Et Secundus Primas cum istis suae Provinciae Collegis, quibuscum ordinaverat novum Cirthesibus Episcopum, licet non advocatus, videtur ad istum finem accessisse Carthaginem, & fuisse praeventus, ideoque & indignatus. Et istud sciens praeventiois auctrix factio advocavit turbulentum hominem, atque ita simul schisma conflaverunt. Ista invitatio videtur fuisse solius honoris, non juris aut necessitatis. Hinc ipsius praetermissionem nec ipse Secundus Cecilianum objecit. Nihilominus praesumpsit superordinare. Attamen audacia non transiit in Successores. Etenim Maximianum Carthaginensem ordinarunt soli Proconsulares Episcopi. Et videtur factum ex vigente tunc apud Donatistas consuetudine. Existimo etiam Donatum Magnum, Parmenianum, ac Primianum fuisse isto modo consecratos. Bagajensis, cui praesedit Gamalius Numidiae Primas, & quae reparavit Primianum, Synodus videtur novitatem ad familia deinceps schismata avertenda induxisse. Gamalius videtur sui Antecessoris Secundi audaciam evexisse in legem. Hinc Sanctus Augustinus scripsit istam consuetudinem non esse antiquam, & ignotam sibi esse ejus originem.

Altera Donatistarum in Carthaginensem Ecclesiam injuria est ab eadem Bagajensi Synodo, eodemque Gamalio. Etenim hic Synodo praesedit, excluso Carthaginensium Primate Primiano. Episcopi sederunt hoc ordine: *Gamalius, Primianus, Pontius, Secundianus, Januarius,*

Cap. 10.

*Saturinus*, &c. Lucet ex quarto Sancti Augustini libro contra Cresconium. De ista Synodo idem Augustinus scribit in secunda enarratione super Psalmum trigessimum sextum: *Tu per duas Maximianistarum Synodos damnate Primiane, tibi servasti Numidiam, Cecilianus Orbem terrarum. Sic servavit causam suam Orbi terrarum, quomodo tu servasti Concilio Numidianum. Si innocentem te reddidit Sedes Bagaitana, quando potius illum Sedes Apostolica? Magna differentia. Iudices Numidas, apud quos te purgares, tu ipse adisti, apud eos autem Donatus à Ceciliano videtur esse, quos pars Donati iudices postulaverat. Discimus hinc varia. Primo, quod Gamalius fuerit Bagajensis Episcopus, & Primas Numidiæ. Hinc Augustinus dicit Primianum fuisse reparatum, non dumtaxat à Bagajensi Synodo, sed etiam à Cathedra: Ad istum modum, quo Cecilianus fuit reparatus à Sede Apostolica. Quia nempe fuit reparatus per Bagajensem Episcopum. Secundo discimus, quod Gamalius Synodo præfuderit, habuerit Relationem & suffragii Prærogativam, atque fuerit auctor Synodalis iudicii. Etenim Episcopus, cuius Sedes Reum reparat, non potest Synodo non præfideret. Et propter hanc Gamalii auctoritatem Synodus convenit in civitatem Bagajensem. Tertio discimus quod damnatus Primianus provocaverit ad Numidiæ Episcopos, ipsos adiverit, & sibi constituerit Iudices. Etenim Primiani damnatrix Synodus constitit ex solis Episcopis Proconsularibus, Byzacenis, ac Tripolitanis.*

Cap. 3.

Ira Sanctus Augustinus scribit in libro de unitate Ecclesiæ. Hinc ille adivit Numidas, quibus tunc adjuncti & subditi erant etiam Mauri Stitenses. Ipsos sibi elegit in Iudices, eis subiciens suam causam & personam. Hinc Primas Gamalius utramque Provinciam, nec non & Cæsariensem, à Maximianistis non seductam, Mauritaniam evocavit, atque ita coegit Synodum trecentorum & decem Episcoporum. Et ipsi præfedit. Primianus ipsi adfedit. An statim à Synodi exordio, non possum certus affirmare. Affirmandum suadet antiquus Ecclesiæ Canon, qui damnatorum Episcoporum legitimis appellationibus adscribit suspensivum damnationis effectum, adeoque & istis Synodalem confesum usque ad inchoatam causæ retractationem. Et certe Primianus fuerat damnatus à suis subditis, ideoque videbatur potius convictum sustinuisse, quam iudicium. Quidquid sit, Gamalio cessit Primatiam præsidendi locum. Hac submissione sibi conciliavit viri patrociniū. Et istam cessionem, suæ dumtaxat personæ indulgentiam ex rationibus, Gamalius edito Canone extendit ad suos Successores, fecitque perpetuam in Donati schismate. Canon perit: Nulla ejus superest memoria. Ipsum tamen non sine fundamentis assero. Etenim Notariæ, quam in Carthaginensi collatione exhibuerunt, Donatistarum Episcopi subscripserunt hoc ordine: *Januarianus, Primianus, & ceteri successores Christianitatis Episcopi*. Similiter subscripserunt suo ibidem Mandato: *Januarianus Episcopus Casensis-nigrensium, Primianus Episcopus Carthaginensis, &c.* Hic Januarianus videtur esse ille Januarius, qui quinto loco sedit in Bagajensi

L. I. C. 14.

Cap. 148. &amp; 149.

Synodo. Etiam Sanctus Augustinus ipsum appellat Januarium, affirmatque fuisse Primatem Numidiæ. Collatio quandoque Januarianum, aliquando appellat Januarianum. Cur ille in Collatione sedit ac subscripsit ante Primianum? Quod fundamentum hujus novæ & extravagantis præcedentiæ? Nullum, nisi prævium Gamalii exemplum, ac ex ipso natus Canon Bagajensis.

Quæstio est, Quid Canon iste sanxerit? Quid Numidiæ Primatibus dederit? An totius Diocesis Primatum, an simplicem dumtaxat præcedentiam? Respondeo hæc non constare, sed esse ignota. Numidiæ & Cæsariensis Mauritanie Primates ex antiquo Privilegio habuerunt in generali Diocesis Synodo proximum locum à Carthaginensi: Gamalius videtur hoc ampliavisse, & sanxisse, ut Numidiæ Primas deinceps esset par etiam Carthaginensi, ideoque ipsorum senior præcederet in generali Synodo, ac præfideret. Hinc in collatione Primianum præcessit Januarianus. Etenim apud Cavernas Sufis celebrata Synodus dixit de Primiano: *Recentis ordinatus est.* Hæc Synodus coit quarti sæculi anno nonagesimo quarto, adeoque eodem, aut certe non nisi proximè priori anno ordinatus fuit Primianus. Eodem anno acta fuit Bagajensis Synodus, atque ita Januarianus, quoniam quinto loco sedit, erat senex Episcopus. Erat omnium Numidarum tertius. Etenim inter ejus antecessores erant Primianus, ac Primas Cæsariensis. Hinc igitur in collatione debebat ex isto Canone Primianum antecedere. An eadem forma in Januariani ac Primiani Successores transiverit, ignoramus. Etenim Primianus fuit ultimus Donatistarum Carthaginensis Episcopus: Sceleratam hanc successionem partim Augustæ Romanorum leges, partim Vandalica captivitas penitus exciderunt.

Plura videntur his ob stare. Etenim collationis tempore non Januarianus in Casis-Nigris, sed Adeodatus Milevitanus Donatistarum Episcopus fuit Numidiæ Primas, ideoque ille propter hunc Primatum nequit seditisse ac subscripsisse ante Primianum. Antecedens lucet ex ipsa collatione. Etenim Severiano, Orthodoxo Ceramuffensium Episcopo, asserenti sibi non esse adversarium Episcopum Donatistam, Habet-Deum Primiani Carthaginensis Episcopi Diaconus reposuit: *Habemus*

Libro 1. *Senem Adeodatum.* Et ipse Adeodatus exposuit: *In plebe mea Milevitana est Ceramuffa.* Nempè Orthodoxi Milevitanum Episcopatum diviserant in tres: Milevitanum, Tuncensem, & Ceramuffæ. Ita Severianus habebat, & non habebat adversarium. Porrò *Senex* & apud Catholicos, & apud Donatistas erat titulus Primatis. Eadem in collatione Victor Tabboensis Donatistarum Episcopus dixit: *Beatissimus Pater ac Princeps noster Primianus.* Est palam titulus supremi Primatis, adeoque Numidiæ Primatem Donatistæ non æquarunt, longè minùs prætulerunt Archi-Episcopo Carthaginensi. Præterea Primianus in collatione habuit duos Diaconos, sibi & collationi servientes: Habet-Deum ac Valentinianum. Januarius nullum habuit. Ergò Primatus videtur fuisse penes Primianum. Et contrario inter Africanos Episcopos, qui adfuerunt & subscripserunt

Cap. 34.

Cap. 65.

Cap. 201.

Sar-

Sardicensi Concilio, Nessus subscripsit primo loco, ante Gratum Primatem Carthaginensem. Nessus videtur fuisse Primas Numidiæ. Quare hæc præcedentia & æqualitas est antiquissima apud ipsos etiam Catholicos, non inducta per Donatistas.

Epist. 68.

Cap. 207.

Ad primum respondeo Januarianum omnino fuisse Primatem Numidiæ. Etenim Sanctus Augustinus, & omnis Hipponensium Clerus ipsum disertè inscribit *Episcopum primæ Sedis*. Et in Carthaginensi collatione semper & ubique stat, sedet, subscribit ante Primianum. Etiam dato disputaturis Episcopis Mandato. Hinc certum est Adeodatum non fuisse Primatem Numidiæ. Lucet ex præfato Mandato. Etenim ille fuit unus ex septem Donatistarum Disputatoribus, ac semper ultimo loco ponitur post Primianum Carthaginensem, Petilianum Constantinensem, Emeritum Cæsariensem, Proasium Tubunensem, Montanum Zumensem, ac Gaudentium Thamugadensem. At verò Thamugadensis, Constantinensis, ac Tubunensis Episcopi erant Numidiæ, ideoque Milevitanus Adeodatus debet ipsis fuisse consecratione Junior, atque ita nequaquam ipsorum Primas. Nec obest titulus, *Senex*. Etenim Salvianus Donatistarum Episcopus eundem in collatione dedit Victoriano Episcopo Abisfensi, quem certum est non fuisse Primatem. Etiam Quod-vult-Deus, Carthaginensis Ecclesiæ Diaconus, Sanctum Augustinum, quem omnes scimus nunquam fuisse Primatem, inscribit *Sanctum Senem*. Proinde *Senex* apud Afros non solum dignitatem significabat, sed etiam ætatem, præsertim gravem multis virtutibus & meritis. Hoc modo Adeodatus à suis dictus est *Senex*. Ad secundum respondeo Ecclesiam Tabboensem fuisse in Proconsulari Provincia, ideoque Victoriam Episcopum ita honorasse suum Primatem. Et possit Numidarum audaciam ac novitatem improbare ac notare. Porrò Carthaginensis Primas per Bagajensem Canonem non fuit exutus omni dignitate: Hinc solus Primianus habuit collationi ministrantes Diaconos. Cur Nessus Sardicensi Synodo subscribat ante Gratum, fateor me ignorare. Existimo esse mendum. Existimo Nessum fuisse ultimum Gallorum Episcoporum, ac Librariorum incuria irrepisse in primum locum inter Afros. Nec mireris hoc in Actis Synodalibus. Nam etiam in sacræ Apocalypsis libro prima verba decimi tertii capituli migrarunt in finem capituli duodecimi. Franciscus Balduinus ob adducta testimonia censuit Januarianum fuisse Primatem Carthaginensem, Successorem Primiani. At lucidum est ipsum graviter labi: Porrò Petiliani Constantinensis Episcopi præcedentia ante Emeritum Cæsariensem quibusdam suadet etiam istius Provinciæ privilegium fuisse spretum à Donatistis. Verum sine fundamento. Etenim Emeritus non fuit Primas.

Tertia & omnium sceleratissima Donatistarum novitas atque audacia fuit in Romanam Ecclesiam. Etenim in Carthaginensi collatione Felicem, suum Romanum Episcopum, detruserunt in tertium locum, post Januarianum ac Primianum. Istud nomen conturbavit Catholicos Episcopos. Lupi Opera T. VIII.

scopos, ideoque Aurelius Carthaginensem Primas intercessit: *Quia Felix Urbis Romæ Episcopus se dicit, quare præjudicatur absenti?* Utiq; Innocentio, vero Romanorum Episcopo, de quo Aurelius pergit: *Abundat nos Innocentium dixisse Urbis Romæ esse Episcopum.* Oportet novisse originem hujus imaginarii apud Romanos Episcopi. De ipso Romana Sancti Damasi adversum Antipapæ Ursicini violentias Synodus scripsit ad Imperatorem Gratianum: *Per Africam rursus sacrilegos Rebaptizatores nutu Dei præcepit expelli. Sed ab expulsi Claudianus est ordinatus, & ad perturbandam Urbem Romam quasi Episcopus destinatus. Qui contra Scripturæ Præcepta Divinæ, contra Jura Evangelica, vacuos omnes Misteriorum, atque ut ejus verbum exprimamus, Paganos fuisse, vel præteriti temporis dicit Episcopos vel præsentis. Quem quidem Tranquillitas vestra iussu Roma pulsam Patriam repetere propriam, sed contemptis iudiciis, & quidem sæpè confictis, residet tamen, sollicitans pretio frequenter pauperiores, & redemptos baptizare non veretur.* Exstat epistola apud Jacobum Sirmondum post appendicem Codicis Theodosiani.

L. I. C. 154.

Epist. 3.

Circa hanc rem plura scribit in secundo contra Parmenianum libro Sanctus Optatus Milevitanus: *Sed & habere vos in Urbe Roma partem aliquam dicitis. Ramus est vestri erroris, protensus de mendacio, non de radice veritatis. Denique Macrobio dicitur, ubi illic sedeat, nunquid potest dicere, in Cathedra Petri? Quam nescio, si vel oculis novit, & ad cuius memoriam non accedit, quasi Schismaticus contra Apostolum faciens, qui ait: Memoriam Sanctorum communicantes. Ecce præsentis sunt ibi duorum memoriam Apostolorum: Dicitis si ad has ingredi potuit, ita ut obulerit illic, ubi Sanctorum memoriam esse constat. Ergo restat, ut fateatur socius vester Macrobius se ibi sedere, ubi aliquando sedet Encolpius. Si & ipse Encolpius posset interrogari, diceret se ibi sedere, ubi ante sedit Bonifacius Ballitanus. Deinde si & ipse interrogari potuisset, diceret, Ubi sedit Victor Garbiensis, à vestris jam dudum de Africa ad paucos Erraticos missus. Quid est hoc, quod pars vestra in Urbe Roma Civem Episcopum habere non potuit? Quid est, quod toti Africæ peregrini in illa civitate sibi successisse noscuntur? Non apparet dolus? Non factio, quæ mater est Schismatis? Interea Victor Garbiensis, ut hinc prior mitteretur, non dico ut lapis in fontem, quia nec valuit puritatem Catholicæ multitudinis perturbare, sed quia quibusdam Afris placuit Urbica commoratio, ut hinc à vobis profecti videantur, ipsi petierunt ut aliquis hinc, qui illos colligeret, mitteretur. Missus est igitur Victor. Erat ibi filius sine Patre, Tyro sine Principe, Discipulus sine Magistro, Inquilinus sine Domo, Hospes sine Hospitio, Pastor sine Grege, Episcopus sine Populo. Non enim grex aut populus appellandi fuerant pauci, qui inter quadraginta, & quod excurrit, Basilicas locum, ubi colligerent, non habebant, sed speluncam quamdam foris à civitate gradibus sepeverunt, ut ipso tempore Conventiculum habere potuissent. Igitur quia Claudianus Luciano, Luciano Macrobio, Macrobius Encolpio, Encolpius Bonifacio, Bonifacius Victori successisse videntur, si Victori diceretur, Ubi sederit, nec ante se aliquem*



illic fuisse monstraret, nec Cathedram aliquam, nisi pestilentiam, ostenderet.

Discimus hinc varia. Primò, quod sub Siricii Pontificatu, dum ista Optatus scribebat, Romanus Donatistarum Episcopus videatur fuisse Macrobius, quem primò Catholicæ Ecclesiæ Presbyterum, exinde Apostatam, & occultum Donatistarum in Romana Urbe Episcopum fuisse scribit in Illustrium virorum catalogo Gennadius Massiliensis, & adjungit: *Scripte, cum adhuc in Ecclesia Dei Presbyter esset, ad Confessores & ad Virgines librum unum, moralis quidem, sed valde necessariæ doctrinæ, & præcipuè ad custodiendam castitatem, aptissimis valde sententiis communicum. Claruit inter nostros primùm Africa, & inter suos, id est, Donatianos, sive Montenses, postea Romæ.* Hic est omninò ille Macrobius, de quo Sanctus Optatus: *Si Macrobio dicatur, Ubi sedeat, &c. Quæ verba palam edicunt tunc vixisse, & apud Romam sedisse. Et hinc quæstio est, Quomodò idem Optatus scribat Macrobio Lucianum, Luciano successisse Claudianum? Etenim hic omninò est ille Claudianus, quem Romana Synodus affirmat per Roma expulsos Donatistas fuisse ordinatum in Africa, & remissum ad Urbem, & isthuc contra Regia Edicta contumaciter persistisse. Proinde Imperator Gratianus Lucianum eiecerat, omnemque ejus devium gregem: Et in ejus defuncti, aut redire recusantis locum ordinatus fuit Claudianus, & quasi Episcopus destinatus ad Urbem. Ipsum Princeps denuò proscriptit; at ille pertinax sprexit omnia, & permansit. Quin etiam non timuit rebaptizare. Quare hic Optati scribentis tempore erat Romæ Donatistarum Episcopus. Quæ videntur non bene coherere.*

Fateor esse gravem difficultatem. Etenim laudata Romanæ Synodi epistola videtur scripta quarti sæculi anno octogesimo primo, decimo quinto Damasi Pontificis. Etenim Gratiani Rescriptum affirmat Florentium Puteolanum Episcopum, primo anno damnatum à Damaso, jam post quintum decimum annum grassari in Ecclesiam, & agere turbas. Et isto eodem anno Romæ sedebat ac latitabat Claudianus. Hinc quæritur, Quomodò ejus ante Lucianum Prædecessor Macrobius sederit sub Pontificatu Siricii? Nec Optati textus possit dici vitiosus, in quo Macrobius debeat locari post Lucianum & Claudianum. Obstant enim omnia exemplaria. Et præfatus Vincentius, in suo catalogo servans ordinem temporis, Macrobius locat proximè post Vitellium, quem addit floruisse sub Constante, Filio Constantini Principis. Eum locat ante Sanctum Pachomium, qui creditur adolescens militasse sub Imperatore Maxentio, ideoque Vitellio fuisse coævus. Hæc altè clamant Macrobius non vixisse usque ad Siricii tempora. Et Romanæ Synodi, affirmantis sub Damasi Pontificatu sedisse Claudianum, attestatio est irrefragabilis. Proinde Macrobius omninò mediatur inter Lucianum & Encolpium. Quare Sanctus Optatus per laudata superius verba defunctum Macrobius alloquitur ut vivum. Est figura usitata Rhetoribus. Porro contumacem Imperatori

Gratiano Claudianum secutus est in ista pestilentia Cathedra Felix, qui interfuit Carthaginensi Collationi. Adventus occasionem exposuit Petilianus Cirthenis Episcopus: *Quæ ratio huc Felicem detulerit, nullus ignorat. Nobilitatem omnem hic esse Romanam, nec ipsi nescitis. Idem igitur turbo, eademque necessitas eum huc detulit.* Nempe Gothica almæ Urbis captivitas. Imperatorum Gratiani ac Valentiniani cædes, variaque Imperii turbatio Romanis Donatistis fecit libertatem persistendi apud Romam, ac eligendi novum Episcopum. Felici nemo videtur successisse.

Ex laudatis Sancti Optati verbis secundò discimus, quod Macrobius, alique Romani Donatistarum Episcopi, nec in Sancti Petri Cathedra sederint unquam, immò ipsam nunquam fuerint permisi videre. Item, quod Sanctorum Principum Apostolorum memoriis nunquam sint communicare permisi, nec ad ipsas offerre, immò nec ingredi. Per Sancti Petri Cathedram Sanctus Optatus intelligit ejus Episcopalem Thronum, atque ita affirmat Sanctum Petrum sedisse Romæ Episcopum, & istiusmodi Thronos esse ipsius Institutum. Item affirmat Romæ tunc fuisse altaria, in ipsis fuisse reconditas Sanctorum Apostolorum Reliquias, & ad ipsas oblatum Missæ sacrificium. Consecrandis Altaribus sacras Reliquias semper fuisse necessarias. Porro Donatistarum Episcopos ab istis omnibus prohibuit ac interdixit antiquus Canon, qui neminem ignotum admittebat ad sacras Basilicas, nisi qui prius emitteret solemnem professionem Orthodoxæ fidei. Canonem tunc viguisse per omnes Ecclesias, est suo loco demonstratum.

Tertiò discimus, quod Victor Garbiensis, primus Donatistarum apud Urbem Episcopus, fuerit consecratus in Africa, ac inde transfusus ad paucos Romæ Erraticos. Non Romanos, sed Afros, quibus placuerat Urbica habitatio, & qui isthuc nolebant vivere sine suæ Factionis Episcopo. Hinc eò missus non fuit ut lapis in fontem, ad perturbandam Catholicæ multitudinis puritatem, sed dumtaxat ad solatium ac ministerium paucorum suorum Congerentium. Et hinc inter istos sex Pseudo-Episcopos nemo fuit Romanus, ideoque cuncti non solummodò ob schisma & hæresim, sed insuper ob peregrinitatem fuerunt inidonei ac irregulares. Ita habet antiquus Ecclesiæ Canon: Hunc Sanctus Optatus Donatistis refricat in frontem. Ex eadem regula Parmeniano, Carthaginensi Donatistarum Primati, impropere quod peregrinus, nempe Hispanus esset, ideoque ineptus ad istum Episcopatum. Ex ista peregrinorum apud Romam Successione addit agnostici hæreticum dolum, & Schismaticam Factionem. Loquitur ex Tertulliani Præscriptionibus: *Hæreticorum ordinationes sunt temerariæ, leves, inconstantes.* Loquitur de primo Donatistarum circa istum Episcopum scopo. Quod postea aliud ab ipso speraverint, infra audiemus à Sancto Augustino.

Quartò discimus, quod Romana Urbs ex tunc haberet ultra quadraginta Basilicas, adeoque & totidem Cardinales Presbyteros. Habebat & quatuordecim Diaconias, ideoque & tot Cardinales

nales Diaconos. Adeò antiqua sunt istius Cleri numerus & magnificentia. Ex istis Basilicis Donatistæ nullam potuerunt invadere. Hinc speluncam quandam foris à civitate gradibus sepeverunt, ubi ipso tempore Conventiculum habere potuissent. Unde Montenses appellati sunt. Invaferunt nescio cujus montis aut rupis speluncam, isthuc latuerunt ut vespertiliones, & peregerunt sua sacrilega Sacra. Hinc ipsos Romanus populus per sarcasum appellavit Montenses, Rupitanos, aut Rupezitas. Istius Episcopi spectrum appellavit Episcopum Montensem, aut Rupitanum. Istam Cathedram Sanctus Optatus appellat Cathedram pestilentia. Ex quo lucet præfatum Petilianum non esse authorem istius blasphemæ contumeliæ. Donatistæ, ex quo Sanctus Papa Melchias Donatum à Casis-Nigris & omnem Factionem damnavit, pessimè oderunt Sedem Apostolicam, ipsamque larant esse Cathedram pestilentia. Præsertim Petilianus. Hic blasphemiam omninò accepit à suis Majoribus, studuitque propagare, & imprimere omnium animis. Adversus ipsam Sanctus Optatus scribit Romæ omninò esse Cathedram pestilentia: Verum non in ejus Basilicis, sed in Monte, Rupe, ac Spelunca Donatistarum. Sancti Cypriani Episcopatus apud Carthaginem vidit alios Montenses: Factionem Felicissimi, sui Diaconi. Est alibi exposita. Et non spectat ad præsentem materiam.

Istorum Montensium Episcoporum frequenter meminit etiam Sanctus Augustinus. In litteris ad Illustrrem Virum Generosum enumerat omnes à Sancto Petro Apostolo usque ad tunc sedentem Episc. 165. Anastasium Romanos Pontifices, & pergit: *In hoc ordine successione nullus Donatista Episcopus invenitur, sed ex transverso in Africa ordinatum miserunt, qui paucis præfatis Afris in Urbe Roma, Montensium, vel Cuzipitarum vocabulum propagavit.* Est mendum. Legendum est: *Rupitarum.* Augustinus ex Sancto Optato, aut certè cum ipso affirmat primum istiusmodi Episcopum fuisse ordinatum in Africa, & paucis Afris transfusum ad Urbem, quibus placuerat Urbica commoratio. Quo tempore id factum fuerit, ignoro. Est res antiqua. Etenim Macrobius, homo vetus, istius intrusionis fuit solummodò quartus. Quare ista transmissio videtur facta in exordio schismatis. Hinc Sanctus Augustinus in libro de unico Baptismo exponit laudatum Sancti Melchias Judicium, & prosequitur: *De quo Judicio cum Majores istorum impiorumissima pernicia Constantino Imperatori querebantur, quod non plenè, nec rectè fuerat examinatum atque depromptum, nihil de Melchias traditione, vel tburificatione dixerunt. Ad cujus audientiam nec venire utique debuerant, hoc potius aut suggerentes Imperatori, aut ut suggereretur instantes, quod apud traditorem Codicum Duzinorum, & Idolorum Sacrificiis inquinatum causam suam agere non deberent. Cum hoc ergo nec ante suggererint, nec posteaquam contra eos pro Ceciliano judicatum est, saltem videri & irati obijciendum putavit, quid nunc inanes tam serò connectunt calumnias, quasi & innocencia Ceciliani, Melchias Judicis de coloratione suscipitur, & ipsa Romana Ecclesia, ubi nec damnare quemquam suo quacumque Judicio po-*

tuerunt, nec aliquem suorum velut in locum surrogare damnati, contra quem paucissimis Afris partis suæ primò Interventores adventitios furim longèque mirabant, quos Petilianum nominatim commemorare non puduit, donec deceptæ plebecula proprios Episcopos ordinarent.

Scribit plura bene notanda. Primò, quod posteriores Donatistæ ad evacuandum aut circumscribendum Melchias Pontificis de sua Factione Judicium coeperint ipsum, uti & Sanctum Marcellinum, accusare de lapsu, traditione, ac thurificatione. Et ista calumnia fidem invenit apud aliquos etiam Catholicos, & nobis peperit Sinuesianam Synodum. Secundò Augustinus scribit istam calumniam esse adeo manifestam, ut ipse Donatus à Casis-Nigris Melchiasdem postulerit in Judicem, ac etiam jam damnatus, adeoque gravissimè offensus non fuerit ausus prorumpere in istam contumeliam. Tertiò, quod iidem primi Donatistæ eundem Melchiasdem, aut quemvis alium Pontificem nec damnare unquam præsumperint de lapsu, nec ab aliis potuerint impetrare damnandum. Quartò, quod nullum suorum potuerint intrudere in Romanam Cathedram. Quintò, quod tamen Romanæ miserrint Interventores. Antiqua disciplina viduata Ecclesiæ, ac etiam suspensio Episcopo dabat Visitatorem. Rectorem Vicarium. Vicinum passim Episcopum. Afri dederunt etiam Clericum. Et istiusmodi Rectorem appellabant Interventorem. Hoc est, Rectorem Inter-Regni. Hinc ergo Donatistæ aut Sancto Melchias, aut Sancto Sylvestro, quod sui Præcessoris Judicium confirmasset in Arelateni Synodo, quem degradare non poterant, abnegarunt communionem, ipsum quasi suspenderunt, & miserunt Interventorem. Erat via ad degradationem. Nam & Ceciliano, antequam degradarent, Interventorem dederant. Hanc Africanam audaciam ne mireris in Donatistis. Etenim de Catholicis etiam Præsulibus scribit primum in Chronico Victor Episcopus Tonnonensis: *Africani Antistes Vigilium Romanum Episcopum, damnatorem trium Capitulorum, reservato ei penitentis loco, Synodally à Catholica communione recludunt.* Etiam quidam factiosi Symmacho Pontifici, dum fuit deductus in Judicium, extorsit à Rege Theodorico dari Visitatorem. Et liber Pontificalis addit: *Quod Canones prohibent.* Etenim Romanum Pontificem nemo potest judicare, damnare, aut suspendere. Donatistæ igitur patrauerunt eandem audaciam. Et quidem successivè miserunt plures Interventores, quorum omnium nomina Petilianus expressit in suo libro. Sextò Augustinus scribit, quod Donatistæ Romam tandem miserint non dumtaxat Interventores, sed proprios Episcopos. Nempe Victorem Garbiensem, & supra expressos ejus Successores. Interventores paucissimis suæ partis Afris, proprios Episcopos miserunt deceptæ plebeculæ. Dum nempe paucissimi illi aliquos seduxerant, atque ita evaserant in aliquam plebeculam. Horum Interventorum memoriam solus nobis conservavit Sanctus Augustinus, ideoque debemus ipsi gratias. Dolendum est, quod ipsorum etiam nomina ad nos non transfuserint.

Eorundem Montensium Episcoporum meminit in secundo libro contra litteras Petiliani. Affirmat ac demonstrat veram Ecclesiam debere esse in omnibus sub cælo gentibus, & adjungit: *Non est ergo in sola Africa, vel solis Afris, Episcopum Romanam paucis Montensibus, & in Hispaniam domum unius mulieris ex Africa mittentibus.* Et in libro de unitate Ecclesiæ: *Si Sacra Scriptura in Africa sola designaverunt Ecclesiam, & in paucis Romæ Rupitanis & Montensibus, & in domo vel patrimonio unius Hispanæ mulieris, non tenent Ecclesiam, nisi Donatistæ.* Et infra: *Donatistæ ostendant esse prædictum, cæteris gentibus à fide Christi pereuntibus, solam Africanam remansuram, & quocumque Episcopi ex Africa mitterentur.* Et iterum: *Nisi forte hoc restat hominum insaniæ, ut dicant non ex illis Ecclesiis, quæ fundatæ sunt per Apostolorum labores, ac impleri prædicationem Evangelii in omnibus gentibus, sed illis pereuntibus, earum reparationem ex Africa futuram per partem Donati, & residuarum gentium acquisitionem.* Et in secundo libro contra Cresconium: *Romam ex Africa ordinare paucis vestris solentis Episcopum.* Et in tertio libro: *Partem Donati audeo præponere Catholicæ Ecclesiæ, dicens quod & præter Africanam nescio quos habeatis, quibus, tamen non apparentibus, ex Africa vos soli remittere Episcopos non negatis, unum aut duos, aut ut multum tres, & argumentaris inaniter contra evidentissimam veritatem.* Et infra scribit Donatis partem remanere in Africa, aut ex Africa in paucis latentibus peregrinari. Et in libro de Hæresibus: *Donatistæ hæretici in Urbe Roma Montenses vocantur, quibus hinc ex Africa solent Episcopum mittere, aut hinc illuc Afri Episcoporum pergere, si forte ibi cum ordinare placuisset.*

Hinc iterum addiscimus varia. Primò, quod Romanus Montensium Episcoporum passim in Africa, aliquando Romæ fuerit consecratus. Semper tamen ab Afris. Secundò, quod etiam apud Hispanos Donatistæ habuerint similem Episcopum: In domo ac Patrimonio opulentæ mulieris. Nempe sceleratæ Lucillæ, quæ prima est Cecilianum calumniata, & fuit inter auctores hujus Schismatis. Ipsa viderur in calumniæ præmium accepisse Episcopum, atque ita habitasse in Hispania, & in Africa, dum Cecilianum invasit per calumnias, ob suas possessiones dumtaxat peregrina hæsisse. Ex hac scelerata Para-Synagoga viderur prodiiisse Parmenianus, tertius in hoc Schismate Archi-Episcopus Carthaginensis. Etenim Sanctus Opratus affirmat fuisse Hispanum. An præter hos duos extra Africanam Episcopos Donatistæ habuerint tertium, & in quo loco habuerint, quoniam Sanctus Augustinus non edixit, ignoramus. Augustinus rectè dicit istorum Episcoporum subditos fuisse peregrinantes, latentes, non apparentes. Latebant enim in Romana rupe, aut intra domum Lucillæ. Et major portio erant peregrini Afri. Inter palmaria Catholicæ Ecclesiæ contra istos Turbines argumenta erat, quod vera Christi Domini hæreditas non in sola esset Africa, sed per omnes sub cælo gentes, ideoque quod essent Ecclesiæ apud Donatistas, uti sunt favi apud vespas. Item quod ista hæreditas non subsisteret extra Sanctum Petrum Apostolum,

ejusque Successorem in Romana Cathedra. Hinc illi studuerunt suam Factionem extendere extra Africanam, & imperito populo suadere omnes gentestandem Donatistæ Africæ acquirendas. Etiam almæ Urbi obruserunt ridiculum & imaginarium Episcopum. Et exinde blaterarunt Romanam Sedem, in qua sedebat vera Sancti Petri successio, esse Cathedram pestilentie. Sui Idoli Rupem blaterarunt esse Cathedram veritatis. Verùm fabula sibi ipsi non cohæsit. Etenim istud Rupitanum Romani Episcopi Idolum sibi non fixerunt in caput, sed collocarunt, immò dejecterunt inter Primates suarum Provinciarum. In Carthaginensi collatione primum Januario, secundum Primiano, tertium locum dederunt Felici Romano Episcopo. Eum æquarunt Primatibus Numidiæ, & Cæsariensis Mauritanie. Hinc in tertio contra Cresconium libro Sanctus Augustinus inter cætera, quæ scribit adversum Synodales Philippo-Politani Conventiculi litteras, hæc adjungit: *Quod hinc maximè credibile est, quod ad Carthaginensem Episcopum, Romano prætermisso, nunquam Orientalis Ecclesia scriberet. Ubi saltem vester scribi debuit, quem soletis paucis vestris mittere ex Africa.* Epistola ista habet hanc inscriptionem: *Gregorio Alexandria, Amphioni Nicomediæ, Donato Carthaginis Episcopo, &c.* Ex ipsa Augustinus concludit epistolam non esse ab Orthodoxa Synodo, sed ab Ariana. Quia nempe Orthodoxa, dum ad totam Ecclesiam, aut ad totum Occidentem scribebat, nunquam prætermitteret Romanum Episcopum, sed poneret primo loco. Et adjungit duo. Primò, quod istam Prærogativam Donatistæ debeant suo etiam Romano Idolo. Deinde, quod Philippo-Politani Conventus istud ignoraverit, ideoque & prætermiserit. Quin ista Epistola Donato Magno fuerit tradita, lecta per ipsum diligentissimè, ac intellecta, non est dubitandum. Porrò illa evertit Evangelicum Romanæ Ecclesiæ Primatum: Evangelicam Christianitatis Monarchiam transmutare studet in parem trium Patriarcharum Aristocratiæ, ponitque fundamenta Photiani Schismatis. Ex ipsa ergò Donatus didicit Romanam Cathedram pernere, ac redigere in ordinem: Locare inter Africanos Primates. Et quidem didicit cum tenore. Etenim Eusebiana Factio Romano Episcopo reservavit primum locum: Ei abnuvit solam supra alios Patriarchas ac ipsorum Synodos supremam potestatem. Pro Sancto Athanasio ac aliis per Factionem damnatis Episcopis data à Sancto Julio Pontifice sententia Philippo-Politani Conventum, adversus Donatum in Casis-Nigris Episcopum ac ejus Affectas datum à Sancto Melchiaro judicium inflammavit Donatum magnum, ac omnes Donatistas, ad ita insanendum in Romanam Ecclesiam. Hac inaudita audacia tentarunt & sperarunt ejus jugum excutere, ejus iudicia deinceps non timere.

CA.

## CAPUT V.

## Exponitur potestas sacrarum apud Afros Ordinationum.

DE hac potestate scripsit ad Petrum ac Joannem, Africanos Episcopos, Sanctus Leononius: *Carthaginensis Archi-Episcopus solus in Africa Pallium ab Apostolica Sede habere solet. Unde & Episcopos consecrandi principale & antiquum jus retinet.* Et Pontifex istud probat ex tertia Carthaginensi Synodo, ad quam dixit Carthaginensium Primas Aurelius: *In hac Ecclesia, ad quam dignata est vestra Sanctitas convenire, crebrò ac perne per diem Dominicam ordinandos habemus Episcopos.* Et iterum: *Sermonem meum admittite Fratres. Contingit nonnunquam, ut postulentur ab Ecclesiis, quæ Præpositis egent, vel Episcopi vel Presbyteri, & tamen memor Statutorum id sequor, ut conveniam Episcopum ejus, atque ei inculcem, quod ejus Clericus à qualibet Ecclesia postuletur. Sed forte in hodierno non relucetati sunt. Et nequando contingat ut reluctentur, cum fuerint à me in hac causa postulati, quem scitis multarum Ecclesiarum & Ordinandorum causam sustinere. Justum est ergo, ut quemlibet Consecratorum conveniam cum duobus à consorcio nostro, vel tribus testibus. Si ergo indevotus existerit, quid censet Charitas vestra faciendum? Ego enim cunctarum Ecclesiarum, dignatione Dei, ut scitis Fratres, sollicitudinem suscepi. Et Numidius Maxulitanus in Proconsulari Provincia Episcopus reposuit: Semper fuit hæc licentia huic Sedi, ut unde velle, de cuiuslibet nomine fuisset conventus, pro desiderio cuiusque Ecclesiæ ordinaret Episcopum. Epigonius Episcopus adjunxit: Bonitas sequatur possibilitatem. Minus enim præsumis Frater. Et cum te bonum & clementem omnibus vedatis, habes enim hoc in arbitrio, satis est ut scitis personæ uniuscujusque Episcopi in prima tantummodo conventionione. Si autem quodlibet huic Sedi vindicandum fuerit sibi arbitratus, necesse habes tu omnes Ecclesias suffulcire. Unde tibi non potestatem damus, sed tuam assignamus, ut liceat voluntati tue semper & tenere quem voles, ut Præpositos plebibus vel Ecclesiis constituas, qui postulati fuerint: Et unde voles.*

Hocce Canones, seu has Episcoporum interlocutiones respicit in Commentario ad decimum sextum Apostolorum Canonem Theodorus Balsamon: *Præsens Canon segregat Episcopum, qui suo Clero connumeravit alterius Diocesis Clericum absque sui Episcopi dimissoris litteris. Solus autem Episcopus Carthaginensis potest in suum Clerum referre alterius etiam Diocesis Clericos absque dimissoris litteris eorum, qui ipsos ordinaverunt. Etiam Archi-Episcopus Constantinopolitanus potest similiter facere.* Etiam in Commentario ad septimum decimum Canonem Trullanum scribit alienum Clericum non posse ab Episcopo suscipi, & adjungit: *Excipe mihi Constantinopolitanum & Carthaginensem. Hi enim possunt alienos Clericos suscipere præter voluntatem eorum, qui ipsos ordinaverunt.*

Quod ipsum latissimè scribit in Commentario ad sexagesimum Canonem Africani Codicis. Addi debent duo. Primò, quod Carthaginensis Episcopus alienos Clericos potuerit non dumtaxat in suam transferre Ecclesiam, sed insuper in quamvis aliam. Clericos uni Ecclesiæ superfluos transferre in quamvis aliam indigentem. Debebat enim suffulcire omnes Ecclesias. Deinde, quod poterat omnibus per Africanam plebibus, quæ id petierant, ordinare Presbyteros. Canon principaliter sancit de Electionum ac Postulationum confirmationibus, ac Electorum & Postulationum translationibus: Et Carthaginensi impertit altam auctoritatem. Eandem tamen etiam omnino donat in eorundem consecrationem. Presbyteri, alique Clerici omnino poterant, immò & debebant ordinari à suo Episcopo. Etenim Sanctus Augustinus Hipponensi plebi fuit ordinatus ab ejus Episcopo Valerio. Plurima sunt alia exempla. Est res manifesta. Proinde Carthaginensis huic rei se miscere non poterat, nisi postulatus. Consecratio erat alternativa: Verùm electio spectabat ad plebem.

Eadem fuit ratio consecrandorum Episcoporum. Videtur in eligentis Ecclesiæ, aut etiam in Electi fuisse arbitrio vel suæ Provinciæ Primatem accedere, vel Archi-Episcopum Carthaginensem. Hinc ille singulis ferè Dominicis consecravit Episcopos. Quod enim Africa habuerit plurimos Episcopos, est supra demonstratum. Et sola, cujus ordinatio privativè spectabat ad Carthaginensem, Proconsularis Provincia habebat ultra centum. Sanctus Possidius in Sancti Augustini vita rem elucidat: *Venerabilis Senex Valerius, sciens se corpore & ætate infirmissimum, egit secretis litteris apud Primate Episcoporum Carthaginensem, allegans imbecillitatem corporis sui, ætatisque gravitatem, & obsecrans ut Hipponensi Ecclesiæ ordinaretur Episcopus, qui sua Cathedra non tam succederet, sed Consecrator accederet, Augustinus. Et quæ optavit & rogavit, Rescripto impetravit. Post quam petitionem ad visitandum adveniente ad Ecclesiam Hipponensem tunc Primatem Numidiæ Megalio, Calamensi Episcopo, Valerius Antistes Episcopi qui tunc forte aderant, & Clericis omnibus Hipponensibus, & universæ plebi inoptatam cunctis suam insinuat tunc voluntatem, &c.* Hæc ordinandi Episcopi forma videtur fuisse ordinaria, ideoque omnes videntur debuisse ordinari, aut per Carthaginensis Episcopi manus, aut ad ejus Rescriptum, seu præviam confirmationem. Hoc enim per Nicænos, ideoque & per Apostolicos Canones est Patriarchale jus, cujus hanc partem Carthaginensis Archi-Episcopus habuit per universam Africanam. Ex avita consuetudine, & Indulto Romanæ Sedis. Et huc respexit in famosis ad Africanas Ecclesias litteris Siricius Pontifex: *Extra conscientiam Sedis Apostolicæ, hoc est, Primatis, nemo audeat potest ordinare.* Sensus est: Verus Africanæ Diocesis Primas seu Patriarcha est Romanus Pontifex, ideoque isthic sine prævia ipsius confirmatione nemo deinceps ordinetur Episcopus. Decretum erat longè fundatissimum. Attamen suarum consuetudinum tenacissimi Afri non fuerunt permoti ad executionem.

cutionem & obedientiam. Temperamentum, quod per rationes à Pontifice supplicavit, ac per novas litteras obtinuerunt, est ostensum in superioribus, ac expositum.

Interim singularum Provinciarum Primates potuerunt consecrare suos Comprovinciales, ipsorumque consecrationem delegare aliis. Hinc in secunda Carthaginensi Synodo Numidius in Proconsulari Provincia Maxulitanus Episcopus dixit: *Alii Episcopi usurpatione quadam existimant, contempto Primatu cuiuslibet Provinciae, ad desiderium populi Episcopum ordinare sine litteris ad se prima Cathedra manantibus, neque posse acceptis. Quid de hoc statuit Sanctitas vestra.* Et Genethlius Carthaginensis Episcopus retulit ad universam Synodum: *Quoniam communis est honorificentia, quae unicuique seruari oportet, id ipsum Fraternaliter vestrae conventus pronunciare.* Et universi Episcopi responderunt: *Placet omnibus, ut inconsulto Primatu cuiuslibet Provinciae, tam facile nemo presumat, licet cum multis Episcopis, in quocumque loco, sine eius Praecepto Episcopum ordinare. Si autem necessitas fuerit, tres Episcopi, in quocumque loco sint, cum Primatis Praecepto ordinare debeant Episcopum.* Afrorum Provinciae erant plurimorum Episcoporum & multa distantia. Hinc viciniore Episcopi, praesertim numero plures, praesumpserunt ordinare Electos vicinarum Ecclesiarum. Et censuerunt se non impingere in Nicænos Canones: Quod ipsorum Provinciae haberent non Metropolitanam, sed dumtaxat Seniore. Hunc abusum proseripit Primas Genethlius. Et iure merito. Quoniam isti Seniores habebant omnia & plena jura Metropolitana. Hinc illis permittit arbitrium, quo possent aut ipsi consecrare, aut consecrationem aliis delegare.

Eandem Provincialium Primatum auctoritatem laudat in litteris ad Fortunatum, & alios quinque Episcopos Sanctus Cyprianus: *Cum in Capensis civitate propter ordinationem Episcopi essetis. Capensis civitas est in Byzacio, ideoque tunc spectabat ad Provinciam Numidiæ.* Proinde Fortunatus erat isthic Primas, aut ipsius Delegatus. Quod sub Diocletiani Imperio secundus Tigistanus Episcopus, Numidiæ Primas, Cirthenibus ordinaverit Episcopum, Sanctus Augustinus scribit in pluribus locis, in litteris ad Generosum, Nobilem Cirthensem, in tertio libro contra Creconium, in Carthaginensis Collationis Breviculo, ac in libro post Collationem. Affirmat Secundum accessisse Cirtham, isthic fecisse Synodum, degradasse Paulum Episcopum, ac novum ordinasse. Et de semetipso ac Sancto Alipio Tagastensi Episcopo scribit ad quosdam Donatistarum Episcopos: *Fortunatum, quem apud Tuburiscum habetis Episcopum, per eandem civitatem, quamquam festinantissimè, cum ad Cirthensem Ecclesiam pergeremus, experti sumus. Sed quia ordinandi Episcopi necessitas nos inde jam jamque rapiebat, diutius cum illo esse nequivimus.* Et de nova Fussalensi Ecclesia, ac primo ejus Episcopo Antonio scribit ad Sanctum Caestium Pontificem: *Episcopum ibi ordinandum, constituendumque curavi. Propter quem ordinandum, Sanctum Senem, qui tunc Primatum Numidiæ gerebat, de*

Epist. 155. C. 26. 27. L. 3. C. 17.

Epist. 163.

Epist. 162.

longinquo ut veniret, rogans litteris impetravi. Et statim infra: *Dum nolo gravissimum & sanctissimum Senem, ad nos utique fatigatum, sine effectu, propter quem venerat, tam longè ad propria remeare, obtuli non petentibus quemdam Antonium, &c.* Et in vita Sancti Fulgentii Ferrandus, Carthaginensis Ecclesiae Archidiaconus, Victorem Byzacii Primatem appellat: *Provinciae Ordinatorem.* Et pergit de promotione Sancti Fulgentii: *Nesciente Beato Fulgentio, Victor Primas in itinere petitur à Ruspensibus, & vicinis Episcopis ordinandi Fulgentium licentia datur.* Et infra: *Fulgentius ad Episcopum; qui admonitus fuerat ordinationem Episcopi celebrare, perducitur.* Affirmat Fulgentium non ab ipso Primatu, sed per ejus Rescriptum ac Delegationem fuisse consecratum. Juxta laudatum Canonem secundæ Carthaginensis Synodi.

Notanda est insignis differentia inter Primatem Carthaginensem, & Primates aliarum Provinciarum. Hi passim ordinabant in viduata plebis civitate. Et videntur ad istud fuisse obstricti. Ita suadent omnia adducta exempla. Hinc in media Gentilium persecutione Fortunatum Capfam, Secundus Primas accessit Cirtham. Et Sanctus Augustinus gravissimum senectutem Primatem perduxit usque Fussalam. Et quidem de tam remoto loco. At verò Aurelius semper ordinavit Carthagine. Nempe quotquot ab ipso debebant, aut postulabant ordinari, cogeantur ad ejus manus accedere. Summa dignitas, emittens Prærogativa, eximia portio auctoritatis Patriarchalis. Et hinc facile crediderim, quod alii Primates ordinare non potuerint, nisi ad Carthaginensis Rescriptum. Quod ipsum confirmare videtur Sancti Cypriani epistola ad Sanctum Cornelium Pontificem: *Misi tibi proximè nomina Episcoporum isthic constitutorum, qui integri & sani in Ecclesia Catholica Fratribus praesunt.* Proinde Sanctus Cyprianus omnium Africanorum Episcoporum Catalogum habebat & conservabat in scribiis suæ Ecclesiae: Quod nempe nullus isthic consecraretur Episcopus, nisi per ejus Rescriptum. Attamen non est penitus certum. Pro hac Carthaginensis Archi-Episcopi dignitate nullum habemus lucidum testimonium, nisi unius Sancti Possidii. Et ipsum non est irrefragabile. Etenim Sancti Augustini electio & consecratio fuerunt extra regulam, ideoque Sanctus Valerius ex alio capite non potuit ipsam tentare sine intervenitu supremi Primatis. Quidquid sit, laudatum Sancti Cypriani testimonium docet Primatem istum fuisse obstrictum ad omnium per totam Dioccesim Episcoporum consecrationes referendas summo Pontifici, & supplicandam ipsorum confirmationem. Poterat simul referre consecrationem plurimum. Quod prævia Relatio non fuerit necessaria, provenit ex Indulto Sedis Apostolicæ. Hinc ipsam Siricius ex firmis fundamentis potuit postulare.

Porro Africanis Episcopis suorum Collegiarum consecrationes celebrarunt solemnissimè. Carthaginensis Primas consecrari consuevit à duodecim. Etenim in tertio contra Creconium libro Sanctus Augustinus disertè scribit de Schismatico Donatistarum Episcopo Maximiano: *In Bagajensi Concilio damnati sunt cum Maximiano duodecim,*

Cap. 16. Cap. 17.

Epist. 55.

Cap. 52.

Cap. 32. *cin, quorum presentium manibus ordinatus est. Et statim infra: Quando Maximianus ordinatus est, neque omnes interesse potuerunt, aut ex more debuerunt. Et edicit singula ipsorum nomina. Quod ipsum reperit in quarto libro. Erant mixti ex variis Provinciis. Etenim Bejanus Vajanenensis ex Numidia, Donatus Sabratenensis erat ex Tripoli. Et hoc in puncto fundatur Secundi Tigistani, & Collegiarum adversus Cecilianum Carthaginensis Archi-Episcopi ordinationem querimonia, de qua in litteris ad quosdam Donatistarum Episcopos Sanctus Augustinus: *Inerat eis nonnullus animi dolor de typpo superbia veniens, quod non ipsi ordinaverant Carthaginis Episcopum.* Eandem querimoniam Donatistæ fortiter urserunt in Carthaginensi Collatione. Sanctus Optatus in primo suo libro elucidat: *Botrui & Celestus, Carthaginensis Ecclesiae Clerici, apud Carthaginem ordinari cupientes, operam dederunt, ut absentibus Numidis soli vicini Episcopi peterentur. Tunc suffragio totius populi Cecilianus eligitur. Et manus imponente Felice Aprungitano Episcopo ordinatur.* Audi rationem aut fucum, ex quo suaserunt advocari solos vicinos Episcopos: *Tempestas persecutionis peracta ac finita est. Jubente Deo, indulgentiam mittente Maxentio, Christianitatis libertas est restituta.* Utique ad ordinandos novos Episcopos. Propter caducæ libertatis periculum ambitiosi Botrus & Celestus urserunt accelerari negotium: Sperarunt se à paucioribus facilis eligendos. Et hinc lucet etiam ante redditam à Magno Constantino pacem fuisse morem, ut ad Carthaginensis Primatis electionem & consecrationem peragendam invitarentur ac assumerentur Episcopi ex omni Provincia. Sanctus Augustinus in libro post collationem affirmat Felicem Aprungitano adstitisse Novellum Tyzicensem ac Faustinum Tuburitanum, Episcopos Proconsularis Provinciae. An & alii plures, non possum affirmare. Existimo omnino fuisse duodecim, juxta avitum honorem & morem. Totidem fuisse in ordinatione Majorini, videtur non dubitandum. Etenim ex sola Numidia aderant septuaginta Episcopi. Adducta Sancti Augustini verba, quæ afferunt Maximiani ordinationi nec potuisse, nec debuisse adesse omnes, docent consuevisse adesse solos duodecim.*

De aliorum Episcoporum consecratione ad tertiam Carthaginensem Synodum Honoratus & Urbanus Episcopi dixerunt: *Et illud nobis mandatum est, ut quia proximè Fratres nostri Numidiæ, duo Episcopi ordinare praesumpserunt Pontificem, non nisi à duodecim censeatis Episcoporum celebrari ordinationes.* Et Aurelius Primas respondit: *Forma antiqua servabitur, ut non minus quam tres sufficiant, qui fuerint destinati ad Episcopum ordinandum, propterea quia & in Tripoli, fortè & Arzuges interjacere videntur barbaræ Gentes. Nam in Tripoli, ut asseritur, Episcopi sunt quinque tantummodo: Et possunt fortè de ipso numero vel duo necessitate aliqua occupari. Difficile est enim, ut de quolibet numero omnes possint occurrere. Nunquid debet hoc ipsum impedimento esse Ecclesiasticæ utilitati? Nam & in hac Ecclesia, ad quam dignata est Sanctitas vestra convenire, crebrè ac pene per Domini-*

*eam diem ordinandos habemus. Nunquidnam frequenter duodecim, vel decem, vel multò minus adducere possum Episcopos? Sed facile est mihi duos addungere meæ Parvitati Episcopos vicinos. Quare cernit mecum Charitas vestra hoc ipsum observari non posse.*

Hinc discimus plura. Primò, quod Primas Carthaginensis ad ordinandum Episcopos passim assumpserit duos Assistentes. Propter adductam rationem. Secundò, quod istud ipsum fuerit usitatum in aliis Provinciis. Hinc enim duo Numidæ praesumpserunt ordinare. Tertio, quod frequenter assumpti fuerint etiam plures: Decem, immò & duodecim. Etenim Honoratus Thabennensis in Numidia, & Urbanus Siccensis in Mauritania Episcopi, ac suarum Provinciarum Legati, à suis Synodis habuere Mandatum instandi in generali Synodo, ut deinceps ad majorem Episcopalis Ministerii honorem semper assumerentur duodecim. Et isto tempore non erat exotica postulatio. Etenim & prima Arelatenensis Synodus sanxit: *De his qui usurpant sibi, quod soli debeant Episcopos ordinare, placuit ut nullus hoc sibi praesumat, nisi assumptis secum aliis septem Episcopis. Si tamen non potuerit septem, infra tres non audeat ordinare.* Secuti sunt avitum regulam, quam postmodò ad Sanctum Victricium Metropolitanam Rothomagensem scripsit Sanctus Innocentius primus: *Integrum est iudicium, quod plurimorum sententia confirmatur. Nec unus Episcopus ordinare praesumat Episcopum: Ne futurum Beneficium praestitum videatur.* Ita Arelatenensis Synodus, utpotè celebrata propter pacem Africanæ Ecclesiae, placuit Aurelio. Censuit ac sanxit, non ut deinceps assumerentur soli tres, sed ut quævis Provincia aut Ecclesia permaneret in sua antiqua consuetudine. Addidit non posse esse pauciores, quam tres. Non tantum propter istum Arelatensem, sed etiam propter Nicænum Canonem. Quarto discimus, quod Africana Ecclesia Episcopalem consecrationem, attentatam à duobus Episcopis, judicaverit illegitimam, attamen ratam ac validam.

Aurelius his adjunxit: *Sed illud est statuendum, ut quando ad eligendum Episcopum convenimus, si qua contradictio fuerit oborta, quia talia tractata sunt apud nos, non praesumant ad purgandum eum, qui ordinandus est tres jam, sed postulentur ad numerum supra dictorum unus vel duo, & in eadem plèbe, cui ordinandus est, discutiantur primò personæ Contradicentium: Postremò illa etiam, quæ obijciuntur, pertractentur. Et cum purgatus fuerit, sub conspectu publico ita ordinetur. Si hoc cum vestra Sanctitatis animo concordat, roboretur vestrae Dignitatis responsione.* Et universi Episcopi reposuerunt: *Placet satis.* Hinc iterum quædam discimus. Primò, quod vox, *Electio*, hic accipitur pro consecratione. Etenim apud Aëtios tres Episcopi conveniebant non ad eligendum Collegam, sed solummodo ad consecrandum. Electio fiebat à solo Clero & populo, sub Præsidentia ac dire-

Caput 20.

Cap. 1.

directione Interventoris, seu Vistoris. Et contradictio non poterat adversus eligendum fieri, sed dumtaxat contra Electum. Secundò discimus, quod Electi purgatio fieri debuerit in ejus civitate. Hinc ipse etiam Carthagenensis Primas hoc in casu debebat eò accedere, & ibidem consecrare. Purgatus enim debebat solemniter consecrari coram suo populo. Nempe ad ipsius consolationem, & confusionem Calumniatorum. Quare Aurelius hic non nihil detraxit Juribus suæ Ecclesiæ. Notanda sunt verba: *Quia talia tractata sunt apud nos.* Videntur respicere Sanctum Augustinum, & ipsi illam injuriam à Megalio Calamensi Episcopo, tunc Primas apud Numidas. Sanctissimum Electum ille diffamavit de nescio cui mulieri propinatis amatoris poculis, atque ita ipsum studuit proscribere ab Episcopatu. At Augustinum purgavit numerosa Synodus, & Megalium compulit ad eum propriis manibus consecrandum. Hinc Aurelius sanxit duo. Primò, ut ante omnia discutantur personæ Contradictentium, sine exceptione, etiam persona Episcopi, immò & Primatis. Quia nempe constabat Primatem fuisse lapsum in calumniam. Deinde Aurelius sanxit, ut ad hanc purgationem non fatigaretur universa, aut numerosa Synodus, sed sufficerent quinque aut quatuor Episcopi. Quia nempe Electorum accusatio consuevit ex æmulationum invidia procedere, ideoque esse consueta calumnia.

## CAPUT VI.

## Exponitur varia auctoritas Primatis Carthagenensis.

PRIMA hujus Primatis auctoritas fuit consecratio omnium per Africam Episcoporum. Est superius abundè exposita. Aliquid tamen novi in sua Synodo revelavit Bonifacius Primas: *Placuit ut Primates diversarum Provinciarum nomina Episcoporum, sive decedentium, sive etiam in eorum locum succedentium, ad Ecclesiam Carthagenensem mittant.* Provincie Primas circa defunctos suæ jurisdictionis Episcopos debebat facere tria: Defuncti mortem statim referre, postmodò referre novum Electum, mittere Cleri ac populi Decretum, præviam consecrandi confirmationem forsan postulare ac expectare, ac tandem referre etiam illius consecrationem. De hac postrema, ac item de prima relatione agit adductus Canon. Non est Bonifacii constitutio, sed Aurelii. Etenim Bonifacius affirmat à se innovari decimum nonum Aurelii Concilium. Et in hujus innovationis capite habent Acta Synodalia: *Agilejus Diaconus recitavit ex libro Canonum temporibus Sancti Aurelii.* Et ex ipso laudavit viginti Aurelii Concilia. Et superius habent Acta: *Agilejus Diaconus recitavit ex libro Canonum.* Recitavit Nicænum Canonem, & Canonem ex Carthagenensi Synodo Grati Primatis. Etiam Bonifacius Primas dixit ad Synodum: *Recitetur ex volumine*

*Canonum.* Et Agilejus statim recitavit sextum Nicænum Canonem, & varios Canones ex Synodis Aurelii.

Ex quibus discimus varia. Primò, quod Africana Ecclesia semper ab antiquo habuerit singularem Canonum Codicem. Secundò, quod primum in illo locum occuparint Nicæni Canones. Tertiò, quod proximè sequerentur Canones è Grati Synodo, aut Synodis. Porro hic Gratus interfuerat Sardicensi Concilio. Et sic quartò discimus, quod Gratus istos Canones non inscripserit in Africanum Codicem. Eorum autoritate est usus in suis Synodis, attamen ipsos non retulit in Codicem suæ Ecclesiæ. Rationem ignoro. Et hæc videtur esse vera causa, ex qua eosdem Canones Aurelius Primas cum suis Episcopis penitus ignoravit. Quintò discimus, quod Aurelius omnes omnium suarum Synodorum Canones inscripserit in istum Codicem. Sextò, quod istæ Synodi fuerint omninò viginti. Et forsitan plures. Quæ omnia huc usque ignoravimus. Debemus gratias Illustrissimo Domino Luca Holstenio, qui nobis vulgavit istam Bonifacii Synodum. Codex ille periit aut laret. Exstant Africæ Ecclesiæ Codex est privato nescio cujus studio ac scopo compilata farrago. Ejus origo & dignitas suo loco exponetur.

Præfata Carthagenensis Cathedræ Prærogativa nequaquam ducit originem ab Aurelio. Est longè antiquior. Etenim in causa Pseudo-Episcopi Fortunati scripsit ad Sanctum Cornelium Pontificem Sanctus Cyprianus: *Quod autem tibi de Fortunato isto Pseudo-Episcopo, à paucis & inveteratis hereticis constituto, non statim scripsi, non ea res erat, que in notitiam tuam deberet per nos statim, quasi magna & metuenda, proferri.* Post quædam exponit etiam Maximi, rebellis sibi Presbyteri, & cum Fortunato conjurati, datum à Novatiani Factione Episcopatum, & prosequitur: *Nec tamen de hoc tibi scripserim, quando hæc omnia contemnantur à nobis, & miserim tibi proximè nomina Episcoporum istis constitutorum, qui integri & sancti in Ecclesia Catholica Fratribus præsumt.* Affirmat varia. Primò, quod Africana Ecclesia quacumque graviores causas referre deberet ad Sedem Apostolicam. Secundò, quod ob non relatum Fortunati intrusionem fuerit reprehensus à Sancto Cornelio. Tertiò, quod etiam talis rebellium Clericorum petulantia non sit inter graviores causas, ideoque non debuerit referri. Quartò, quod non tales intrusiones, sed solas Catholicorum Episcoporum novas Ordinationes referri oportuerit. Quintò, quod has proximè retulerit. Igitur Provinciarum Primates omnium suorum Episcoporum mortem, eorumque novos Successores debebant referre Carthaginem, hujus autem civitatis Antistes ad Episcopum Romanorum. Apostolicus Canon mandabat omnes illos præviè confirmari per Pontificem. At ob distantiam erat res molestissima. Hinc Romanæ Ecclesiæ pietas erat contenta cum ista generali post consecrationem relatione. Quæ omnia lucidè demonstrant Africanam Ecclesiam semper subsuiffe Romano Patriarchatu.

Præfata Sancti Cypriani verba Jacobus Pamelius

bus commentatur: *Epistola Cypriani, qua transmissit nomina Episcoporum, hodie desideratur, nisi forte intelligat epistolam præcedentem Synodi Africanæ.* Respondeo in præcedenti epistola nulla exprimi Episcoporum nomina: Item istam Episcoporum relationem non fuisse Synodalem, sed opus ac officium solius Primatis. Apparens est quod omni anno semel, aut fortè bis Primas debuerit referre ista nomina. Etenim Africana Ecclesia habebat plurimos Episcopos, ideoque quotannis non poterant non mori aliquot & succedere. Dolendum est, quod nulla istiusmodi relatio extet. Quidquid sit, lucet quod ipsi Provinciarum Primates non potuerint consecratos à se Episcopos referre Romam: Privativè spectabat ad solum Carthagenensem.

Et hæc est secunda istius Sedis Prærogativa. Eam aliqui adeò ampliunt, ut censeant etiam Provinciales Synodos non potuisse Romam referre, nisi per Primatem Carthagenensem. Nequidem in causa fidei. Probant ex Aurelii Primatis, ac Sanctorum Episcoporum, Alipii Tagastensis. Augustini Hipponensis, Evodii Uzalensis, ac Possidii Calamensis, ad Sanctum Innocentium I. Pontificem epistola: *De Conciliis duobus, Provincie Carthagenensis atque Numidie, ad tuam Sanctitatem à non parvo Episcoporum numero subscriptas litteras misimus contra inimicos gratie Christi.*

Epist. 95. Soli Carthagenensi, non autem Milevitano Concilio Aurelius adfuerat, & tamen affirmat utriusque Synodales litteras à se fuisse transmissas. Quia nempe Sylvanus, Summenis Episcopus, Numidie Primas, suæ Milevitane Synodi Acta non immediatè Romam, sed Carthaginem miserat, per Aurelium transmittenda ad Papam. Respondeo non esse improbabile. Attamen non constat. Etenim in suo Rescripto Innocentius nullam Aurelii memoriam fecit, sed in capite posuit Sylvanum Senem. Et certè inter istos quinque Episcopos non solus Aurelius, sed etiam Evodius erat ex Proconsulari Provincia, alii tres erant Numidæ: Hinc rectè dicunt utriusque Synodi Acta fuisse à se transmissa.

Tertia istius Primatis Prærogativa erat, quam per litteras ad Messorem Numidie Primatem exegit Primas Bonifacius: *Decedentium ac succedentium Episcoporum Matriculam, memores antiquæ consuetudinis, nobis dirigi suademus, ut de multis Provinciis ad nos venientes, præcipuè illi, qui se prioribus suis antepone non dubitant, qualiter unusquisque eorum sedere debeat, sciamus.* Et Messor obedivit, ac rescripsit: *Matriculam hujus Concilii, et Priscorum obliteretur auctoritas, demandavi.* Quisque igitur Primas debebat suæ Synodi, seu Provincie catalogum transmittere. Et ita mandabat Priscorum auctoritas, vetusta consuetudo. Proinde dum de sedendi in Provinciarum, aut etiam totius Dioceseos Synodis, aut quibusvis aliis congressibus ordine nascebatur quaestio, decisis spectabat non ad Provincie Primatem, sed ad Carthagenensem. Nec mirum. Etenim ex hac victoria dependebat successio in Primatum. Quapropter ista Matriculæ, seu nominum transmissio non soli præfata ad Urbem relationi serviebat, sed aliis insuper finibus.

Christ. Lupi Opera T. VIII.

Quarta Prærogativa fuit Judicium ac definitio quaestionum circa successionem Primatum. Etiam ipsorum, licet nulla esset controversia, confirmatio. Lucet ex precibus, quas Cecilianus ac Honoratus, Sitifensis Mauritanie Legati, dum singularem ac proprium Primatem habere supplicabant, obtulerunt Carthagenensi Primati Aurelio, ac ejus Synodo: *Prostemur in Carthagenensis Ecclesiæ conscientiam proferre, quandocumque voluerimus habere primæ Sedis Episcopum. Ita ut cum primæ Sedis Episcopus de corpore recesserit, qui in ejus locum succedit, ad Ecclesiam Carthagenis mittat, & eam instruat, ut fiat primæ Sedis Episcopus.* Et Aurelius reposuit: *Ut Ecclesia Carthagenensis de constituendis primæ Sedis Episcopis consultetur, impedimento nulli esse posse, necum pariter cognoscit Sanctitas vestra.* Affirmat esse rem claram, expertem omnis dubii. Et ista reposuit non ad solos supplicantes Legatos, sed ad omnem Synodum. Hinc & ipsa omnis respondit: *Quandocumque habere voluerit quacumque Provincia primæ Sedis Episcopum, instruat primitus Ecclesiam Carthagenensem, & sic quod desiderat faciat.* Defuncto igitur Primati, Provincia aut Synodus, vel certè ipse successurus, aut succedere prætendens Episcopus debebat Carthagenensem Ecclesiam instruere: Utiq; de successuri jure, idoneitate, aliisque ad causam spectantibus. Et ante Carthagenensis Episcopi Rescriptum ac assensum inthronizari non poterat, neque uti Primatis nomine.

Agilejus, Carthagenensis Ecclesiæ Diaconus, ista omnia ad Bonifacii Synodum legit ex Hipponensi Concilio Aurelii. Et Megalio, Calamensis Episcopus, Numidie Primas, est hic in Sitifensis Mauritanie favorem interlocutus: *Ad compendium venit ista provisio, ut & voluntatibus satisfiat, & se Provincie teneant, responsuris tamen primæ Sedis Episcopis cunctarum Provinciarum ad Ecclesiam Carthagenensem, in quocumque usus exegerit.* Consentit in novum Primatum. Et erat necesse. Etenim Sitifensis Mauritania ante subfuerat Numidiarum Primati, ideoque abscondi non poterat sine ejus beneplacito. Hæc est omninò magna illa Hipponensis Synodus, ad quam Sanctus Augustinus, adhuc Presbyter, disputavit ac exposuit Apostolicum Symbolum. Facta fuit anno istius sæculi nonagesimo tertio, biennio ante Sancti Augustini Episcopatum. Exinde igitur Sitifensis Mauritania habuit proprium Primatem. Et retinuit usque ad novam Imperatoris Justiniani dispositionem, factam post ejectos Vandalos.

Quintam Carthagenensis Ecclesiæ Prærogativam habemus ab eadem Hipponensi Synodo. Etenim Honoratus & Cecilianus, Sitifensis Provincie Legati, dum proprium Primatem postulabant, professi sunt plerasque Carthagenensis Ecclesiæ Prærogativas, promiserunt venerari, ac inter ipsas postulerunt & hanc: *Et si qua de eadem Carthagenensi Ecclesia nuntianda sint ad Provinciam Mauritaniam, causa regule & discipline, hoc prostemur Episcopum Sitifensem debere conveniri, per quem omnes Episcopi in Mauritania constituti possint informari.* Dum per aliquam Provinciam, aut



aliquam ejus Ecclesiam erat, quis sacrorum Canonum aut Christianæ disciplinæ neglectus, correctio spectabat ad Carthaginensem etiam Episcopum. Hic Provinciae Primatem monebat, Primas Episcopum vel Episcopos, in quorum Parochiis disciplina patiebatur. Et hanc Prærogativam laudat Liberatus Byzacii Primas, è sua Jucenti Synodo scribens ad Carthaginensem Bonifacium: *Novimus sapientiam tibi Divinitus infusam, qua præcipue hoc studeas, ut nullus permittatur Ecclesiasticorum Canonum aliquatenus convellere firmitatem, neque cunctis formam præbere virtutum, ut terminos Paternis definitionibus constitutos non negligat servare posteritas.* Affirmat ad ipsum spectare custodiam Canonum.

Sexta Prærogativa est jus ac obligatio visitandi omnes Africanas Ecclesias. Etenim Honoratus & Urbanus, Sitifensis Provinciae Legati, in nescio qua Synodo dixerunt ad Primatem Aurelium: *Et illud nobis verbo mandatum est, ut quin constitutum est in Synodo Hipponensi, singulas Provincias tempore Concilii visitandas esse, dignemini etiam, quod hoc anno secundum ordinem distulisti, vel alio anno Provinciam Mauritaniam visitare.* Et Aurelius respondit: *Nunc de Provincia Mauritaniam, propterea quod in finibus Africae pestis sit, nihil statuiamus. Siquidem vicina sunt Barbarico. Sed præset Deus, ut ex abundantia non pollicentes, venire possimus ad vestram Provinciam. Cogitare enim debetis, quia hoc sibi & Tripolitani, & Arzigitani Fratres potuerunt exigere, si ratio pateretur.* Igitur & hoc jus fuit stabilitum in Hipponensi Concilio. Immo non jus, sed potius obligatio. Etenim uti Metropolitanæ suam Provinciam, ita Patriarchæ ac Primates obligantur suis temporibus invisere suas Dioceses. Carthaginensis medio inter duas Synodos tempore debebat visitare unam Provinciam. Servato ordine. Hipponensis Concilii Canones latent aut perierunt. Non habemus, nisi quorundam fragmenta aut memorias. Præfens memoria existat in Africano Codice, ac item illa collectio, quæ passim appellatur Africanum Concilium.

Cap. 52.

Septima Prærogativa est, quod Carthaginensis Episcopus per omnem Africam potuerit novos Episcopatus erigere. Inter alia Africani Clerici vitia fuit ambitio, de qua ad Aurelium Primatem ac ejus Synodum dixit Epigonius Episcopus: *Plerique tumidi atque stolidi adversus Episcopum suas cervices erigunt Presbyteri, vel conviviis concinnantes plebem, vel sanè persuasum maligno, ut illicito favore eosdem velint sibi collocare Rectores.* Quidam Parochialium in Oppidis Ecclesiarum Rectores Presbyteri suas plebes conviviis, aut aliis artibus alliciebant, divertebant ab affectu in Episcopum, atque ita seducebant, ut violenter postularent suam Oppidanam Parochiam erigi in Episcopalem Cathedralam, ac suum Presbyterum sibi dari in primum Episcopum. Et quoniam consequi desperabant à Primatem aut Synodo suæ Provinciae, passim accedebant Carthaginensem Archi-Episcopum. Hinc enim subdit Epigonius: *Insigne mentis tuæ tenemus votum, Frater religiose Aureli, quæ hæc sæpè oppressisti, non curando tales pestiores.* Quæstio est, an ista per omnem Afri-

cam Aurelius fecerit, an dumtaxat per suam Proconsularem Provinciam. Etenim plura exempla suadent, quod soli Provinciarum Primates citrà Carthaginensis Cathedralæ conscientiam dividerint Episcopatus, ac novos instituerint. Exempla plura habemus in Carthaginensi Collatione: Illic & Donatistæ Catholicos, & hi illos frequenter accusant de erectis novis Cathedralis. Etiam Sanctus Augustinus, dum Fussalensem Episcopatum erexit, folius sui Primatis auctoritatem invocavit, nequaquam Carthaginensis Aurelii. Ita disertè scribit in litteris ad Sanctum Cælestinum Pontificem.

Epist. 161.

Respondeo tamen Epigonium omnino fuisse locutum de cunctis per Africam Provinciis. Etenim rogat tales Episcopatum divisiones ac erectiones deinceps non permitti, nisi de consensu Episcopi, cujus Parochia dividitur. Et hoc juxta antiquum non solius Africanæ, sed omnis sub cælo Ecclesiæ Canonem: *Multis Conciliis hoc statutum à Cætu Sacerdotali est, ut plebes, quæ ab Episcopis in Diocesisbus resistentur, quæ Episcopos nunquam habuerunt, non nisi cum voluntate ejus Episcopi, à quo teneantur, proprios recipiant Episcopos.* Carthaginenses Primates, etiam invititis Episcopis, quandoque Dioceses dividerint in novos Episcopos: Hoc Epigonius supplicat deinceps non fieri. Nequaquam supplicat non erigi novos Episcopatus, sed solummodò non erigi sine assensu illius Episcopi, qui Diocesim est perditurus. Et hoc per omnem Africam. Hinc enim Aurelius reposuit: *Frater & Consecratoris nostri prosecutioni non obstito, sed hoc me fecisse, & facturum esse profiteor, circa eos sanè qui fuerint concordés, non solum circa Ecclesiam Carthaginensem, sed circa omne Sacerdotale consortium.* Per omnem Africam.

Notanda sunt verba: *Circa eos sanè qui fuerint concordés.* Est limitatio circa factam ab Aurelio promissionem. Epigonius suis precibus addiderat: *Quia nonnulli Dominatu quodam adepti communionem Fratrum abhorrent, vel certè cum depravati fuerint, quasi in arce quadam Tyrannica sibi Dominatum vindicant, plerique tumidi atque stolidi adversus Episcopum Presbyteri suas cervices erigunt, &c.* Affirmat quosdam Episcopos fuisse causam præfati Presbyteralis ambitus, ac popularis conspirationis. Etenim obliti Sancti Petri Apostoli Canonem: *Non quasi dominantes in Clero, sed forma Gregii facti ex animo.* Hunc, inquam, obliti Canonem agebant Tyrannidem in suum Clerum ac populum: Talem, aut certè similem, qualem à Fussalenti Antonio fuisse exercitam Sanctus Augustinus deslet in præfatis ad Cælestinum Pontificem litteris. Ita & Oppidis, & eorum Presbyteris dabant causam cogitandi de novo Episcopatu. Hinc igitur Aurelius spondet fore, ut similibus Oppidorum postulationibus nunquam annuat: Attamen circa Oppida illorum Episcoporum, qui concordés fuerint cum suis populis, ac ipsos paternè & Episcopaliter tractaverint. Circa Tyrannicè excedentes vult permanere in auctoritate, qua afflictis populis & Cleris possit per Episcopatus divisionem impartiri solatia. Ex quo lucet, quod Carthaginensis Pri-

Primas potuerit, etiam invititis Episcopis, Episcopatus per omnem Africam dividere. An solus potuerit, non ausim affirmare. Adducta exempla fortiter suadent, quod cuncti Primates etiam potuerint in sua Provincia. Et plurimum favet quadragesimus sextus Canon tertie Carthaginensis Synodi. Præfata Epigonii postulatio, ac Aurelii responsio existant in hodierno Codice Africanæ Ecclesiæ.

Hæc omnia plurimum illustrat sequens Canon: *Ut plebs, quæ nunquam habuerunt proprios Episcopos, nisi ex Concilio plenario uniuscujusque Provinciae, & Primatis, & consensu ejus, ad cujus Diocesim eadem Ecclesia pertinebat decretum fuerit, minime accipiant.* Permittit novos Episcopatus erigi. Attamen sub variis condicionibus & consensibus. Primò, ex consensu totius Provincialis Synodi. Non alicujus Turmæ, sed totius Synodi. Secundò, ex consensu Primatis. Proinde adversus majorem totius Synodi partem solus Primas reluctari poterat, & obtinere. Tertio requirebatur consensus etiam proprii Episcopi, cum eadem Prærogativa. Quæ omnia locum non habebant adversus Primatem Carthaginensem. Hic solus, & sine Synodo, & sine Provinciae Primatem, poterat Episcopatum erigere: Quandoque etiam sine consensu Episcopi. Proinde ejus potestas erat veraciter Primatialis. Canon existat in hodierno Afrorum Codice. Cujus Synodi, aut temporis sit, ignoratur.

Octavam Prærogativam memoravit, & confirmandam retulit ad tertiam Carthaginensem Synodum ipse Primas Aurelius: *Contingit nonnunquam, ut postuletur ab Ecclesiis, quæ Prepositis egent, vel Episcopis vel Presbyteris, & tamen memor Statutorum id sequor ut conveniam Episcopum ejus, atque inculcem, quod ejus Clericus à qualibet Ecclesia postuletur. Sed forte in hodierno non reluctati sunt. Et nequando contingat ut reluctentur, cum fuerint à me in hac causa postulati, quem scitis multarum Ecclesiarum & Ordinandorum causam sustinere. Jussum est ergò, ut quemlibet Consecratorum conveniam cum duobus de consorcio nostro, aut tribus testibus. Si verò indevotus existiterit, quid censet Charitas vestra faciendum? Ego enim cunctarum Ecclesiarum sollicitudinem sustineo.* Affirmat varia. Primò, quod Africana Diocesis laboraret inopia Clericorum, ideoque vacantes, & Cathedrales & Parochiales, Ecclesiæ quandoque non invenirent in suo gremio, quem eligerent in Episcopum aut Presbyterum. Secundò, quod tales Ecclesiæ eligerent aliquem alienum Clericum. Tertio, quod illum, obtinere desperantes, non postularent ab ejus Episcopo, sed à Carthaginensi, communi omnium Patre. Quarto, quod Carthaginensis Episcopus semper habuerit potestatem admittendæ ac exequendæ istius postulationis. Quintò, quod tamen huic potestati statutum sit, ut Primas id non faciat, nisi audito & consulto Episcopo, cujus Clericum debet eripere ac transferre. Sextò, quod hæc moderate sit semper usus. Immo quod ipsa contentus non fuerit, sed post passam in prima consultatione repulsam processerit ad secundam, & quidem adhibens testimonium ac preces duorum vel trium Collegiarum.

Cbrist. Lupi Opera Tom. VIII.

Septimò, quod nullus huc usque Episcopus pertinaciter recalcitraverit, ac speret fore, ut nemo recalcitret. Addit tamen hoc esse possibile. Hinc quærit, quid Synodo placeat in tali casu: Quomodo & qualiter velit à Carthaginensi Primatem procedendum?

Et Numidius Maxulitanus Episcopus respondit: *Fuit semper licentia huic Sedi, ut unde vellet, & de cujus nomine fuisset conventus, pro desiderio cujusque Ecclesiæ ordinaret Episcopum.* Respondit de sola alieni Clerici postulatione in Episcopum. Hinc Epigonius Episcopus adjunxit: *Bonitas sequestrat possibilitatem. Minus enim præsumis, Frater. Et cum te bonum & clementem omnibus reddis, habes enim hoc in arbitrio, satis est ut satisfiat personæ uniuscujusque Episcopi in prima tantum conventionem. Si autem quodlibet huic Sedi vindicandum fuerit sibi arbitratus, necesse tu habes omnes suffulcire Ecclesias: Undè tibi non potestatem damus, sed tuam assignamus ut liceat voluntati tuæ semper & tenere, quem voles, ut Præpositos plebibus vel Ecclesiis constituas, qui postulati fuerint: Et unde voles. Dicit plura. Primò, quod Carthaginensis Primas tales, non solummodò Episcopales, sed etiam Presbyterales electiones potuerit confirmare & exequi. Secundò, quod Episcopus, cui eripiendus erat Clericus, non pluries, nec cum Collegis conveniri debuerit, sed dumtaxat semel, à solo Carthaginensi. Tertio, quod refragante Episcopo habuerit plenam auctoritatem procedendi ex arbitrio. Quarto, quod ab indigenti Ecclesia, etiam citra electionem, postulatus potuerit Clericum dare, & quidem ex qua volebat Ecclesia. Etenim ad ipsum spectabat omnes Ecclesias suffulcire. Non solummodò quoad Presbyteros, sed quoscumque Clericos. Epigonius addit hanc fuisse perpetuam Carthaginensis Cathedralæ potestatem.*

Posthumanus Episcopus unicum contra hæc adduxit serupulum: *Qui unum habuerit, nunquid debet ipsi ille unus Presbyter auferri? Et Aurelius respondit: Episcopus unus esse potest, per quem dignatione Divina Presbyteri multi constitui possunt; unus autem Episcopus difficilè invenitur constituendus. Quapropter si necessarium Episcopatum quis habet Presbyterum, & unum habuerit, etiam ipsum ad promotionem dare debet.* Responsio est lucida. Ex ipsa discimus Africanam Ecclesiam fuisse Clerici adeò indigam, ut plures Cathedrales Ecclesiæ non haberent, nisi unicum Presbyterum. Hinc Posthumanus perrexit: *Ergò si habet alius abundantes Clericos, debet mihi alia plebs subvenire.* Et Aurelius reposuit: *Sanè. Quomodò Ecclesiæ alterius tu subvenieris, persuadetur illi, qui plures habet Clericos, ut unum tibi ordinandum largiatur.* Ex quo vides Carthaginensis Primatis in transferendis Clericis potestatem fuisse universalem, nullatenus adstrictam ad electionem in Episcopum aut Presbyterum. Hinc item vides fundamentum, ex quo Valerius Hipponensis Episcopus circa suum Presbyterum Augustinum fecerit, quod in hujus vita scribit Sanctus Possidius: *Valerius metueret cœpit, ne Augustinus ab alia Ecclesia, Sacerdote privata, ad Episcopatum quaereretur, & sibi auferretur.* Hinc illum sibi adhuc

P 2

vivo

vivo curavit contra Canones superordinari in Episcopum.

Hanc Carthaginensis Episcopi potestatem frequenter admiratur, ac laudat Theodorus Balsamon. Affirmat eandem esse in Pontifice Romano, ac Patriarcha Constantinopolitano, ideoque esse singularem, ac supremam Patriarchalem. Ejus testimonia supra adduximus. Ista tamen potestas, ac per ipsam facta Clericorum translatio plures lites causavit in Africa. Quas omnes per introducta Monasteria, ac mirifice statim multiplicata, extinxit Sanctus Augustinus. Etenim omnes Episcopos aut Clero indigentes Ecclesiae coeperunt ex istis Monasteriis eligere, & accipere. De primo ac novello adhuc Hippo-nensi Monasterio scribit laudatus Possidius: *Pro-ficiente doctrina Divina, sub sancto & cum sancto Augustino in Monasterio Deo servientes, Ecclesiae Hippo-nensi Clerici ordinari coeperunt. Ac deinde magno desiderio poscere atque accipere Episcopos & Clericos pax Ecclesiae atque unitas & cepit primo, & postea consecuta est. Nam ferme decem Augustinus diversis Ecclesiis, nonnullis quoque eminentioribus, rogatus dedit. Et infra scribit de morientis Augustini testamento: Clerum sufficientissimum Ecclesiae dimisit. Utique è suis Monasteriis.*

Nona Prærogativa est, quod Carthaginensium Primas posset generales suæ Gentis Synodos indicare, determinare tempus & locum, eisdem præsidere, ac ibidem habere jus Relationis ac Prærogativam suffragii. Lucet ex cunctis, hodie extantibus, generalibus Synodis istius Dioceseos. Admodum notabile est, quo ista etiam Electus potuerit, ante consecrationem. Hoc patet ex quarta Sancti Martini Pontificis epistola, qua suæ Lateranensis Synodi Acta transmisit in Africam. Epistola enim habet hanc Epigraphen: *Electo spirituali consensu Catholica Carthaginensium Ecclesia, & omnibus, qui ei subsunt, Episcopis, Clericis, Populiisque Christi amantibus. Electus ille fuit Victor, Successor Fortunii. Hic necdum consecratus contra Monothelitas fecerat Synodum, & ipsi Sanctus Pontifex respondit. Facta Synodus lucet ex his epistolæ verbis: Vos merito de sincero affectu amplectimur, maxime cum, tanquam perennes lucernas, confessionis vestre characteres exposueritis Sedi Apostolicae per Synodales litteras vestras. Notanda sunt verba. Etiam præfata epigraphæ. Affirmat ex singulari Catholicae fidei zelo Victorem fuisse electum, ex eodem statim fecisse Synodum, retulisse Romam, atque ita semetipsum Romanæ Ecclesiae etiam ante consecrationem commendasse. Erat res extra consuetum cursum. Sanè innuit ea omnia fuisse acta contra Fortunium, tunc Carthaginensem Ex-Episcopum, cum Paulo Patriarcha, Monothelitarum Principe, degentem Constantinopoli. Innuit quod Fortunius non ob civilem causam, sed ob Monotheliticam hæresim fugerit, aut fuerit ejectus ex Africa, abierit Constantinopolim, ac istic fuerit à Symmisia Paulo honoratus. Videtur fuisse perversus ab Ex-Patriarcha Pyrrho. Item contra ipsum videntur tunc factæ singularum Provinciarum Synodi. Res non spectat ad præsentem materiam.*

Decima Prærogativa à quibusdam putatur, quod nullus Episcopus Africanus potuerit ultra mare, nec ad Comitatum, immò nec ad Apostolicam Sedem proficisci sine venia ac Formata Carthaginensis Archi-Episcopi. Intra Africam Clericus aut Laicus cum sui Episcopi, Episcopus proficisci ac peregrinari poterat cum Formata sui Provincialis Primatis; sed ad transeundum mare necessaria erat facultas Archi-Episcopi. Hæc Prærogativa non caret suis fundamentis. Attamen si cuncti Canones maturè perpendantur, videtur non subsistere. Trans-Marina peregrinatio videtur fuisse ejusdem formæ cum facienda intra Africam. Proindè decima Prærogativa est, quod Carthaginensis Episcopus quibuscumque Synodalibus litteris ac Mandatis solus subscriberet. Undecima erat, quod omnibus per Africam Ecclesiis diem Paschalem quotannis denuntiaret. Duodecima erat, quod etiam quorumvis Monasteriorum Monachos posset transferre, ac evehere in Clerum. Decima tertia erat, quod à quovis Monasterio potuerit eligi in immediatum Superiorem. Etiam excluso proprio Episcopo. Quæ potestas etiam fuit Romanæ Ecclesiae. Ita Adrumetinum, in Sancti Augustini Scriptis notissimum, Monasterium illi semper immediate subsuit. Hæc sunt alterius loci.

## CAPUT VII.

### Exponitur antiquitas Archi-Episcopalis Pallii.

Sanctus Leo nonus inter alias Carthaginensis Archi-Episcopi ponit dignitates, quod solus in Africana Ecclesia habuerit Pallium, ipsumque olim acceperit à Sede Apostolica. Hæc exponi non possint, nisi quaedam dicamus de origine & natura istius Pallii. Dominus Petrus de Marca etiam hic docet nova & paradoxa. Audiamus verba: *Cum materia isthæc digna sit Eruditorum L. 6. C. 6. hominum curiositate, dicam primum, quid ipse sentiam de origine Pallii. Tunc aperiam, quo primum tempore necessitas ejus introducta sit. ac mihi quidem tria præcipuè notatu digna observasse videor. Primum, initio Pallium alia prorsus forma compositum fuisse, quam illud, quod hodie in usu habetur. Secundum, Pallium antiquitus fuisse genus quoddam Imperatorii indumenti, cujus usum Imperatores permiserunt Patriarchis, à quibus deum communicatum est cum Metropolitanis. Describit hodierni Pallii formam, & prosequitur: Priscum verò Pallium erat indumentum præclarissimum & fulgens, quod ad terram dimittebatur. Quod me facilius comprobaturum esse confido, si prius explicavero varia nomina indumenti hujus apud Veteres. Apud Latinos quiddam Pallium constanter appellatum est, apud Græcos verò Omophorion, hoc est, Super-Humerale, & Phelonion. Omophorion tamen vox ambigua est. Quippe interdum significat vestem quandam lanæ, quam Episcopi ut plurimum humeris suis imponebant extra*

extra Sacrificii tempora, saltem apud Orientales, aliquo modo similem ei Palliolo, quo hodie utuntur Episcopi nostrates. Omophorion hujus mentionem facit Isidorus Pelusiotus, qui adnotat illud lanæm idèd fuisse, ut ostendatur quantam gregis sibi commissi curam gerere debeant Episcopi. Effigiem ejus exhibet vetus numisma Imperatoris Theodosii apud Fulvium Ursinum, in quo Beati Apostoli Philippus & Joannes habitu Episcoporum representantur, capite raso, & cum Palliolo illo crucibus ornato, & ad pedus usque pertingente, postio volumine quodam in manu dextra, & cruce in sinistra.

Lib. 1.  
Epist. 136.

Dominus Archi-Episcopus est semper unus & idem. In omni materia seminat novitates atque errores. Primus est, quod Omophorion, de quo Sanctus Isidorus Pelusiotus, sit hodiernum nostratum Episcoporum Palliolum, sive Mozzetta, quo Græcorum Antistites utebantur olim extra Sacrificii tempora. Error lucet ex Sancti Isidori verbis: *Id autem amiculum, quod Sacerdos humeris gestat, atque ex lana, non ex lino contextum est, ovis illius, quam Dominus aberrantem quæsit, inventamque humeris suis susulit, pellem designat. Episcopus enim, qui Christi Typum gerit, ipsius munere fungitur, atque ipso etiam habitu illud omnibus ostendit, se boni illius ac magni Pastoris imitorem esse, qui gregis infirmitates sibi ferendas proposuit. Ac diligenter animum intende. Nam cum ipse verus Pastor per adorandorum Evangeliorum aperitionem accedit, tunc demum assurgit, atque imitationis habitum deponit. Hinc nimirum Dominum ipsum, Pastoralis artis Ducem, ac Deum & Herum adesse significans. Sanctus Isidorus affirmat varia. Primum, quod istud Episcopale amiculum, seu Omophorion sit vestis imitationis. Secundò, quod sit ex lana ovina. Tertiò, quod ista lana, Episcopalis humeris imposita, significet ovem perditam, quam Christus Dominus quæsit, invenit, redemit, imposuit humeris, atque ita reportavit ad salutis gregem, ac Paradisi ovile. Quartò, quod istam lanam indutus Episcopus representet Christum Dominum, ista ove onustum portatorem. Quintò, quod ad solemnem sancti Evangelii in sacrificio recitationem Episcopus deponat istud Pallium. Et depositionis ratio est, quod Evangelium sit quasi ipse Christus Dominus, ideoque ipso præsentem non sit opus vicaria imagine. Quo ritu Græci etiam hodiè utuntur. Non utuntur Omophorion, nisi intra Sacrificium. Magnus Gregorius in litteris ad Joannem Ravennæ Archi-Episcopum affirmat istum esse morem totius sub cælo Ecclesiae. Ex quibus omnibus lucidissimè patet Sanctum Isidorum nullatenus de Mozzetta, sed loqui de sacro Episcoporum Pallio, ideoque Petrum de Marca insigniter deviare.*

Secundus error est, quod antiquum Græcorum Omophorion fuerit idem cum Phenolio. Etenim Phenolion apud Græcos est duplex. De primo habent Rubricæ ad Liturgiam Sancti Joannis Chrysothomi: *Post hæc Sacerdos accipiens Phenolion, & benedicens exosculatur. Latinus interpres vertit, Casulam. Jacobus Goar in scholiis ad Græcorum Euchologion advertit istam vocem à quibusdam per dyptongum, à quibusdam scribi Christ. Lupi Opera T. VIII.*

per simplicem litteram, & adjungit: *Quoquo modo scribatur, Casulam sive Planetam interpretamur. In utraque autem Ecclesia & eundem usum, & eandem formam obtinuerunt. De secunda Phenolii specie habet ritus ordinandi Lectorem & Cantorem: Et Pontifex Phenolio accepto induit illum. Latinus Interpres denuò vertit, Casula. Exponit in libro de sacris ordinationibus Simeon Archi-Episcopus Thessalonicensis: *Lector obtinuit vestem, Camisam vocatam, quæ ad parvam Casula, vel certè Tunica modum, è lino conficitur, primamque Sacerdotii delibationem demonstrat. Parva est propterea. Dei protectionem menti representat. Vel purpurea est, propter purpureum Christi indumentum; vel candida, propter Sacerdotii puritatem & lumen, quo resplendet. Est idem, quod apud nos Alba. Græci non Albam, sed Camisiam vocant: Quod nempe apud ipsos in juniorum diebus, ac defunctorum officii sit rubra, seu purpurea. De eodem Phenolio habet ritus ordinandi Subdiaconum: *Ordinandus in Subdiaconum Episcopo offerretur, Phenolio indutus. Latinus Interpres vertit, Tunica. Jacobus Goar exponit: Phenolion, de quo præsens Textus sermonem habet, non est Casula Sacerdotalis, sed Lectoris vestis propria, Tunica è lino candido, vel certè purpureo colore tincla, quam Simeon Thessalonicensis sæpius vocat Camisiam, à qua & quidam Officiales sunt dicti Camisati. Nempe in Subdiaconum Ordinandus procedit, & Episcopo offerretur in sacro Lectoris habitu, qui est parvum Græcorum Phenolion: Nos dicimus Albam. Cur parvum dicatur, exponit laudatus Goar: *Ad alterius Phenolii, Casulae nimirum Sacerdotalis, quæ ceterorum indumentorum suis, & ultimò assumenda, differentiam. Phenolion itaque est duplex, parvum & magnum; initiale, & finale. Finale seu Sacerdotale subdividitur in Presbyterale ac Episcopale. Istud est simplex ex lana, hoc est Polytaurion, seu insignitum pluribus crucibus. Ipsi Omophorion superponitur. Quare Dominus Archi-Episcopus palam labitur, dum Phenolion affirmat fuisse aut Mozzettam, aut sacrum Omophorion.****

Tertium Domini Archi-Episcopi errorem aliqui censent esse, quod dicat Græcorum Antistites olim fuisse usos Mozzetta, aut simili lanæ Palliolo. Etenim in Lausiaca historia Palladius Heleno-Politanus Episcopus scribit Sanctum Athanasium fuisse utum Tunica & Byrrho. Quid sit Tunica, exponit in suis Annalibus Sanctus Martyr Theophanes, scribens Athanasium fuisse accusatum, quod gereret vestem lineam. Nos Latini hodiè appellamus Rochetum. Græcorum Episcopi non utuntur. Sanctus Athanasius haud dubiè sumpserit à Latinis, quorum ob plures causas fuit amicissimus. Quid Græci per Byrrhum intelligant, docemur à Synodo Gangrensi: *Si quis vir ob eam, quæ existimatur, pietatis exercitationem utatur Periboleo, id est, amictu Pallii, & velut in hoc justitiam constituens condemnet eum, qui cum pietate Byrrbis, & alia communi ac solita veste utuntur, anatema sit. Pallium est stricta, Byrrhus erat vestis ampla, talaris, & longa. Hinc Sanctus Gregorius scribit Neophytos, dum è sacro Fonte ascendunt, indui Byrrho albo. L. 7. Ep. 29.*

Id est, larga sabana. Etiam Latinos Episcopos olim fuisse vestitos Byrrho, liquet ex Sancti Augustini sermonibus de communi vita Clericorum. Episcopalem suam Byrrum Græci jampridem appellant Mandyam undulatam. Mozzetta apud ipsos nulla est memoria. Attamen hæc omnia aliter exponuntur ab aliis. Et tolerabiles opiniones ego nolim censere erroris. Quidquid sit, nemo unquam Græcorum Mozzettam dixit esse Episcopale Omophorion.

Quare tertius Domini Archi-Episcopi error est, quod sacrum hoc Omophorion sit ornamentum Patriarchis permittum ab Imperatoribus. Etiam ad Sanctum Ignatium Patriarcham Constantinopolitanum scripsit Theodosius Patriarcha Hierosolymæ: *Podarem, & Super-humerale cum Mitra, Pontificalem stolam Sancti Jacobi Apostoli, & Fratris Domini, & primi Archi-Episcoporum, quæ Antecessores mei Patriarchæ circum amicti in Sancta Sanctorum ingrediebantur, Sacerdotio surgentes, tuo desiderabili ac honorando mihi Capiti ex amore & dilectionis copia transmissi.* Epistola est in prima actione octavæ Synodi. Eadem de re scribit in Sancti Ignatii vita Nicetas Paphlago: *Ignatius mortalem vitam reliquit. Statim igitur non tam funus, quam vitam curant, illumque sacro Patriarchæ ornatu domesticum ex more vestiunt, & venerandum Jacobi Fratris Domini Super-humerale cum veneratione illum induunt, quod ante aliquot annos Hierosolymis sibi missum tanta veneratione prosecutus est, ac si ipsum Jacobum Apostolum, & primum in eo Humerale Pontificem spectaret. Hoc propterea voluit secum sepeliri.* In ipsius Encomio scribit etiam Michael Synellus: *Ferunt Ignatium, postquam creatus est Patriarcha, Divi Jacobi, Fratris Domini, Super-humerale nactum, sæpè, dum viveret, eo ornatum, ac Sacris in ipso operatum, & post mortem cum eodem sepultum.* Et in Nestorianæ ac Eutylianæ hæresis Breviario scribit Liberatus Carthaginensis Ecclesiæ Archi-Diaconus: *Consuetudo est Alexandriæ, illum Patriarcham, qui defuncto succedit, excubias super defuncti corpus agere, manumque ejus dexteram capiti suo imponere, & sepulto manibus suis, accipere collo suo Beati Marci Pallium, & tunc legitime sedere.* Afirmat istud ipsum, quo Sanctus Marcus fuerat usus, Pallium semper transivisse de Successore in Successorem. Quæ successio usque ad Theodosium Patriarcham omnino fuit etiam Hierosolymæ. Sanctum similiter Petrum Apostolum fuisse usum Pallio demonstrant antiquissimæ Imagines. Quapropter ipsum non est Imperiale beneficium, sed Institutum Apostolicum. Apostoli per ipsum demonstrarunt ac prædicarunt Zelum, quo verus Pastor perditas oves reportat in humeris, debere in Episcopis, præsertim Patriarchis ardere. Ex eodem principio Romana olim Ecclesia istam veri Pastoris Effigiem sculpsit, ac prædicavit in suis sacris Calicibus. Ita testatur Tertullianus in libro de Pudicitia. Et eandem, quasi in ipso Pontifice representatam, Parabolam laudat in alio ejusdem libri capite. Eruditi quidam censent ipsum alludere ad Pallium. Quidquid sit, ex jam adductis constat istam repræsentationem fuisse in Sanctis Apostolis.

Cap. 2c.

Cap. 7.

Cap. 13.

Domini Petrus de Marca pergit: *Alias Omophorion accipitur pro indumento Patriarcharum, quod Latini Pallium appellant. Hoc autem indumentum usque ad talos dimittebatur. Descriptionis hujus probatio sumitur ex Zonara, qui in vita Constantini Comproynsi ait Anastasium, insistentem vestigiis Germani Patriarchæ, Omophorion ejus calcasse, ut eum ad-moveret, ne festinaret. Sanè vox ipsa Pallii evincit illud fuisse indumentum integrum, non autem fasciolas aliquot laneas, ut probatur ex Pelagio, & Gregorio primo, Pontificibus Romanis, qui docent istud fuisse vestem augustam, quæ haud vulgari more orna-ret eum, qui ipsa utebatur. Pelagii enim primi ver-ba hæc sunt ad Sapaudum Arelatensem Episcopum scribentis: Pallium dirigentes, ut in tanti loci fastigio constitutus, præclaro quoque habitu de-coreris. Gregorius verò Pallium esse dicit habitus exterioris clariorem cultum, indumenti munifi-centiam, ad Syagrium Augustodunensem Episcopum, quem statim admonet necesse esse, ut cultui vestium actionis quoque ornamenta conveniant. Et scri-bens ad Martinianum Ravennatensem Episcopum, eadem eum meminisse monet his verbis: Sic eris al-terno invicem decore conspicuus, si ad hujusmo-di corporis habitum mentis quoque bona conve-niant. Quæ loca manifestè probant Pallium fuisse indumentum præclarissimum, non verò fasciolas sa-lum laneas.*

Variè iterum labitur. Primus lapsus est, quod istius descriptionis probatio desumatur ex Omophorion Sancti Germani. Etenim ad Joannem Ravennæ Metropolitanam scripsit Magnus Gregorius: *Illud tibi non putamus ignotum, quod penè de nullo Metropolitano in quibuslibet Mundi partibus sit auditum, extra Missarum tempus usum Pallii sibi vindicasse.* Afirmat esse constantem & perpetuam consuetudinem universalis Ecclesiæ. Ipsam semper viguisse etiam apud Orientales, in libro de sacris Ordinationibus disertè testatur Simeon Archi-Episcopus Theſſalonicensis: *A principio Mis-sæ, & in exaltatione Divini Panis, & in ordina-tionibus, & in aliis sacris Mysteriis Episcopos Pallio semper ab humeris in orbem cingitur.* At verò Ana-stasius Synellus Sancti Germani vestem calcavit extra Ecclesiam. Ergo ipsa non fuit Pallium. Audiamus rem à Georgio Cedreno: *Aliquando Germani, in Regiam euntis, stolæ oram Anastasius calcavit.* Etiam in Græco textu est stola, non Omophorion. At verò stola erat vestis honestis-sima, manicata, talaris, fluens usque ad terram. Ea utuntur etiam hodiè Græcorum Episcopi. Erat quidem mulieribus propria, quod tamen ista vox virilem vestem aliquando significaverit, lucet ex Evangelio, ubi legimus sanctos Angelos apparuisse in stola candida. Et similes stolæ nobis promittuntur in futura vita. Fateor Joannem Zo-naram scribere, quod Anastasius calcaverit San-cti Germani Omophorion: Vocem largè accipit pro quavis veste humerali. Unde & Latinus In-terpres transiit: *Cum aliquando Germanum à tergo sequeretur Anastasius, & vestem ejus pedibus calcasset.* Proinde erat Mandya Sancti Germani. Dominus Archi-Episcopus videtur asserere id fa-ctum, ut Anastasius admoneret Germanum. In quo duplitér errat. Etenim Germanus admo-nuit

nuit Anastasium. Nec calcatio est facta in istum finem, sed ex ejus casuali eventu assumpta est ad-monendi occasio. Nec sub Constantini Caballi-ni, sed evenerunt sub Imperio Leonis Isauri. Attamen hi errores non spectant ad notitiam Pal-lii.

Secundus error est, quod ipsa Pallii vox evin-cat ipsum fuisse indumentum integrum, non au-tem laneas aliquot Fasciolas. Joannes Morinus Num. 19. in Adnotationibus ad sacras Græcorum ordina-tiones scribit aliquid non absumile: *Antequam enarrare incipiamus, notabit Lector nomine Pallii hic nihil minùs significari, quam quod mente prius concepit. Pallium enim vestis oblonga est, humeros & totum corpus, aut maximam illius partem tegens. Sed Pallium Ecclesiasticum Latium est fascia lanea, duos aut tres digitos lata. Describit & Latinum & Græcum Pallium, atque concludit: Quam-quam igitur nihil sit illis cum Pallii ministerii com-mune, antiquus tamen usus obtinuit ut utrumque Pallium diceretur. Est incongrua doctrina. Et enim Ecclesiæ vocem istam non assumpsit sine fun-damento. Ipsum exponit in decimo non origi-num libro Sanctus Isidorus Archi-Episcopus His-palensis: *Pallium est quo administrantium scapulae conteguntur, ut dum ministrant, expeditius discur-rant.* Et infra: *Dicitur autem Pallium à pellibus. Quia prius superindumenta pellicea veteres indu-e-bantur, quasi pellea. At verò Ecclesiasticum Pal-lium contegit administrantium Episcoporum sca-pulas, & esse ovinam pellem audivimus supra à Sancto Isidoro Pelusiota: Ergo ejus significatio non est heretoclitia.**

Tertius error est, quod Pelagius Pontifex, ac ejus Successor Magnus Gregorius in suis litte-ris loquantur de alia Pallii specie: De veste inte-gra & talaris. Est fatua assertio. Omnes, & qui-dem in magno numero, Gregorii epistolæ cla-mant oppositum. Clamant Gregorium loqui de Ecclesiastico Pallio, de modicis fasciis. Loqui-tur enim de Pallio, quod ipse gessit: istud ip-sum haud dubiè transmissit omnibus, aut certè pluribus per suum Patriarchatum Metropolitanis. Ipsum in ejus vita describit Joannes Diaconus Romanæ Ecclesiæ: *In eo quod Pallium ejus bysso candente contraxim, nullis fuisse cernitur acubus per-foratum, sic ipsum circa scapulas devolutum fuisse, non autem confixum dignoscitur, sicut verissimis mu-ffois, vel picuris ostenditur.* Dominus Archi-Episcopus laudat hoc testimonium, ideoque mi-rum est, quod ipsi non aperuerit oculos. Certè Magnus Gregorius in litteris ad Syagrium Epi-scopum Augustodunensem laudat, & transmit-tit istud ipsum Pallium, de quo postea ad Lo-tharium Imperatorem rescripsit Leo IV. *Manda-stis ut Privilegium & Pallium Albeo Episcopo conce-deremus. Unde poscimus, ut vestra super hoc Ma-gnitudine non indignetur. Quoniam quod ab ipso San-ctissimo Papa Gregorio usque ad hæc tempora nostra factum minime recordamur, facere non potuimus. Neque præfixos Patrum terminis immutare.* Al-theus erat Augusto-Dunenſis Episcopus, ideo-que per Imperatorem Lotharium tentavit à Leone IV. impetrare istud ipsum Pallium, quod ejus Prædecessor Syagrius obtinuerat à Magno Grego-

rio. Et quis humana mente adeò excidat, ut credat integram ac Imperialem vestem fuisse ab Altheo postulatam? An Leo postea concesserit, ignoro. Interim Augusto-Dunenſes Episcopi hodiè habent gratiam Pallii. Et constanter cre-dunt à se geri istud ipsum, quod Gregorius trans-misit Syagrius.

Quartus D. Archi-Episcopi error est, quod ex Magni Gregorii verbis, affirmantibus Pallium esse eximium Episcopi ornatum, concludat ip-sum fuisse non laneas fasciolas, sed plenum ho-minis indumentum. Etenim uti quædam voca-bula non propter litteras, ex quibus componun-tur, sed ob res significatas sunt sacra vel prop-hana, honesta vel inhonesta, ita & quædam vesti-menta. At verò Episcopalis Pallii significatio-nem supra audivimus ab Isidoro Pelusiota. Ean-dem laudat in rerum Ecclesiasticarum Theoria Sanctus Germanus Patriarcha Constantinopolita-nus: *Humerale, quo Episcopus circumdatur, signi-ficat ovis pellem, quam errantem cum Dominus in-venisset, assumpsit. Habet autem cruces, quia Christus super humeros gestavit ovem suam. Et in li-bro de sacris ordinationibus Simeon Archi-Epi-scopus Theſſalonicensis: *Pallium manifestè signi-ficat Dei Verbi incarnationem, quoniam nos, ovem perditam, inveniens super humeros portat, natu-ramque humanam integram induit, eamque sibi coadunatam Deificavit, atque id ipsum quod assumpserat, per Crucem & mortem Patri pro nobis obtu-lit, & suscitans nos exaltavit. Ideo Pallium cir-cumfert cruces, & lana textitur, & collo ac humeris Episcopi imponitur.* Et in libro de Missa ac tem-plo scribit Pallium esse tantæ dignitatis, ut in splendida magni introitus pompa primum locum teneat, & agat ducem: *Pallium cruce insignitum præ-cedit. Et adjungit causam: Quod signum JESU sit, & ipsum JESUM de celo ostensum in hominibus præ-fi-gure: Propter has significationes affirmat Pal-lium, laneas fasciolas, esse præcipuum & Sanctissi-mum ornamentum.**

Nihilominus D. Archi-Episcopus pergit: *Præ-terea Pallium illud fuisse verè Pallium, hoc est, aliud quàm exiguam fasciam, colligi potest ex eis, quæ refert Liberatus in capite decimo octavo Brevia-rii, scilicet sententiam damnationis à Felice Papa latam adversus Acacium Patriarcham Constantinop-olitanum, quam is recipere noluerat, Pallio ejus al-ligatam fuisse à quodam Monacho, dum Acacius ad celebranda Sacra ingrederetur: Ita ut cogentur, inquit, qui eas, Id est, Felicis litteras adversus Acacium, detulerant, per quemdam Monachum Acemetensem ipsam damnationis chartam, dum ingrederetur ad celebranda Sacra, suspendere in ejus Pallio, & discedere. Quibus addi potest locus Joannis Diaconi ex vita Sancti Gregorii, cujus au-thoritas efficit, ne temerarius esse videat in hac sen-tentia proferenda, simulque ostendat jam ejus ævo discrimen ingens fuisse inter Pallium veterum, & il-lud quod ejus tempore in usu erat. Afirmat enim B. Gregorium in veteribus picuris videri indutum Pallio ex bysso candenti contexto, & nullis acubus perfora-to, quod in morem vestis humeros ejus operiebat. Adducit superius laudata verba Joannis.*

Respondeo Græcum & Latinum Pallium in quibus-

quibusdam convenire, in quibusdam distingui. Utrumque est laneum, & crucibus insignitum. Singularem Græci formam compendio describit in Annotationibus ad Græcorum ordinationes Joannes Morinus: *Græcum Pallium est longa fascia, ejusdem cum latino, aut paulò majoris latitudinis, nempe trium digitorum, primò collum involvens, deinde à collo per medium pectus longè infra genua descendens.* Eodem modo altera ejus pars descendit per medium dorsum. Difertè hoc scribit Simeon Thessalonicensis: *Collò & humeris Episcopi imponitur. Circa humeros antèrè & posterius.* Et tale Pallium gestavit Magnus Gregorius. Et plures Romani Pontifices, ac alii Latinorum Episcopi. Quare utriusque Palli usus videtur olim apud nos fuisse promiscuus. Insuper Latinum Pallium olim fuit longum, descendens usque ad oras Casulæ. Ita lucet ex antiquis per omnem latinam Ecclesiam picturis. Romanus Patriarchatus comprehendit plures Græcas Provincias: Nempe totum Orientale Illyricum. Hinc igitur Romani Pontifices, quoniam & Latinis & Græcis debebant transmittere Pallia, possint utraque specie fuisse indifferenter usi.

Quare primus Domini Archi-Episcopi error est, quod Joannes Diaconus dicat Magni Gregorii Pallium fuisse instar vestis. Etenim Joannes difertè scribit ipsum fuisse devolutum circa solas scapulas. Scribit ejus nullam à sui temporis Pallio fuisse differentiam, nisi quod esset ex lino contextum, & nullis acubus affixum, sed devolutum. Hoc est, quod esset non Latinum, sed Græcum. Et ita lucet ex antiqua Sancti Gregorii pictura, quam vulgavit Frater Angelus Rocca, Episcopus Tagastensis. Joannes non scribit fuisse Byssinum: Sic enim non potuisset significare ovem perditam. Scribit fuisse ex bysso contextum, id est, intertextum. Texturæ fundus erat byssinus. Cujus singularitatis radicem ignoro.

Secundus error est, quod Acemetensis Monachus Felicis tertii sententiam affixerit Episcopi Pallio Acacii. Est res incerta, ideoque sine errore non possit asseverari. Dubium faciunt hæc verba: *Dum ad celebranda Sacra ingrederetur.* Dubium est, an agant de solemni processu ex Vestitio ad Altare, an de processu à domo ad Ecclesiam. Certè in priori processu Diaconi combinati ducunt agmen, Episcopus hinc inde suffulcitur à Diaconis, & Presbyteri ipsum subsequuntur. Ita scribit Simeon Thessalonicensis. Quomodo igitur Monachus potuisset isthic affigere chartam Pallio Acacii? At verò posterior processio fiebat cum unico Diacono, ideoque erat aptior affixionem admittere. Porro tunc Acacius non erat indutus Episcopale Omophorion.

Quidquid sit, Græcorum Omophorion fuit semper idem. Lucet ex testimonio Sancti Isidori Pelusiota. Et ex sexta Synodo, quæ adversus Macarium Antiochiæ Patriarcham exclamavit: *Macarius meritò ab Episcopatu alienetur. Nudetur circumposito ei Pallio.* Et hujus Pallii materiam & formam exposuit in Relatione ad Sanctum Agathonem Pontificem: *Macarium Pastoritiam pelle meritò demudavimus.* Etiam de Sancto Papa Silverio, dum degradaretur, scribit liber Pontificalis:

Cap. 7.

A. 8.

*Sub-Diaconus Regionarius tulit Pallium de collo ejus, & duxit eum in cubiculum, & exspoliavit eum, induit eum Monasticam vestem.* Pallium tegebat solum collum. Plenis vestibus non in Synodo exutus fuit, sed in cubiculo. Et de Sancto Martino Pontifice, dum Constantinopoli degradabatur, scribit authentica incogniti auctoris epistola: *Carnifices exterius ejus Pallium Sacerdotalis stola exuerunt, & scindentes alas tunice, quæ erat interius, à summo usque deorsum, circumposuerunt ferrea vincula in sanctam ejus carnem.* Nempe loco Sacerdotalis Pallii. De Sancto item Ignatio Patriarcha Constantinopolitano, dum degradabatur, scribit Nicetas Paphlago: *Procopius Hypo-Diaconus, ablato à Patriarcha Pallio, vestesque reliqua sacra, proclamabat. Pallium erat suprema omnium sacrarum vestium. Erat superpositum Casulæ. Proinde omnia ista Pallia nequaquam fuerunt plena vestimenta, sed pelles pastoriciæ, laneæ fasciæ. Quare & Acacius, dum celebrabat Divina, gerebat istam pellem.* Et etiam post dorsum propendebat usque ad oram Casulæ. Unde & ad ipsam Monachus potuit suam chartam affigere. Est tamen res incerta. Incertum est, an affixio sit facta intra Ecclesiam. Quidquid sit, isti, Episcopum plenè vestienti, Imperiali Pallio nulla suffragatur auctoritas, nullum testimonium, nulla antiqua pictura, nullum multivum. Est hæternum figmentum.

## CAPUT VIII.

*An sacrum Archi-Episcoporum Pallium sit Imperiale Donum ac Beneficium?*

DOMINUS Archi-Episcopus affirmat: *Alterum quod mihi observasse videor notatu dignum, nempe Pallium esse genus quoddam Imperatoris indumenti, cujus usum Imperatores permiserunt Patriarchis, prima fronte videtur posse audacè plenum, nisi fide-jussores optimos darem. Ecclesia namque Romana ita esse fatetur, quæ Constantinianam donationem, ubi scriptum est Pallium Romano Pontifici tributum beneficio istius Imperatoris, Decreto Gratiani insertam suscepit. Assentior planè viris eruditissimis, qui donationem illam falsè arguunt, eo in primis argumento, quod à Constantino esse facta dicitur. Fatendum est nihilominus vetus esse monumentum illud, & antecedere tempora Caroli Calvi, contra quàm visum est his, qui antiquitatem ei maximam tribuere existimant, cum jam in rerum natura fuerit ævo Adriani primi, & Caroli Magni. Sufficit in præsentiarum, quod donatio illa, cujus auctoritas semper viguit in Romana Ecclesia, donec techna ista detecta est, originem Pallii tribuit Imperatoribus. Id enim probat eam ostingentes per annos invaluisse opinionem, & ob hoc ipsum non posse argui novitatis. Arte tamen quadam, & industria opus est, ut Pallium in hac donatione deprehendi possit: Existimat deprehendi in his*

in his verbis: *Deinde Diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulque Phrygium, nec non Super-Humerale, videlicet Lorum, quod Imperiale circumdare solet collum, verum etiam & Chlamydem purpuream, atque tunicam coccineam.*

Demonstrat per Phrygium, non Pallium, sed Mitram intelligi, & pergit de Super-Humerali, seu Loro: *Lora Fascias aureas rectè dixerimus, aut purpureas, aut prætextas, tunica cuiusdam aut Pallio alligatas & connexas.* Unde apud Flavium Vopiscum legimus tunicas purpureas, rellas, dilores, & trilores. *Id est, tunicas purpureas, quibus duo aut tria lora prætexta erant alligata.* Hinc concludit: *Donatio igitur illa duo quædam docet: Constantinum videlicet dedisse Lorum, sive Fascias, quibus indumentum ejus ornabatur, & Chlamydem, id est, Pallium Imperiale.* Unde colligi non absurdè potest Pallii vocabulum olim fuisse complexum, & Pallium ipsum Regium integrum, & Fascias, sive Lora, quibus illud erat ornatum. Quapropter mirum videri non debet, si Pelagius primus & Sanctus Gregorius tateperè commendant pulchritudinem & splendorem hujus Pallii, quod ad humum usque dimittebatur, ut ostendi superius. Quia non solum ex Loris constabat, sed etiam ex Pallio Regio, ut notavit Balsamon in Meditatione prima: *Unde fit, ut sanctissimi Patriarchæ, qui sanctarum Ecclesiarum Dei Capitis vicem implent, Saccos induant, Tunicasque fluviis ac triangulis, & Penulas multis crucibus depictas.* In Responsione trigesima ad interrogationes Marci Patriarchæ Alexandrini ait indumentum, cui Sacco & Polytaucio nomen est, in quo depictæ sunt cruces, indumentum esse, quo Patriarchæ ornantur ad differentiam aliorum Episcoporum.

Audiamus totam fabulam: *Igitur hæc tria, Saccus, Sticharion, & Phenolion non erant ejusdem coloris, & ad varios usus porrigebantur. Quippe Sticharion & Phenolion interdum purpurea erant, non undis, non crucibus ornata. Et nullo alio in usu erant, quam in officiis jejuniis, & funeribus. Aliquando autem candida erant, undis quoque & crucibus ornata, eorumque usus usurpabatur cum Sacco. Porro Saccus necessariò candidus esse debuit. Cui insuper hæc necessitas adstricta erat, ut eo uti Metropolitanus non possent, nisi in tribus diebus solemnitium Fæstorum, id est, Paschæ, Pentecostes, & Natalis Domini, ut observavit Demetrius Chomatenus, Bulgariæ Archi-Episcopus, in Responsione ad secundam Interrogationem Cabasila. Unde colligi videtur Saccum ornatum optimè referre Pallium Latinarum, cum in solemnibus tantum fæstis diebus usurpari potuerit à Metropolitanis, velut Pallium. Cæterum quod attinet ad molem & formam Sacci, eam colligere possumus ex verbis Balsamonis, qui Meditatione prima ait Saccum significare vestem opprobrii, quæ Christo imposita est. Cum autem Demetrius Chomatenus nos docuerit eum fuisse albi coloris, patet ejus descriptionem congruere cum ea, quam Joannes Diaconus exhibet in vita Sancti Gregorii, cum ait Gregorii Pallium ex bysso candente contextum fuisse in veteribus picturis.*

Est integra sylva errorum. Primus est, quod Romana Ecclesia jam ab ostingentis annis probaverit famosum instrumentum Constantinianæ

donationis. Etenim plures Eruditi constanter docent ipsum non esse adeò antiquum. Docent esse figmentum Joannis Cardinalis Diaconi, cognomento Joannis Digitorum, qui vixit sub Imperio Ottonis tertii. Et multæ chartæ, multique libri ambulant per Orbem Christianum, qui licet tolerentur, non tamen probantur aut suscipiuntur à Romana Ecclesia. Secundus error est, quod Romana Ecclesia istud instrumentum probavit, dum suscepit Decretum Gratiani. Etenim per istam susceptionem non probavit Gratiani omnia. Quædam solummodo permisit aut toleravit. Est Eruditus exploratum. Et graves Authores testantur, quod ipse Gratianus agnovit istud instrumentum esse spurium. Tertius error est, quod Romana Ecclesia censuerit per istud instrumentum Romano Pontifici ac aliis Patriarchis donari Imperiale Pallium. Etenim ipse Dominus Archi-Episcopus fatetur istam Assertionem esse plenam audacia novitatem, ideoque per omnes Mundi angulos venatur ipsi Fidejussores. Item proficitur opus esse arte atque industria, ut ista donatio in instrumento reperitur. Hinc quartus error est, quod Romana Ecclesia laudatum in instrumento Imperiale Pallium per ostingentos annos crediderit esse Episcopale. Est indignissima calumnia.

Quintus error est, quod Episcopale Pallium ab instrumento significetur per Lorum & Chlamydem: Quod dicat ipsum fuisse Chlamydem ornatum Loris. Dominus Archi-Episcopus errat in primis rei vestitiaræ elementis. Omnes enim Romanarum vestium vel modicè periti norunt lora, Clavos, Prætextas, aliasque istiusmodi Fascias nequaquam fuisse Chlamydem ornamenta, sed solarum Tunicarum. VValtrivium, virum eruditum, Octavius Ferrarius in libris de re vestitiaria rectè arguit, quod in libris de remilitari scribat latos aut augustos Clavos à Tribunis fuisse additos ad Sagum seu Chlamydem, quoniam solis Tunicis indebantur. Et ipse Dominus Archi-Episcopus rectè advertit à Flavio Vopisco laudari non bilores aut trilores Chlamydem, sed Tunicas. Deinde Chlamys est militare indumentum. Imperialis Chlamys erat Principis Paludamentum, quo non utebatur, nisi in bello & castris. Proinde nequaquam convenit Romano Pontifici. Quis unquam Romanum Pontificem, quemvis Patriarcham, aut Metropolitanam in libris legit, vel in Imaginibus vidit Chlamydatum aut Paludatum? Instrumenti confictor nescivit quid esset antiqua Romanorum Chlamys. Eruditissimum Archi-Episcopum dedecet insistere talibus vestigiis.

Sextus error est, quod Pelagius primus ac Gregorius Magnus laudent externam pulchritudinem & splendorem Pallii dimissi usque ad terram. Etenim Paludamentum non erat splendidum. Erat ex lana. Aurea Paludamenta erant mali commatis. Res barbara. Deinde, Paludamentum Principis, licet militum Sagis ac Tribunorum Chlamydis esset longius, passim tamen non extendebatur ad terram. Quidquid sit, Dominus Archi-Episcopus pessimè detorquet Pelagium Pontificem, ac Magnum Gregorium.

Et-



Etenim ambo, uti & Simeon Thessalonicensis, & cuncti alii Scriptores, Pallii magnificentiam & splendorem non in materia aut forma collocant, sed in sacris ejus significationibus. Magnus Gregorius in litteris ad Joannem Ravennæ Metropolitam scribit Pallium esse grave jugum atque vinculum cervicis nostræ, quod non pro seculari, sed pro Ecclesiastica dignitate sit postulandum atque gestandum, & adjungit: Nihil in Episcopali cervice splendidius fulget, quam humilitas. Palam affirmat Pallium fuisse non Chlamydem, aut aliud talare vestimentum, sed Ornatum solius cervicis. Ornatum nullius ponderis. Et tamen addit esse grave jugum atque vinculum. Hoc est, symbolum gravis jugi atque vinculi. Eadem ratione est ornamentum non pro seculari, sed pro Ecclesiastica dignitate portandum. Quia nempe gloria ejus est ab intus, in sacris significationibus.

Septimus error est, quod Theodorus Balsamon per Saccos, per Tunicas fluvis ac triangulis ornatas, & per depictas multis crucibus Penulas intelligat Episcopale Pallium. Etenim intelligit tria diversa Patriarcharum indumenta ac ornamenta, diversissima à Pallio. Intelligit Saccum, Sticharion undulatum, & Phenolion Polytaurion, id est, Casulam ornata multis crucibus. Saccum describit in libro de Missa & templo Simeon Thessalonicensis: *Sacrum Phenolion sublimiorem & supernè collatam Spiritus Sancti virtutem demonstrat. In primis Saccus, quo per ludibrium Salvator indutus est. Idcirco & Sacci formam habet. Nec enim in eo sunt, quæ appellantur, manica. Manifestius hoc confirmat, quod eo vestiuntur à Pontificibus selecti & primi, ipsaque Sacci appellatio. Per selectos & primos Pontifices intelligit Patriarchas. Quod ipsis solis permitteretur illud ornamentum, disertè docet etiam Theodorus Balsamon in Responsis ad Quæstia Marci Patriarchæ Alexandrini. Attamen Georgius Phranzes scribit Lacedæmonis Metropolitam fuisse ipso usum. Idem de Monembasiensi habemus apud Martinum Crusium in Turco-Græcia. Videtur fuisse singulare quorundam Metropolitanarum privilegium. Etenim Saccus erat ornamentum, quo solemniter etiam Imperator ornabatur. Hinc in libro de Constantinopolitanæ Ecclesiæ officiis scribit Georgius Codinus: *Quando Imperator fert Stemma, aliud indumentum non gestat præter Saccum & Diadema. Et infra: Palmarum festo nihil aliud fert, nisi Stemma & Saccum. Erat vestimentum oblongum & strictum, simile sacco. Omophorion ipsi super-imponebatur. Ad eodè Saccus non erat Omophorion. Ejus forma Jacobus Goar nobis exhibet in imagine Sancti Patriarchæ Germani.**

Sticharion exponit in libro de sacris ordinationibus Simeon Thessalonicensis, agens de Lectore ordinando in Subdiaconum: *Camison deponit, & Sticharion induit, Pontifice ipsum benedicente. Sed prius ad Orientem versus ter Deum adorat, auxilium & ministratorem illuminationum, velut ad majorem illuminationem, quæ Stichario significatur, accedens. Porphyream quidem vestem exiit, quæ passionis indicium est, utpotè vibices adhuc san-*

*guinolentas indicans; sed album Sticharion demonstrat puriores gloriæ Dei radios, amictumque perturbationis expertem. Et in libro de templo ac Missa: Primum Stichario induitur. Sticharion autem lucidum demonstrat Angelorum amictum. Et varii Græcorum rituales libri habent de ordinando in Subdiaconum: Ordinandus adducitur indutus Stichario, & cinctus. Et Sanctus Germanus in libro de sacris ritibus: Primum Sticharion, cum album sit, Divinitatis splendorem indicat, & Sacerdotis splendendam conversationem. Ipsam omninò laudat in Anastasis somnio Sanctus Gregorius Nazianzenus: *Ministri in splendidis vestibus adstant, imagines fulgoris Angelici. Laudat Diaconos Stichario indutos, affirmatque ipsos fuisse imagines Sanctorum Angelorum, apparentium in stolis candidis. Georgius Codinus in præfato libro scribit etiam Imperialis Palatii Archi-Diaconum gestasse consuetum Sticharion, & adjungit Sticharia per Quadragesimam fuisse purpurea, exceptis tamen Dominicæ Annunciationis Festo, Palmarum Dominica, & Sabbato sancto. Erant purpurea in omnibus diebus jejunii, ac in officiis defunctorum. Hinc Constantinus Cabasilas, Dyrrachii Episcopus, novæ Epiri Metropoli, rogavit Demetrium Chomatenum, Archi-Episcopum Bulgaricæ: *An consentaneum sit in purpureis Pontificum vestimentis poni, quemadmodum & in albis, in Stichario quidem flumina, in Phenolio autem cruces?* Et Demetrius respondit: *Consuetudo Ecclesiæ purpurea Pontificum vestimenta vult esse simplia, & sine prædictorum fluminum & crucium adiectione. Et adjungit causam: Purpurea hujusmodi vestimenta sunt lucis insignia. In solis enim jejunii diebus, & mortuorum memoris assumuntur. Græci in Divinis officiis non habent nigrum aut violaceum colorem: Eos supplet ruber seu purpureus. Itaque Sticharion est idem, quod nobis Alba. Est commune Subdiaconis, Diaconis, Presbyteris, ac Episcopis. Verùm ista Tunica est nobis semper alba, Græcis autem aliquandò purpurea. Et Theodorus Balsamon rectè dicit alba Episcoporum Sticharia habere singularia ornamenta: Nempe adfutos, seu intextos fluvis ac triangulos. Utique in diebus lætitiæ. Affirmat per ista significari sanguinis & aquæ rivos, qui ex Divino Latere distillarunt. Etiam nostræ solemniores Albæ habent sua ornamenta. Et hinc vides, quid sibi velit Sancti Athanasi vita, dicens ipsum fuisse amictum Stichario & Byrrho. Item vides, quàm levibus fundamentis Dominus Archi-Episcopus nitatur, ut nobis persuadeat Episcopale Pallium olim fuisse splendidam, ac talarem vestem, donumque ac beneficium Imperatorum.***

Tertium, à Theodoro Balsamone laudatum, Patriarcharum ornamentum erat Polytaurion, seu Phenolion Polytaurion. Græcorum Phenolion est idem, quod nostra Casula, seu Planeta, ideoque Balsamonis translator debet non Penulam, sed dicere *Casulam*. Porro omnis Græcorum Casula est ex lana. Hinc author Schismatici Tractatus, reperti in Constantinopolitano Patrum Prædicatorum Conventu, Latinos uti de magno crimine arguit, quod habeant Casulas ex Serico. Presbyterorum Phenolion est simplex, ac

at verò Episcopale describit in libro de templo ac Missa Simeon Thessalonicensis: *Pontifices Casulam crucibus plenam induentes, quæ & Multi-Crucium vocari solet, clarè docent, quoniam Passionis Domini signum est, se illum imitari, qui per Passionem & Crucem consummavit veram justitiam. Theodorus Balsamon in Meditatione de Patriarcharum Privilegiis disertè docet istud ornamentum competere solis Patriarchis: *Nec enim alii Episcopi Saccos, vel Casulas multis insignitas crucibus induunt, nec Tunicas frequentè littera Gamma, triangulisque depictas. At verò Simeon Thessalonicensis in præfato libro, ac in præfato Rescripto Demetrius Chomatenus affirmant esse commune omnibus Episcopis. Quod ipsum demonstrant antiquæ Græcorum Episcoporum picturæ. Nempe Polytaurion singulari jure quadrat Patriarchis. Quidquid sit denuò lucet labi Domini Archi-Episcopum, dum Episcopale Polytaurion credit esse aut fuisse Episcopale Pallium.**

Et certè Theodorus Balsamon in ista Meditatione Omophorion disertè distinguit à Polytaurion, Stichario, Sacco, omnique alio Patriarchali ac Episcopali Ornamento: *Sanctorum Patriarcharum Epimania celebrant Domini manicas, quæ volens sustinuit ob salutem nostram, dum instar Verberonis ad Caipham duceretur: Collaria, lorum istud, quod vitam ad mortem traxit. Tunica flumina habentes, sanguinis & aquæ rivos, qui ex Divino Latere distillarunt. Hæc sunt alba Sticharia. Generalia sunt documentum illius lineæ, quo Dominus Apostolorum pedes terxit. Sacci, Pallium illud contumeliæ atque opprobrii. Super-humeralia, seu Omophoria, Primitivi transitum ab inferis ad cælos. Insignita multis crucibus Casula, seu Polytaurion Phenolia, veneranda Crucis univertalem gloriam atque potestatem. Quæ sunt in his triangula, lapidem illum angularem, CHRISTUM Deum nostrum, qui disjuncta conjunxit. Palam distinguit Omophorion ab omnibus aliis. Et affirmat per Episcopale Collare significari lorum, quo CHRISTUS Dominus fuit tractus à Judæis. Istud ipsum Collare existimo esse lorum illud, quod laudat Constantini donatio.*

Octavus Domini Archi-Episcopi error est, quod Latinorum Pallium dicat esse idem præsertim cum Sacco Græcorum. Deo laus, quod tandem recedat à Polytaurion & Stichario. Attamen non minùs errat circa Saccum. Fateor hunc semper fuisse album. Item usui non fuisse, nisi in tribus Domini festivitibus. Etenim ad Constantinum Cabasilam disertè rescriptit Demetrius Chomatenus: *Ecclesiæ consuetudo Saccum purpureum nequaquam novit. Quandoquidem Saccus in tribus tantummodò anni Dominicis festis suum usum præbet. Nimirum Magno Paschate Domini, Pentecoste, & Natali CHRISTI. Hoc igitur satis plenam fidem facit necesse non esse, ut Saccus sit purpureus. Nempe purpureus color apud Græcos est tristitiæ & luctus, ideoque non convenit istis festivitibus. At verò non solum Græci, sed etiam Latini Episcopi longè frequentius ornantur Pallio. Et Sacci formam esse à Pallio diversissimam, est supra demonstratum. Ex quibus*

lucet Dominum Archi-Episcopum miserabiliter labi.

Nihilominùs pergit: *Sed præter illam Ecclesiæ Romanæ confessionem, quæ octingentis abhinc annis agnovit Pallium, quo Romani Pontifices ununtur, Imperatorum esse beneficium, suppetunt etiam gravissima hujus rei argumenta, quibus contradi non posse existimo. Quis æquis auribus sustineat tantam Romanæ Ecclesiæ contumeliam? Est abundè revicta. Porro aliud irrefragabile Domini Archi-Episcopi argumentum est auctoritas Liberati Diaconi, de Anthimo Patriarcha Constantinopolitano, per Agapetum Pontificem degradato, in Breviario scribentis: *Anthimus videns se Sede* Cap. 21. *pulsus, Pallium quod habuit, Imperatoribus reddidit, & discessit, quòd eum Augusta suo patrocinio tueretur. Dominus Archi-Episcopus commentatur: Nihil dici potuit apertius. Reddere enim ad eum refertur, à quores quæpiam accepta est. Sed ne quis hujus argumenti vim eludere se posse putet eo prætextu, quod cum Anthimus Justiniani & Theodora suffragatione ad hanc Sedem promotus esset, Pallium ob hoc eis reddere voluerit, addam & argumentum aliud, ex eadem antiquitate petitum.**

Respondeo longè aliter fuisse processum in degradatione Pauli Patriarchæ Alexandrini, de qua idem Liberatus: *Imperator Justinianus misit Pelagium Diaconum, & Apocrisarium primæ Sedis Romanæ, Antiochiam cum Sacris suis; quibus præcepit, ut cum Efremito ejusdem urbis Episcopo, & Petro Hierosolymita, & Hypatio Ephesino, venirent Gazam, & Paulo Episcopo Pallium auferrent, eumque deponerent. Pelagius ergo profectus Antiochiam, & inde Hierosolymam, cum memoratis Patriarchis & aliquantis Episcopis venit Gazam. Et auferentes Paulo Pallium deposuerunt eum. Et ordinaverunt pro eo Zoilum. Et de Sancto Germano Patriarcha Constantinopolitano, per Imperatorem Leonem Isaurum dejecto, scribit Georgius Cedrenus: *Germanum Leo Patriarchæ sollo dejecit. Et is Super-Humeralia in sacra Mensa Magni Templi deponens, resignavit munus suum, atque discessit. Proinde Anthimi facinus fuit profana heretici hominis audacia, cujus aliud non existat exemplum. Et reverà ille Episcopatum à Theodora Augusta per intrusionem acceperat: Hinc eadem, qua intraverat, porta exiit.**

Audiamus & aliud Domini Archi-Episcopi ex Ecclesiastica antiquitate petitum argumentum: *Episcopus Arelatensis nova quadam & peculiari dignitatis Prærogativa auctus erat beneficio Zozimi summi Pontificis. Eam deinde auxit & Symmachus Sedis Apostolicæ Vicariatu per Gallias & Hispanias. Auxantius ad hanc Cathedram evehctus præter Papæ Vigili Vicariatum Pallio etiam insigniri cupiit. Quod Pontifex distulit, donec ab Imperatore Justiniano probatum foret. Hujus autem dilationis hanc reddidit causam: Ut & vobis gratior præfectorum causa reddatur, dum quæ postulatis, cum consensu Christianissimi Principis deferuntur, & nos honorem fidei servasse cum competentem reverentia judicemur. Id est, fidem servasse Imperatori cum debita reverentia. Et biennio post, cum Episcopo illi morem gessisset secundum desiderium Childeberti Regis, eum hortatur, ut preces ad Deum* fur-

fundat pro Justiniano & Theodora, qui annuente Belsario concesserant, ut Auxiano Vicariatus ille tribueretur, usque Pallium ad eum mitteretur: Qui pro his Charitati vestrae mandandis praebuere consensum, inquit Vigilus Papa in epistola ad Auxaniam. Auxanio vero defuncto, Successorem ejus Aurelianum eodem honore prosecutus est Vigilus, ut Regis Childeberti voti obsequeretur, sed epistola ad Aurelianum scripta fuit, ut Belsario gratias ageret, qui & laborem & sumptus itineris, quod Aureliani Tabellarius ad Justinianum instituerat, sua cura abstulerat, & consensum Principis obtinuerat pro hoc beneficio. Gregorius tamen primus & Vicariatum & Pallii usum continuavit Virgilio Arelatensi Episcopo non expectato consensu Imperatoris Orientis, succedere ratus consensum Childeberti Regis Franciae, quod usum jam receptum esset, ut Pallium tribueretur Episcopis Arelatensibus. At sequenti anno, dum Regina Brunichildis optasset, ut Syagrius Augustodunensis Episcopus Pallio honoraretur, non refragatus est Pontifex, sed tamen non ante concessit, quam consultus Imperator per Gregorii Diaconum, in Constantinopolitana urbe commorantem, respondit sibi placere, ut ita fiat. Syagrius, inquit, Pallium dirigere secundum postulationem vestram volumus. Propter quod & Serenissimi Domini Imperatoris quantum nobis Diaconus noster, qui apud eum Responsa Ecclesiae faciebat, innotuit, prona voluntas est, & concedi hoc omnino desiderat. Hic nunc interrogo, quae tandem ratio excogitari possit, qua ostendatur necessitas consensu Imperatoris, ut Syagrius Pallium absque Vicariatu concedi posset, & Auxiano, Aurelianoque cum Vicariatu conjunctum? Sanè nullam aliam reperiri posse arbitror, quam jus illud, quod sibi Imperatores retinuerant in concessione horum indumentorum, quae cum Imperialia essent, & summo Pontifici, ceterisque Patriarchis concessa ab Imperatoribus, vulgari non poterant absque eorum consensu. Multò minus absque eorum consensu tribui poterant Gallicanis Episcopis, qui cum Regis Francorum Imperio subiacerent, auctoritatem Imperatoris non agnoscebant. Indumenta quidem Imperialia cum Rege Lazorum communicata sunt, sed à Justiniano, ut scribit Procopius. Par igitur erat, ut summus Pontifex Imperatorum consensu non destitueretur cum Episcopis Gallicanis honorem illum recenter tribuebat. Ceterum necessitas illa consensu Imperatoris, ex dignitate Pallii petita, honorificentior haud dubiè est pro Sede Apostolica, quam si quis eam excessat ab ista quibusdam opinione, non liceat videlicet summo Pontifici gratificari cuiquam Episcopo absque consensu Imperatoris.

Oportet etiam Dominum Archi-Episcopum quaedam interrogari. Primò, ubinam sint authenticae tabulae, quibus Romani Imperatores Romanis Pontificibus ac aliis Patriarchis concesserunt indumenta Imperialia? Quis istarum tabularum meminit? Quis refert aliquid ipsarum fragmentum? Dum simile quid videro, credam emanasse. Et sanè famosum Constantinianæ donationis instrumentum ista ornamenta donat non Patriarchis, sed solis Romanorum Pontificibus. Hinc Michael Cerularius Patriarcha Constantinopolitanus, antequam purpureos Compagos praesumeret, sceleratè edixit Papalia privilegia si-

mul cum Imperialibus demigrasse ex antiqua Roma in novam. Deinde, quis unquam Romanus Pontifex, aut quis Patriarcha fuit visus indui ornamentis Imperialibus? Ego nullum scio, nisi unicum Bonifacium octavum, qui primo sui Jubilæi die in Papali, secundo die se in Imperiali ornatu ostendit populo. Ita scribit Supplementum Conrardi Abbatis Uspergensis. At ista ostensio, quia praesertim invasit Galliae Regnum, apud Gallos est modicæ auctoritatis.

Secundò Dominus Archi-Episcopus est interrogandus, si Justiniani ac Mauricii Imperatorum tempore Gallicani Episcopi non agnoverint Imperatoris potestatem; cur sine ipsius gratioso consensu non potuerunt obtinere Pallium? Quid opus consensu illius, cui nulla est in nos potestas? Certè Pelagius primus ad Childebertum Francorum Regem scripsit de Justiniano: Pater vester Clementissimus Imperator; Quis Pater sine auctoritate in Filium? Et ad Imperatorem Leonem Isaurum, lapsus in Iconoclasticam hæresim, scripsit Gregorius secundus: Testis est Deus, quascumque missi ad nos epistolas, auribus cordibusque Regum Occidentis obtulimus, pacem illorum tibi ac benevolentiam conciliantes, teque commendantes, & mirificè effervescentes, quomodo & antea conversantem intuebamur. Idcirco etiam Laureata tua receperunt, ut Reges à Regibus honore affici convenit. Idque cum nondum inceptum hoc, conatumque tuum, qua adversum imagines insurrexisti, audivissent. Cum verò didicerunt, tunc projecta tua Laureata conculcarunt, & faciem tuam conciderunt. Quid sit Laureata recipere, exponit præfatio ad undecimum librum epistolarum Sancti Gregorii: Coronatus est Phocas, & Leontia Augusta, Septimè in Palatio. Venit autem Iona supra scriptorum Phocæ & Leontiae Augustorum Romam. Et acclamatum est eis in Lateranis, in Basilica Julii, ab omni Clero, vel Senatu: Exaudi Christe. Phocæ Augusti, & Leontiae Augustae vita. Tunc iussit ipsam Iconam Dominus Beatissimus, & Apostolicus Gregorius Papa reponi in Oratorio Sancti Casarii Martyris intra palatium. Quare Laureatorum receptio erat manifesta professio obedientiae. Et hinc inter palmaria crimina, de quibus Patriarcham suum Dioscorum apud Synodum Chalcedonensem accusarunt quidam Alexandrini, fuit rejectio Laureatorum. Quapropter omnes Occidentales Reges dudum retinuerunt & agnoverunt aliquid obedientiae erga Romanum Imperium. Et jure merito. Etenim aliquam ejus partem invaserant ac detinebant.

Quod præsertim verum est de Regno Burgundiae. Hinc enim in litteris ad Constantinopolitanum Episcopum S. Avitus Archi-Episcopus Viennensis Regem suum Sigismundum appellat Patricium, ejus Filium. Et in Epigraphe epistolæ ad Vitalianum Senatorem appellat ipsum Comitem. Nempè Anastasius Imperator ipsum creaverat Patricium & Comitem. Et in hac epistola ipse Sigismundus Anastasium appellat Clementissimum commune Dominum. Et adjungit: Insinuate atre nrius obedientiae famulatum, quem nunc in obsequio, semper habemus in voto. Et iterum: Quoscumque honorum privilegia erigitis, Romanos putare debetis. Proinde Patricius & Comes non poterat non esse Romanus. Et in alia epistola scribit: Dulce est, si hi quos militiae fascibus, & peculiaris gratiae pietate sustollitis, quos in extremis terrarum partibus aule pollutis contubernio, & veneranda Romani nominis participatione ditatis, specialiter gaudia vestrae Perennitatis agnoscant, quae generaliter cunctis fama concelebrat. Ornat quippe Imperii vestri amplitudinem longinquitas Subditorum, & diffusionem Rei-publicae vestrae asserit, quod remotius possidemur. Sub hoc onere Clodoveus acquisivit Burgundiam, & Childebertus possedit. Hinc de ipso scribit Abbas Regino: Mauritius Imperator Childeberto Regi Francorum quinquaginta millia Solidorum per suos Legatos direxit, petens ut Longobardos de Italia exterminaret. Qui cum Francis Italiam intrat. Longobardi ei munerattributionem, & pacem cum eo faciunt. Imperator Solidos requirit, sed ille virum suorum potentia fretus pro hac re nec Responsum reddidit. Et statim infra: Mauritius Imperator Legationem ad Childebertum Regem dirigit, ei mandans, ut quod prius non fecerat, nunc adimpleret. Ut Longobardos ab Italia removeret. Qui exercitum in Italiam direxit, & commissa pugna cum Longobardis Francorum acies graviter attrivit. At verò Arelata & Augustodunum erant in Regno Burgundiae. Hinc igitur Romani Pontifices sine Augusti Principis licentia non poterant isthic creare Apostolicos Vicarios, nec elargiri Pallia, nec alios impartiri sacros honores. Augustus Princeps volebat esse securus de persona.

Epist. 69.

anno 517.

Epist. 3.

Lib. 7. Indict. 2. Epist. 127.

Epist. 7.

Epist. 42.

dium proferre. Docet plura. Primò, quod Romani Imperatores Hispaniam à Gothis constanter repetierint. Secundò, quod ad evitanda bella, & ad unicuique servanda sua jura tandem Imperator Justinianus cum Gothorum Regibus inierit Pacta pacificatoria. Tertio, quod istorum Pactorum quidam Gothis, quidam articuli favorint Romanis. Quarto, quod horum Romanis favorientium articulorum palmaris fuerit, ut Gothi supra se agnoscerent Romanum Imperium. Hinc Justinianus se inscripsit Imperatorem etiam Gothicum. Quintò Gregorius docet, quod inter Mauricum Imperatorem & Richaredum Regem circa ista Pacta fuerint quaestiones: Quod Mauricius quaedam postularit, quæ Richaredus volebat non debere. Sextò, quod Richaredus hac de causa rogaverit Gregorium, ut ipsum originale instrumentum dignaretur flagitare à Mauricio. Septimò, quod Gregorius judicaverit istud non expedire. Nempè quod exustum esset Imperiale Charto-phylacion, ideoque forsitan & istud instrumentum, atque ita Richaredus jam esset in sua primæva libertate. Etenim Gregorius ex causis diligebat piissimum Richaredum. Quam pietatem Hispaniarum Reges, ideoque & affectum Romani Pontifices huc usque continuarunt. Ex ista igitur, quæ forsitan & in Pactis fuerat expressa, libertate Gregorius Sancto Leandro, inconsulto Mauricio, transmisit Pallium. Sua etiam Pacta Burgundionum Reges iniverant cum Imperio: Propter ipsa Romani Pontifices ad istorum Episcopos sine illius venia non potuerunt istum Ornatum transmittere. Nec suas vices delegare. Hæc est vera & authentica ratio. Istud autem Imperiale Pallium, cujus apud antiquos Scriptores aut Pictores nulla est penitus memoria, est merum phantasma ac nugamentum.

Nihilominus Dominus Archi-Episcopus pergit: Exstat in hac sententia locus singularis apud Sanctum Gregorium, qui Imperatorem rogat, ut Anastasius Patriarcha Antiochenus, qui Sede sua pulsus erat, apud Sedem Apostolicam commorari posset, ac dignitatem suam retinere, concessio usque Pallii. Cur autem beneficium hoc ab Imperatore postulet Gregorius, nulla alia ratio esse potest, quam quod Patriarcha ille Pallium ab Imperatoris munificentia habebat. Respondeo esse incongruam & falsam rationem. Etenim quis unquam Patriarcha aut Metropolitana fuit per Imperatorem investitus Episcopali Pallio? Aliquando Græcorum Imperatores, uti & Latinorum Reges, investiverunt per Pedum; nunquam per Pallium. Hujus Investituræ nullum est exemplum, nisi forsitan prophani Constantiniani Patriarchæ Constantinopolitani, quem facinorosus Imperator Constantinus Caballinus in Ecclesiae Ambonem duxit, & isthic coram omni Populo vestivit in Patriarcham. Impossibile se ipsi possit etiam Omophorion. Audiamus verba Gregorii in litteris ad Sebastianum Episcopum Rhiziniensem: Indico suggestionem me apud piissimos Dominos summis precibus plenam fecisse, ut virum beatissimum Dominum Anastasium Patriarcham, concessio usque Pallii, ad Beati Petri Apostolorum Principis limina, mecum celebraturum Missarum solemniam, transmittere debuissent, quatenus si ei ad suam

L. 1. Ep. 27.

Se-

Q

Christ. Lupi Opera T. VIII.

Sedem reverti minime liceret, saltem necum in honore suo viveret. Sed quæ causa contigerit, ut eadem scripta retinerem, præsentium Lator vobis innotescet. Eiusdem tamen Domini Anastasii animum cognoscite, & quicquid ei de hac re placuerit, vestris mihi epistolis indicate. Gregorius rem tentare noluit sine Anastasii beneplacito. Ne forsitan Urbica habitatio ipsi non placeret.

Rem illustrat in Magni Gregorii vita Joannes L. 4. C. 25. Diaconus: Ab adversis Potestatibus prægravatos fortissimus Miles Christi Gregorius viriliter defendebat, injusque dejectos non solum inter depositos non habebat, verum etiam pristinis gradibus auctoritatis suæ privilegio reformabat. Nam Anastasium Antiochenum Patriarcham, qui Joannem Constantinopolitanum Presulem voce libera reprehendens, Imperatoris Justini jussu detrusus in exilium, ab ipsi Joannis Papæ temporibus usque ad sui Pontificatus tempora permanebat, mox ut summum Sacerdotium meruit, eum inter Patriarchas reputans, talibus Scriptis animavit. Præterea sicut Patriarchis aliis, Patribus vestris, Synodicam vobis epistolam direxi. Quia apud me semper hoc estis, quod ex omnipotentis Dei munere accepistis esse, non quod ex voluntate hominum putamini non esse. Item eidem in alia epistola post nonnulla scribens: Fraternitati tuæ indico, quia à Serenissimis Dominis, quantis valui precibus, postulavi, ut vos, honore restituito, ad Sancti Petri Apostolorum Principis limina venire, & quousque ita Deo placuerit, hicmecum vivere concedant, quatenus dum vos videre meruero, peregrinationis nostræ tædium, de æterna Patria invicem loquendo, releverem. Denique studiosissimus Pater Gregorius tandem penes Mauricum Imperatorem suggestionibus suis imminuit, donec post multorum annorum curricula Magnus Anastasius proprio Throno redderetur.

L. 5. C. 5. Anastasii causam exponit Evagrius Epiphaniensis: Justinus Imperator Anastasium Antiochenam Sede exturbavit, his illi obiectis criminibus. Primum, quod sacrum Thesaurum extra modum, & in nullum necessarium usum profunderet. Deinde, quod convitia in ipsum jecerat. Anastasium enim, cum rogaretur, quid causæ esset, cur sacrum Thesaurum tam effuse consumpsisset, respondisse ferunt: Ne à Justino, communi Orbis pernicie, diriperetur. Quin etiam dicitur Justinus Anastasio succensuisse, quod postulanti ei pecuniam, cum Episcopus esset designatus, Anastasius dare noluit. Haud dubie primum crimen fuit calumnia. Nam Magnus Gregorius semper Anastasium, nunquam ipsi superordinatum Gregorium agnovit pro Patriarcha. Interim Anastasium, quod Mauricii Augusti Antecessorem, & uxoris causâ Avum offenderet, Gregorius sine istius beneplacito non poterat reponere in Thronum. Hinc prius honori reddere studuit, deinde Throno. Rogavit Mauricum, ut ipsum in Patriarchali dignitate permitteret secum morari. Hæc verba, Concesso usu pallii, sunt eadem cum his: Restituito honore. Quia nempe Pallium est Episcopalis honoris ultimum complementum. Quapropter non solius Pallii, sed totius Episcopalis dignitatis usum permitti Anastasio postulavit Gregorius. Postulavit à Principe, non quod essent ejus beneficia, sed quod ob ipsum offensum,

licet injustè, ejectus Episcopus sine recepta ejus gratia non posset reduci. In variis exemplis istud ipsum vidit etiam Gallia.

Dominus Archi-Episcopus tandem concludit: Hieronymus Rubens in historia Ravennatum edidit Rescriptum quoddam sub nomine Imperatoris Theodosii, quo Princeps ille plurimas civitates subiecit Metropoli Ravennatensi, Pallique usum Episcopo ejus concecit. Verum Rescriptum illud omnino suppositivum est, & egregiè refutatam ab Illustrissimo Cardinale Baronio, ipsa Latini sermonis spurcitiæ omnem ejus auctoritatem elevante apud Eruditos. In eo tamen cogit à Baronio dissentiri, quod eundem concedat Pallium Episcopo tribui non posse ab Imperatore, eo quod sit indumentum Ecclesiasticum. Mem præterea suspicor Pallium ætate Theodosii non fuisse in usu apud Ecclesiam. Neque mihi admodum placet, quod scribit Anastasius, Marcum Papam Episcopo Ostiensis concessisse, ut Pallio uti posset in consecratione summi Pontificis.

Respondeo Dominum Cardinalem Baronium rectissime contendere Pallium, quoniam est Ecclesiasticum vestimentum, tribui non posse ab Imperatore. Eadem enim de causa Romani Pontifices, & omnis Latina Ecclesia, & Imperatorem, & omnes Reges exclusit ab Antistitum Investitura per porrectionem Episcopalis Peditum. Romani Pontifices pro ista Ecclesiæ libertate quantas & quales sustinuerunt calamitates & persecutiones? Et existimo, quod istud fictivum diploma solummodo confirmet factam à Romanis Pontificibus gratiam. Verba non cogunt ad aliud. Nec prodit sub Theodosii, sed sub nomine Valentiniani tertii. Porro adducta Domini Archi-Episcopi suspicio est non solummodo temeraria, sed palam falsa. Quod enim Pallium sit Apostolicum Institutum, confido esse demonstratum. Et Sanctus Isidorus Pelusiotes, qui sub Theodosii Imperio floruit, hodiernum Pallium laudat ut rem antiquam. Quod Ostiensis Episcopus gaudeat antiquissimo jure consecrandi Romanum Pontificem, supra audivimus à Sancto Augustino. An istam ob causam accepit Pallii gratiam à Sancto Papa Marco, factor non esse certissimum. Unus enim id testatur author libri Pontificalis. Existimo tamen ipsum non scripsisse sine fundamentis.

Quæstio est, & multorum admiratio, quare Dominus Archi-Episcopus has inconditas contra Episcopale Pallium fabulas sparferit per Ecclesiam? Respondeo causam ab ipso edici: Post explicatam priorem Glossæ, quæ docet plures esse Archi-Episcopos, qui à summo Pontifice non consecrantur, sed solummodo Pallium accipiunt, observationem superest, ut ad secundam veniamus. Cum itaque ibi scriptum sit nonnullos esse Metropolitanos, qui non confirmantur à Papa, sed tamen ab eo Pallium accipiunt, observationes & ipse meas circa hanc materiam proponam, quæ magni est momenti, & argumenta quæ inde peti possunt. Optabant sane olim summi Pontifices, ut omnes Metropolitanani, qui ad eorum Patriarchatum pertinebant, aliquod confirmationis genus à Sede Apostolica acciperent. Verum quia ubique receptum erat consecrationes fieri posse extra Italiam absque eorum consensu,

vim ei legi palam adferre noluerunt, sed Metropolitanos rei cuiusdam novæ miraculo velut obstupescerunt, quæ in initio magnifica, paulatim tamen antiquam eorum libertatem per cuniculos infregit: & Synodorum Provincialium auctoritatem pessumdedit. De Pallii usu loquor, cujus origo cum sit satis vetusta, effectus tamen ejus, & cætera quæ nunc usurpantur, antiquitati prorsus ignota fuere. Quippè Galliarum Metropolitanani statim post ordinationem suam exercebant functiones sui muneris, juxta Canones antiquos. At jus novum eos prohibet quidquam Pontificalis officii attingere, donec à Sede Apostolica missum ad eos fuerit Pallium, de Corpore Beati Petri sumptum. Dominus Archi-Episcopus, uti Romanas appellationes, ita etiam odit Romanas Episcoporum confirmationes, ideòque & Episcopale Pallium, Symbolum istius confirmationis. Romanum Pontificem studet facere solo honore & loco primum inter Episcopos, exutum omni potestate. Romanas appellationes esse quoddam, & quidem diminutum, Imperialis Delegationis; Episcopale Pallium vult Imperialis indumenti esse imitamentum ac beneficium. Et appellationes & confirmationes vult Pontifici esse non à Christo Domino, sed à Laicis Principibus. Ita Romanus Primatus deiecitur in terram, & intra Almæ Urbis pomeria circumscribitur.

Adductis suis verbis Dominus Archi-Episcopus plures iterum errores inserit. Primus est, quod Romani Pontifices semper optaverint, ut omnes suarum Diocesium Metropolitanæ aliquod confirmationis genus ab Apostolica Sede acciperent. Etenim non optarunt, sed sibi per Nicanos atque Apostolicos Canones, immò per Evangelicum Christi Domini beneficium sciverunt istud jus competere, atque ita opportunis modis, ubi & quando ipsis placuit, miserunt in executionem. Secundus error est, quod Episcoporum ubique extra Italiam consecrationes fierent sine ipsorum consensu. Etenim quantumvis sine ipsorum prævia confirmatione fierent, non tamen sine consensu. Fiebant per ipsorum Indultum, gratiosè datum ob locorum distantiam. Tertius error est, quod ista Episcoporum consecrationum forma fuerit lex. Erat enim precarium gratiosi Indulti beneficium. Quartus error est, quod Romani Pontifices, dum isti legi nolunt apertam vim facere, Metropolitæ novæ rei miraculo obstupescerint: Nempe usu Pallii. Quod ejus origo sit quidem antiqua, sed ejus effectus antiquitas ignoraverit. Nempe effectum, qui Metropolitæ, ante acceptum Roma Pallium verat aliquid Pontificalis officii attingere. Est manifestus error. Etenim Liberatus Carthaginensium Archi-Diaconus disertè scribit Alexandriæ antiquam esse consuetudinem, ut Patriarcha non nisi post acceptum Pallium legitime sedeat. Ea est Pallii natura per Apostolicos Canones. Hinc omnis Patriarcha ac Metropolitæ per Pallii ablationem degradatur, ideòque deinceps non potest sedere. Quintus error est, quod etiam Romana Pallii transmissio sit nova. Etenim Magnus Gregorius frequenter scribit ipsam esse vetustam consuetudinem. Sextus error est, quod ista transmissio sit cuniculus, per quem Romana Ecclesia

Christi Lupi Opera T. VIII

infregit antiquam Metropolitanarum libertatem. Nempe libertatem, qua quandoque nec ante nec post consecrationem supplicarunt Apostolicam suæ dignitatis confirmationem. Etenim ista libertas, precarium Apostolicæ Sedis beneficium, erat patens porta ad lacerandam Catholicæ Ecclesiæ, & Romani præsertim Patriarchatus unitatem, ideòque merito fuit ablata. Septimus error est, quod ista transmissio etiam Provincialium Synodorum vetustam auctoritatem pessumdedere. Nempe auctoritatem supremam ac inappellabilem. Hunc errorem revici in superioribus. Alios, quod præsentem materiam directè non tangant, judicavi solummodo indicandos. Et sanè ipsos indicasse est expugnasse. Nihilominus dum Domini Archi-Episcopi Symmictis placuerit amplè convinci ex fundamentis, confido fore, ut Divina non desit gratia.

## CAPUT IX.

An Romani Pontifices Metropolitanis ac aliis Episcopis olim transmississent Pallia?

Respondeo transmississe. Etenim Magnus Gregorius transmisit Constantio Mediolanensi Episcopo, Metropolitano Italiæ. Et addidit: Utendum ex more transmissimus. Voces, Ex more, regunt & participium, Utendum, & verbum, Transmissimus. Ei transmisit, dum confirmavit ipsius Episcopatum. Etiam transmisit Joanni Episcopo primæ Justinianæ, Metropolitano Dardaniæ. Et addidit: Ex more transmissimus. Et ad Virgilium Arelatensem in Gallia Archi-Episcopum rescripsit: Juxta antiquum morem, usum Pallii, ac vices Sedis Apostolicæ postulasti. Et iterum: Cum præcaram consuetudinem Sedis Apostolicæ Fraternitas vestra repetit, quid aliud quam bona soboles ad sinum Matris Ecclesiæ recurrat? Et ad Childebertum Regem, qui pro Virgilio intercesserat, rescripsit: Virgilio Pallii usum, & sicut præcaram consuetudo, concessimus. Et Pallium & Apostolicas vices dedit, dum consumavit ejus Episcopatum. In Episcopali etiam confirmatione juxta antiquam consuetudinem transmisit Mariniano Archi-Episcopo Ravennati. Et ad Joannem Corinthi Episcopum, Helladis Metropolitam, rescripsit: Pallium direximus, quo ita vos uti necesse est, sicut Prædecessores vestri usi, concedentibus nostris Prædecessoribus, approbantur. Eodem modo confirmavit Episcopatum Andreæ Nicopolitani Episcopi, Metropolitæ veteris Epiri, rescribens ad ejus Suffraganeos: Andreæ Fratris & Co-Episcopo nostro Pallium nos direxisse cognoscite, atque Privilegia cuncta, quæ Prædecessores nostri ejus Prædecessoribus contulere. Etiam Maximo Salonitano Episcopo, Dalmatarum Metropolitæ, dum tandem ex singulari gratia confirmavit ejus vitiosum Episcopatum, transmisit

Q 2

Pal-

Pallium. Eodem jure contulit Aquilejensi, Dyrrachiensi, Philippensi, Thessalonicensi, Cretenfi, Calaritano, & aliis. Etenim assentiri non possum Petro Francisco Chiffletio, qui in opusculo de Scriptis Vigiliū Africani Episcopi affirmat Sancti Ambrosii tempore Aquilejam non fuisse Ecclesiasticam Metropolim, sed Sedi Mediolanensi Suffraganeam Parochiam. Sanctus Gregorius etiam ad Sanctum Leandrum Hispanensem Episcopum, Bæticæ Provinciæ Metropolitanam scripsit: *Ex benedictione Beati Petri Apostolorum Principis, Pallium vobis transmisimus.* Transmisit non in Episcopatus confirmatione, sed in delegatione vicis Apostolicæ. Et in litteris ad Richaredum Regem addidit causam: *Fratri nostro Leandro Pallium transmisimus, quod & antiquæ consuetudini, & nostris moribus, & ejus bonitati atque gravitati debemus.* Affirmat istam transmissionem esse antiquam Hispaniæ consuetudinem, antiquos mores Romanæ Ecclesiæ. Ex quo non temerè colligitur iste mos, ante hæresis per Gothos ingressum, sub Romano Imperio apud Hispanos viguisse. Apud eundem Gregorium etiam exstat generalis formula transmittendi Pallii, & in ipsa habetur: *Omni convenire novimus rationi, ut eos amictu Pallii decoremus, quos in illis civitatibus Sacerdotii honor illuminat, in quibus hoc etiam illis, qui præteritis temporibus Pontifices fieri meruerunt, ab Apostolica Sede constat esse indultum.* Ideoque Charitati tuæ usum Pallii, sicut Decessores tui habuisse noscuntur, presenti auctoritate concedimus. Quæ formula non est opus Gregorii. Est enim data imperante Domino Justino, sub quo Gregorius necdum erat Cardinalis. Et forsitan est Justinus primus, Quidquid sit, formula sub Justino non est composita, sed juxta authenticum & antiquum exemplar data. Ejusdem transmissionis antiquitatem demonstrat Synodale Gregorii Constitutum: *Antiquam Patrum regulam sequens, nihil unquam de Ordinationibus accipiendum esse constituo, neque ex datione Pallii.* Hæ enim sordes non solent nisi pedetentim, in avitos mores irrepere. Quod etiam Pelagius, Vigilius, Symmachus, alique Pontifices Pallia dederint mox ostendetur.

Quin immò Gregorius non solis Metropolitanis, sed etiam quibusdam Provincialibus Episcopis transmisit Pallium. Etenim Dono, novello Messinensium apud Siculos Episcopo, scripsit: *Pallii usum, prævidimus concedendum, illis videlicet temporibus atque ordine, quibus Decessorem quoque tuum esse usum non ambigimus.* Non dicit, Decessores, sed Decessorem: Quare hic videtur in ista Ecclesia primus habuisse Pallium. Eisdem verbis Pallium transmisit Joanni Syracusano Episcopo. Aliter scripsit ad Joannem Panormitanum Episcopum: *Pallii usum prævidimus concedendum, illis videlicet temporibus, atque eo ordine, ut alios quoque in Insula Sicilia Sacerdotes, vel Decessores tuos esse usos non ambigis.* Dico fuisse Provinciales Episcopos. Etenim quidquid aliqui dicant, Sicilia usque ad Leonis Ilauri Imperium nullos habuit Metropolitanos: Omnes ejus Episcopi erant Suffraganei Romanæ Metropolios. Et ex his patet Gregorium non fuisse primum istius

Lib. 7. In-  
dict. 11.  
Epist. 126.  
Epist. 127.

Lib. 5. Ep. 8.

Epist. 18.  
Lib. 11.  
Epist. 44.

transmissionis authorem. Etenim & in Galliam rescripsit ad Desiderium Episcopum: *Fraternitatis vestrae desiderium Joannis Regionarii relatione cognovimus. Quod quidem libenter parati sumus implere, si diligenter fuerimus de his, quæ retulit, informati. Inquit autem à vestra sibi relatum Dilectione, quod Ecclesiæ vestrae olim quædam privilegia ab Apostolica Sede concessa sint, atque usum Pallii ejus Sacerdotes antiquitus habuisse. Quod quia vobis magnoperè poscitis reformari, in Ecclesiæ nostro scripto requiri fecimus, & inveniri nihil potuit. Sed quoniam quantum studiosius ista cupitis adipisci, tantò vos arbitramur esse sollicitos, inquirendis chartis Ecclesiæ vestrae vigilantius curam impendite, & si qua ex inde Scripta inveniri poterint, quæ nos valeant informare, huc curæ vestrae sit transmittere. Nam qui nova concedimus, vetera libentissimè reparamus.* Gallia isto tempore habuit duos istius nominis Episcopos, Desiderium Archi-Episcopum Viennensem, quem quarto post hanc epistolam anno ad Brunichildis Reginæ instigationem degradavit Cabilonensis Synodus: & Desiderium Thelonensem Episcopum, qui ante viginti sex annos quartæ Parisiensis Synodo, & cujus postea Legatus subscripsit secundæ Synodo Matifconensi. Et hic Desiderius videtur à Gregorio postulasse Pallium. Etenim Desiderius Viennensis præfate Parisiensis Synodo Præsidens sedit & subscripsit ante ornatum Pallio Sapaudum Arelatensem, ideoque oportet & ipsum fuisse similiter ornatum. Etenim uti Palliatus Provincialis inter omnes Com-Provinciales, ita Palliatus Metropolita inter omnes Collegas semper habuit primum locum, ideoque non Palliatus Desiderius nequirit Palliatum Sapaudum antecessisse. Non est opus conjecturis. Habemus lucidas litteras Joannis III. Pontificis ad Desiderium Antecessorem Edaldum: *Venerabilis Pallii usum per Sanctum Presbyterum vestrum Felicem tibi destinavimus, nolentes privari antiquo Beati Petri munere.* Notanda sunt verba: *Antiquo Beati Petri munere.* Haud dubiè non in solam Viennensem, sed etiam in alias Gallicanas Ecclesias. Exstat epistola apud Joannem à Bosco in Bibliotheca Floriacensi. Et ipsam uti legitimam in suis supplementis laudat Dominus Cardinalis Baronius.

Gregorius docet nos plura. Primò, quod Desiderii Prædecessores olim & antiquitus habuissent usum Pallii. Quæ voces longè respiciunt, nequaquam unum diem aut annum. Secundò docet, quod Desiderius magnoperè optaverit hunc honorem sibi reparari. Tertiò, quod Gregorius fuerit pronus ad istud privilegium libentissimè reparandum. Quartò, quod talia privilegia etiam de novo libens concesserit. Certè concessit Syagrius Episcopo Augustodunensi. Audi causam: *Quia in predicationis opere, quam diu cogitans Anglorum genti per Augustinum, Fratrem & Co-Episcopum nostrum, impendere studii, ita sollicitum ac devotum, adjutoremque te in omnibus, ut oportuit, fuisse cognovimus, ut multum me sibi Fraternitas tua ac de re faceret debitorem, tantæ rei consideratione communitus, ne infructuosus erga te videar existere, Fraternitatis tuæ petitionem nulla pertuli ratione post-*

Lib. 7. In-  
dict. 11.  
Epist. 116.

Lib. 7. In-  
dict. 11.  
Epist. 116.

postponere. Proinde secundum postulationis tuæ desiderium, Pallii te usu prævidimus honorandum.

Isto interim tempore hic honor non deferebatur omnibus Metropolitanis. Quod ipsum affirmat Dominus Archi-Episcopus: *Nunc examinanda est tertia observatio nostra, an omnibus Galliarum Metropolitanis antiquitus positum in usu fuerit, ut Pallium à Romana Sede acciperent. Ac primum quidem quæstio hæc inutilis esse videbitur ei, qui Vigiliū Papæ litteras legerit, cum in eis scriptum sit Pallium Episcopo Arelatensi Auxanio concessum esse ob vicarium Sedis Apostolicæ, atque idè ad illum non pertinuisse jure proprio, edquod Metropolitanus esset. Quibus addi potest necessarium fuisse, ut de eo ad Principem referretur, ut consensus ejus haberi posset. Unde patet manifestè, datum id extra ordinem, & ex privilegio, neque tribui potuisse, quin eodem tempore Vicariatus tribueretur. Et quia, inquit Vigilius in epistola prima ad Auxanium, digna credimus ratione compleri, ut agentis vices nostras Pallii non desit Ornatu. Id ipsum probatur ex epistola Pelagii primi ad Sapaudum Episcopum Arelatensem, qua eum instituit Vicarium: Pariter etiam Pallium dirigentes ut in tanti loci fastigio constitutus, præclaro quoque amictu decoreris. Itaque institutum illud Romanorum Pontificum, ut ad neminem Gallicanorum Episcoporum mitteretur Pallium præterquam ad Arelatensem, ut ea arte Vicariam ejus dignitatem in sublimè evederent, eumque ab aliis omnibus Episcopis distinguere, duravit usque ad tempora Beati Gregorii Papæ.*

Omninò fateor quibusdam tunc per Galliam Metropolitanis non fuisse Ornatum Pallii. Etiam in tota Hibernia non fuisse usque ad Eugenium tertium Pontificem, in vita Beati Malachii testatur Sanctus Bernardus. Nec mirum. Nam & quibusdam olim Episcopis non fuit Ornatu Mitra, ac aliorum indumentorum Pontificalium. Ipsis dudum caruisse Ultrajectensem Episcopum, disertè scribit Magnum Belgii Chronicon. Nihilominus etiam in his Domini Archi-Episcopi verbis quædam deviant à vero. Primò, quod Arelatensis Episcopus à Symmacho Papa ac ejus Successoribus ob solas Apostolicas vices acceperit Pallium. Aliud suadent Vigiliū Pontificis litteræ: *Scripta de ordinatione Charitatis vestrae cum animi spiritali gratulatione suscepimus, Domino gratias referentes, quia hoc in Arelatensi Ecclesia factum est, quod & Canonibus & Decessorum nostrorum Regulis conveniat.* Et infra: *De his verò, quæ Charitas vestra tam de usu Pallii, quam de aliis sibi à nobis petiti debere concedi, &c.* Auxanius ergò suam Episcopalem creationem ante omnia retulit, ideoque & supplicavit confirmari: Deinde postulavit & Pallium. Et quidem tanquam debitum. Nempe propter Metropolitanam dignitatem. Nam Apostolicæ vices ipsi non debebantur. Et dum postulavit Pallium, ipsas necdum habuit. Ipsum igitur postulavit isto jure, quo ipsum habuit Edaldus Viennensis Archi-Episcopus, ac ejus Prædecessores & Successores. Nec dubitandum est, quin plures isthæ Metropolitanæ habuerint istum Ornatum. Etenim Desiderius Thelonensis Episcopus Magno Gregorio constanter scripsit ipsum fuisse suis pridem Antecessoribus: Proinde

Christ. Lupi Opera T. VIII.

ipsum habuerant etiam Metropolitanam ejusdem Provinciæ. Et primæ Matifconensis Synodi quintus Canon scribit: *Archi-Episcopus sine Pallio Missas dicere non presumat.* Quare alter Domini Archi-Episcopi lapsus est, quod usque ad Magni Gregorii tempora dicat apud Gallos soli Arelatensi Antistiti fuisse Pallium.

Antequam laudatum Canonem exponam, audiendus est Dominus Archi-Episcopus: *Non levis tamen difficultas adversum hæc exsurgit petita ex Concilio primo Matifconensi, in quo sancitum est, ut nullus Archi-Episcopus presumat Missam celebrare sine Pallio. Sed animadvertendum est Pallium illud non esse Romanum, non solum ob eam rationem, quam statim proposui, illud eo tempore nulli alii Episcopo communicatum fuisse præter Arelatensem, sed etiam quod Romani usus non erat licitus, nisi in festis solemnibus, ut constat ex Gregorio, qui hunc etiam fuisse morem Metropolitanorum Orientis docet. At in Canone Matifconensi statuitur, ut Archi-Episcopi Pallio utantur, quoties sacrum Missæ Sacrificium celebrant. Indefinita enim hæc locutio cam vim habet, ut vicem suppleat universalis propositionis. Pallium itaque Archi-Episcoporum Gallicæ diversum erat à Romano, quantum ad ornamentum & fastum. Ac fortassis carebat loro, id est, jris fasciis, quæ in indumentis Imperialibus ornandi causa insuebantur, ut in donatione Constantini legitur: *Lorum, quod Imperiale circumdare assolet collum. Indè haud dubiè factum est, ut ego quidem existimo, ut sequentis ætatis Pontifices, cum Pallio ornare Metropolitanos destinassent, Pallium integrum non miserint, sed tantum fascias illas, quæ nunc usurpantur. Et illis quidem habitum deinceps honorem, sed Pallium ipsum evoluisse paulatim, atque ob hoc ipsum apud omnes fuisse vulgatum. Forma porro ejus, ut indicare videntur veterum Pontificum imagines, prorsus referebat indumenta, quæ nunc Cappas aut Pluvialia vocamus.**

Errores varii. Aut potius variaz fabellæ. Prima est, quod Romanum & Gallicanum Pallium olim fuerint diversa. Etenim hujus diversitatis quæ memoria? Nec in libris, nec in picturis. Secunda fabella est, quod Gallicanum à Romano diversum fuerit quoad ornamentum & fastum: Quod forsitan loris caruerit. Nam & similia Palliorum nulla alibi memoria, nullum vestigium. Tertia est, quod Constantinianæ donationis diploma asserat lorum fuisse Imperialium vestimentorum ornatrix fascias. Etenim disertè dicit fuisse colli ornamentum, Augustum collarum. Quarta est, quod Romani Pontifices, dum omnes Metropolitanos voluerunt ornare Pallio, ceperint solas antiqui Pallii fascias transmittere, & ipsas vocitate Pallium. Etenim hæ fasciæ semper fuerunt dumtaxat humerales, ideoque solos semper ornarunt humeros, non vestimenta. Et semper fuerunt laneæ, ideoque ornandis vestimentis inidoneæ; præsertim vestimentis, quæ Dominus Archi-Episcopus comminiscitur fuisse augusta ac splendidissima. Quinta fabula est, quod antiqua Pallia fuerint hodiernis Cappis seu Pluvialibus similia, idque indicari ab imaginibus veterum Pontificum. Dominus Archi-Episcopus fabulatur consequenter. Antiqua Pallia, uti supra & simplicibus & polytauris Græcorum



Phenolis æquiparavit, ita nunc confert hodiernis Latinorum Pluvialibus. Rectius conferret antiquis Latinorum Casulis. Ipsas enim vidit in antiquis non solum Pontificum, sed quorumvis Episcoporum picturis. Ast valde miror, quod supra tam Phenolia, quam Casulas non viderit humerale fascias. Hæ solæ sunt, semper fuerunt, & semper erunt Episcopale Pallium. Hoc non super Cappas aut Pluvialia, sed gestatum semper fuit supra solas Casulas. Dominus Petrus de Marca, dum hæc scripsit, necdum erat Archi-Episcopus, sed Regii Consilii Laicus Præses: Hinc ejus circa res sacras lapsus sunt venia digni.

Porro primus ipsius error est, quod Magnus Gregorius scribat Orientales etiam Metropolitas non potuisse uti Pallio, nisi in Festis solemnibus. Etenim Gregorius non dumtaxat ex lectione vel auditu, sed etiam ex proprio visu noverat contrarium, Viderat non solum Græcorum Metropolitas, sed generatim cunctos ipsorum Episcopos quotidie ad Missam ornari Pallio. Quæstio illi fuit cum Joanne Ravennatum Archi-Episcopo, qui non solum intra Missarum solemnias, sed insuper in factis extra Ecclesiam Litanis præfumebat istud ornamentum, affirmans esse antiquam suæ Ecclesiæ consuetudinem. Hæc de re

Lib. 2, Indict. 11, Epist. 54. *scripsit ad Joannem: Illud tibi non putamus ignotum, quod penè de nullo Metropolitanò in quibuslibet Mundi partibus sit auditum, extra Missarum tempus usum tibi Pallii vindicasse. Et in alia ad eundem epistola: Hæc de re jam Diacono nostro Constantino-*

Lib. 4, Indict. 13, Epist. 15. *posui scripsi, ut per omnes Metropolitanos, qui sub se etiam tricenos & quadragenos Episcopos habent, inquirere debeant. Et scibi iste usus est, ut in Litanis cum Palliis ambulent, absit ut per me Ravennatis Ecclesiæ honor in aliquo immitti videatur. Gregorius ergo affirmat, non quod Orientales Metropolites in solis Festorum solemnitatibus, sed quod in solis Missis, & intra solam Ecclesiam Processionibus utantur Pallio. Porro non de Patriarchæ Constantinopolitani, quam viderat, sed de sola aliorum isthic Metropolitanarum consuetudine dubitavit Gregorius. Et quia in suis adversus Ravennatum Episcoporum vanitatem Decretis constans permansit, certum est nullum in Oriente Metropolitanam extra Ecclesiam fuisse Palliatum. Et hinc vides prophani Acacii, & Sancti Germani vestem, quam Anastasius Syncellus calcavit, & cui Acæmetensis Monachus Papalis damnationis chartam affixit, non fuisse sacrum Omophorion. Si tamen, uti apparet, ista affixio contigerit extra Ecclesiam.*

Secundus Domini Archi-Episcopi error est, quod Matisconensis Synodus sanciat de nescio quo Gallicano Pallio, non autem de Romano. Etenim Romanum Pallium tunc non erat ignotum aut peregrinum in Gallia: Ipsum gerebat Arelatensis Episcopus, isti Synodo præsentium Episcoporum Apostolicus Vicarius. Et istorum Episcoporum unus fuit Syagrius Augustodunensis, qui paucis post annis postulavit & impetravit Pallium à Magno Gregorio. Quare manifestum est de hoc ipso Pallio agere Synodum. Et quis

credat Syagrium postulasse aut impetrasse ornamentum, quo ejus Metropolita carebat? Hoc certè est paradoxum. Quare eodem ornamento etiam non carebat Metropolita Desiderii Episcopi. Hinc Gregorius Syagrio adjecit hanc conditionem: *Cujus indumenti ne munificentiam nudam videamur quodammodo contulisse, hoc etiam pariter prospeximus concedendum, ut Metropolita suo per omnia loco & honore servato, Ecclesia civitatis Augustodunæ, cui Omnipotens Deus præesse te voluit, post Lugdunensem Ecclesiam esse debeat, & hunc sibi locum & ordinem ex nostræ autoritatis indulgentia vindicare.* Sancit Syagrius esse totius Provincie Proto-Thronum, attamen Metropolita suo subiectum per omnia. Nempè Palliat Episcopi ex tunc prætendebant esse exempti à Metropolitanico Jugo. Et sanè quomodo Palliat subfuisse non Palliat? Aut quibus oculis Metropolita non Palliat adspexisset Palliatum Suffraganeum? Quare certum existimo & Lugdunensem, & plures tunc in Gallia Metropolitas habuisse Pallium.

Et per hæc manu ducimur in verum intellectum Canonis Matisconensis. Agit de solemnibus Missis. Et palam supponit quosdam Archi-Episcopos ipsam celebrasse cum Pallio, ideoque agit in solos quosdam alios celebrantes sine ipso. Sancit legem, ideoque facit hunc sensum: Nemo deinceps Archi-Episcopus præsumat sine Pallio Missas dicere. Sensus est: Omnis deinceps Archi-Episcopus à Sede Apostolica postulet Pallium, & ante ipsum acceptum non præsumat solemnem Missam celebrare. Etenim Pallii naturam exponit in Rescripto ad Bulgarorum Consultra Nicolaus primus: *Archi-Episcopo decedenti Episcopi Successorem eligant, & propter longitudinem itineris non huc consecrandus veniat, sed hunc Episcopi simul congregati constituant, sanè interim in Throno non sedentem, & præter Corpus Christi non consecrantem, priusquam Pallium à Sede Romana accipiat, sicut Galliarum omnes, & Germaniæ, & aliarum Regionum Archi-Episcopi agere comprobantur.* Quæ regula nequaquam ab ipso Nicolao, neque à nostro emanavit Apostolo Bonifacio, sed est antiquissima. Etenim quod etiam Patriarcha Alexandrinus ante impositum Pallium non federet legitime, supra audivimus à Liberato Diacono. Iste mihi videtur verus sensus Canonis.

## CAPUT X.

*An usque ad Sancti Bonifacii Apostolatum omnes generatim Galliarum Metropolitanæ non habuerint Pallium?*

**H**Ac de re Dominus Archi-Episcopus scribit: *Ævo Divi Gregorii invaluerat, ut Romanus Pontifex Pallio ornaret præcipuos Metropolitanos, qui ad ejus consecrationem pertinebant, aut eos quibus*

*bus vires suas in Provinciis committat. Et inter priores numerat Metropolitas Calaritanum, Salonitanum, & Corinthium; inter posteriores ponit Theffalonicensem, Acridensem, ac Arelatensem. Quasi & hi non spectaverint ac consecrationem Romani Pontificis. Certè omnes spectabant pari jure. Etenim omnes Pontificem venerabantur ut Patriarcham. Et uti Arelatensis, ac alii Gallicani, ita etiam Calaritanus, Salonitanus, & Corinthius non accedebant ad ejus manus. Ex precario Indulto ob loci distantiam. Ita de Acridensi statim audivimus à Sancto Papa Nicolao. Quoad Pallium Dominus Archi-Episcopus perfitit solum inter Gallicæ Metropolitanas Arelatensem fuisse ipso insignitum, & prosequitur: *Mansere in eo statu Galliarum Episcopi quoad Pallium, donec Bonifacius in Galliam, Germaniamque à Zacharia Pontifice missus est. Hic enim anno septingentesimo quadragesimo secundo Synodum coegit, in qua decretum est, ut omnes deinceps viverent in unitate & subjectione Romanæ Ecclesiæ, & Vicarii Beati Petri, & ut Metropolitanis à Sede Romana Pallium quærent, & per omnia Canonice obsequerentur Præceptis Sancti Petri.* Probat hæc ex Sancti Bonifacii litteris ad Sanctum Cudbertum Archi-Episcopum Cantuariensem: *Decrevimus in nostro Synodali Conventu, & confessi sumus Fidem Catholicam, & unitatem & subjectionem Romanæ Ecclesiæ sine tenus servare, Sancto Petro & Vicario ejus subijci velle, Metropolitanos Pallia ab illa Sede quærent, & per omnia Sancti Petri Præcepta Canonice sequi.* Et pergit: *Huc usque enim Metropolitanis Galliarum Pallio tantum Gallicano usi fuerant. At Bonifacius eos coegit illud à Romana Sede quærent, ut ea ratione illos magis obnoxios esse faceret, ei Sedi, ac præcipuo quodam jure Romano Episcopo subijceret. At illi, quibus unicus metus erat, ne novitate illa adigerentur ad insolitam quandam reverentiam in Sedem Apostolicam, ac ne insuper exciderent ab ea autoritate, quam Canonibus tribuunt Metropolitanis, in ambiguo fuere, an Promissis stare deberent. Certè licet Bonifacius, cumque eo Princeps Carolomanus, tria Pallia à Pontifice Zacharia postulassent pro Archi-Episcopis Ecclesiarum Rotbomagensis, Rbemensis, & Senonensis, ab ea petitione cessavit paulò post. Qua de re apud ipsum conquestus est Zacharias anno septingentesimo quadragesimo quarto. Bonifacius verò ad eum rescripsit Francos in hoc esse, ut propediem Promissorum fidem violent: De eo quod jam præterito tempore de Archi-Episcopis, & de Palliis à Romana Ecclesia petendis, juxta Promissum Francorum, Sanctitati vestræ notum feci, indulgentiam Apostolicæ Sedis flagito. Quia quod promiserunt, tardantes non impleverunt. Et ventilatur, & quid inde perficere velint, ignoratur. Verum cum ipsis ostensum fuisset Pallium non ob aliud Archi-Episcopis tribui, quam ut hoc exteriori signo à suffraganeis suis distinguantur, & ut eo admonerentur teneri se ad vitam severiorem & sanctiorem, & continendos in officio subiectos, amplexi sunt honorem oblatum, ut constat ex Capitularibus Caroli Magni: Dignum est ut Metropolitanus, qui est Pallio sublimatus, honoretur. Pallium autem per illas tempestates ejus formæ erat, cujusmodi nostra tempestate videmus.**

Probat hoc ex Alcuino Flacco & Rabano Mauro, atque prosequitur: *Sapienter itaque Hincmarus Rbemensis Archi-Episcopus, artum & temperamentorum Romanæ Curie callentissimus, cum et Nicolaus primus exprobrasset Privilegia à Beato Papa concessa, inter quæ illud imprimis eminebat, ut Pallium deferre posset ad quotidianum usum, respondit privilegia illa nihil sibi novi juris tribuere, præter id quod præci Canonibus tribuunt Metropolitanis, attamen se nova hæc Decreta expetiisse, eò quod, cum Ecclesia Rbemensis sit esset in confinio duorum Regnorum, iis privilegiis indigebat, ut terrorem injiceret quibusdam hominibus carnalibus & animalibus, apud quos veteres Canonice constitutiones evolverant.*

Errores iterum non pauci. Primus est, quod in Gallia usque ad Sancti Bonifacii Apostolatum solus Arelatensis Archi-Episcopus habuerit Pallium. Etenim oppositum, quod abundè huc usque demonstratum est, affirmat etiam Adrianus primus Pontifex in litteris ad Bertericum Archi-Episcopum Viennensem: *Illustris Carolus Francorum Rex, Romanus ingressus, Pascha Domini nobiscum egit. Ubi inter alia monuimus eum de Metropolitanorum honore. Et quia jam Archi-Episcopalis dignitas per octoginta annos esset à Francis conculcata. Cum hæc, & his similia gloriosus Rex audisset, promisit ante corpus Beati Petri, quod omnia ad ordinationem nostram emendaret. Spondet ex integro reparare dignitatem Metropolitanicam, & pergit: Nec præjudicium ulla Metropolis patiat, si alicui Suffraganeorum aut nos, aut Prædecessores nostri, rogantibus pils Ducibus Francorum, Pallium largiti sumus. Et tandem concludit: *Autoritate igitur Beati Petri Principis Apostolorum singulis Metropolitanis antiquo more potestatem suam reddidimus, & filium nostrum gloriosum Regem ante corpus Beati Petri inde rogavimus, ut antiquam potestatem omnes Metropolitanis, qui in ejus Regno sunt, haberent. Mediante Pallio. Existat epistola apud Joannem à Bosco in Bibliotheca Floriacensi. Et probatur à Domino Cardinali Cæfare Baronio. Est scripta octavi sæculi anno octagesimo septimo, ideoque ista Metropolitanicæ dignitatis conculcatio cæpit ante Caroli Martelli & Raginfredi civilia bella, sub Regno Ghildeberti secundi, cui Major Domus fuit Pippinus, Martelli Pater. Epistola docet Romana Pallia non dumtaxat in Gallia Metropolitanis, sed etiam in Provincialibus Episcopis esse antiqua. Esse partem Metropolitanicæ dignitatis. Ac proinde ipsa à Sancto Bonifacio non fuisse inducta in Gallias, sed dumtaxat restituta.**

Secundus error est, quod Galliarum Metropolitanæ usque ad Bonifacii Apostolatum fuerint usi Gallicano Pallio, & quod Sanctus Bonifacius ipsos permoverit ad accipiendum Romanum. Proinde Dominus Archi-Episcopus recedit à suis Dogmatibus. Antea enim professus est Arelatensem Archi-Episcopum semper habuisse Romanum Pallium: Et sic præfens ejus fabula non subsistit. Et quodnam istud à Romano diversum Gallicanum Pallium? Si Gallicanum Pallii usum à Romano quis distingueret, posset suæ assertioni hinc inde venari fucos; ast ipsa Pallia distinguere

quere est arbitrium figmentum. Alcuinus Flaccus, Rabanus Maurus; alique post restauratam à Sancto Bonifacio Gallicanam Christianitatem proximi Scriptores, dum Pallium describunt, nequaquam de nova, sed de antiqua specie clamant se scribere. Etiam apud Hincmarum Rheimensem, cui volupè est Romanam Ecclesiam de novitate aut quovis vicio notare, nulla est penitus memoria istius discriminis. Palam novit & profitetur se gestare istud ipsum Pallium, quod omnes sub cælo Metropolitanæ, ac ipsi Romani Pontifices semper gessissent, Tempus, cujus nemo potest reparare jacturam, non expendamus in res manifestas.

Tertius error est, quod Gallorum sub Sancto Bonifacio Metropolitanæ fuerint tergiversati admittente Pallia; quoniam timebant per istam novitatem adigi ad quandam insolitam reverentiam Apostolicæ Sedis, & excidere à jure, quod antiqui Canones Metropolitanis tribuunt. Etenim isti Episcopi eo usque non levabant oculos. De ipsis ad Austrobertum Viennensem Episcopum verè scripsit Gregorius II.: *Reverendum Fratrem Bonifacium vudibus gentibus Episcopum designavimus.* Etiam Episcopi erant rudés. Etenim de ipsis ad Imperatorem Constantium quartum, qui eruditos Episcopos rogaverat mitti ad sextam Synodum, rescripsit Sanctus Papa Agathon: *Apud homines in medio gentium positos, & de labore corporis quotidianum victum cum summa hæsitacione conquiritentes, quomodo ad plenum inveniri poterit Scripturarum scientiæ?* Synodus est celebrata anno octogesimo septimi sæculi: Regnante apud Francos Theodorico, Clodovæi secundi Filio. Et tales ex tunc ierant Episcopi. Aliam ignorantie causam aperit Sanctus Martinus Pontifex in litteris ad Sanctum Amandum Trajectensem Episcopum: *Suggestum est nobis, eo quod Presbyteri, seu Diaconi, aliique Sacerdotalis Officii, post suas ordinationes in lapsus coinquinantur, & propterea nimio errore Fraternitatem tuam adstringi, velleque Pastorale obsequium pro eorum inobedientia deponere.* Apostolus Bonifacius ad Zachariam Pontificem scripsit esse isthæc Diaconos viventes in tanta spurcicia, ut cum quatuor aut quinque concubinis de nocte volutarentur. Addidit ex ipsis creari Presbyteros ac Episcopos, qui talem pergerent vitam ducere. Præstat silere vetusta nostræ gentis opprobria. Ista igitur plurium Episcoporum vita atque inscitia fuit vera causa, ex qua Episcopalis dignitatis ac totius Christianitatis reparatio ad Bonifacii votum non succederet. Modica istis fuit cura de Pallii Privilegiis aut oneribus: maluerunt in suis deliciis infordescere. Rem succedere tandem ad Adriani Pontificis stimulos fecit Carolus Magnus. Omnes Metropolitanas coegit ad Pallium. Et ut animales homines fortitius promoveret ad obediendum, emisit laudatum Capitulum: *Dignum est, ut Metropolitanus, qui est Pallio sublimatus, honoretur.*

Quartus error est, quod Pallium Metropolitanas adigat ad insolitam quandam Apostolicæ Sedis reverentiam, ac faciat excidere ab ea auctoritate, quam Canones Metropolitanis tribuunt. Cum Magno Gregorio profiteor Pallium esse Epi-

scopalis cervicis grave jugum ac vinculum. Est enim perdita Ovis, quam in humeris reportant usque ad gregem. Portare obligantur in supernum JESU CHRISTI Regnum. At quod jugum istud imponat indebitam Apostolicæ Sedis reverentiam, aut Metropolitanam auctoritatem circumscribat vel mutilat, nemo unquam censuit Episcopus: Nec Latinus, nec Græcus. Pallii onus non malè exposuit in litteris ad Sanctum Cudbertum Cantuariensem Episcopum Apostolus Bonifacius: *Nostri ministerii labor unius & ejusdem causæ esse dignoscitur. Et æqualis speculatio in curis Ecclesiarum, sive populorum nobis credita est, sive in docendo, sive in arando & monendo, sive in defendendo canonicos gradus vel plebeos. Major nobis sollicitudo Ecclesiarum, & cura Populorum, propter Pallia credita & recepta, quam cæteris Episcopis, qui proprias tantum procurant Parochias, incumbit.* Nihil igitur accedit decremendi circa Metropolitanam potestatem, nihil indebitæ in Sancti Petri Apostoli Cathedram reverentia.

Quintus error est, quod Benedictus tertius Pontifex Hincmaro Metropolitanæ Remensi inter alia Privilegia concesserit etiam quotidianum usum Pallii. Etenim Hincmarus videtur istud apud suos affirmasse, at mentitus fuit, ideoque Nicolaus Pontifex meritò istud ipsi improperavit. Audiamus Nicolaï ad Hincmarum litteras: *Postremò scire te volumus, nostris auribus intimatum esse, Fraternitatem tuam non certis temporibus, & juxta morem alius Metropolitanis Antistitibus definitis, Pallio à Sede Apostolica concessio uti. Quod valde displicet, si id à Sanctitate tua fuerit claudè commissum, ut humilitatis oblita cæteris Fratribus suis studeat videri sublimior: Quamvis hoc non ad inane gloriam, sed ad Ornatum cunctarum virtutum sit gestandum. Cujus usus si Fraternitati tue à Sede Apostolica est omni tempore concessus, licet sit præter Ecclesie consuetudinem perceptus, ideoque rationabiliter amittendus, tamen bis nostris admodum competeret assatibus, studeo ita modestè hoc uti, ut nec elatio mentis invadat, nec jactantia instet, nec vana gloria vulneret. Hæ litteræ terruerunt Hincmarum. Sui Privilegii tabulas non potuit exhibere, ideoque Nicolao rescripsit: *De Pallio, à Epist. 16. mea præsumptione non certis temporibus, & juxta morem alius Metropolitanis definitis uso, unde vestro Sanctitatis auribus intimatum esse Indignitati meæ scripsistis, auctoritati vestræ veraciter fateor, quod & in istis regionibus per alios, si vobis placuerit, rescire valebitis, quia nisi die Natalis Dominici, & in die sanctæ Resurrectionis ejus, vix in toto anno eodem Pallio utor. Quoniam de illorum numero peccatis meis exigentibus, factus, de quibus scriptum est, Impedimenta sæculi fecerunt eos miseros, raro in decretis festivitatis, quo uti Pallio Metropolitanis conceditur, in Sede mea, propter multas occupationes & necessitates Ecclesie & Regni, esse mihi permittitur. Et quando in eadem Sede sum, non solum non toties, sicut mihi concessum est, verum vix aut nunquam eodem Pallio utor. Multis se expurgat de isto excessu, & palam profitetur sibi non esse singulare privilegium. Et addit se nunquam postulasse: Pro cuius usu apud Sedem Apostolicam**

## CAPUT XI.

Exponitur octavæ Synodi Canon de usu Pallii.

Epist. 61.

licam nihil petii, nisi sicut Decessores & Prædecessores mei uti solebam. Verum his non fidens Nicolaus rem diligenter inquisivit. Etiam Successor Adrianus. Et compertam Hincmari audaciam damnari iussit in octava Synodo.

Fateor Hincmarum artium & temperamentorum fuisse callentissimum. Non dumtaxat ad ipsa exploranda, sed insuper ad practicanda. Hujus peritiæ dedit multa exempla. Et quod circa istud ipsum, quod à Benedicto reverè acceperat, privilegium quædam celarit, quædam astutia quadam communi cognitioni negarit, affirmat & queritur ipse Nicolaus Pontifex in litteris ad Carolum Calvum Francorum Regem. Interim nunquam devenit eò audaciæ, ut diceret sibi per antiquos Canones licere quotidianum usum Pallii, ideoque ad ipsum non esse opus Privilegio.

Et hic est sextus error, quod Dominus Archiepiscopus dilectum sibi Hincmarum denuo gravat non levi calumnia. Benedictus tertius Hincmaro præsertim duo concesserat. Primò, ut nullus Remensis Provincia Episcopus, Clericus, aut Laicus posset, ipso contempto, aliena expetere aut expectare Judicia, salvo tamen in omnibus jure Apostolicæ Sedis. Secundò, ut prima circa ipsum Hincmarum, istius Provincia Primatem, instantia spectaret ad Sedem Apostolicam, ideoque omnis in ipsum accusatio deberet istius Sedis audientia reservari. De his folis, nequaquam de quotidiano Pallii usu Hincmarus scripsit: *Privilegia Sedis Apostolicæ non ideo petii, ut mihi non sufficeret, quod Sacri Canones & Decreta Sedis Romanæ Pontificum cuique Metropoliti Sedes concedunt. Et nec alia, vel amplius, quam Ecclesie Remorum collatum est ex antiquo, mihi largiri specialiter petii, nec appeti.* Rectissime hæc scripsit. Etenim sacri Canones, & Apostolicæ Sedis Decreta prohibent peregrina Judicia, & primam de cunctis per Romanum Patriarchatum Metropolitanis cognitionem reservant Tribunali Apostolico. Hincmarus item rectè adjunxit: *Sed quia non solum Diocesis, verum & Parochia mea inter duo Regna sub duobus Regibus habetur divisa, & res mihi commissæ Ecclesie sub multorum Principum potestate conjacere videntur, de quibus aut parum aut nihil utilitatis Ecclesia nostra potest habere, quia veteres constitutiones jam quasi pro vili apud quosdam habentur, at his novis Decretis carnales & animales homines territi, quid reverentius contra Ecclesiam Indignitati meæ commissum agerent.* Rhemensis Ecclesia erat vicina Regno Lothariensi: Et in ipso erant plures Suffraganeæ Cathedræ. Et Hincmaro vix benè convenit cum istis Regibus. Quare timuit, ne isti Suffraganei jugum excuterent, & Præcessoris Ebbonis calamitatem tentarent in ipsum devolvere. His de causis jura illa, quæ habebat per Canones, curavit sibi stabiliri per privilegium.



Etiam hunc Canonem Dominus Archiepiscopus interpretatur: *Necessitas tamen obtinendi Pallii decreta est in octava Synodo Œcumenica, quæ Constantinopoli celebrata est sub Adriano secundo. In qua statum est debere Metropolitanos confirmationem à Patriarcha suo accipere, sive per impositionem manuum, sive per concessionem Pallii. Ita ut earum, id est, Sedium Patriarchalium Præsules universorum Metropolitanorum, qui ab ipsis promoventur, & sive per impositionem manus, sive per Pallii dationem, Episcopalis dignitatis firmitatem accipiant. Canon ille non existat in editione Græca hujus Concilii, sed tantum in versione Anastasi. Ex ea autem id colligitur, consuevisse Patriarchas Orientis Pallium ad Metropolitanos mittere, quemadmodum à summo Pontifice fiebat in Occidente. Quare non frustra observatum est superius auctoritate Sancti Gregorii, Metropolitanos Orientis Pallii usum habuisse. Quod confirmatur ex Responsione Demetrii Chomatæni, qui eo uti licitum non esse ait, nisi in Festis Paschatis, Pentecostes, & Natalis Domini. Cæterum hæc Demetrii observatio lucem adfert Balsamoni, scribenti Saccum, Sticharion, & Phenolion esse indumenta, quibus uti licet solis Patriarchis. Quod intelligendum est de usu ordinario & quotidiano, cum aliis Metropolitanis non concedatur, nisi ex privilegio, & pro certis tantum diebus. In Concilio namque octavi Canonè vigesimo septimo prohibetur Metropolitanis, ne quotidie Pallio utantur in Sacrificiis, vel in cæteris functionibus Ecclesiasticis. Omni tempore, inquit Canon, Divini officii vel alius Ecclesiastici Ministerii. Ex eo tamen colligi non potest non licere Metropolitanis uti Pallio omni tempore Divini Sacrificii, aut ut horum Canonum adigi ad ejus depositionem ante consecrationem. Quod tamen Eruditissimo viro hæc nostra ætate placuisse video. Illa quidem sententia locum habet quoad Omophorion ordinarium, quod Episcopi seroebant ut cæteras vestes vulgatas ævo Isidori Pelusiotæ, qui docet Episcopos illud deponere consuevisse post recitatum Evangelium. Consuetudo autem illa rationi consentanea prorsus erat. Quia cum Liturgia post Evangelium inchoaretur, sumenda erant vestimenta propria ad celebrandum Sacrificium.*

Denuo habemus integram sylvam errorum. Primus est, quod etiam Græcorum Patriarchæ olim suis Metropolitanis ad Episcopalis consecrationis, & Metropolitanæ dignitatis firmitatem transmitterent Pallium. Plures censent non esse errorem. Etenim ad Joannem Ravennæ Metropolitanam scripsit Magnus Gregorius: *Hæc de re Diacono nostro Constantinopolim scripsi, ut per omnes Metropolitanos inquirere debeat. Et scibi iste usus est, ut in Litaniis cum Pallio ambulens, absit ut per me Ravennatis honor Ecclesie in aliquo immineat videatur. Videtur palam supponere, quod Metropolita*

L.4.ep.15.

litæ isthuc haberent, & à Patriarcha acciperent Pallia. Eundem morem probat Actio secunda octavæ Synodi: *Ponentes Episcopi libellum super Sancta Evangelia & pretiosa ligna, & rursus sumentes cum dederunt Ignatio Sanctissimo Patriarchæ Constantinopolis. Et sumens Patriarcha Super-Humeralia, tradidit eis. Primum autem omnium dedit Metropolita Caria, & dixit ei: Ecce, sanus factus es, jam noli peccare ne deterius tibi aliquid fiat.* Agit de libello, quem Adrianus Pontifex lapsis in Photii Factionem Episcopis ad eandem ejurandam præscripserat. Hinc omnes isti Episcopi ad majorem firmitatem prius ipsum ponebant super sacrosancta Evangelia, ac super pretiosa Dominicæ Crucis ligna, deinde legebant in manibus Sancti Ignatii, atque ita ipsi profitebantur poenitentiam ac obedientiam. Et quoniam per ablata Omophoria degradati erant, ea ipsis reddebatur ac imponebat Ignatius, atque ita reparabat. Et de intruso Photio scribit in Sancti Ignatii vita Nicetas Paphlago: *Photius consecratos à Sancto Ignatio Episcopos refacrare conatur. Quod cum non succederet, omnesque cum indignissimo ferrent, atque execrarentur, ne ita quidem defecti iniquitas. Super-Humeralibus, & Orariis, & alitis status Sacerdotalis coemptis insignibus, secretò preces super ea quasdam pronuntiabat: Et sic ea singulis, loco muneris, & largitionis, dabat.* Eis transmittibat nova Pallia, atque ita faciebat suos. Et in litteris ad Imperatorem Basilium Joannes octavus Pontifex Photium arguit de variis excessibus, ac inter ipsos est etiam hic: *Quod Bulgariae Archiepiscopo, vel Episcopis, qui videntur ibidem existere, sacrum Pallium, quo inter sacra Missarum Solemnia uti Pontificibus solitum est, ipse Patriarcha mittere presumpserit.* Eundem morem in omnibus Patriarchis firmare videntur verba decimi septimi Canonis, adducta per Dominum Archi-Episcopum.

Respondeo tamen istius apud Græcos transmissionis nullum esse exemplum antiquum, nullum apud Patres testimonium, nullum apud Canones vestigium. Omnes isthuc Episcopi gerunt sacrum Omophorion: Nec ipsum sibi transmissum à Patriarcha accipiunt, sed vel ab ipso, vel à Metropolita in ipsa consecratione. Difertè hoc scribit in libro de sacris Ordinationibus Simeon Thessalonicensis: *A principio Missæ, & in exaltatione Divini Panis, & in Ordinationibus, & in aliis sacris Mysteriis Episcopus semper Pallio ab humeris in orbem cingitur. Quod etiam tunc Ordinatus ab Archi-Episcopo accipiens, collum induitur.* Quod ipsum confirmant antiqui Græcorum rituales libri. Nec aliud scribit Magnus Gregorius. Quæstio ipsi erat cum Joanne Ravennatum Metropolita, non an Archi-Episcopi deberent Pallium à Patriarcha accipere, sed an ipso possent uti extra Missæ Sacrificium, præsertim extra Ecclesiam in Litanis. Hoc negabat licere Gregorius, affirmans adversum consuetudinem omnium, etiam Orientalium, sub cælo Ecclesiarum. Et de hac sola consuetudine inquiri per suum Apocrisarium jusit apud Metropolitanam Patriarchatum Constantinopolitani. Etiam Sancti Ignatii Patriarchæ in octava Synodo opus non est nobis adversum.

Etenim non solos Metropolitanas, sed quosvis lapsos Episcopos reparavit per reddita Omophoria. Sicut per eorum ablationem quisvis apud Græcos Episcopus degradatur, ita & per redditionem reparatur. Degradatis auferuntur, reparatis redduntur sui Ordinis ornamenta. Aliud item Episcopis, quos refacrare non permittebatur, non fecit Photius. Eos censuit partim malè ordinatos, partim degradatos: Hinc ipsis priora abstulit, & reddidit nova Omophoria. Non solis Metropolitanis, sed cunctis generatim Episcopis. Aliud tamen egit in Bulgaria. Ejus Archi-Episcopo, & paucis singulariter privilegiatis Episcopis transmisit Pallia. Romano more. Etenim ista Diocesis & antiquo usque ad Leonis Isauri violentiam observato, & novo per Bulgarorum à Latinis Episcopis & Monachis factam conversionem acquisito jure spectabat ad Romanum Patriarchatum, ideoque erat consueta videre transmissionem Pallii. Hunc morem dolosus Photius censuit non mutandum. Et ipsum Joannes octavus arguit, non quod transmisisset Pallia, sed quod transmisisset in Bulgariam: Quod Romanus Patriarchatus Diocesim tentasset invadere. Dolosus Photius secutus est artem, quam Imperatori Theodosio olim suggererat ejus Prædecessor Atticus. Ad hujus suggestionem ille, dum Orientale Illyricum transcripsit in Patriarchicam potestatem Constantinopolitani Episcopi, addidit ut omnia isthuc pergerent juxta antiquum morem fieri. Nempe ne motum novitas offenderet Populum, atque ita induceret ad retrocedendum.

Etiā decimus septimus octavi Concilii Canon non facit ad Propositum. Nec enim agit de transmittendo ad Metropolitanas pallio, sed de præstanda per ipsos obedientia Patriarchalibus Evocationibus. Affirmat quosdam per Patriarcham consecrari, quosdam Metropolitanas solo per ipsum Pallio insigniri: Omnes tamen ab ipso, sive hac, sive ista via, accipere sui loci & honoris firmitatem. Primum passim per Orientem, in Occidente fit apud quasdam Metropoles; secundum autem fit per solum Occidentem. Interim Canon sancit omnes & singulos propter Episcopalis firmitatis acceptam gratiam obstringi ad plene obediendum legitimis sui Patriarchæ evocationibus. Palam agit in solemnem Hincemari Rhemensis contumaciam. Quò tamen ejus honori parcat, emittit generalem pro cunctis Patriarchis adversum quosvis Metropolitanas Sanctionem. Est supra demonstratum. Ex his liquet, quod rectè dixerim ab Orientalibus Patriarchis Pallium non fuisse transmissum ad suos Metropolitanas, ideoque istam transmissionem esse primum errorem Domini Archi-Episcopi.

Secundus Domini Archi-Episcopi error est, quod Demetrius Chomatenus agat de Pallio seu Omophorio. Agit enim de Sacco. Tertius error est, quod Theodorus Balsamon affirmet Saccum, Sticharion, ac Phenolion esse ornamenta solis Patriarchis propria. Etenim Phenolion omnibus non solum Episcopis, sed insuper Presbyteris; Sticharion convenit etiam Subdiaconis. Theodorus ergò Balsamon istud affirmat de undulato

Stica-

Stichario, ac de Phenolio Polytaurio. Quartus error est, quod Patriarchæ possint quotidie uti istis ornamentis. Etenim uti non possunt in diebus jejuniorum, nec in defunctorum officiis. Quintus error est, quod privilegiati Metropolitanæ ipsi uti non possint, nisi in certis diebus anni. Utj poterant omnibus diebus, præter jam dictos. Sextus error est, quod solis Metropolitanis daretur privilegium utendi undulato Stichario, & Polytaurio Phenolio. Etenim illis dabatur solum Privilegium utendi Sacco: Alia duo competeabant omnibus Episcopis.

Septimus error est in expositione vigesimi septimi Canonis, qui Metropolitanis ac aliis Episcopis, ex jure vel privilegio habentibus Pallii usum, sancit ne omni tempore Divini Officii, vel alius Ecclesiastici Ministerii, sed certis dumtaxat temporibus & locis utantur isto ornatu. Dominus Archi-Episcopus commentatur: *Ex eo tamen colligi non potest non licere Metropolitanis Pallio uti omni tempore Divini Sacrificii, aut vihorum Canonum adigi de ejus depositionem ante Consecrationem.* Respondeo hæc vera esse in Græcorum non solis Metropolitanis, sed quibuscumque Episcopis. At verò Canon nequaquam de Græcorum Episcopis agit, sed de solis Latinis. Agit enim in præfatam audaciam Hincemari Rhemensis. Duo hujus Synodi Canones in ipsum agunt. Vigessimus septimus ejus excessus circa usum Pallii, decimus septimus firmiter ac damnat ejus contumaciam contra Romanas evocationes. Porro quod vigesimus septimus Canon in Græcorum Episcopos aut mores non statuat, est manifestum ex ejus exordio: *Secundum traditas formas per singulas Provincias, & Regiones, ac urbes, in Ecclesiasticis promotionibus & consecrationibus illa, quæ in iudiciis & signa sunt Ordinis, qui unicuique inesse videtur, retineri decernimus.* Lucidè affirmat circa Pallii gestamen ac usum esse varias variarum Regionum consuetudines: Aliam apud Græcos, aliam apud Latinos. Et mandat unicuique suam custodiri. Et prosequitur: *Ita ut Episcopi, quibus concessum est Pallii uti certis temporibus, &c. Sancit in solos Episcopos, quibus permillum est certis dumtaxat temporibus ornari Pallio. Et hi palam sunt soli Latini. Quare octavus Domini Archi-Episcopi error est, quod Canonem statuentem de solis Latinis Episcopis extendat ad Græcos.*

Nonus error est, quod Omophorion Græcis Episcopis olim fuerit vestis vulgata. Etenim omnes ipsorum Scriptores ac Rituales libri Omophorion adnumerant Polytaurio, Phenolio undulato, Epimaniciis, Genualibus, aliisque sacris Episcoporum Ornamentis. Decimus error est, quod istud scribat Sanctus Isidorus Pelusiotes. Etenim Isidorus difertè scribit Omophorion esse pellem ovinam, ornata Sacrosanctis significationibus. Undecimus error est, quod Græcorum Episcopi Omophorion deponant post recitationem Evangelium. Etenim deponunt ad istam recitationem. Ratio est adducta superius. Duodecimus error est, quod Græcorum Episcopi vulgata sua vestimenta prius deponant, aut certè ipsis sacra superinduant post recitationem Evangelium. Et

quod istud scribat laudatus Isidorus. Sunt indigna resutatu paradoxa. Proinde & Latina & Græca Ecclesia semper habuit idem Pallium, Ornatum sacrum, laneas fascias, rem in substantia vilem, significatione Augustam, Sacrosanctam, Divinam.

Dominus Archi-Episcopus prosequitur: *Post devoratum ab Europæ Metropolitanis accipiendi Pallii necessitatem, quæ à Concilio octavo firmata Canone, novas deinde condiciones sibi à summis Pontificibus impostas coacti sunt amplecti. Primum enim res eò devenit, ut coacti sint Scripto polliceri subjectionem & obedientiam Apostolicæ Sedi, & Præcepta ejus Canonice per omnia sequi. Novi hujus juris Receptor fuit Bonifacius Moguntinus in Synodo ac celebrata, anno septingentesimo quadragesimo secundo, ut dicitur ex ejus epistola ad Cuabertum. Antea enim Metropolitanis nulla alia lege tenebantur, quam ut fidei suæ professionem emitterent, & observationem Canonum Com-Provincialibus Episcopis pollicerentur in sua consecratione. Nullam porro obedientiæ sponsonem facebant. Quam ad eò alienam à prisco jure censebat Leo primus, ut ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum scribens de causa Attici Episcopi, à quo Anastasius similem sponsonem exegerat, dixerit in ea signum injuriæ contineri. At post Bonifacium nova clausula huic professioni addita est, qua videlicet subjectionem & obedientiam Romano Episcopo promitti invaluat, ut videre est in veteri formula, quæ Caroli Calvi ætate in usu erat: Beato verò Petro, & Vicario ejus debitam subjectionem & obedientiam, Suffraganeis verò nostris adiutorium me exhibiturum profiteor. Illa nihilominus obedientia ad observationem Canonum coercetur, id est, promittunt Metropolitanis se summo Pontifici obediuros juxta Canones. Hoc est, quoties jussa ejus Canonum Statutis inveniuntur. Hanc enim esse eorum verborum vim docet ipse Zacharias Papa ad Bonifacium scribens: *Nec enim ab hac Apostolica Sede illa diriguntur, quæ contraria esse Patrum, seu Canonum Statutis inveniuntur. Bonifacius verò, qui sponsonis vim intelligebat, eandem in propria causa adhibuit clausulam, cum ea sponsonem Zachariæ faceret pro Archi-Episcopatu Moguntino: Sicut Prædecessorum vestrorum pro autoritate Sancti Petri servi devoti, & subditi obediens, & subditi sub jure Canonico. Inquit ille in epistola ad Zachariam.**

Errores non pauci. Primus est, quod accipiendi Pallii necessitas sit res adeò acerbata, ut à Metropolitanis fuerit devoranda. Etenim hoc jure dici possit de Metropolitanicæ potestatis onere, reverè gravissimo, & humanis viribus importabili; verum quo colore istud scribatur de accipiendi Pallii necessitate, non video. Est enim merum istius oneris, jam impositi & acceptati, symbolum. Immo non merum symbolum, sed insuper consolatorium ornamentum. Et video ipsum non solummodo à cunctis Metropolitanis, sed insuper à multis Suffraganeis Episcopis summo semper ambitu fuisse appetitum: Nullum debuisse compelli ad devorandum. Nisi forsitan quosdam Metropolitanas, quos in Gallia reperit Sanctus Bonifacius. Nempe laxata disciplina ipsos dejecerat ad Barbaros, à quibus nec Pallia, nec ipsam

Me-

Metropolitica dignitatem fuisse æstimata, testatur in suorum librorum proœmio Guillelmus Neubrigenſis. Erant graviffimè ac foediſſimè infirmi, ideoque panis, ſuavis fanis, erat illis pœna. Attamen Dominus Archi-Epiſcopus non de ipſo forſan Pallio iſta ſcribit, ſed de ſolis per Sanctum Bonifacium adjectis conditionibus.

Secundus igitur error eſt, quod Sanctus Bonifacius Romanæ Pallii acceptioni perperam appoſuerit profeſſionem Romanæ ſubjectionis & obedientiæ. Quod iſta profeſſio ſit amara & devoranda conditio, Paſchali II. Pontifici, quod conſuetæ Metropolitanarum profeſſioni juberet ſuperaddi juramentum, quandoque obſtrepit Archi-Epiſcopus Polonorum: Neminem ſcio, qui murmuravit contra ſimplicem profeſſionem Papalis obedientiæ. Etenim obedientiæ profeſſio, quam Provinciales Epiſcopi in ſua conſecratione faciunt ſuo Metropolita, eſt adeo antiqua ut Hincmarus Remenſis ipſam in famoſo adverſus nepotem ſuum Laudunenſem Epiſcopum libro probet ex litteris Sancti Leonis. Et certè Magnus hic Pontifex ipſam laudat uti antiquam. Quare Dominus Archi-Epiſcopus in alio hujus ſui libri capite perperam ſcribit ſimiles obedientiæ ſponſiones tunc temporis necdum fuiſſe in uſu. Etiam Presbyteri in ſua conſecratione jam pridem profeſſentur obedientiam ac reverentiam ſuo Epiſcopo. Et Cardinales Diaconi in ſua olim creatione ſpondebant, quod cunctis pro Eccleſiatica utilitate Paſſibus Mandatis fideliter ſine vitio ſuperbia, ac neglectu, obedirent. Hanc cautionem roborabant teſtibus, & corporali ſuper Sacroſancta Evangelia juramento confirmabant. Ita nos docet Vigilius Pontifex in Diplomate, quo degradavit Ruſticum, ſuum ex fratre nepotem, & ejus Collegas Sebaſtianum, Cardinales Diaconos. Et Mauricium Imperatorem ſcribunt quidam Aquilejenſes Epiſcopi: *Sugerimus, pie Dominator, quia tempore Ordinationis noſtræ unusquique Sacerdos in ſancta Sede Aquilejenſi cautionem Scriptis emittimus ſtudioſè de fide Ordinatoris noſtri, & nos fidem integram ſanctæ Republicæ ſervaturos.* In ſua conſecratione profeſſentur fidem ac obedientiam Romano Imperio. Erat res extra metas. Et tamen nullus iſthic vidit aliquid acerbi vel devorandi. Quia nempe iſtud debitum tacite inest omnibus Epiſcopis. Et expreſſum non operatur aliud, quam tacitum. Quid igitur acerbi aut devorandi Dominus Archi-Epiſcopus videt in Decreto, quo Sanctus noſter Apoſtolus ac Reparator Bonifacius antiquæ Metropolitanarum profeſſioni adjecit articulum de ſubjectione & obedientia præſtanda Romanæ Eccleſiæ.

Novi morbi exquirunt nova medicamenta. Hinc vetuſtæ Epiſcoporum aut Clericorum profeſſioni novos articulos ex cauſis inferere eſt antiquiſſima & probatiſſima conſuetudo Eccleſiæ. Propter Eutychanas contra dogmaticum Sancti Leonis Tomum violentias Pontifex antiquæ profeſſioni adjecit iſtius Tomi acceptationem. Ita in prima ſua apud Photii Bibliothecam oratione teſtatur Sanctus Eulogius Patriarcha Alexandrinus. Et Sanctus Proterius, primus ejuſdem Sedis poſt Chalcedonenſem Synodum Epiſcopus,

Cap. 9.


Lib. 230.

ſua profeſſioni omnino addidit iſtum articulum. Compulſus fuit etiam ad jungere Symbolum Conſtantinopolitanum. Nempe Eutychiani iſtud Symbolum ſimiliter averſabantur. Utrique propter ejus ad Nicænum contra Apollinaristas facta additamenta. Hinc omnes Epiſcopi deinceps ſunt juſſi non ſolum antiquo more profeſſeri Nicænum Symbolum, ſed plenum Conſtantinopolitanum. Euphemius Conſtantinopolitanus Patriarcha Anaſtaſium Imperatorem coronare noluit niſi antiquæ profeſſioni adderet Synodum Chalcedonenſem. Et de Acacio, Euphemii Antecefſore, ſcribit in libro contra Mocianum Scholaſticum Facundus Epiſcopus Hermianenſis: *Mortuus Acacius per libellos Ordinandorum Epiſcoporum uſque nunc damnatur.* Antiquæ profeſſioni infera fuit ejus damnatio. Facundus adjungit: *Libellis ſuis Epiſcopi Ordinandum Theodorum Mopſueſtenum cum ſuis dogmatibus, & epistolam Ibe, & Theodoretus Scripta damnarunt.* Hoc eſt, tria famoſa Chalcedonenſis Synodi Capitula. De hoc ad antiquam profeſſionem additamento ſcribit Conſtantio Mediolanenſi Archi-Epiſcopo Sanctus Gregorius: *Bonifacius Diaconus mihi nunciavit, quod tres ſe Epiſcopi à pia Fraternalitatis veſtræ communionem ſeparaverint, dicentes vos in damnationem trium Capitulorum conſeſſiſſe, atque cautionem feciſſe. Et quidem ſi quid de tribus Capitulis in quocumque vel verbo vel Scripto nominatum eſt, Fraternalitas veſtra beneſe remiſiſſe. Quamvis Deceſſor Fraternalitatis tue Laurentius diſtinctiſſimam cautionem Sedis Apoſtolicæ emiſerit, in qua vivi Nobiliſſimi ex legitimo numero ſubſcripſerunt. Inter quos ego quoque, Urbanam Præturam gerens, pariter ſubſcripi. Quia poſtquam talis ſeiſſura pro nulla re facta eſt, juſtum fuit, ut Sedes Apoſtolicæ curam gereret, quatenus unitatem Univerſalis Eccleſiæ in Sacerdotum mentibus per omnia cuſtodiret.* Docet varia. Primò, quod iſta ad antiquam Ordinandorum Epiſcoporum profeſſionem adjectio fuerit facta etiam in Occidentali Eccleſia. Secundò, quod Pelagius Pontifex fuerit iſtius additamenti adeo zelotus Executor, ut Laurentium Mediolanenſis Eccleſiæ Eleſtum compulerit contra morem venire Romanam, iſthic ſolemniſſime coram ſummis teſtibus profeſſurum, & conſecrandum. Tertio, quod Gregorius à Succefſore Conſtantio videatur iſtud additamentum ex cauſis non exegiffe. Quarto, quod quidam Epiſcopi contra iſtam novitatem tantoperè recalitraverint, ut Conſtantio Metropolita, quem additamento conſenſiſſe ſuſpicabantur, noluerint communicare. Quintò, quod iſtud additamentum fuerit legitimum. Quia neceſſarium ad unitatem univerſalis Eccleſiæ in Sacerdotum mentibus per omnia cuſtodendam. Eadem ratio Bonifacium permovit ad vetuſtæ Metropolitanarum profeſſioni addendam ſubjectionem & obedientiam Romanæ Eccleſiæ. Et qui iſtius temporis, & tunc viventium in Gallia Epiſcoporum qualitates novit, etiam novit additamenti neceſſitatem.

Tertius Domini Archi-Epiſcopi error eſt, quod dicat omnem obedientiæ profeſſionem à priſco more eſſe adeo alienam, ut Magnus Leo ad Anaſtaſium Theſſalonicensẽ Epiſcopum ſcribens

L. 3. Ep. 1.

Ep. 3. c. 5.



Chriſt. Lupi Opera T. VIII.

## CAPUT XII.

An Patriarchæ, Autocephali Exarchi, ac nominatim Carthagenenſis Primas olim acceperint Pallium à Romana Eccleſia?

RAtionem dubitandi facit Innocentii tertii Canon, editus in generali Concilio Lateranenſi: *Antiqua Patriarchatum Sedum privilegia renovantes, ſacra univerſali Synodo approbante ſancimus, ut poſt Romanam Eccleſiam, que diſponente Domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet Principatum, Conſtantinopolitana primum, Alexandria ſecundum, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartum locum obtineat, ſervata cuilibet propria dignitate, ita quod poſtquam earum Antifiſtes à Romano Pontifice acceperint Pallium, quod eſt plenitudinis officii Pontificalis Inſigne, præſtito ſibi fidelitatis & obedientiæ juramento, licenter & ipſi ſuis Suffraganeis Pallium largiantur, recipientes pro ſe profeſſionem Canoniam, & pro Romana Eccleſia ſponſionem obedientiæ ab eiſdem.* Sancit varia bene notanda. Primò Conſtantinopolitanum Canonem, quo ejuſdem civitatis Epiſcopo primus poſt Romanum Pontificem locus deferretur, & quem ſemper Romana conſtantiffimè reſtituit Eccleſia, tandem admittit & probat. Quidam exiſtunt iſtud ipſum fuiſſe antea ſancitum à decimo ſeptimo Canone octavi Concilii. At ſine fundamento. Quomodo enim octava Synodus circumduxiffet Nicolai primi judicium, ſumma cum conſideratione perſcriptum ad Bulgaros? Octava igitur Synodi Canon unico contextu involvit antiquam & novam Romam, & Alexandriam præmittens, ſubjungit Antiochiam. Studio ita involvit: Ne vetuſtum Romanæ Eccleſiæ iudicium læderet, & ne Græcos, præſertim Imperatorem Baſilium & afflictum Patriarcham Ignatium, offenderet. Innocentius tertius poſſit novæ ſuæ ſanctionis duas habuiſſe cauſas. Quod Conſtantinopolis tunc teneretur à Latinis: Et quod reliquæ Patriarchales Sedes gemerent ſub Saracenis. Secundò Innocentius circumducit Paſchalis ſecundi Decretum, quod Hieroſolymitanum Patriarcham Antiocheno præpoſuerat: Antiocheno reſtituit primævam dignitatem & locum. Et rectiffimè atque juſtiſſimè. Tertio mandat, ut omnes Patriarchæ à Romano Pontifice accipiant Pallium, & ipſum tunc tranſmittant ſubditis Metropolitanis. Hinc quaeritur, An iſta Papalis tranſmiſſio ſit antiqua?

Reſpondeo non eſſe. Quod omnes Patriarchæ ſemper debuerint à Romano Pontifice conſecrationis & dignitatis ſuæ confirmationem ſupplicare, & ante ipſam legitime non potuerint federe, eſt longè certiffimum. Plurima hoc evincunt exempla ac teſtimonia. At quod Pallium ſimul poſtu-

R

lave-



laverint aut acceperint, nullum est testimonium, nullum exemplum. Etenim de Alexandrinæ Ecclesiæ Patriarchis scribit in Nestorianæ ac Euty-  
 chianæ Hæresis Breviario Liberatus, Archi-Dia-  
 conus Carthaginensis Ecclesiæ: *Consuetudo est Alexandriæ, illum, Patriarcham, qui defuncto succedit, excubias agere super defuncti corpus, manumque dextram ejus suo capiti imponere, & sepulchro manibus suis, accipere collo suo Beati Marci Pallium, & sic legitime sedere.* Et adjungit: *Defuncto Timotheo Alexandrino Episcopo Theodosius ordinatur. Qui licet haberet Cleri Decretum, contradicere volentibus non permisit certamen Populi. Monachorum agmen, quos non habuit, pro Gajano fuerunt. Est locus mendosus, simili modo supplendus. Dum hæc, nempe Timothei cadaver custodire, tradere terræ, & Sancti Marci Pallium accipere, Theodosius pertinet, cognoverunt Populi & Monasteria, quid esset factum vespere in Episcopo. Mox Theodosium persecuti sunt, & expulerunt, ne colligeret funus Timothei. Inthronizaverunt autem Gajanium. Liberatus docet nos varia. Primò, quod defuncto Patriarcha, Clerus & Populus statim eligeret novum. Secundò, quod iste Electus statim consecraretur. Tertiò, quod consecratus custodiret tota nocte defuncti corpus, humaret propriis manibus, Sancti Marci Pallium detraheret ejus humeris, ac transferret in suos. Quartò, quod ante ista peracta, ac præsertim ante acceptum suis humeris Pallium, legitime sedere non posset, ideòque nec inthronizari. Hinc enim Alexandrini Monachi ab ista acceptione violenter impediunt Theodosium, atque ita reddiderunt Inthronismo inhabilem. Statim elegerunt Gajanium, fecerunt ordinari, admiserunt ad Patriarchalis cadaveris custodiam & translationem Pallii, atque ita inthronizaverunt. Liberatus nos sextò docet, quod Patriarchis Alexandrinis esset semper idem Pallium, ipsumque de Patriarcha semper transferretur in Patriarcham. Septimò, quod esset ipsum Sancti Marci Pallium, ideòque non Constantini aut alterius Imperatoris donum, sed Institutum Apostolicum. Octavò, quod vestiret solos humeros, ideòque esset simplex Omophorion, non talare ornamentum. Liberatus evertit omnes fabellas Petri de Marca.*

Eundem Alexandrinæ Ecclesiæ morem laudat Hæresis 69. Sanctus Epiphanius: *Hæc est Alexandriæ consuetudo, ut post Episcopi mortem Successor non diutius differatur, sed subinde pacis tuendæ gratia subrogetur. Ne alius hunc, alius illum amplectentibus, jurgia in vulgus & contentiones existant.* Et in litteris ad Simplicium Pontificem Acacius Episcopus Constantinopolitanus: *Petrus Mogus, hæreticus ac intrusus Alexandriæ Patriarcha, filius nobis existens, & operum diei lucentium alienus apparens, omnino tenebras ad latrocinium peragendum congruas earum cooperatores inveniens, media nocte, adhuc jacente cadavere illius, qui Paternos Canones subverterat, utique Timothei Aeluri, in sepulchro, subrepsit in Sedem, sicut ipse arbitratus est, uno & solo presente, & eo qui consors illius insisteret insania.* Arguit Petrum Mogum de duobus. Primò, quod fuerit consecratus ab unico Episcopo. Secundò, quod Timotheo necdum sepulto, Pal-

lium festinus acceperit, atque ita inthronizatus fuerit, & cœperit sedere. Licet nec Acacius, nec Epiphanius Pallii acceptionem disertè expriment, ipsam tamen omnino supponunt. Liberato Diacono, qui istius ritus lucidam noticiam ad nos traduxit, summas debemus gratias. Et ex ipsa lucet, quod Alexandrini Patriarchæ olim non acceperint Roma Pallium.

Idem traducendi Pallii mos olim viguit in Hierosolymitana Ecclesia. Uti Alexandrina Pallium Sancti Marci, ita Hierosolymitana Ecclesia Sancti Jacobi Omophorion traduxit de Patriarcha in Patriarcham. Quo ritu Successor ipsum acceperit, an ex defuncti Antecessoris corpore, an ex Altari, an ab Episcopo consecrante, ignoro. Interim manifestum est, quod Roma non acceperit. Traductio duravit usque ad Patriarcham Theodosium, qui istud Omophorion donavit Sancto Ignatio Patriarchæ Constantinopolitano. Sanè admirandum est, quod adeò pretiosum Theaurum alienaverit. An hujus alienationis causa inceperit alio modo accipere Pallium, etiam ignoratur. Interim ista forma viguit etiam apud Armenios. Etenim ipsorum Exarcho Constantino Pazerperensi Gregorius nonus Pontifex misit novum Pallium, eò quod prius esset nimia vetustate consumptum. Papalis epistola existat apud Clementem Galanum in prima parte operis de concordia Romanæ Ecclesiæ cum Armenia. Quidam putant istud Pallium fuisse à Sancto Gregorio Armeniorum Apostolo. Labuntur. Fuerat enim Roma missum, à Magno Papa Gregorio. Infra exponetur.

Eundem morem servavit Constantinopolitana Ecclesia. Etenim de Sanctis Metrophane ac Alexandro, primis Regiæ civitatis Episcopis, scribunt antiqua ipsorum Acta in Bibliotheca Photii: *Metrophanes post Evangelii lectionem nonnulla ad Populum locutus, Alexandrum Presbyterum, absentem, Archi-Episcopalis Sedis Successorem renunciavit. Populus verò uno ore cum ipso Imperatore aliquot locis exclamavit: Dignus est. Deinde sacræ Mensæ Altaris Humerale imponit, præcipiens hoc Successor servari.* Et sic defunctus est. Et de Sancto Eutychio, in ejusdem civitatis Patriarcham promotò, scribit in ipsius vita Eustatius Presbyter: *Eutychie precibus & manu Pontificum consecratur, Sancto Spiritu inungitur, Ovis errantis typum super humeros tollit, in Sedem sublimem ascendit, & in Solio sedet.* Docet plura. Primò, quod Pallium fuerit typus Ovis errantis. Videlicet lanæ fasciæ. Secundò, quod gestaretur solis Episcopi humeris. Ita & hic Eustatius evertit fabellas Petri de Marca. Tertiò docet, quod ipse Eutychie Pallium de Altari sumperit, ac suis imposuerit humeris. Quartò, quod post ipsum sumptum fuerit inthronizatus, & cœperit sedere. Quintò, quod in ipsa consecratione sua sumperit. Etiam de Sancto Germano Patriarcha, ejectione per Imperatorem Leonem Isaurum, scribit Georgius Cedrenus: *Germanum Leo Patriarchæ solio dejecit. Isque Humerale in sacræ Mensæ magni templi deponens, resignavit munus suum, atque discessit.* Posuit in Altari, refumendum à Successore. Inter articulos, de quibus Joannes, Macarii Magnesi-

fiani Episcopi Diaconus, accusavit Sanctum Joannem Chrysostrum, hic fuit nonus: *Joannes, totius Cleri habito Conventu, tres Diaconos citavit. Acacium, Euphrium, & Joannem, & quasi Humerale ejus furari essent, accusavit, querens utrum & ad quem usum cepissent.* Est obscurus articulus. Quis enim furari velit laneas fascias? Aut erat non personæ, sed Sedis, à primo forsitan Episcopo acceptum, & usque tunc custoditum Humerale: Hinc ejus furtum summi fecit Sanctus Joannes. Præsertim quod suspicaretur sublatum ad superstitiones. Hæc suspiciones Joannes Diaconus volebat temerarias, ideòque Zeloso Episcopo vertebat in crimen.

Porro de Constantinopolitani Patriarchæ creatione scribit in libro de sacris Ordinationibus Simeon Thesalonicensis: *Si electus, utique in Patriarcham Constantinopolitanam, sit Episcopus, post solemnem declarationem statim est Patriarcha, nulloque alio indiget præter solum Inthronismum. Promotus in Ecclesiam venit, templumque ingressus & sacrum Altare, Epitracellion & Pallium sibi circumponit.* At verò Electum, qui non est Episcopus, affirmat consecrandum à Metropoli Heracleensi, exponit omnem Ordinationis ritum, & tandem concludit: *Pallium demùm accipiens, utique Consecrator, & Cruce signans, Ordinato circumponit, exclamans: Dignus. Quod intra & extra Sanctuarium clarè & magnificè ter decantatur.* Proinde recentiores Græci circa hæc aliquid mutantur. Olim Patriarcha, dum non esset Episcopus, in consecratione accipiebat Pallium, at tamen non à Consecrante, sed de Altari sumptum sibi imponebat: Mutationis causam & tempus ignoro. Quidquid sit, nunquam Roma acceperunt. Eadem est ratio Patriarchæ Antiocheni. Infra ostendetur. De Ephesiæ, adeoque etiam de Heracleensis & Cæsariensis Ecclesiæ ritu scripsit ad Imperatorem Marcianum, & ad Chalcedonensem Synodum dixit Bassianus Ephesiorum Episcopus: *Abripientes Pallium Sacerdotii mei, in Sede posuerunt quemdam, & in locum meum. Haud dubiè illi imposuerunt & Pallium, nam antea inthronizare non poterant. Proinde & istic viguit eadem forma.*

Quædam videntur his obitare. Primò, auctoritas Luitprandi Cremonensis Episcopi, Apostolici apud Græcos Legati, ad ipsorum Imperatorem Nicephorum Phocam dicentis: *Sed quid commemorem, cum ipsa Constantinopolitana Ecclesia nostræ sanctæ Catholicæ atque Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ merito sit subiecta? Scimus, immò vidimus Constantinopolitanum Pallium non uti, nisi Sancti Petri nostri permissu. Verùm cum impiissimus Albericus, quem non stillatim cupiditas, sed velut torrens impleverat, Romanam civitatem sibi usurparet, Dominumque Apostolicum quasi servum proprium in Conclavi teneret, Romanus Græcorum Imperator, filium suum Theophylactum Eunuchum instituit Patriarcham. Cumque cum Alberici cupiditas non lateveret, missis eò muneribus satis magnis effecit, ut ex Papa nomine Theophylacto Patriarchæ mitterentur litteræ, quarum auctoritate tum ipse, tum alii Successores absque Paparum permissu Pallii uterentur.* Ex quo turpi commercio vituperandus mos inolevit, Christi Lupi Opera T. VIII.

ut non solum Patriarchæ, sed etiam totius Græciæ Episcopi Pallii utantur. Quod quam sit absurdum, consere opus non est.

Joannes Morinus in Adnotationibus ad Græcorum Ordinationes respondet: *Fabellæ est id, quod scribit auctor historiae Legationis Luitprandi Cremonensis Episcopi ad Nicephorum Phocam Orientis Imperatorem.* Arguit præsertim hæc verba: *Ex quo turpi commercio vituperandus mos inolevit, ut non solum Patriarchæ, sed etiam Episcopi totius Græciæ Pallii utantur.* Et adjungit causam: *Nec refutatione eget Dignum ab universa & perpetua praxi tam insolens.* Reverà enim omnes Græcorum Episcopi ad omne Sacrificium sunt semper usi Pallio. Est res exploratissima. Attamen Jacobus Goar rectè scribit antiqua Monumenta non esse adeò faciliter projicienda. Et certè fœda istiusmodi commercia non sunt aliena ab isto infelicissimo tempore. Etenim ad undecimum sæculi annum vigesimum quartum scribit Glaber Rudolphus: *Constantinopolitanus Præsul, cum suo Principe Basilio, alique nonnulli Græcorum, constituminiere, quatenus cum consensu Romani Pontificis liceret Ecclesiam Constantinopolitanam in suo Orbe, sicut Romana est in universo, universalem dici & haberi. Qui statim miserunt, qui deferrent litteras ac diversa donorum Xenia Romam, tam Pontifici quam cæteris, quos suæ parti favere conspicerent. Ubi convenientes, apud Pontificem exposuerunt suæ professionis querelam: Sed quid non pertentat cæcus amor habendi? Est proverbium: Aureo pugillo murum frangere ferreum. Ac licet pro tempore Philargyria Mundi Regina queat appellari, in Romanis tamen inexplebile cubile locavit. Mox namque ut viderunt deferrì sibi fulgidis Græcorum opes, versum est cor illorum ad fraudulentiam diverticula: Pertentantes an forte clanculo concedere quiverant, quod petebatur. Addit tentamen fuisse impeditum per clamorosa murmura totius Italiæ, ac præsertim per instantia Monita venerabilis Guillelmi Abbatis Cluniacensis, atque ita obtinuisse Domini verbum: *Portæ inferi non prævalerunt adversus eam.* Post Phocii tempora Græci, licet per Leonis Sapientis Imperatoris pietatem schisma deposuerint, ac redierint ad obedientiam Matris Ecclesiæ, semper tamen studuerunt Romanum jugum excutere. Pedetentim, per particulas, & per cuniculos. Hinc igitur Romanus Imperator obtinere studuit, ut Patriarcha Constantinopolitanus posset sine Papali consensu uti Pallio. Non ut deinceps Pallium Roma non peteret, sed ut ipso sine illius consensu posset uti. Nam ipsum Romanum nunquam petierat. Attamen sine Romana venia non potuerat ipso uti. Etenim novus Patriarcha debebat semper ad Pontificem transmittere Synodicam, & suæ dignitatis confirmationem petere. Sine ipsa firmè non sedebat. Immo, licet inthronizatus, sedere in Throno non poterat. Nec exercere dignitatem, adeoque nec uti Pallio. Imperator igitur Romanus à Joanne undecimo postulavit, ut Regiæ civitatis Patriarcha deinceps non indigeret Romana confirmatione. Hanc Luitprandus significavit per usum Pallii. More Latino, ubi iste usus est Papalis confirmationis symbolum. Hinc Dominus Cardinalis Cæsar*

Baronius rectè scripsit: *Hæc conversa sunt in magnum detrimentum ipsius etiam Constantinopolitanae Ecclesiae, ista indebita accipientis, & ea occasione se magis abalienantis à sinu Matris.* Istud sæculum fuit ighorantissimum. Et Luitprandus Legatus, vel quivis alius Scriptor istius historię, Græcorum mores non satis calluit. Hinc miscuit falsa veris: Scripsit omnes Græcorum Episcopos ex ista occasione cœpisse uti Pallio. Ex eodem fonte Papalem confirmationem expressit per usum Pallii.

Obijci etiam possit Constantinopolitana Photii Synodus, in qua Joannis octavi Pontificis Legatio desert eidem Photio Sacerdotales vestes, & Episcopalia ornamenta, ipsumque etiam Pallium. Et ad Constantinum Pazerpentensem, Armeniorum Exarchum, rescripsit Gregorius nonus: *Quibusdam petitionibus per Nuncios tuos nobis ex parte tua exhibitis, ad gratiam exauditionis admisisse, petiit à te Pallium, tuo, quod olim Antecessoribus tuis fuit ab Apostolica Sede concessum, jam quasi præ nimia vetustate consumpto, nec non Mitram, Stolum, & Annulum in signum dilectionis & gratiæ, ac tue devotionis indicium, Fraternitati tue mittimus.* Et Magnus Gregorius Pallium transmisit Andree, Nicomedianæ civitatis Episcopo, atque ita videtur transmisisse etiam Constantinopolitano. Etenim Nicomedienfis Metropolis est in Pontica Diocesi, atque ita ejus Patriarcha potiori jure debuit Roma accipere Pallium. Respondeo istam Constantinopolitanam Synodum esse versutum figmentum, quo facinorosus Photius toti Mundo demonstrare molitus est se esse in communionem Romanæ Ecclesiæ, & bona gratia Joannis Pontificis. Perfuadere tentavit omnia contra se à Nicolao primo & Adriano secundo sancta esse per Joannem circumducta, atque ita istos iniquè judicasse. Nec sinxit transmissum sibi solum Pallium, sed omnia Episcopalia Ornamenta: Non ad Episcopalis dignitatis firmitatem impartendam, sed in singulare symbolum Apostolicæ benevolentiæ. Armeniorum Episcopi, contra Græcorum & aliorum Orientalium morem, utuntur Mitris, Annulis, aliisque Latinis ornamentis. A tempore Magni Papæ Gregorii. Cum Romana tunc Ecclesia inierunt firma Pacta, & ejus sacros ritus susceperunt, atque ita optimus Pontifex ipsorum Exarcho transmisit omnia Latina ornamenta, usque ad Pallium. Non ad accepti Episcopatus firmitatem, quam juxta vigesimum octavum Chalcedonensem Canonem accipiebant à Patriarcha Constantinopolitano, sed ad testimonium inite concordie, ideoque & singularis dilectionis & gratiæ. Istud Pallium tempore Gregorii noni erat vetustate consumptum: Hinc Constantinus Exarchus postulavit novum, & accepit. Eundem in finem. Adducta Magni Gregorii epistola est vitiata. Legendum est: *Nicopolitana civitatis Episcopum.* At verò Nicopolis, utpotè caput veteris Epiri, spectat ad Romanum Patriarchatum.

Res ita cucurrit usque ad duodecimi sæculi exordium, quando Godefridus, Lotharingiæ ac Bullonii Dux, & alii Francorum Principes cœperunt suis armis proficere in terra sancta, at-

que Episcopalis isthic Cathedris imponere Latinos Antistites. Tunc Latini isti Patriarchæ, immò & quidam Metropolitæ acceperunt Roma Pallium: Plerique Metropolitæ maluerunt à Patriarchis accipere, Omnes interim acceperunt. Etenim isthic plantarunt omnes ritus, omnemque disciplinam Latinæ Ecclesiæ. Guillelmus Tyriorum Archi-Episcopus in suis de sacro Bello libris adducit exempla varia, ex quibus discimus omnem rerum seriem. Audiamus singula exempla. In septimo libro scribit Albarensis in Apamænsi, seu secunda Syria civitatem fuisse expugnata à Raimundo, Comite Tholosano, & Petro Narbonensem illi datum Episcopum, atque profequitur: *Petrus Antiochiam, ut sua consecrationis munus susciperet, de Mandato Comitis profectus, Pontificalis adeptus est plenitudinem potestatis. Postmodum tamen inhumanum ac difficilem, & nimis asperum exhiberet. Innocentius diligebat Fulcherium. Durante enim Petri Leonis schismate, fideliter & generosè apud Aquitanos se gesserat: A Gerardo Engolismensi Episcopo, Petri Leonis pertinacissimo Fautore vexatus, Abbatiam suam derelinquere, in terram sanctam peregrinus abire, & isthic in Templi monasterio subdicitur vivere maluerat, quam Schismatico Idolo adherere. Proinde lis inter Patriarcham & Papam tunc adhuc pendebat: Et Innocentius judicavit pro suo dilecto Fulcherio, adedque & pro Sede Apostolica.*

Defuncto Bernardo, primo Antiochenorum Latino Patriarchæ, successit Dominus Radulphus vir Illustris Natalium, animo generosus, charus populo, verum non ita Episcopis & Clero. Hinc sine horum suffragio fuit electus. Et de ipso scribit Guillelmus Historicus: *Quod, utique factam à populo electionem, audientes Episcopi, qui ad hoc, ut sibi Patriarcham, Authore Domino, præficerent, conveniant, timentes furentis & vociferantis Populi indiscretos impetus, divisi sunt ab invicem, et quem non elegerant, obedientiam exhibere recusantes. Ille tamen nihilominus Palatium & Ecclesiam occupans, statim sine mora Pallium de Altari Beati Petri, nulla ad Romanam Ecclesiam habita reverentia assumpsit. Erat enim consecratus Episcopus, Archi-Episcopus Mamistranus. Hanc ejus præsumptionem Lambertus, Antiochenæ Ecclesiæ Archi-Diaconus, vehementer accusavit apud Innocentium Pontificem, atque ita Radulphus fuit citatus Romam, & compulsus accedere. Guillelmus Historicus profequitur: *Radulphus Romam perveniens, prima facie difficiles habuit ad Dominum Papam introitus, tanquam Romana persecutor Ecclesiæ, & qui singularem Sedis Apostolicæ Præmatum committere & infringere voluerit, Sedem emulam contra Romanam erigens, & parificans Ecclesiam, tanquam læsæ Majestatis reus, ab ingressu sacri arceus Palatii, & à Domini Papæ colloquio suspenditur. Porro tam Dominus Papa, quam universa Ecclesia, procliviores erant ad hoc, ut Dominum Patriarcham quilibet honesta occasione gravarent, ejusque Adversariis plurimum exhibebant favorem. Suspectus enim eis habebatur admodum, eò quod vir esset dives & magnificus, & Sedem, cui præerat, Antiochenam videlicet, Romanæ subjacere dedignabatur, sed ei eandem in omnibus parificare contendebat, dicens utramque Petri esse Cathedram, eamque quasi primogenitæ insignem Prærogativa. Undè multipliciter**

Defuncto Guillelmo in Tyriam Cathedram successit Dominus Fulcherius, Engolismensis apud Aquitanos, Canonicus Regularis Sancti Augustini, de quo Guillelmus Historicus in quarto decimo libro scribit: *Fulcherius postquam à Domino Hierosolymitano Patriarcha Guillelmo suo*

consecrationis munus accepit, exemplo Prædecessoris sui volens ad Romanam Ecclesiam pro obtinendo Pallio properare, ab eodem Patriarcha, & ejus complacibus est passus insidias & violentiam, ita ut vix, & cum multa difficultate manus eorum posset effugere, & ad Romanam Ecclesiam pro causa prædicta pervenire, sicut ex tenore litterarum Papæ Innocentii manifestè depredenditur. Innocentii secundi ad Guillelmum Patriarcham literæ sic habent: *Parum tibi visum fuit, quod venerabilem Fratrem nostrum Fulcherium, Tyrensem Archi-Episcopum, more Prædecessorum suorum pro susceptione Pallii venientem ad Romanam Ecclesiam, disturbare præsumperas, nisi & erga eum à nobis redeuntem te inhumanum ac difficilem, & nimis asperum exhiberes. Innocentius diligebat Fulcherium. Durante enim Petri Leonis schismate, fideliter & generosè apud Aquitanos se gesserat: A Gerardo Engolismensi Episcopo, Petri Leonis pertinacissimo Fautore vexatus, Abbatiam suam derelinquere, in terram sanctam peregrinus abire, & isthic in Templi monasterio subdicitur vivere maluerat, quam Schismatico Idolo adherere. Proinde lis inter Patriarcham & Papam tunc adhuc pendebat: Et Innocentius judicavit pro suo dilecto Fulcherio, adedque & pro Sede Apostolica.*

Defuncto Bernardo, primo Antiochenorum Latino Patriarchæ, successit Dominus Radulphus vir Illustris Natalium, animo generosus, charus populo, verum non ita Episcopis & Clero. Hinc sine horum suffragio fuit electus. Et de ipso scribit Guillelmus Historicus: *Quod, utique factam à populo electionem, audientes Episcopi, qui ad hoc, ut sibi Patriarcham, Authore Domino, præficerent, conveniant, timentes furentis & vociferantis Populi indiscretos impetus, divisi sunt ab invicem, et quem non elegerant, obedientiam exhibere recusantes. Ille tamen nihilominus Palatium & Ecclesiam occupans, statim sine mora Pallium de Altari Beati Petri, nulla ad Romanam Ecclesiam habita reverentia assumpsit. Erat enim consecratus Episcopus, Archi-Episcopus Mamistranus. Hanc ejus præsumptionem Lambertus, Antiochenæ Ecclesiæ Archi-Diaconus, vehementer accusavit apud Innocentium Pontificem, atque ita Radulphus fuit citatus Romam, & compulsus accedere. Guillelmus Historicus profequitur: *Radulphus Romam perveniens, prima facie difficiles habuit ad Dominum Papam introitus, tanquam Romana persecutor Ecclesiæ, & qui singularem Sedis Apostolicæ Præmatum committere & infringere voluerit, Sedem emulam contra Romanam erigens, & parificans Ecclesiam, tanquam læsæ Majestatis reus, ab ingressu sacri arceus Palatii, & à Domini Papæ colloquio suspenditur. Porro tam Dominus Papa, quam universa Ecclesia, procliviores erant ad hoc, ut Dominum Patriarcham quilibet honesta occasione gravarent, ejusque Adversariis plurimum exhibebant favorem. Suspectus enim eis habebatur admodum, eò quod vir esset dives & magnificus, & Sedem, cui præerat, Antiochenam videlicet, Romanæ subjacere dedignabatur, sed ei eandem in omnibus parificare contendebat, dicens utramque Petri esse Cathedram, eamque quasi primogenitæ insignem Prærogativa. Undè multipliciter**

Christ. Lupi Opera T. VIII.

ad ejus gravamen nitentur. Tandem quorundam Amicorum usus officio, interventibus tam Domini Papæ, quam suis familiaribus, & semitas dirigentibus, admissus est ad Domini Papæ & Curia. solemniter congregata presentiam & cum multa susceptus est magnificentia.

Guillelmus rectè scribit ipsum de schismatica adversus Romanam Cathedram rebellionem fuisse suspectum. Hinc enim omnium animi fuerunt constanter averfi. Attamen suspicio carebat firmis fundamentis. Etenim Radulphus censuit se, licet Latinum, esse tamen Antiochenæ Ecclesiæ Patriarcham, ideoque se succedere in omnia jura, in omnes mores & ritus, quibus à Sancti Petri Apostoli tempore Catholicis ejus inter quos multi Sancti, Græci Antecessores fuerant constanter & perpetuò usi. Et inter istos mores fuerat Pallium non Roma petere, sed accipere de Altari. Nec dubitandum est, quin Radulphus ista adduxerit ad sui purgationem. Hinc Innocentius Pontifex causam suspendit, & Guillelmus profequitur: *Verum cognoscens tota Curia, quod qui ad accusandum prodierant, non erant eatenus instructi, ut Domino Papæ & ejus Assessoribus plenam de objectis possent ibi facere fidem, significatur ambabus partibus, quod interim quiescant, quo usque Dominus Papa aliquem de Laterè suo ad partes dirigat Antiochenas, qui ibi habita testium & instrumentorum copia, de causa plenius possit cognoscere. Interea resignato Pallio, quod idem Patriarcha de Altari Antiochenæ Ecclesiæ sua sibi sumperat auctoritate, in injuriam, ut dicebant, Sedis Apostolicæ, & Cardinalibus tradito, aliud ei, sumptum de corpore Beati Petri, more solemniter per priorem Diaconum traditur. Sic itaque mora, quantum negotium ejus videbatur exigere, Roma habita, cum plenitudine gratiæ, salva tamen questione, sumpta licentia, reversus est. Nempe Innocentius Pontifex vidit nullam esse speciem attentatæ schismatis. Nihilominus constanter voluit, ut omnes isti Latini Patriarchæ Pallium acciperent à Sede Apostolica. Hinc etiam Hierosolymæ Patriarcha Amalricus ipsum per Fredericum Acconensem Episcopum solemniter petiit, atque obtinuit ab Adriano quarto. Ita idem Guillelmus scribit in*

libro decimo octavo. Res ita ambulavit usque ad Innocentium tertium. Interim Flandri nostri occuparunt etiam Constantinopolim, ipsi imposuerunt Latinum Patriarcham, & plerique istius Imperii civitatibus Latinos etiam dederunt Episcopos. Hinc novus iste Orientalis Ecclesiæ status est deductus ad Lateranensem laudati Pontificis Synodum. Questum est, an Latini isti Patriarchæ deberent Pallium Roma petere, an accipere ex Altari? Et an subiecti Metropolitæ idem ornamentum deberent à Papa obtinere, an à suo Patriarcha? Innocentius erat peritissimus sacrorum Canonum. Quare respondit Patriarchas à Papa, Metropolitæ debere à Patriarcha insigniri. Etenim apud nos Latinos Pallium est Episcopalis confirmationis symbolum: At verò juxta Nicænos, ideoque & juxta Apostolicos Canones Episcopatus sui firmitatem Patriarchæ à Papa, Metropolitæ debent accipere à Patriarcha. Eadem ergo est ratio Pal-

lii. Innocentius sanxit pro solis Latinis: Etenim Græcorum ritus sunt omnino Apostolicum Institutum, ideoque ab ite Lateranensis Synodus ipsos circumduxerit aut circumscripterit. Quapropter Græci, dum à Divina misericordia excessuum suorum veniam, veram Christianitatem, ac avitam libertatem receperint, vivere poterunt juxta Canones suorum Parentum. Romana Ecclesia, uti Afris post ejectos Wandalos reddidit, ita post ejectos Turcos Græcis libentissimè reddet omnia sua Privilegia.

Sanctus Leo nonus constanter affirmat, quod Carthaginensis Archi-Episcopus, & quidem solus, consueverit in Africa habere ab Apostolica Sede Pallium. Quod solus haberet, est manifestum. Et ratio est in promptu: Quod nempe Metropolitana isthic potestas esset desultoria, ac de civitate migraret in civitatem. Etiam Pallium potuisset migrare; verum Ecclesia judicavit non expedire. Quod autem Carthaginensis Pallium aliquando ab Apostolica Sede accepit, Leoni nono est credendum. An semper fuerit ita observatum, non possum affirmare. Hac enim de re nihil reperio, nisi Synodicam epistolam, qua Victor Carthaginensis Archi-Episcopus suam consecrationem per tres Legatos solemniter refert Theodoro Pontifici, & postulat confirmari: Significamus Deo placite Fraternitati tuæ nostram Humilitatem in sancta Carthaginensis civitatis Ecclesia Pontificali honoris accepisse consecrationem & Stolum. In quo dignitatis fastigio ut à Deo omnipotentè regamur, vestris sanctis nos commendantes orationibus, postumus. Sacerdotalis honoris Stolum distinguit ab Episcopali consecratione, ideoque per ipsam videtur intelligere Pallium. Et addit se accepisse simul cum consecratione: Haud dubiè à consecrante Episcopo. Laudata Victoris Synodica exstat in Lateranensi Synodo Sancti Martini Pontificis.

CAPUT XIII.

Discutiuntur quedam novelli Scriptoris Afferia circa Pallium.

Novellus Scriptor nuperrimè vulgavit Diurnum librum Romanæ Ecclesiæ. Et addidit non solummodo Notas, sed insuper tres Appendices Dissertationes, quarum tertia est de usu Pallii. Plura satis infeliciter. Præfatæ Dissertationis quedam sunt discutienda. Primò, hæc verba: In sacris Ornamentis vox, Pallium, ambiguum habet significationem. Sumitur enim aliquando pro veste sacra, quæ superinduitur: Ut quod Pluviale dicitur, quodque Cappa, & Casula. Aliquando pro insigni quodam dignitatis eximie, quod ipsi etiam Cappa, Casuleque imponitur. Atque inde Pallii nomen sortitur: Quoniam vel Pallio imponitur, sicut Pallium reliquis vestibus, vel est Pallii

Num. 5.

Ornamentum quoddam & decus. Frustra enim sunt, qui super ea nominatione anxie querenda se cruciant.

Respondeo tria deviare. Primum est, quod dicat Pluviale seu Cappam, itemque Casulam in rebus sacris quandoque appellari Pallium. Certè pro ista nomenclatura nullum mihi occurrit testimonium. Præterea apud Romanos Casula & Pallium, uti forma, ita & nomine semper fuerunt diversissima. Secundum est, quod dicat Pallium aliquando superponi Cappæ seu Pluviali. Etenim Romanum Pontificale præscribit longe aliud: Patriarcha vel Archi-Episcopus uti Pallio non potest omni tempore, sed tantum in Ecclesiis, in Missarum Solemnis. Omnino laudat antiquos mores universalis Ecclesiæ. At verò ista Solemnia fieri non possunt cum Pluviali, sed dumtaxat cum Casula, Tertium est, quod dicat Pallium appellari à superimpositione vel ornamento Pallii, quod est Casula. Errat variè. Meliorem Ætymologiam adduxi ex Sancto Isidoro Hispalensi. Interim valdè probo hanc præfati Scriptoris regulam: Frustra sunt, qui super ea nominatione anxie querenda se cruciant.

Novellus Scriptor pergit: Sicut in Orientali Ecclesia nullum designari potest tempus, quo Pallium à Patriarchis geri cepit, sic neque in Occidentali. Quare perpetuus merito dici potest usus in summis Pontificibus, cum Sacris operarentur, aut munia sibi propria obirent. Fuit cerèd usus ante annum trecentisimum trigessimum sextum, quo anno Marcus Papa Hostiensis Episcopo permisit Pallium gerere tunc, cum Electum à Clero Romano in summum Pontificem more Majorum ordinaret. Respondeo Pallii antiquitatem esse longè certiorè ac manifestiorè in Orientali Ecclesia, quàm in Occidentali. Etenim quod Sanctus Marcus, primus Alexandrinorum Patriarcha, Pallium gesserit, ac ipsum suis Successoribus gerendum tradiderit ac reliquerit, supra audivimus à Liberato Diacono. Et ejus irrefragabilem auctoritatem confirmat in litteris ad Sanctum Cyrillum, ibidem Patriarcham, Sanctus Isidorus Pelusiotes, Presbyter ejusdem Ecclesiæ: Filius tuus sum. Quippe qui magni illius Marci speciem atque habitum præferas. Græcus textus habet, quod Magnum illum Marcum schematizes. Hoc est, imiteris ac representantes per eundem ejus habitum. Uti que per Episcopale Pallium. Æquè firma testimonia adduxi etiam pro Pallio Sancti Jacobi Apostoli, primi Episcopi apud Hierosolymam.

Novellus Scriptor pergit: Non recedit procul à vero sententia illorum, qui Linum, Petri Successorem, hujus Ornamenti auctorem faciunt. Affirmat Rupertum Abbatem Tuitiensem, ac Augustinum Patricium ita sentire, atque prosequitur: Mirabile porro est, quod scribit Rupertus Maternum, qui ad Treverensem Ecclesiam fundandam à Beato Petro Apostolo missus est, hereditatem Pallii suis Successoribus reliquisse. Id enim si verum sit, fateri oportet Sanctum Petrum fuisse usum Pallio, eoque Maternum donasse, atque adeo ab exordio nascentis Ecclesiæ summos Pontifices & gessisse & concessisse Pallium. Verum ut sine testimonio Veterum auctor ille duodecimi dumtaxat sæculi tam antiquam Pallii concessionem

Num. 9.

Lib. 1. Epist. 370.

Num. 11.

Num. 10.

cessionem facit, ita fidem vix obtinere valet, saltem apud homines non vehementer credulos.

Respondeo Rupertam omnino adjuvari testimoniis Veterum; Irrefragabilibus; Testimonio Sancti Marci. Sanctus enim Marcus Alexandrinam Ecclesiam non tam suo, quàm potius Sancti Apostoli Petri nomine ac vice fundavit, infedit, ac rexit. Ista Ecclesia est Patriarchalis, ac Apostolica, & quidem secunda totius Christianitatis Sedes, ideoque fundari ac insidari debuit non per alium, quàm per ipsum Apostolorum Principem Petrum. Loquor rem firmam, & cunctis Christianæ Hierarchiæ Peritis exploratam. Proinde quidquid Sacræ disciplinae Sanctus Marcus istic instituit, accepit à Sancto Petro. Insigniter hoc docet Magnus Leo in litteris ad Dioscorum, novellum Patriarcham istius Ecclesiæ: Unum nos sentire oportet & agere. Cum enim Beatissimus Petrus Apostolicum à Domino accepit Principatum, & Romanam Ecclesiam in ejus permansat Institutis, nefas est credere, quod Sanctus Discipulus ejus Marcus, qui Alexandrinam primus Ecclesiam gubernavit, aliis regulis traditionum suarum Decreta formaverit, cum sine dubio de eodem fonte gratiæ unus Spiritus fuerit Discipuli & Magistri, nec aliud Ordinatus tradere poterit, quam quod ab Ordinatore suscepit. At verò quod inter alias Sancti Marci traditiones ac Decreta fuerit Episcopale Pallium, jam audivimus à Liberato Diacono ac Sancto Isidoro. Igitur Marcus istud accepit à Sancto Petro.

Epist. 81.

L. 5. C. 17.

Num. 29.

Quod ipsum confirmatur ex Pallio Sancti Jacobi Apostoli. Etenim magnus ille, & antiquus adversum Montanistas Scriptor, & gloriosus Martyr Apollonius ex Veterum traditione refert Dominum Apostoli sibi mandasse, ne infra duodecim annos Hierosolymis excederet. Ita testatur in Ecclesiastica historia Cæsarænsis Eusebius. Isto igitur tempore Apostoli disposuerunt Ecclesiam, ac ejus fundamentales ritus ordinarunt. Quare dubitandum non est, quin ex istis Decretis Sanctus Jacobus assumpserit Pallium. Quod ipsum Sanctus Petrus omnino fecit Antiochiæ, ac inde portavit Romam. Quod perditæ Ovis, ac Pastoris ipsam super humeros reportantis Parabola fuerit & Apostolis & primis eorum Successoribus usitatissima, demonstrant plurima iporum testimonia. Et certè illa nobis prædicat originale humani generis lapsum, illius reparationem per scandalum Crucis, Episcopalem zelum in lucrandis animabus, aliaque non pauca aut parva mysteria. Hinc illa omnia Apostoli censuerunt esse nobis representanda per Episcopale Pallium.

Scriptor ille pergit: Par est credere, prioribus temporibus Pallium datum esse solis Occidentalibus à Pontifice. Nullum enim reperitur exemplum dati Orientalibus, ante constitutos in Oriente Patriarchas Latinos. Nam quod de Sancto Cyrillo narrat Theodorus Balsamon & Photius, eum accepisse à Sancto Cælestino cum Vicaria potestate exercendi in Ephesina Synodo Judicis de Nestorio Phrygium, quod interpretantur Pallium, infimo fundamento innititur. Si quidem nullum de potestate præsidendi Concilio de mandata exstat in litteris Sancti Cælestini, Ad istique Concilii verbum, nullum & de Pallio. Immo creditur à nonnullis hæc fabula à Constantinopolitanis,

tunc cum ab Ecclesia Latina se abstraxissent, eo consilio confecta, ut Alexandrinorum dignitatem deprimerent, velut à Romanis profectam, aut certè auctam. Videntur hæc desumpta ex Andrea Saufayo, qui in libello de Sacro Pallio scribit: Ob servandum, extra Occidentem Pallium dictum fuisse Phrygium, quod Phrygiorum opere teneretur, crucibusque passim insigniretur. Libellus exstat in ejus opere de mysticis Galliæ Scriptoribus.

Respondeo utrumque manifestè labi. Primò, quod dicant Phrygium, Sancto Cyrillo à Beato Cælestino Pontifice datum, fuisse Pallium: Et ita tradi à Theodoro Balsamone ac Photio. Etenim Sanctus Cyrillus habebat Sancti Marci Pallium, ideoque non indigebat alio. Vacuum fuisset istud beneficium. At verò Græcorum Patriarchæ ac Episcopi olim non gestabant Mitras: Hinc fieri possit, ut ipsam Cælestinus Cyrillo donaverit. Ad firmandam ejus in Ephesina Synodo auctoritatem. Et istud asserit Theodorus Balsamon. Audiamus ejus verba in Commentario ad Photii Nomo-Canonem: Hujus quoque temporis Patriarcha Alexandrinus ex presentis Constantinianæ donationis Edicto jus habet, ut cum Phrygio celebret. Habuit autem hanc facultatem Sanctus Cyrillus Alexandrinus à Romano Papa Cælestino, quando coacta est Synodus Ephesina contra Nestorium. Cum non posset Cælestinus adesse Ephesi, & judicare Nestorium, visum est ut Sancto Cyrillo à Cælestino permitteretur huic Synodo præsidere. Ut itaque constaret eum habere jus & auctoritatem Papæ, sedit cum Phrygio, & condemnavit Nestorium. Ab illo igitur tempore cum eodem Phrygio Sacra celebrant, & procedunt Patriarchæ Alexandrini. Per Phrygium nullatenus Pallium intelligit, sed Mitram. Nam & istud ibidem appellat Caddenarium, non humerorum, sed capitis ornamentum. Et Pallium etiam apud Orientales est simplex lana, ideoque remotissima à Phrygio. Et pallium est intra Ecclesiam, immò intra sacra Missarum Solemnia circumscriptum: Cum ipso non potest procedi. Et quid opus multis? Nicephorus Calixtus lucidè scribit: Ex quo tempore fama est Sanctum Cyrillum Mitram accepisse, quæ deinde per successionem ad eos etiam pervenerit, quibus sorte Ecclesiæ Alexandrinæ Thronus legitime obvenisset, sacros Episcopos. Etiam in Græco textu habetur vox, Mitra. Quare non est paraphrasis Latini Interpretis.

Cap. 3.

Tit. 8. C. 1.

L. 14. C. 34.

Alter istius novelli Scriptoris error est, quod de Ephesina Sancti Cyrilli Præsidencia nullum sit verbum in Sancti Cælestini litteris, Ad istique Concilii. Est horrendus error. Etenim Ephesinæ Synodi post Romanorum Legatorum adventum facta ad Principem relatio laudat istorum Legatorum potestatem, & adjungit: Et hæc quidem etiam antequam Sanctissima hæc Synodus conveniret, Cælestinus Sanctissimus magnæ Romæ Episcopus per litteras suas indicaverat, Cyrilloque Sanctissimo magnæ Alexandrinæ civitatis Episcopo, ut suas vires subiret, commiserat. Etiam relatio, quæ allatæ per Joannem sacrarum Largitionum Comitum Sacræ respondit, ac item alia Sancti Cyrilli reparationem postulans relatio diserte illum appellant Synodi Præsidem, ac Joannem Antiochenum

num de intolerabili audacia arguant, quod fuerit in ipsum ausus contumeliosi iudicii manus mittere. Et hinc per Romanos Legatos reparatus Cyrillus praesedit cunctis Synodalibus Actionibus: Praesedit etiam ante illos. Scio quod utraque relatio non solum Cyrillum, sed etiam Memnonem, quem constat non fuisse, appellet Praesidem: Nempè per figuratam Grammaticam, quae unius Substantivi idioma transcribit etiam in aliud, ei in eadem constructione adjunctum.

Porrò Cyrillum per Apostolicas vices praesedit se, disertè testatur prima Sancti Gelasii Pontificis Synodus: *In sancta Ephefina Synodo Nestorius condemnatus est, consensu Beatissimi Caesestini Papae, mediante Cyrillo, Alexandrinae Sedis Antistite, & Arcadio Episcopo ab Italia destinato.* Et in libello, quem Anastasii secundi Pontificis ad Anastasium Imperatorem Legatis dederunt Dioscorus & Charemon, Apocritarii Alexandrinae Ecclesiae: *Si quando contigerit in rebus ambiguis quaedam Episcoporum Concilia celebrari, Sanctissimus is, qui Romanae Ecclesiae praesideret, reverendissimum Alexandrinae civitatis Archi-Episcopum deligebat, ut sui loci curam susciperet.* Palam respiciunt Sanctum Caesestinum & Cyrillum. Et omnes Graecorum Episcopi in professione, quam Chalcedone apud Sanctam Eupheniam fecerunt Vigilio Papae, laudant Ephefinam Synodum, & adiungunt: *In qua in Legatis suis atque Vicariis, id est, Beatissimo Cyrillo, Arcadio & Projecto Episcopis, Philippo Presbytero, Caesestinus Papa noscitur praeseditisse.* Professio exstat in Constituto Vigili. Etiam Liberatus Diaconus in Breviario scribit de Ephefina Synodo: *Cyrillus habens vices Sedis Apostolicae.* Proinde Cyrillus fuit omnium Legatorum primus, ideoque & primo supra omnes loco semper fedit. Et Mitram accepit à Papa, non Pallium. Nicephorus tamen Calixtus rectè addit: *Fama est.* Quoniam est incertum.

Nihilominus fateor in hodie exstantibus Caesestini Papae litteris expressè non laudari hanc Apostolicam Cyrilli Praesidentiam. Nempè delegans epistola perit aut later. Eius tamen insignem memoriam habemus in Rescripto, quod ad varias Cyrilli quaestiones dedit Caesestinus: *Itaque breviter Responsum tuæ reddimus Sanctitati. Etenim quaeris, utrum sancta Synodus recipere debeat hominem, an quia induciarum tempus emensum, sententia dudum lata persistat. Tuæ si Sanctitatis hoc cum venerando Fratrum Concilio.* Cyrillus varias circa Synodalem Processum ac auctoritatem quaestiones Caesestino proposuit, & Pontifex cunctas remisit ad Cyrilli cum futuro Concilio arbitrium, atque ita palam affirmat ac supponit Cyrilli Praesidentiam. Et certè Cyrillus istiusmodi dubia referre non poterat, nisi ex officio Praesidis. Et quidem hoc Rescriptum non accepit nisi ab Arcadio & Projecto, Legatis Episcopis post damnatum Nestorium. Ex quo lucet delegatorias Praesidentiae litteras fuisse priores, & Cyrillo ad manum fuisse in ipso exordio Synodi. Nam sine ipsis nihil Synodale inchoare poterat. Quae omnia elucefcunt etiam ex Commonitorio, quod Legatis è suo Latere ad Synodum Episcopis Caesesti-

nus dedit, & quod suo tempore vulgabitur.

Novellus Scriptor pergit: *Ex Veterum monumentis nullum reperitur vestigium dati Pallii Africanis ullis, saltem quandiu Africana Ecclesia retinuit aliquid pristini splendoris. Immo datum omnino non fuisse ratio convincit. Nam cum Pallio tribuebatur Archi-Episcopi nomen, à quo ita abhorrebat Africana Ecclesia, ut in Concilio sanciverit, ne prima Sedis Episcopus appelleretur Princeps Sacerdotum, aut summus Sacerdos, aut aliquid ejusmodi, id est, Archi-Episcopus, sed tantum prima Sedis Episcopus.* Respondeo Archi-Episcopalis Tituli apud Aftos usum esse abundè expositum in superioribus. Interim Carthaginensis Episcopus, licet ipso dudum usum non fuerit, erat tamen magnus Metropolita, ac insuper Primas multarum Provinciarum. Et quod Pallium habuerit, disertè affirmat Sanctus Leo nonus. Et rectè affirmat. Etenim Victorem Carthaginensem Episcopum, dum suam consecrationem retulit, & confirmandam supplicavit, supra audivimus scribentem ad Sanctum Theodorum Pontificem: *Significamus tuæ Deo placitæ Sanctitati nostram Humilitatem Divina gratia preventente, in sancta Carthaginensis civitatis Ecclesia Pontificalis honoris accepisse consecrationem & Stolum:* Epistola exstat in Lateranensi Synodo Sancti Martini Pontificis. Per Stolum omnino intelligit Pallium. Est phrasis istius temporis. Etenim authenticus, & insigniter orthodoxus isto tempore Scriptor, qui laudati Martini Martyrium eruditè descripsit, hæc habet: *Suscipientes Sanctum Martinum Carnifices exuevunt exterius ejus Pallium Sacerdotalis Stole.* Et Theodosius Hierosolymæ Patriarcha Sancto Ignatio Patriarchæ Constantinopolitano, dum Sancti Jacobi Apostoli transmissit Pallium, scripsit se mittere *Poderem & Super-Humerale cum Mitra, Pontificalem Stolum S. Jacobi Apostoli.* Hoc est, quæ erant Pontificalis Stola. Quod palmare donum fuerit Super-Humerale, disertè testantur Nicetas Paphlago, ac Michael Syncellus. Et ex istis videmus, quod Carthaginensis Antistes Pallium Roma non acciperet, sed à suis Consecratoribus, Attamen S. Leo nonus non malè affirmat, quod ipsum acceperit ab Apostolica Sede.

Novellus Scriptor post varia pergit: *Cum summi Pontifices soliti sint Episcopos, quos Pallio donabant, sedulo monere, ut eo inter sola Missarum solemniam utantur, immò Gregorius Magnus Ravennatem Episcopum in Litanis gerentem graviter redarguat, quamquam postea fatigatus importunitis precibus id indulset, quaeri non immeritè potest, quæ fuerit tam expressi, tamque instantis Moniti causa.* Adducit varias conjecturas, & adiungit: *Inde verò fit consequens, ut pretiosus vestis, cujusmodi sacra Casula, pretiosus olim Ornatus adderetur, non item lanæ tænia, & vile quoddam additamentum. Neque obijci potest, quod posterioribus temporibus eadem admonitio perseveravit, etsi lanæum cœperit esse Pallium. Nam vel mos antiquus admonendi retentus est, quia retentæ pariter mittendi Pallii veteres formulæ.*

Respondeo hæc esse frivola, ac insuper falsa. Falsum est, quod sacra Casula olim fuerit pretiosa vestis. Fuit lanæa, ad instar Pallii. Et talis etiamnum

etiamnum hodiè est apud Græcos, tenacissimos antiquorum rituum. Etenim clamorosus ille Græcus, qui Innocentii tertii Pontificis tempore varias contra Latinam Ecclesiam vomuit contumelias, scribit inter cætera: *Latinorum Sacerdotes & Episcopi Sacerdotales Stolas, id est, Casulas, non de lana sed de sericis natura contextentes, eis operantur, diurnas ipsas preparantes, cum hujusmodi Stola, id est, Casula vel Planeta, Christi habitum representet, quem habuit, quando exivit fuit vestimentis suis, & indutus Chlamyde Coccinea, quæ de lana contexta erat, quæ nos utimur Quadragesimali tempore. In aliis verò diebus utimur albis: Eò quod Christus Agnus immolatus dicitur. Et idè ex vestimentis Ovium nobis Casulas preparamus.* Docet varia. Primò, quod omnis sacra Casula olim fuerit ex lana. Etiam Casula Episcoporum. Nempè Phenolion Polytaurion. Secundò, quod id factum sit ex causa sacræ significationis: Nempè ad representandam laneam Chlamydem, qua Christus Dominus pro ludiprium fuit indutus à Pilati militibus. Tertiò, quod fuerit & alia istius ritus causa: Quia Christus est magna illa Ovis quæ pro nobis immolatur, ideoque & immolationis Minister induitur ex lana. Quarto, quod Casula sit quandoque alba, quandoque coccinea. Quia nempè Græci in Divinis officiis non utuntur aliis coloribus. Quintò, Latinos graviter arguit, quod istum ritum mutarint, & sericum admiserint ad Casulas. Est frivola calumnia. Est tamen vera. Etenim à multis sæculis nos cœpimus uti serico ac aliis pretiosis texturis. Ex his interim vides novellum hunc Scriptorem caduco niti fundamento, ut credat aut suadeat Pallium olim fuisse non ex lana, sed ex pretiosa materia.

Porrò ratio, ob quam Ecclesia noluit Episcopos nonnisi intra Missarum Solemniam uti Pallio, est non modica. Etenim laneum Pallium significat Ovem perditam: Hæc autem reperta ac redempta non est, nisi per cruentum Crucis Sacrificium. Illic Christus Dominus exspoliavit Principatus ac Potestates, triumphans illos in semetipso, ac nos ex ipsorum servitute redimens: & Decreti, quo nostra captivitas erat sigillata, chyrographum de medio tollens, & affigens cruci. Eadem igitur de causa Episcopi, nostrum Redemptorem ac Portatorem representantes, non possunt uti nisi in incremento Sacrificio. Eadem de causa Pallium insignitur crucibus. Eadem de causa Magnus Gregorius fuit adeò difficilis ac morosus, ut Ravennatem Metropolita ejus usum in Litanis permitteret. Nam quod & hoc Indultum postmodò circumduxerit, testatur in ejus vita Joannes Diaconus.

Novellus Scriptor prosequitur: *Ex dictis nonnulla potest oriri historica quaestio de materia Pallii. Fuitne semper, quæ nunc est, an pretiosior quondam alia Orientalis lanæum fuisse quinto sæculo testatur Isidorus Pelusiotus. Nec videtur dubium, quin semper fuerit. At verò de Occidentali Pallio plurimum dubitat, propter Joannis Diaconi verba de Pallio Magni Gregorii: Gregorius Pallium bysso candente contextum, nullis certitur acubus perforatum. Circa scapulas obvolutum, non autem confixum digno-*

scitur: *Sicut vetustissimi musivis vel picturis ostenditur.* Multa de istis verbis disputat, ac tandem concludit. *Usus lanei Pallii incepisse circiter initia noni sæculi, ex Joanne Diacono non obscure quis conjiciat. Videtur enim fecisse byssini Pallii Gregoriani mentionem, & simul antiquitatem viri laudasse, qui tacitè novitatem suis æqualibus objiceret. Qua enim alia de causa utrumque præstitisset? Urget verba Joannis Diaconi, quæ asserunt per istam Pallii formam representari viri antiquitatem.*

Respondeo hæc indignè elucidari à Fratre Angelo Rocca, Tagastensi Episcopo, Praefecto Apostolici Sacriarii. In eruditissimis ad Magni Gregorii imaginem Notis affirmat à Joanne Diacono laudari non Latinum, sed Græcum Gregorii Pallium, & adiungit: *Ego tamen in Adicula Sancti Andreae Pallium Beati Gregorii more Latino factum reperi, illud tamen more Græco, à Joanne Diacono conscriptum, incidendum hoc loco putavi. Hunc item in modum non solum in imaginibus summorum Pontificum typo aeneo incisus à Lino Papa usque ad Melitadem, sed in vetustis quoque Ecclesiarum musivis, præsertim verò ad Sanctum Petrum, in eorumdem Pontificum imaginibus, quas Formosus Papa pingendas Romæ curavit, in hanc eandem formam Pallium pictum fuisse inveni. Idem videre est ad Sanctum Paulum, & multis aliis in locis: In quibus etiam Honorium primum, Joannem quartum, Theodorum primum, compluresque alios ante Gregorium Magnum, & post ejus tempora, hæc Pallii forma, qua nunc Græci utuntur, decoratos reperi. Hæc itaque Pallii forma tempore Beati Gregorii in usu habebatur, deinde multis post sæculis in desuetudinem deducta est, nova ad majorem commoditatem inventa, ac in usum recepta.*

Affirmat duo. Primò, quod antiqua Romanarum Basilicarum musiva ac picturæ attestentur utrique summorum Pontificum Pallio. Et Græco & Latino. Etiam in eodem Pontifice. Et quidem item in Beato Gregorio. Quam diversitatem non facillè invenies in picturis aliarum Gentium. Omnes Germanorum ac Gallianorum Antistitem vetustæ picturæ eos representant in solo Latino Pallio. Rationem adduxi superius. Quia nempè Romani Patriarchatus Dioecesim olim erant partim Latinæ, partim Græcæ: Et cunctis Romanis Antistes transmittentibus Pallia. Hinc ipse, quò se communem representaret Patrem, quandoque hoc utebatur, quandoque isto: Et utramque formam pictores aliquandò ex causis, aliquandò ex artis arbitrio expresserunt. Angelus Rocca secundò affirmat hanc ambidextram formam mansisse usque ad nonum sæculum: Tunc factam mutationem, & contractionem ad formam Latinam. Et loquitur non sine fundamento. Tunc enim non solus sceleratus Photius, sed etiam Sanctus, & tot ac tantis Romanæ Ecclesiae beneficiis cumulatus Constantinopolitanorum Patriarcha Ignatius stabilivit rapinas Imperatoris Leonis Isauri, & Orientale Illyricum sine restitutionis spe avulsit ab Apostolica Sede. Tunc igitur etiam Romani Pontifices possint valedixisse Græco Pallio, & se ob Schismatis detestationem constrinxisse ad solum Latinum.

Et



Et hanc solam mutationem possit respexisse Joannes Diaconus. Quod tunc etiam Pallii materia fuerit mutata, est frivolum ac insigniter temerarium commentum. Et forsitan ad eandem classem pertineat Joannis Diaconi assertio de bysino Pallio Sancti Gregorii. Etenim ipsam Pallii corpus Joannes non vidit: Judicavit ex solis Romanarum Basilicarum multis ac picturis. Et quomodo ex ipsis introspexisse possit, an istud esset lana, an linum. Joannes est Gregorio ad duo secula junior: Proinde non ex solis imaginibus loqui debebat, sed ex authenticis testimoniis. Et certe scribit de solo Græco Sancti Gregorii Pallio: Quod certum est fuisse ex pura lana. Græcorum Pallia semper fuisse talia, mox lucidè demonstrabitur. Interim, ego nolim ipsius fidem frustrare. Hinc supradixi forsitan Gregoriani Pallii fundum fuisse Byssinum. Quod si ita sit, rationem ignoro. Et certe in Græco præsertim Pallio fuerit res mira. Quidquid sit, Gregoriani Pallii antiquitas, quam laudat Joannes Diaconus, possit fuisse in sola Pallii forma. Quia nempe Gregorius adhuc uteretur Græco Pallio. Certe unicum, posterum, ac infirmum Joannis Diaconi verbum non possit omnem antiquitatem subvertere.

Novellus Scriptor adjungit Gregorium Magnum lane nunquam meminisse, cum de Pallio scriberet ad eos, quibus mittebat: *Meminisset tamen absque dubio, si per veritatem libuisset. Ut enim erat allegoriarum incredibiliter amans, ex materia Pallii sumpsisset argumentum prædicandæ humilitatis, ad quam tantoperè Pallio donatos hortabatur.* Respondeo Gregorium etiam frequentia scripsisse de Mappulis, Tunicis, ac Dalmaticis, & tamen nunquam earum edisseruisse sacras significaciones, aut materiam. Quia nempe erant cunctis notissima. Porro Pallium nequaquam est humilitatis symbolum: Est symbolum gravissimi oneris, ac summae magnificentiae. Etenim significat Christianum Populum. Apostolus ad Sanctum Titum scribit de Christo Domino: *Ut sibi mundaret Populum acceptabilem.* Græcus textus habet: *Populum circumstantialem.* Nempe nos omnes circumhæremus Christo Domino, ut filii ad Patrem, ut pulli ad matrem. Eodem modo totius Parochiae Populus adhæret suo Episcopo: Provincia Metropolitæ, Diœcesis Patriarchæ, Romano Pontifici universa sub cælo Ecclesia. Gestant omnem illum Populum, & gestare spondent ac debent usque in cæleste Regnum. Proinde sunt magnifica & splendida figura Christi Domini. Hinc Magnus Gregorius assidue inculcat Pallium esse eximium ac illustre ornamentum. Addit Metropolitanam ex ipso non posse inflari, sed portandum esse cum summa humilitate. Quia nempe omnia sunt precaria beneficia Divinae gratiae. Quæ omnes Mysticae repræsentaciones evanescent, si Pallium non fuerit ex lana.

Novellus Scriptor paria docet de Orientali Ecclesia, & scribit: *Nihil plus valet quod Græci habent, aut potius Græcorum unus Isidorus Pelusiotæ, de Pallio Orientalis Ecclesiae Præsulum. Pro Latinis enim, de quibus agimus, non facit.* Adducit totam Sancti Isidori epistolam, & adjungit: *Ob-*

*servandum primò, totum in eo esse Isidorum, ut verum sacrarum Mysticas significaciones exponat, quo argumento nullum est vanitati conjecturarum opportunum.* Mystica Isidori circa sacrum Diaconale Lintum sensa refert ac refutat, & prosequitur: *Nihil probabilius est, quod Isidorus de Super-Humerali Episcoporum commentatur, si tamen Super-Humeralis nomine intelligatur id, quod in hac questione Pallium vocatur.* Invadit significacionem, qua Isidorus affirmat per Pallium, utpotè laneam fasciam, significari perditam Ovem, & ex his concludit: *Hæc cuncta sunt, non video, qua ratione possit perperius ille lanei Pallii usus in Latina Ecclesia defendi.* Respondeo hæc ita non esse. Esse varios errores. Primus est, quod inter Græcos solus Isidorus Pelusiotæ scribat Episcopale Pallium esse laneam fasciam, significativam perditæ Ovis. Etenim in Apologetico ad Imperatorem Theodosium libro Sanctus Cyrillus laudat Ephesinam Synodum, quod Nestorium degradando, rapacem Lupum, *Ovina palli detracta, omnibus mortibus natum reddiderit.* Et Chalcedonensis Synodus in relatione ad Sanctum Leonem Papam scribit de degradato à se Diofcoro, Alexandria Patriarcha: *Lupum Pastorali pelle nudatum, qui prius quoque figura tantummodo, seu in speciem convincatur obtendit.* Et in libello quem adversus Anathimum, Eutychnium, ac ab Eutychniana Imperatrice Theodora intrusum Patriarcham, Sancto Agapeto Pontifici obtulerunt Martinus, ac alii Regiæ civitatis Archi-Mandritæ, hæc habent: *Contra Animum insurrexisti, & Lupum, qui conabatur cooperiri per pellem Ovis, & transcurrere ostium Ecclesiasticum, Ovina pelle nudastis.* Libellus existat in prima Actione Constantinopolitanæ Synodi sub Patriarcha Menna. Pariforme sextæ Synodi de degradato Macario Antiocheno Patriarcha testimonium est adductum in superioribus. Adversus Macarium in octava Actione exclamavit universa Synodus: *Novo Apollinario malos annos. Merito ab Episcopatu alienetur. Nudetur circumposito ei Pallio.* Et fuit demudatus. Et de hac denudatione universa Synodus scripsit ad Sanctum Agathonem Pontificem: *Macarium Pastorali veste demudavimus.* Quod item Sanctus Eutychnius, dum in Patriarcham Constantinopolitanum fuit consecratus, Ovis errantis typum super humeros acceperit, supra audivimus ab Eustatio Presbytero.

Ex quibus addiscimus plura. Primò, quod Episcopale Græcorum Pallium omnino fuerit Ovina pellis. Secundò, quod ista pellis circumponeretur ipsorum humeris. Tertiò, quod omnino significaverit errantem ac perditam Ovem. Quartò, quod fuerit non dumtaxat Ovina, sed insuper Pastoritia. Quia nempe Episcopum constituat Pastorem humeris portantem suas Oves. Omnem sibi subjectam Parochiam, Provinciam, aut Diœcesim. Quare Romanus Pontifex portat magnam Ovem: Universam sub cælo Christianitatem. Deinde Episcopus esse debet non dumtaxat Ovis portator, sed etiam prima & omnium mundissima Ovis. Hinc pravi Episcopi, dum Pallium induunt, nec sunt Oves, nec Ovis Pastores, sed rapaces Lupi in veste Ovi-

na.

na. Quintò, quod Alexandrinus, Antiochenus, & Constantinopolitanus, ideoque & omnis omnino Orientalis Episcopus gestaverit tale Pallium. Et quidem Pallium, quo Chalcedonensis Synodus denudavit Diofcorum, erat Pallium Sancti Marci, ideoque & ipsum fuit ex lana. Ex quo discimus sextò, quod istud sit non solius Sancti Marci, sed etiam Institutum Sancti Apostoli Petri. Proinde hic laneum Pallium gessit ac dedit etiam Antiochiæ & Romæ. Et omni Latinae, immò toti sub cælis Ecclesiae. Septimò discimus, quod Græcorum Episcopi semper consueverint degradari per ablationem Pallii. Octavò, quod Anthimo Constantinopolitano Patriarchæ Sanctus Papa Agapetus abstulerit Pallium. Ex quo non parum vacillat fides Liberati Diaconi, scribentis ipsum ab Anthimo fuisse reddidit Imperatrici Theodoræ. Nonò, quod hæc non sint commenta aut speculamina solius Isidori Pelusiotæ, sed perpetua ac firma traditio totius Orientalis, immò totius sub cælo Ecclesiae.

Secundus error est, quod hæc non faciant pro Latina Ecclesia. Etenim Græci Pallii author omnino est Sanctus Petrus: Quod ab ipso & Alexandrinus & Antiochenus ducat originem, quis possit ambigere? Nec ambigendum est, quin etiam concurrerit ad institutionem Hierosolymitanæ disciplinæ. Etiam certum est, quod istuc Institutum Pallium secum detulerit Romam. Quare similiter certum est, quod Sancti Gregorii Pallium fuerit Pastoritia & Ovina pellis. Ad istud evertendum nequaquam validus est Joannes Diaconus. Quid si quis conjecturet textum ejus esse mendosum, & legendum: *Quasi ex bysso candenti contextum?* Hanc inquisitionem & judicium relinquo me Sapienioribus. Tertius error est, quod Sanctus Isidorus per Omophorion forsitan non intelligat Pallium. Quis non videat istam dubitationem esse manifestum errorem? Quartus error est, quod mystica sacrarum Rituum significatio sit inter omnia argumenta quàm maximè opportuna vanitati conjecturarum. Certe ego ab infantia didici sacros Ecclesiae mores, & ipsorum vetusta Significata humiliter venerari.

Trium Autocephalarum Sedium forma est non nihil elucidanda. Bassianus Ephesinus Episcopus, Asiaticus Exarchus, adversus suam violentam degradationem, immo latrocinalem ejectionem, scripsit in suo libello ad Imperatorem Martinum: *Quidam eorum, qui Sacerdotio funguntur, nec non & alii vulgares, crudelia in me facere præsumpserunt. Spervientes enim immaculorum virtutem Mysteriorum, quæ ex humilibus manibus meis susceperant, postquam à nobis Mysteriorum perfectio celebrata est, repente apprehendentes me, & abripientes de sancta Ecclesia, plagis afficiebant, ducentes & portantes in forum, aliquando verò & recludentes, gladiis me subjecerunt. In iis itaque, dum ipsius vitæ periculum sustinerem, furentes & abripientes Pallium Sacerdotii mei, in Sede posuerunt quemdam ex eis, qui & ipse præsumpserat ea, quæ in me incongruè facta sunt, & in meum locum. Eadem de re Bassianus dixit ad Chalcedonensem Synodum: *Cum sine die Missas celebravimus omnes**

*simul. Et post Missas, manus injicientes, inclusaverunt me, & cum vi abripuerunt Pallium Sacerdotii mei, & sumentes unum ex ipsis, hunc Stephanum, fecerunt Episcopum.*

Affirmat varia. Primò, quod in Missarum celebratione gestaverit Pallium. Quia nempe Græci ipso utebantur ad quodvis solemne Sacrificium. Etiam lucet vocem, *Missæ*, esse insigniter antiquam. Non habetur in Græco textu, atamen hujus Latinae translationis author videtur fuisse venerabilis Julianus, Cœnensis Episcopus, unus è Patribus Chalcedonensis Concilii. Secundò Bassianus queritur, quod ipsum inimici Pontificalibus indumentis ornatum traxerint extra Ecclesiam, usque in forum. Videtur non solam barbaram violentiam culpate, sed etiam suo sacro Pallio illatam irreverentiam: Quia ipsum portari non poterat extra Ecclesiam. Tertiò queritur, quod se illo spoliaverint, atque ita extra Episcopatum ejecerint. Quartò, quod Stephanum Presbyterum statim consecraverint in Episcopum, atque etiam inthronizaverint. Licet non exprimat, aperte tamen supponit, quod consecrato etiam Pallium dederint, aut sanè quod ille sibi ipsi acceperit. Etenim ante acceptum Pallium nec Patriarcha legitime poterat sedere in Throno, adeoque nec inthronizari. Quare existimo, quod Ephesinus, uti & alii duo Exarchi, Pallium, quorundam Patriarcharum more, de Altari sumpsit. Et ipsum Pallium sui Antecessoris. Forsitan illud ipsum, quod Sanctus Timotheus acceperat à Sancto Paulo. Et ita videtur fuisse factum usque dum Sanctus Joannes Chrysostomus, ac ejus in Regiæ civitatis Cathedra Successores cœperunt invadere istas Diœceses, consecrare eorum Primates, atque ita Autocephaliam evertere. Et tunc omnino illis imposuerunt etiam Pallium. Porro Bassianus oderat istas rapinas, ideoque inthronizatus fuerat sine interventu Sancti Procli. Etiam Stephanus, ejus Adversarius, fuit taliter consecratus. At verò Chalcedonensis Synodus per suum vigesimum octavum Canonem probavit rapinam. Quapropter exinde isti Exarchi, uti consecrationem, ita & Pallium debuerunt à Constantinopolitano Patriarcha accipere. Non per transmissionem, sed in ipsa consecratione.

## CAPUT XIV.

*Exponuntur Africanarum Synodorum variae species, forma, atque auctoritas.*

**A**fricanæ Synodi fuerunt in sextuplici differentia. Prima species erat illa Synodus, quam cum suæ Parochiæ Clero faciebat quisque Episcopus. Olim dici poterat Parochialis, nos hodie appellamus Synodum Diœcesanam. Est antiquissima. Etenim de Ursacio ac Valente, Arianis Episcopis, ad Imperatorem Constantium scribit

scribit Hosius Episcopus Cordubensis: *Utrū Romanam venerunt, & coram Episcopo ac Presbyteris ibi presentibus confessionem suam scripto ediderunt. Exstat epistola apud Sanctum Athanasium in litteris ad ejus Monachos. Et de Joviniano Hæresiarcha ac ejus Affectis scribit ad Mediolanensem Ecclesiam Siricius Pontifex: Facto ergo Presbyterio, constitit ipsorum dogmata doctrinæ nostræ, id est, Christianæ legi esse contraria, unde omnium nostrum, tam Presbyterorum, quam etiam totius Cleri, una suscitata sententia est, ut novæ hæresis Inventores, Divina sententia & nostro iudicio in perpetuum damnati, extra Ecclesiam remanerent. Istam Synodum Siricius Presbyterium, nos hodie appellamus Romani Pontificis Consistorium. In simili Synodo, memorata & exposita per Presbyterum Paulum Orosium, Joannes Hierosolymæ Episcopus discussit dogmata Hæresiarchæ Pelagii. Et ex Siricii testimonio patet, quod novas etiam hæreses non in generali totius Ecclesiæ Synodo, sed in solo Romano Consistorio damnasse sit res antiquissima, atque authentica. Taliū in Africa Synodorum plura exempla habemus in litteris Sancti Cypriani. Istiusmodi item fuit Synodus, in qua Sanctus Augustinus curavit sibi in Successorem eligi Presbyterum Bradium.*

Cap. 54.

Attamen rariora sunt apud Afros exempla hujusmodi Synodorum. Etenim modicus erat Clerus in multis Ecclesiis. Quod plures non nisi unicum haberent Presbyterum, ad Primatem Aurelium dixit in plena Synodo Posthumianus Episcopus: *Et ipse Aurelius: Tanta indigentia Clericorum est, multæque Ecclesiæ ita deserta sunt, ut ne unum quidem Diaconum vel illiteratum habere reperiantur. Nam de cæteris superioribus Gradibus & Officiis tacendum arbitror. Quia si Ministerium Diaconi facile non invenitur, multo magis superiorum Honorum inveniri non posse, certissimum est. Et quotidie nos plandus diversarum ferè emortuarum Plebium jam non sustinemus, quibus nisi fuerit aliquando subventum, gravis nobis & inexcusabilis innumerabilium animarum pereuntium causa apud Deum mansura est.* Hinc in Afrorum Synodis quandoque videmus Episcopos ob unicum puerulum Lectorem graviter contententes. Subvenit tandem Sanctus Augustinus per sua apud omnem Africam multiplicata Monasteria. Quod ex ipsis abundantem Clerum omnis Africa acceperit, testatur in illius vita Sanctus Possidius. Insuper inopes erant Afrorum Ecclesiæ, & paucorum proventuum. Et in nulla, nisi in sola Carthaginensi, lego fuisse Archidiaconum, aut similes Dignitates. Non nego fuisse, sed affirmo occurrere rarissimam ipsorum memoriam. Hinc etiam existimo Patrochiales Synodos apud Afros fuisse rariores. Fuisse forsan celebratas à paucis vicinis inter se Episcopis.

Cap. 98.

Afrorum Codex laudat plenarium uniuscujusque Provinciae Concilium. Alius, qui quinto Carthaginensi Concilio adscribitur, ibidem Canon exponit: *Placuit ut quotiescumque Concilium congregandum est, Episcopi, qui neque ætate, neque ægritudine, neque aliqua graviore necessitate impediantur, competenter occurrant. Et Primatibus*

Cap. 76.

*suarum quarumcumque Provinciarum intimeretur, ut de universis Episcopis vel duæ, vel tres turmae fiant, & de singulis turmis vicissim quotquot electi fuerint, ad diem Concilii instantissimè occurrant: Quod si non potuerint occurrere, excusationes suas in Tractoria conscribant. Vel si post Tractoriam adventum aliqua necessitate rependè forsitan ortæ fuerint, nisi rationem impeditenti sui apud Primatem reddiderint, Ecclesiæ suæ communionem debere esse contentos.* Afrorum Provinciae habebant numerosissimos Episcopos. In catalogo, quem suis libris indidit Victor Vicensis Episcopus, Numidia habet centum viginti tres. Et non paucas desesse novit ille, qui plures hinc inde occurrentes diligenter annotare voluerit. Afri servabant Nicænum Canonem, mandantem ut bis in anno hinc Provinciae Synodus. Hinc ne tot Episcopi toties fatigarentur, quasdam in tres, quasdam Provincias sanxerunt dividi in duas turmas, atque ipsas alternatim convocari. Divisio videretur subsistere Primatis arbitrio, atque ita possit eadem Provincia quandoque trisariam, quandoque bisariam fuisse divisa. Excipe tamen Tripolitanam. Hæc non habebat nisi quinque, aut sex Episcopos, ideoque non egebat ista divisione. Nihilominus quandoque ex gravioribus causis conveniebant omnes Provinciae Episcopi. Ita ad discutiendos Pelagianæ Hæresis articulos Aurelius omnes Proconsularis Provinciae, Sylvanus Primas convocavit omnes Episcopos Numidiæ. Et sine talis Synodi assensu Carthaginensis Exarchus non poterat novos Episcopatus erigere. Dicebatur plenarium non totius Africanæ Diocesis, sed totius Provinciae Concilium. Quare plenarium Concilium apud Afros habuit duas species. Etiam Provinciae Synodus. Non plena est secunda, plena ejus Synodus est tertia species Africanarum Synodorum.

De Tractoria, seu litteris Tractoriis scribit in sexto libro Dominus Petrus de Marca: *Legati, Cap. 3. sive Vicarii Episcoporum, à Synodo aut simili Conventu absentium, exhibebant vicem eorum cum litteris Tractoriis. Sic illa ætas vocabat litteras quibus Episcopi mittebant vices suas iis, quos ad Synodos mittebant, ut patet ex hoc loco, & ex formula decima quarta, quæ continet Tractoriam, quam Prudentius Tricastum Episcopus per Vicarium suum mittit ad celebrandum electionem Episcopi Parisiensis. In Collectione tamen Canonum Africanorum Tractoria, sive Tractorie dicuntur litteræ, quibus Metropolitanus Episcopus Com-Provinciales invitavit ad Synodum. Locus ab ipso laudatus est inter antiquas, quas secundo Gallicanarum Synodorum Tomo subjecit Jacobus Sirmondus, Episcoporum promotionum formulas undecima, agens de examine Williberti Presbyteri, Electi Catalaunensis: *Convenientibus apud Carsiacum pro examinatione Williberti Presbyteri, qui futurus erat Catalaunensis Episcopus, Hincmaro Diocesis Remensis Archi-Episcopo, item Hincmaro Laudunensium Episcopo, Odone Belgivagorum Episcopo, cum Legatis Rothaldi, Erpini, Hilmeradi, Reginelmi, & Joannis, ejusdem Diocesis Episcoporum, vices eorundem Patrum suorum cum Tractoriis, sicut Regule præcipiunt, exhibentibus.* Porrò laudata quarta*

quarta decima formula habet hanc epigraphen: *Tractoria Prudentii Episcopi Tricasti, quam per Vicarium misit ad Ordinationem Enææ Parisiensis Episcopi, cum ipse adesse non posset.* Erat Mandatum Episcopi, seu Episcopalis Mandati Instrumentum. Dicebatur Tractoria, seu Tractoria Episcopa, quod per ipsam Episcopus suum Legatum aut Vicarium traheret ad Synodum, aut aliud quodvis negotium. Grassabantur tunc in Gallia quæstiones miserabilis Monachi Godeschalci & Hincmari Metropolitanæ Rhemensis de Divinis auxiliis ac Decretis. Hinc Sanctus Prudentius in Enææ promotionem consentire noluit, nisi ille consuetæ Episcoporum professioni adderet duos articulos. Primum, quo Sancti Augustini de Divinis auxiliis ac Decretis dogmata profiteretur se admittere. Alterum, quo quatuor famosæ præfati Metropolitanæ Hincmari Carisiaca Capitula damnaret. Et hoc ante Hincmari oculos. Et Enæas debuit obedire, Judicio unius Prudentii. Quid igitur Dominus Archi-Episcopus culpavit Sanctissimum suæ gentis Apostolum ac Restauratorem Bonifacium, quoniam antiquæ Metropolitanarum professioni curavit Synodaliter adjici articulum de præstanda obedientia Romanæ Ecclesiæ?

Interim Dominus Archi-Episcopus labitur, quod Sanctus Prudentius suum Vicarium miserit ad celebrandam Enææ electionem. Etenim misit ad Electi examen & consecrationem. Et constanter dicendum est, Tractoria. Quidam hinc inde Codices legunt, Tractoria: At certum est esse mendosos. Etiam Tractoriarum plures fuerunt species. Etenim in litteris ad Africæ Vicarium, quibus mandat Africanos Episcopos transmitti ad primam Arelatensem Synodum, Imperator Constantinus scribit: *Singulis Episcopis singulas Tractorias tribuas.* Jacobus Sirmondus in suis ad epistolam Scholii exponit: *Tractoria dicebantur Diplomata seu Codicilli, quibus copia fiebat usurpandi cursus publici.* Desumpsit ex Hieronymo Bignonio, ad undecimam, quæ de Regiorum Legatorum Tractoriis sancit, Marculphi formulam scribente: *Tractoriarum usum à Romanis mutatum esse hæc formula indicat.* Sunt autem Diplomata, quæ dantur Missis, vel Evocatis à Principe, ut cursu publico usi possint, quem alioquin absque Diplomate usurpari fas non erat, adscriptis etiam locis & mansionibus, quibus sumptu publico ali debent. Commentus enim in itinere præstandus desiniri his litteris solebat, ut hæc quoque formula exemplo est. Demonstrat istam vocem non rarè usurpari etiam in antiquis Francorum Regum Capitularibus, & esse desumptam ex Legibus Romanorum. Et hæc est originalis & primaria significatio.

Epist. 162.

Secundam significationem adducit in litteris ad quosdam Donatistarum Episcopos Sanctus Augustinus, de Excommunicatis ac aliis per Ecclesiam damnatis scribens: *Missa Tractoria super eorum nomine per totum Orbem terrarum, ab omnibus Ecclesiis eorum communio præceditur.* Laudat Encyclicas litteras, quibus antiqua Ecclesiæ disciplina famosam alicujus damnationem denunciabat, atque ita traheret per omnes sub cælo Ecclesias. Terciam vocis significationem adducit in Commonitorio super Cælestii nomine Marius Mercator, laudans Encyclicam atque Dogmaticam epistolam, qua Sanctus Papa Zozimus damnavit Pelagianos errores, & quam subscribendam transmisit ad omnes sub cælo Episcopos: *Beatæ memoriæ Episcopi Zozimi Epistola, quæ Tractoria dicitur, qua Cælestius Pelagiusque damnati sunt, quæ & Constantinopolim, & per totum Orbem missa, subscriptionibus SS. Patrum est roborata.* Hæc est epistola, cui Julianus Eclanensis Episcopus subscribere noluit, & adversus quam appellavit ad generalém totius Ecclesiæ Synodum, ideoque solemniter cum suis damnatus, fuit scriptus ex Italia, atque ita tanquam secundus Cain cæpit vagari toto Orbe Romano. Simili ferè modò vocem accipit Sanctus Leo in litteris ad Sanctum Paschasium, Lilybetanum in Sicilia Episcopum, suum in Chalcedonenſi Synodo Legatum: *Antiochenus Episcopus, missis per Provincias suas Tractoriis, & universi Episcopi epistolæ præbuere consensum.* Laudat Encyclicum programma, quo Maximus Patriarcha Antiochenus dogmaticum suum Tomum publicarat per omnes suas Provincias, & jufferat ab omnibus Episcopis admitti per solemnem professionem, atque subscribi. Istiusmodi litteræ & sua Objecta per totum Orbem, & Subditorum consensum traherent in ipsas: Hinc meritò dicebantur Tractoriæ.

Quarta igitur Tractoriæ species est superioris Antistitis epistola, qua sibi subditos Episcopos ille convocavit ad Synodum. Hanc Tractoriam laudat adductus Africanæ Codicis Canon, qui in quinta Carthaginensi Synodo est decimus. Eandem laudat in scripto post Carthaginensem Colationem libro Sanctus Augustinus, scribens Donatistas fuisse eò evocatos per sui Primatis Tractoriam. Istius Tractoriæ formam docet nos idem Augustinus in litteris ad Tictorinum Episcopum: *Tractoria ad me quinto Idus Novembris venit, jam finito die, & me valde indispositum invenit, ut currere omnino non possem. Veruntamen sive imperitiam meam moverit, sive justè motus sim, tuæ Sanctitatis & Gravitate est arbitrari. Legi in eadem Tractoria etiam ad Mauritiam esse scriptum, quas Provincias scimus suos habere Primates. Quod si & ex eis ad Numidiam convocandum esset Concilium, oportuit utique ut aliquorum Maurorum Episcoporum, qui isthic priores sunt, nomina in Tractoria ponerentur. Quod in ista Tractoria non reperiens, multum miratus sum. Deinde ad ipsos Numidas ita perturbato & neglecto ordine scriptum est, ut nomen meum tertio loco invenerim, qui novi quam post multos Episcopos factus sim. Quæ res & alius injuriosa est satis, & mihi invidiosa. Præterea venerabilis Frater & Collega noster Xantippus Tagastensis dicit, quod eum Primatus ipse contingat. Et erga plurimos sic habetur, & tales mittit epistolas. Qui etiam error si facile inter vestram Sanctitatem cognosceret & corrigi poteret, non debuit tamen in Tractoria, quam Venerabilitas tua misit, nomen ejus prætermitti. Quod si in medijs locis conscriberetur, & non in primo poneretur, multum mirarer: Quam magis mirandum est, quod nulla ibi ejus admemoratio facta est, qui maxime ad*

Cap. 3.

Epist. 62.

me ad Concilium venire debuit, ut de ipso Primatus ordine causa omnium Numidarum Episcopis Ecclesiarum primitus ageretur. His de causis etiam venire dubitarem, ne forsan falsa esset Tractoria, qua tanta peruersitas appareret.

Epistola non caret mendis. Etenim pro verbis, Inter Sanctitatem vestram cognosci & corrigi potest, videtur legendum: Inter Sanctitates vestras cognosci & corrigi non potest. At verba, Omnium Numidarum Episcopis, videtur dicendum: Ab omnium Numidarum Episcopis. Ad vocem, Qua tanta peruersitas appareret, addenda videtur præpositio, In. Deinde Xantippus malè scribitur Tagastensis Episcopus. Etenim in Numidia non fuit, nisi unica Tagasta, & ejus tunc Episcopus erat Sanctus Alipius. Quare legendum puto: Xantippus Tigisensis. Quidquid sit, inter Xantippum & Victorinum fuit lis de Primatu Numidiæ. Uterque dixit se seniore totius Provinciae, ideoque & Primatem. Uterque se intrusit in possessionem, Tractorias mittens per omnem Provinciam, ac omnes Collegas evocans ad Synodum. Quo in loco, & qua ratione fuerit decisa causa, ignoro. Interim Xantippus obtinuit victoriam. Etenim in Africanis Synodis aliquoties legimus: Xantippus Episcopus primæ Sedis Numidiæ. Nisi tamen victor evaserit per mortem Victorini. Porro Victorini Tractoria, licet ineptissima, per Sancti Augustini correctionem docet nos plura. Primò, quod in Synodali Tractoria debuerint exprimi nomina omnium Episcoporum, qui ad Synodum evocabantur. Quod omnes evocati, licet diversarum essent Provinciarum, debuerint poni in eadem Tractoria, nequaquam in diversis. Hinc enim Augustinus Victorinum arguit, quod Mauritaniam Episcopos, quos ad suam Synodum etiam evocarat, in directa ad Numidas Tractoria non expressisset. Secundò nos docet, quod omnium & singulorum Episcoporum nomina debuerint inscribi, nullius penitus prætermitti. Hinc enim Victorinus arguitur, quod Xantippum, licet suum adversarium competitorem, non inscripsisset. Agitur de Tractoria ad plenam totius Provinciae Synodum, non ad illam quæ fiebat per unicum dumtaxat turmam. Tertiò docemur, quod omnes debuerint inscribi suo ordine. Hinc enim Augustinus affirmat Xantippum debuisse inscribi primum, & graviter arguit ac queritur se tertio loco fuisse inscriptum, ante multos seniores. Et hinc sanxit quinta Carthagenensis Synodus: Quod si non potuerint occurrere, excusationes suas in Tractoria subscribant. Quapropter Tractoria debuit apud Afros esse largum folium, immò integrum volumen. Et inter singulorum Episcoporum nomina debuit habere spatium, capax inscribenda excusationis. Hæc epistola, quoniam Episcopos trahebat ad Synodum, rectè dicebatur Tractoria.

Quarta Africanarum Synodorum species fuit Africana Synodus, de qua antiquus Romanæ Ecclesiæ Codex: Quæ in Concilio Africano sunt promulgata, in hoc Carthagenensi Concilio confirmantur. Distinguit Carthagenense Concilium, & Africanum. Et in litteris ad Valentinum, Adru-

metini Monasterii Præfectum, Sanctus Augustinus laudat ac distinguit Concilium Provinciae Carthagenensis, Concilium Numidiæ, Africanum Concilium, & Concilium plenarium totius Africae. Africanam Synodum credo fuisse illam, quæ non ex omnibus, sed tamen fiebat ex pluribus Provinciis. Isteusmodi fuit Synodus Adrumetina, de qua habet Carthagenensis, celebrata sub Arcadii tertio, secundo Honorii Consulatu: In hoc Concilio Legati directi sunt Episcopi Proconulares ad Concilium Adrumetinum. Eiusmodi fuit etiam Teleptensis Synodus aut Zellenis in Byzacio. Aderant enim Vincentius Colusitanus, & Fortunatianus Neapolitanus Episcopus, Legati Proconsularis Provinciae. Isteusmodi Synodum facere volebat etiam Victorinus ad sibi firmandum, quem prætendebat, Primatum Numidiæ. Et illum Sanctus Augustinus culpavit, non quod Mauros invitasset ad Synodum, sed solummodo quod ipsos in Tractoria non expressisset: Quod omnem, quam volebat, Synodum non convocasset per eandem Tractoriam. Ex quo discimus, quod Provinciarum Primates, dum tractandi negotii gravitas cogeret ac suaderet, potuerint ad suam Synodum invitare vicinam Provinciam. Carthagenensis poterat & cogere.

Quinta earum Synodorum species est illa, quam laudat ac dirigit tertia Carthagenensis Synodus: Placuit ut propter causas Ecclesiasticas singulis quibusque annis Concilium convocetur, ad quod omnes Provinciae, quæ primas Sedes habent, de Conciliis suis ternos Legatos mittant, ut & minus invidiosi, minusque hostilibus sumptuosi Conventus plena possit esse auctoritas. De Tripoli autem propter inopiam Episcoporum unus Episcopus veniat. Erat plenaria totius Africae Ecclesiæ Synodus, habebatque plenam univèrsalis Concilii auctoritatem, attamen celebrabatur per solos & paucos Legatos Provinciarum. Fiebat ista personarum diminutio, quo annuus iste Conventus esset minus sumptuosus, ut minori pateret invidia, ut quotannis non fatigaret omnes Episcopos. Etiam Proconsularis Provincia, licet intra ipsam ageretur Synodus, mittebat Legatos. At plures. Nam in Carthagenensi Synodo, quæ cum Apostolica Sedis Legatione tractavit quæstiones de Clericalibus ad laudatam Sedem appellationibus, adfuerunt decem Proconulares Episcopi, & adjungitur: Legati Proconsularis Provinciae. Et in Synodo, quæ dicitur tertia Carthagenensis, hæc legimus: Omnes Episcopi, quadraginta quatuor numero, subscripserunt. Duorum Mauritaniarum, Numidiæ, Byzacii, ac Tripolitanae Provinciae erant in univèrsis tredecim: Non poterant esse plures. Quare ex Proconsulari Provincia, præter Præsidem Aurelium, erant Episcopi triginta. Catalogus, quem suis libris inseruit Victor Vitenis Episcopus, affirmat isto tempore in Proconsulari Provincia fuisse Episcopos quinquaginta quatuor. Erant longè plures Sedes. Etenim Synodo, quam sub Innocentii Pontificatu celebravit Aurelius contra Pelagianos, adfuerunt Episcopi sexaginta octo. Nec dubitandum est, quin plures adfuerint. Quare existimo istos triginta Episcopos fuisse unam è tribus turmis, & harum

harum unam istis Carthagenensibus Synodis semper adfuisse. Porro istæ Synodi non semper Carthagine, immò non semper in Carthagenensi Provincia, sed modò fiebant in hac, modò in ista. Hinc existimo Provinciam, in cuius gremio fiebat Synodus, habuisse singulare privilegium, ex quo possent plures Episcopi adesse. Ad minus una turma: Forsitan tota Provincia. Etenim quinto Carthagenensi Concilio præter Aurelium Præsidem subscripserunt septuaginta duo Episcopi, adeoque sexaginta, aut quinquaginta novem Proconulares. Haud dubie ipsorum aliqui ex causis abfuerunt, ideoque videtur adfuisse reliquum corpus totius Provinciae. Erat reverà singulare privilegium: Etenim apud Ferrandum Diaconum habemus hunc Canonem Thudritani Concilii: Episcopus, qui non suscepta Legatione univèrsali Concilio interesse præsumpserit, ab eis Episcopis, qui Legationem suscipiunt, ad ipsum Concilium non admittatur. Canon debet intelligi de Episcopis Provinciarum, extra quas celebrabatur Synodus.

Quapropter hi Synodales Legati debebant Synodaliter eligi. Hinc in Carthagenensi, quæ sub Theodosii ac Rumorodi Consulatu celebrata dicitur, Synodo ad Præsidem Aurelium dixit Sanctus Alipius Episcopus Tagastensis: Nos quidem de Numidia venimus, & Sancti Fratres Augustinus & Possidius, sed de Numidia Legatio mitti non potuit, quod adhuc tumultu Tyrorum Episcopi propriis necessitatibus in civitatibus suis aut impediti, aut occupati sunt. Nam etiam Tractoriam Sanctitatis tuæ cum ad Sanctum Senem Xantippum deferrem, in præsentem Tractoriam hoc visum fuerat, ut Concilium indiceretur, quo instructa Legatio posset ad Concilium destinari, sed cum posterioribus litteris adjuverem de impedimento Tyrorum, Rescriptis propriis excusavit. Et Aurelius directo ad totam Synodum sermone respondit: Non dubium est, quod prædicti Fratres & Co-Episcopi nostri Numidiæ, cum Gesa Concilii acceperint, & suos adhibebunt consensus, & in effectum deducere maturabunt quæcumque in Placitum venerint. Cura ergo istius Sedis hoc ipsum ut eis intimeretur, necesse est provideri. Alipius, Augustinus, ac Possidius videntur à Xantippo Primatè transmissi ad Synodum. Quod tamen non essent Synodaliter electi non præsumperunt se ingerere, sed causam, ex qua non esset facta electio, exponentes obtulerunt se iudicio Synodi. Et Synodus gratiose ac dispensatorie eos admisit. Ob varias causas. Primò, quod intermissæ, quæ eligere debuerat, Synodi causa esset preemptoria. Secundò, quod personæ essent omni exceptione majores, ac plenæ fidei. Tertiò, quod essent ordinarii suæ Provinciae Legati ad Synodos. Quartò, quod Synodi Acta, adeoque & suam admissionem, sponderent ratificanda, probanda, ac admittenda ab omni sua Provincia. Quintò, quod istam curam Aurelius diceret spectare ad suam Primatiale Sedem, atque ita in se recipere. Porro ista Legatio eligi debuit non à plenaria, sed dumtaxat ab ordinaria Provinciae Synodo, quæ erat unius solummodo turmæ.

Eadem in Synodo defuerunt Legati Mauritanie Cæsariensis, ac Tripolitanae Provinciae. Cbrist. Lupi Opera T. VIII.

Hinc quidam Episcopi hæstarunt, utrum esset aperienda Synodus, & in ipsa procedendum. At verò Lucianus & Sylvanus, Sitifensis Mauritanie Legati, reposituerunt: Sed ad Cæsariensis Fratres nostros Tractoria venit. Nam jam & illi venient. Tamen necesse est, ut veniant. Et confidimus de animis ipsorum, quia si quid in hoc Concilio gestum fuerit, & ipsi sine dubio suos consensus adhibebunt. Rogant & suadent Legatos istos tantisper expectari, atque ita differri Synodum: Profitentur tamen, si diu morentur, posse procedi. At verò de Tripolitanae Provinciae Legato dixit ad Synodum Præses Aurelius: De Tripolitanae Fratribus nostris hoc potui condiscere, quod Dulcittium Fratrem nostrum destinaverint Legatum. Sed quia non potuit occurrere, hoc asseveraverunt quidam filii nostri, venientes de supradicta Provincia, quod memoratus navi se commiserit, & credendum est accidisse nonnullam de tempestatibus moram, quæ retardavit ejus adventum. Tamen etiam circa ipsos, si Charitati vestrae placet, hæc forma servabitur, ut Placita Concilii ad eosdem transmittantur. Et Synodus reposuit: Hæc quæ statuit Sanctitas vestra, omnibus placent. Proinde quantumvis major Legatorum pars, etiam ex causis, abesset, Synodus poterat pergere, & habebat plenam auctoritatem. Quod ipsum confirmat Honorati & Urbani, Sitifensium Legatorum, ad Carthagenensem Synodum interlocutio: Jam dudum, cum apud Sanctitatem vestram allegarem Scripta, dilati sumus ea contemplatione, quousque Fratres nostri advenire possent de Numidia Legati. Sed quid non pauci dies sunt, quibus expectari minime venerunt, ultra prætermittere, quæ nobis mandata sunt à nostris Co-Episcopis, non oportet, atque ideo, Fratres, suggestionem nostram libenter admittite. Et Synodus admisit ac processit.

Porro Legati adducere debuerunt varias à suæ Provinciae Synodo litteras. Primò testimoniales suæ Legationis litteras, sive Tractoriam. Et ipsas examinandas, probandas, Gestis inferendas exhibere Synodo. Hinc ad suam Carthagenensem, Theodosii ac Rumorodi Consulatu celebratam, Synodum præfatur Aurelius: Ordorem deposcit, ut primitus de Fratribus nostris & Consacerdotibus, qui ad Concilium vel de Byzacio, vel certè de Mauritania convenerunt, quæramus quemadmodum huic Concilio decreverint interesse. Et offerentibus Philologio, Geta, Venustiano, & Feliciano, Episcopis Provinciae Byzacene, Legationis litteras, & recitatis; offerentibus etiam Luciano & Sylvano, Legatis Mauritanie Sitifensis, Legationis litteras, & recitatis; Aurelius Episcopus dixit: Horum Scriptorum textus servabitur Gestis. Sunt quatuor Byzaceni, duo dumtaxat Legati Sitifenses. Contra regulam. Rationem ignoro. Suspicio esse mendum: Unum Sitifensem Scriptorum vicio migrasse ad Byzacenos. Interim ista Tractoriæ exhibitio non fuit Afris propria, sed est commune jus totius Ecclesiæ. Præter istas litteras Legati habuerunt sua, quæ egrèdi non poterant, suæ Synodi Mandata, ac sua Commonitoria. Item quædam solo verbo citra Scriptum Mandata. Etenim præfati Honoratus & Urbanus dicunt ad Synodum: Et

illud nobis verbo mandatum est. Erant enim illustriores suarum Provinciarum Episcopi, ideoque fide per omnia digni.

Sexta Africanarum Synodorum species est plenissima totius Diœcesos Synodus, non per solos Legatos, sed per omnes omnium Provinciarum Episcopos. Joannes Garnerius in digessione de Conciliis Africanæ Ecclesiæ advertit ad plenissimas hæc Synodos nunquam comparuisse omnes omnium Provinciarum Episcopos, sed ex quavis unicam dumtaxat turmam, & dat suæ sententiæ fundamentum; Unde intelligere est, quam ob causam nulla Catholicorum Africanæ Synodus legatur plures Episcopos habuisse, quam ducentos & viginti ad summum, cum tamen in Africa fuerint plures quingentis Ecclesiæ Episcopales Catholice. Scilicet conveniebat ex singulis Provinciis una tantum turma, id est, media ferè pars, ex qua tamen aliqui iustas haberent, absentis causas. Id verò sapienter institutum fuit, ne Pastoribus suis orbatæ Ecclesiæ damni quidquam paterentur. Suam enim vicino Episcopo remanenti profecturus commendabat. Ea porro disciplina viguit apud Catholicos, sed alitis moribus vivebant Donatistæ. Observatio non est temeraria. Etenim licet ista Provinciæ in turmas distributio fuerit introducta pro solis Provinciarum Synodis, videtur tamen usum fuisse extensa etiam ad plenissimas totius Africae. Numerosissima post istud Decretum celebrata Synodus, si Photii Bibliothecæ credimus, fuit ducentorum viginti quatuor Episcoporum. Hinc Joannes Garnerius non malè infert præfatis Synodis adfuisse non totas Provincias, sed unam solummodò turmam. Errat tamen turmam generaliter fuisse mediam partem. Erat quandoque tertia pars. At verò Aurelii Primatis Canones spernebantur à Donatistis. Quare ipsi non habuere turmas, & permanserunt in antiqua, quæ usque ad schisma per totam gentem fuerat, consuetudine. Hinc in ipsorum Bagajensi Synodo ex solis Primianistis fuerunt trecenti & decem Episcopi.

Lib. 53.

Can. 127.

In hac etiam Synodo præsertim locum habuit hic Canon Africani Codicis: Cum quibusdam peractis, multi Episcopi ceterorum peragendorum moras se conquerebant sustinere non posse, & ad proprias Ecclesias festinare, placuit universo Concilio, ut ab omnibus eligerentur de singulis quibusque Provinciis, qui propter alia peragenda residerent. Hos electos Synodus appellat Judices, & addit ex utraque Mauritania, Numidia, ac Byzacio tres, ac decem Proconsularis Provinciæ Legatos fuisse electos in istos Judices. Nullum ex Tripoli. Nempè quod nullus Legatus advenisset. Etiam in Carthagenensi collatione septem ex Catholicis, & totidem ex Donatistis fuerunt electi, ut agerent omnia. Erant omnium reliquorum Compromissarii. Attamen tunc id factum est, non ad dimittendos reliquos Episcopos, sed ad evitandas clamorum in futura collatione turbulencias. Dico istum Canonem habuisse locum etiam ac præsertim in plenissimis Afrorum Synodis. Quoniam licet in Synodo & pro Synodo ex Legatis emanaverit, potiori tamen jure locum obtinuit in plenissimis Synodis.

Occurrunt aliquot quæstiones. Prima est,

Quoties oportuerit celebrare hæc Synodos? Respondeo plenariam ex solis Legatis Synodum multo tempore fuisse celebratam singulis annis. Hinc tertia Carthagenensis Synodus, & Hipponensium Canonum Compendium ipsam appellant Concilium universale anniversarium. Et illud compendium adjungit: Ut per singulos annos Concilium convocetur. Exponit in Carthagenensi Synodo Primas Aurelius: Constitutum fuit in Concilio Hipponensi, ut singulis annis contraberetur Concilium Africae plenarium; Existat in Africano Codice, Videtur ibidem existare integer Hipponensis Canon: Confirmandum est in hac Synodo, ut secundum Nicæna Statuta, propter causas Ecclesiasticas, quæ ad perniciem Plebium sæpè veterascunt, singulis quibusque annis Concilium convocetur, ad quod omnes Provincie, quæ primas Sedes habent, de Conciliis suis binos, aut quantos elegerint, Episcopos Legatos mittant, ut congregato conventu plena possit esse auctoritas. Primas Aurelius Africanam Ecclesiam invenit & accepit valde deformatam. Ex variis causis. Una fuit, quod generalis totius gentis Synodus fuisset rarior. Ità & Apostolus noster Sanctus Bonifacius scribit apud nos Christianitatem fuisse destructam, quod per octoginta annos cessasset celebratio Synodorum. Quapropter gentis suæ mores restauraturus Aurelius statim in Hipponensi Synodo sanxit laudatum Canonem. Ista enim in qua & Sanctus Augustinus adhuc Presbyter coram Episcopo disputavit de fide & Symbolo, est inter omnes Aurelianas prima. Erat isti temporis durissimus Canon. Hinc Aurelius addidit, quod in alia ad ipsum Synodo dixerunt Honoratus & Urbanus, Legati Sitifenses: Sanctitati tuæ nos spondidisse jam dudum meminimus, ut singulis quibusque annis ad retractandum conveniamus. Aurelius Canonem superaddidit spontaneam Episcoporum professionem, & Pactum. Canonem polivit tertia, vel quævis alia Carthagenensis Synodus: Similiter placuit, ut propter causas Ecclesiasticas, quæ ad perniciem Plebium sæpè veterascunt, singulis quibusque annis Concilium convocetur. Ad quod omnes Provincie, quæ primas Sedes habent, de Conciliis suis ternos Legatos mittant, ut & minus invidiosi, minusque hospitibus sumptuosi conventus plena possit esse auctoritas. De Tripoli autem, propter inopiam Episcoporum, unus Episcopus veniat. Exinde Provinciæ non amplius binos, aut quot vellet, poterunt Legatos mittere, sed fuerunt constituta ad mittendos tres. Excepta Provincia Tripolitana. Et juxta has Aurelii regulas dudum vixit Africana Ecclesia. At verò ad aliam Synodum post laudatas easdem regulas idem Aurelius edixit: At quia hoc, utique quotannis venire ad Synodum, laboriosum omnibus Fratribus visum est, placuit ut non sit ultra fatigandis Fratribus anniversaria necessitas, sed quoties exegerit causa communis, id est, totius Africae, undecumque ad hanc Sedem hac de re datae litteræ fuerint, congregandam esse Synodum in ea Provincia, ubi opportunitas persuasit. Causæ autem, quæ communes non sunt, in suis Provinciis terminentur. Aliquando dubitavi de mendo Canonis, & forsan debere legi: Unde cumque ab hac Sede datae litteræ fuerint. Verum ad-

Cap. 7. 8. Cap. 6.

Cap. 94.

Can. 138.

Cap. 4.

Can. 94. 95.

Cap. 9.

adversantur, & Codicis lectionem confirmant Milevitana Synodus, & vasta illa atque confusa Afrorum Canonum collectio.

Ex his interim aliqua addiscimus. Primò, quod Hipponensis, immò forsan & tertiæ Carthagenensis Synodi tempore, Mauritania Sitifensis necdum haberet primam Sedem, nec proprium Primatem. Deinde, quod ratio, ex qua quintus Nicænus Canon iussit quovis anno bis agi Provinciarum Synodos, fuerit impedire pendendum causarum veterascitiam. Præsertim veterascitiam iniquarum excommunicationum. Et hinc liquet me supra rectè dixisse eandem rationem à Sardinensi Synodo, dum excommunicatos Clericos sanxit à vicinis etiam Episcopis sanandos, fuisse attentam. Plenissimas Carthagenensis Sedis arbitrio, Africanas Synodos Canon iste permittit arbitrio Provincialium Primateum. Juxta antiquos mores. An Provinciales Synodi juxta Nicænum Canonem semper bis in anno fuerint factæ apud Africos, est grande dubium: Non possim definire. Certè plures Episcopi isthic ignorabant Canones, ideoque & negligebant. Hinc tertia Carthagenensis Synodus sanxit: Ordinandis Episcopis vel Clericis prius ab Ordinatoribus suis Decreta Conciliorum auribus eorum inculcentur, ne se aliquid contra Statuta Concilii fecisse asserant. Canonis, à quacumque Synodo sit, author fuit Sanctus Augustinus, qui contra Nicænum Canonem per ignorantiam ordinatus Episcopus, quod in se factum doluit, in aliis postmodò fieri noluit. Ità in ejus vita testatur Sanctus Possidius. Post hunc Canonem credo Afrorum Primate bis in quovis anno celebrasse suas Synodos. Hac de causa prodiisse videtur Canon de Episcopis distribuendis in turmas. Quidquid sit, omninò semel in anno agebant Synodum. Etenim quotannis debebat Legatio destinari ad plenariam Synodum: Et ista Legatio debebat designari ac eligi à Synodo Provinciæ. Et supra audivimus ab Alipio, Augustino, ac Possidio Primate ipsorum Xantippum operose excusari, quod isto anno propter Tyronum tumultus non celebrasset Synodum. Item ab Aurelio, dum anniversariam plenariæ Synodi necessitatem abstulit, audivimus: Causæ autem, quæ communes non sunt, in suis Provinciis terminentur. Utique singulis ac eligi à Synodo antiquo. Et istud ipsum lucet ex hoc Canone: Dies Concilii, utique plenarii & anniversarii, idem servetur, qui in Hipponensi Concilio constitutus est, id est, decimo kalendas Septembris. Et scribendum ad singularum quarumcumque Provinciarum Primate, ut quando apud se Concilium congregant, istum diem non impediunt. Etenim quintus Nicænus Canon disertè mandat, ut secunda Provinciæ Synodus quotannis fiat circa tempus Autumni. Tunc igitur Afrorum etiam Primate agebant Synodos. Hinc videri possunt bis fecisse.

Hinc etiam discimus, quo anni tempore fieret ista plenaria anniversaria Synodus. Nempè decimo kalendas Septembris. Et ita statutum fuit ab ejus auctore, Hipponensi Synodo. Prælatum Canonem, omisis tamen verbis, qui in Hipponensi Concilio constitutus est, confusa illa Afrorum Canonum farrago legit in eundem modum. At verò

Christ. Lupi Opera Tom. VIII.

quinta Carthagenensis Synodus legit longè aliter: Dies Concilii undecimo kalendarum Novembris servetur. Quæ lectio videtur verior. Ista enim tempestas apud calidas Regiones est Episcoporum itineri longè opportunior. Et ipsum fortiter confirmat Sancti Augustini Rescriptum ad præsentem Primate Victorinum: Traditoria ad me quinto Idus Novembris venit. Victorinus quo anniversariam plenariam Synodum non impediret, suam Provinciam indicit ad medium aut finem Novembris: Quod nempè ista undecimo kalendas ejusdem mensis fuerat celebranda. Et omninò expediebat Provinciam post plenariam, ac post Legatorum reditum fieri: Quo nempè hujus Decreta possent in ista publicari, & mitti in executionem. Attamen dies ista non amplius obtinuit post sublaram anniversariam necessitatem plenariæ Synodi. Exinde hæc agitari cepit quovis anni tempore: Ad rationabile Beneplacitum Primate Carthagenensis. Aliquando bis in anno, aliquando nunquam. Prout rationes cogent, aut suaderent. Eiusdem in arbitrio erant dies ac tempus plenissimæ Synodi. Exinde Provincialium Synodorum dies etiam rediit ad Beneplacitum Primateum.

Alteræ quæstio est, Quis fuerit locus plenariæ per Legatos Synodi? Respondet Primas Aurelius: Constitutum est in Concilio Hipponensi, ut singulis annis contraberetur Concilium Africae plenarium, non tantum hic apud Carthagem, verum etiam per diversas Provincias suo ordine. Et hoc servatum est, ut indiceremus aliquando in Numidia, aliquando in Byzacio. Et ita fuit omninò factum. Habemus in Byzacio Septimunicensem, Suffulentensem, Macrianensem, Juncensem, ac Marazanensem, in Numidia Hipponensem, ac Synodum Milevitana. Joannes Garnerius addit: Nullæ sunt habitæ extra Numidiam, Proconsularem, & Byzacium. Quia reliquæ Provincie minus erant opportune propter distantiam, quam prædixit in media Africa sitæ. Possit labi. Licet enim reservatum fuerit, ut præsertim in Byzacio ac Numidia istæ Synodi fierent, possint tamen aliquæ fuisse factæ in aliis Provinciis. Etenim Sitifensis Cellensem, forsitan & Macrianensem, Cæsariensis Mauritania forsitan habuit Synodum Juncensem. Dico, Forsitan. Alia namque apud Byzacium, alia Macriana fuit apud Sitifenses. Alia item Junca fuit apud Byzacium, alia apud Cæsarienses. An utraque, an unica, & quænam habuerit Synodum, ignoro. Ferrandus ad nos transmisit sola quorundam Canonum compendia. Interim omnes istæ Synodi fuerunt omninò plenariæ. Africani namque Codicis Collector ad Carthagenensem, sub Honorii septimo ac tertio Theodosii Consulatu celebratam, Synodum subnotavit: Gesta hujus Concilii idè non descripsi, quoniam Provinciale, non universale celebratum est. Proinde Provincialium Synodorum Canones poterant suam Provinciam, nequaquam dirigere omnem Africam, ideoque nec redigebantur in communem Codicem. At verò Ferrandus Diaconus, ac Cresconius Africanus Episcopus istarum Synodorum Canones congesse-

Epist. 217.

Can. 107.



Ad primam Synodorum speciem laudavi, & pro exemplo adduxi Hipponensem, in qua Sanctus Augustinus Eradium Presbyterum curavit sibi eligi in Successorem. Addendum est illi adfuisse duos Episcopos, Religianum ac Martianum. Nempe ob negotii gravitatem erant singulariter invitati. Quae invitatio fuit Afris frequens. Similes Synodos Augustinus fecit, dum suum Clerum coegit ad vitam communem. In priori solos septem Presbyteros, in his posterioribus nominatim enumerat omnes suos Clericos, etiam Diaconos & Sub-Diaconos; Et nullam facit mentionem Archi-Presbyteri aut Archi-Diaconi. Ex quibus coniecturo istas Dignitates non fuisse in Hipponensi Ecclesia. Et quia ipsa non erat ex ignobilioribus, suspicor praefatas Dignitates fuisse in paucis Ecclesiis. Certum est fuisse in quibusdam. Etenim quarta Carthaginensis Synodus sancit de Ordinando in Sub-Diaconum; *De manu Archi-Diaconi Urceolum accipiat*. Insuper tres istic Canones laudant Archi-Diaconum. Et alius Canon habet: *Episcopus gubernationem viduarum non per semetipsum, sed per Archi-Presbyterum, aut per Archi-Diaconum agat*. At verò in aliis Afrorum monumentis rarissima, aut forsitan nulla est, nisi dum de Carthaginensi Ecclesia agitur, istarum Dignitatum memoria. Hinc suspicor in multis non fuisse Ecclesiis. Nec admirandum. Nam & Emeritensis in Hispania, ubi amplae & largae erant Ecclesiae, Synodus sancit, ut quisvis Episcopus deinceps habeat Archi-Diaconum & Archi-Presbyterum. Quoniam antea plures non habebant. Sunt alterius loci,

Can. 5.

Can. 10.

## CAPUT XV.

## Exponuntur Episcopalia Africanæ Ecclesiae Iudicia.

Ecclesiastica olim Iudicia fuerunt passim Synodalia. Fuerunt tamen & personalia à solo Episcopo. Etenim nonus Chalcedonensis Canon sancit: *Si quis Clericus adversus Clericum habet negotium, non deserat proprium Episcopum, & ad secularia percurrat Iudicia, sed prius actio ventiletur apud Episcopum proprium, vel certe consilio eiusdem Episcopi, apud quos utraque partes voluerint, Iudicium agitur. Quod si Clericus habet causam adversus Episcopum proprium, vel adversus alterum, apud Provinciae Synodum iudicetur*. Proinde sola adversus Episcopum causae erant olim Synodales: Adversus Laicos & Clericos intentatas actiones iudicabat solus Episcopus. Chalcedonensis Synodus suum Canonem hausit ex quinto Nicano, decimo sexto Sardicensi, & constanti Ecclesiarum consuetudine. Hinc etiam de Sancto Augustino scribit Sanctus Possidius: *Interpellatus à Christianis Beatus Augustinus causas audiebat diligenter ac pie. Et eas aliquando ad bonam refectionis, aliquando autem tota die, jejuniis*

Cap. 19.

*semper tamen, noscebat & divimebat*. Loquitur de civilibus Laicorum causis. Hanc Episcoporum potestatem quinta Carthaginensis Synodus appellat *Ius Apostolicum*. Fundatur enim in priori Sancti Pauli ad Corinthios epistola. Augustinus etiam audiebat ac dirimebat criminales suorum Clericorum causas: Et ipsos quandoque non puniebat solummodo, sed etiam degradabat. Lucret ex ejus ad Populum verbis in sermone secundo de communi ipsorum vita: *Delebo eum de tabula Clericorum. Interpellat contra me mille Concilia, naviget contra me, quod voluerit, sic certè ubi poterit, ut ubi ego Episcopus sum, illic Clericus esse non possit*. Ago hic de solis criminalibus Episcoporum & Clericorum Iudiciis: praesertim degradatorii. Ab his enim maximè solet appellari.

Cap. 1.

De consueta ipsorum apud Afros forma scribit Sanctus Augustinus in literis ad Xantippum Tigisensem Episcopum, Primate Numidiae: *Ego sanè Presbyterum, Rusticanae in Hipponensi Diocesis Parochiae Rectorem, qui solemne in Domini Natalis vigilia jejunium violare, ac apud infamem mulierem sine Clerico teste prandere, cenare, ac dormire praesumpserat, removendum ab officio Presbyterii arbitratus sum, timens ei deinceps Ecclesiam Dei committere. Quod si forte Iudicibus Ecclesiasticis aliud videretur, quia sex Episcopis causam Presbyteri terminare, Concilio statutum est, committat illi, qui vult, Ecclesiam suae curae commissum: Ego talibus, fateor, quamlibet curam committere timco, praesertim quos nulla bona fama defendit, ut hoc eis possit ignosci, ne quid perniciosius, si eruperit, languens imputem mihi*. Respicit undecimum primae Carthaginensis Synodi Canonem, conditum ad suggestionem Elpidophori, Cuiccalitani in Proconsulari Provincia Episcopi, ac ad relationem Grati Primatis Carthaginensis: *Si quis tumidus vel contumeliosus exsiterit in maiorem natu, vel aliquam causam habuerit, à tribus vicinis Episcopis, si Diaconus est, arguatur; Presbyter à sex; si Episcopus, à duodecim Consecratoribus audiatur*. Eundem Canonem firmavit secunda Carthaginensis Synodus, celebrata per Genethlium Primate: *Etiā hoc adicio secundum Statuta veterum Conciliorum, ut si quis Episcopus in reatum aliquem incurrit, & fuerit nimia necessitas non posse plurimos congregari, ne in crimine remaneat, à duodecim audiatur. Et à sex Presbyter, & à tribus Diaconis, cum proprio Episcopo*. Verba, secundum Statuta veterum Conciliorum, affirmant hunc Canonem esse antiquum, confirmatum scriptis, ac innovatum.

Degradatus à Sancto Augustino Presbyter appellaverat ad Numidiae Primate Xantippum, affirmans se non à sex Episcopis, sed damnatum à solo Augustino, iudicium esse contra Canones sine legitima auctoritate attentatum, ideòque evidenter nullum, ac exsufflandum. Et Xantippus videtur voluisse pro Presbytero procedere. Hinc Sanctus Augustinus potenter intercessit, & adduxit plura. Primò fatetur exstare istiusmodi Canonem. Secundò fatetur ipsum esse in precio apud Ecclesiasticos Iudices, & ab ipsis observari. Quos intelligit per Ecclesiasticos Iudices, est incertum. Videtur aut Ecclesiasticos Defensores

fores

fores intelligere, aut Professores sacrorum Canonum. Nam & hi tunc non defuerunt Ecclesiae. Tertio asserit se nolle ligari isto Canone, ideòque sibi soli esse potestatem degradandi suos Presbyteros. Quarto affirmat istius Presbyteri, si à Xantippo fiat, reparationem nunquam à se admittendam. Quintò addit ipsam tamen, si pro alia Diocesi fiat, à se dissimulandam ac negligendam.

Erat recentior, aut certè non antiquissimus Canon, utique conditus & inductus à Grato Primite. Lucret ex Sancti Cypriani ad Rogatianum Noventem Episcopum, qui criminofum ac sibi contumacem Diaconum ipsi iudicandum & castigandum retulerat, Rescripto: *Et tu quidem honorificè circa nos, & pro solita tua humilitate fecisti, ut malles de eo nobis conqueri, cum pro Episcopatus vigore, & Cathedra auctoritate haberes potestatem, qua posses de illo vindicari, certus quod Collegae tui omnes gratum haberemus quodcumque circa Diaconum contumeliosum Sacerdotali potestate facisses*. Eadem tunc erat ratio Presbyterorum. Certè non solum Felicissimum Archi-Diaconum, sed & quinque ipsi conjuratos Presbyteros videtur solus Cyprianus damnasse. Et ita fuit usque ad laudatam Grati Primatis Synodum. Et ejus Canonem, quod antiquam gentis consuetudinem infringeret, videtur non omnia Africa etiam post Genethlii confirmationem admisisse. Et huic parti adhæsit Sanctus Augustinus.

Utraque pars nitebatur fundamentis. Gratum Primate, & ipsi assidentem Synodum ad faciendam istam Episcopalis auctoritatis circumfcriptionem permoverunt Episcoporum apud Afros numerositas, & à quibusdam in suum Clerum praecipitata per iracundiae impetum iudicia, Sanctum verò Augustinum, ac plures haud dubiè Episcopos in contrariam sententiam pettraxerunt antiqua consuetudo, ac dilecta Episcopalis auctoritatis integritas. Interim novus iste Canon sancit pro solis Presbyteris ac Diaconis. Subdiaconos ac alios inferiores Clericos permisit antiquae formae, de qua vigesimus Canon Africani Codicis: *Si Presbyteri vel Diaconi fuerint accusati, adjuncto sibi ex vicinis locis cum proprio Episcopo legitimo numero Collegarum, quos ab eodem accusati petiverint, id est, unà secum in Presbyteri nomine sex, in Diaconi tres, ipsorum causam discutiant; reliquorum autem Clericorum causas etiam solus Episcopus loci agnoscat & finiat*. At verò quartum Carthaginense Concilium adjunxit: *Episcopus nullius causam audiat absque praesentia Clericorum suorum. Alioquin irrita erit sententia Episcopi, nisi Clericorum sententia confirmetur*. Existimo per Clericos intelligi solos Presbyteros. Hi enim soli cum Episcopo sedere poterant, ideòque & iudicare. Quibusdam videntur habuisse consultativum solummodo suffragium. Canon enim requirit solam ipsorum praesentiam. Verum isti opinioni palam obstant verba: *Nisi Clericorum sententia confirmetur*. Et Ferrandus Diaconus istos Canones redegit in hoc compendium: *Ut Episcopus accusatos Presbyteros convocatis quinque Episcopis audiatur, Diaconorum cum tribus, reliquorum verò causam ipse solus discutiat. Ut autem unus Episcopus*

Can. 13.

Can. 51.

*cognitionem sibi non vindicet, hoc in alio Carthaginensi Concilio actum est*. Disertè affirmat priorem Canonem fuisse ab hoc posteriori correctum & confictum. Et hoc Canones omninò probavit & subscripsit Sanctus Augustinus. Possint tamen contra ipsius iudicium emanasse. Porro Tripolitana Provincia, quod paucos haberet Episcopos, habuit aliquid singulare: *Propter inopiam Provinciae Presbyter ibi à quinque audiatur Episcopi, & Diaconus à tribus, proprio Episcopo praesente*. Hoc est, proprio Episcopo inter istos quinque aut tres connumerato. In aliis Provinciis proprius Episcopus debet esse quartus aut septimus. Quare Ferrandus Diaconus videtur esse passus vitium sui Breviarii. Quidquid sit, haec omnia sunt intelligenda de solis criminalibus Clericorum causis. Eorum civiles causas poterat solus Episcopus dirimere. Quod ipsum advertit Theodorus Balsamon in Commentario ad decimum quartum Canonem Africani Codicis. Tertia Carthaginensis Synodus addidit: *Sanè si ex consensu partium Iudices electi fuerint, etiam à pauciori numero, quam constitutum est, non liceat provocari*. Sancit, aut potius supponit arbitrium seu electum contra Episcopum Tribunal non debere constari ex duodecim Episcopis. Eadem est ratio de Presbyteris ac Diaconis. Et causa est cuius obvia.

Can. 18.

Canon, qui Episcopum non nisi à duodecim Collegis damnari sancit, placuit etiam aliis gentibus. Etenim ad minoris Britanniae Episcopos scripsit Leo IV.: *Nullam damnationem Episcoporum esse unquam censemus, nisi aut ante legitimum numerum Episcoporum, qui sit per duodecim Episcopos, aut certe probata sententia per septuaginta duos idoneos testes*. Hoc casu permittit damnari à paucioribus. Attamen non nisi per Provinciae Synodum. Et ad Salomonem, ejusdem Britanniae Regem, scripsit Nicolaus I.: *Episcopi nullam possunt sui honoris sustinere iacturam, quos non constat fuisse à duodecim Episcopis, praesente, primamque sententiam Metropolitanis Episcopo, cum examinaverunt, obtinente, auditis*. Semi-Barbaros, qui nec Metropolitanam habebant, nec duodecim erant numero, & tamen agentabant omnia Synodalia, Britonum Episcopos uterque Pontifex speravit per istam formam compescendos. Ipsam desumpserunt ex Decretali epistola, quam Iudori Mercatoris collectio adscribit Sancto Zephyrino Pontifici: *Duodecim Iudices quilibet accusatus Episcopus, si necesse fuerit, eligit, à quibus ejus causa iuste iudicetur*. Eandem formam placuisse postmodò Graecorum Episcopis docet Theodorus Balsamon in Commentario ad duodecimum Canonem Africani Codicis: *Interrogavit quispiam, cum Canon contineat tunc fieri à duodecim Episcopis, & solis, Episcoporum depositiones, quando fieri omninò non potest, ut multi conveniant, si depositus fuerit Episcopus à duodecim Episcopis, idque cum sit facile, ut multi conveniant, dissolvatur depositio, an non? Dicunt quidam hoc modo non infirmari sententiam. Cum autem Joannes Amathuntis Episcopus ab illo Cypri Archi-Episcopo Joanne fuisset depositus, & depositionis Edictum in Tribunali Imperatorio lectum esset, quoniam inventi sunt undecim Episcopi*

Epist. 2.

Epist. 65.

&amp; Ar-

& Archi-Episcopus depositionem fecisse, statuit Sanctissimus ille Patriarcha Dominus Lucas cum assistente Synodo, quin & assistens Senatus, esse infirmam & nullius momenti depositionem, quod accessit non fuerit uniuersa Synodus Cypriorum Ecclesie, aut saltem maior pars ejus, etiamsi magna esset ejus cogendi facultas, & quod Archi-Episcopus non ultra duodecim Episcopos, sed una cum illis esset numeratus. Pergit in Commentario vigesimo tertii Canonis: Cui duodecim Canon definit, à quot Episcopis debeant iudicari Episcopi, Presbyteri & Diaconi, nunc iubent Patres, ut ultra duodecim, sex, aut tres sit quoque loci Episcopus Iudex competens. Qui autem sunt præter eos, Lectores scilicet & reliqui, ab uno & solo competenti Episcopo iudicentur.

Hæc omnia Theodorus transfert in suam gentem. Etenim quod Orientalis Ecclesia istos in Canonibus græcæ linguam transfulerit, ac suo codici inferuerit, docet secundus Canon Trullanus. Quod eosdem Gallicana Ecclesia dudum probaverit ac usitarit, docet Sancti Cæsarii Arelatensis Archi-Episcopi sermo, dictus ad Collegas in causa Contumeliosi Episcopi Rejenis. Isidoriana collectionis author fuit homo Hispanus, ideòque constat istos Canones tunc viguisse etiam in Hispaniis. Attamen cum aliqua ubique differentia. Etenim personatus Zephyrinus privilegium, quo accusatus Presbyter ac Diaconus poterat iudicii Collegas ex vicinis civitatibus eligere, ac à suo Episcopo petere, extendit etiam ad accusatos Episcopos: Quod non videtur fuisse apud Afros. Leo quartus duodecim Episcopos censuit posse suppleri per abundantiam testium. Theodorus Balsamon rectè affirmat Episcopos præter Metropolitanam debuisse esse duodecim: Item sex aut tres præter proprium Episcopum. Hæc enim omnino videtur fuisse mens Africanorum Canonum. Etiam rectè excipit plenas Synodos istarum Provinciarum, quæ non habent tot Episcopos. Ità studet Africanos Canones conciliare cum Antiochenis. Eandem exceptionem censet fuisse seruata in Tripolitana Provincia. Afrorum Episcopi in aliis Provinciis erant numerosissimi, ideòque criminalia ipsorum iudicia poterant frequenter occurrere. Hinc noluerant toties fatigari plenas Synodos, nec crimina occurrant ad consuetum ipsarum tempus differri. Tertia Carthaginensis Synodus his adiunxit: Quisquis Episcoporum accusatus fuerit, ad Primate Provincie causam ipsius deferat accusator. Nec à communionem suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam, Primatis litteris evocatus, minime occurrerit. Docet nos plura. Primo, quod Provincie Primas potuerit solus Episcopales accusationes admittere, ac reos citare. Deinde, quod ipse potuerit duodecim Episcopos eligere. Tertiò, quod eis præsidere deberit, aut alicui decimo tertio suas vices delegare. Et istum Canonem antiquo suo Codici inferuit Romana Ecclesia.

Lucidè hæc confirmantur ex causa & Synodali iudicio erga Maurentium, novæ Germanicæ in Numidia Episcopum, qui suæ Synodo, ad quam accusatores non comparuerant, supplicavit & dixit: Iudices peto Sanctum Senem Xantippum,

Primate Provincie, Sanctum Augustinum, Florentium, Theasum, Sanjusium, Secundum, & Possidium. Hæc decerni mihi iubeatis. Et Acta Synodalia pergunt: Sanctum Concilium concessit Iudices postulatos, reliquos autem Iudices, ad complendum duodenarium numerum necessarios, eligentibus ipsis Senioribus à nova Germanicia, accusatoribus sui Episcopi, Senex Xantippus curavit decernere. Utiq; sex, accusatus Episcopus à Synodo, sex à Primato petebat accusator Populus, & ipsis Provincie Primas præsidebat decimus tertius. Quæ forma non est antiquissima. Etenim in litteris ad Sanctum Papam Cornelium scribit Sanctus Cyprianus de Episcopis, Felicissimo rebellis suo Diacono adherentibus: Jovinus & Maximus comites cum Privato Hæretico adfuerunt, ob nefanda sacrificia & crimina in se probata, sententia novem Episcoporum condemnati, & iterato quoque à pluribus nobis in Concilio anno priore absentibus. Affirmat tunc fuisse duos damnandi Episcopi modos: Per Provincie Synodum, & per Convantum pauciorum Episcoporum. Affirmat novem suffecisse. An fuerint necessarii, non possum affirmare. Quidquid sit, duodecim Episcopos postmodò requisivit per suas Synodos Gratus Archi-Episcopus, & omnis Africana Ecclesia tandem admisit, confirmavit, & observavit.

Dum hæc scribo, prodit in Gallia Libellus Anonymus de antiquis & majoribus Episcoporum causis, contra Joannem David Apologos eorum, quæ pro suprema Provincialium Synodorum auctoritate, ac à Romanis appellationibus independentia commentus est Dominus Petrus de Marca. In Præfatione author edicit causam suppressi nominis: Verumtamen, ut ingenue fatear, cum Societati Theologorum Parisiensium non paucis abhinc annis nomen dederim, paratumque me esse ad defensionem veritatis usque ad effusionem sanguinis juraverim, ejusmodi ratio ut nomen meum occulerem omnino non impulit; sed ne fortasse spes melioris fortune aliquando delusa me ad quandam palinodiam turpiter adigeret, qua apud plerosque fama nomenque Petri de Marca vehementer laborant. Innocentius X. Pontifex Petrum de Marca, nisi multorum in suis libris articulorum scriptam palinodiam coram omni sub cœlis Ecclesia solemniter cantaret, confirmare noluit in Archi-Episcopum Tholosanum: Et ista tanti Doctoris constantia solemniter cantavit: Præfens Scriptor etiam sperat meliorem istiusmodi fortunam: Et meruit similem palinodiam, ac similem nominis iacturam. Hinc nomen suppressit. Quapropter quis non temerè existimet veritatem ab ipso nec esse inventam, nec defendi. Etenim Quomodo potest credere, qui gloriam ab hominibus queritis? Et certè Petrus de Marca passus est iusta damna nominis. Etenim veritatem aut non defendit, aut defensam est prevaricatus. Et præfens Apologus palam affirmat rediisse ad priora. Affirmat fuisse verumnum, ac passum aliquid Ecembolii, de quo Socrates: Ecembolius Sophista Constantinopolitanus, se ad Imperatorum ingenia & naturam conformans, dum Constantius regnabat, se ardentem fidem Christianam amplecti simulavit; dum Julianus potebatur Imperio, Gentilitatem magnopere præ se tulit; Julianus mor-

mortuo, Religionem Christianam denuò profiteri induxit in animum. Nam ante portam Ecclesia se promum abiciens, sic vociferatus est. Me quasi salem insipidum pedibus conculcate. Ecembolius, sicut antea levis & inconstans fuit, sic quoque postea permansit.

Adversus præsentem Anonymum respondeo cum Tertulliano in quarto libro contra Marcionem: Possent hic gradum figere, non agnoscendum contentens opus, quod non erigat frontem, quod nullam constantiam præferat, nullam fidem repromittat de plenitudine rituli, & professione debita auctoritatis. Sed per omnia congrédi maluimus. Inter alia argumenta, quæ Joannes David adducit pro Romanis appellationibus, sunt Canones Sardicenses. Affirmat ipsos esse, ac semper fuisse solemnem ista in re regulam Catholicæ Ecclesie. Et bene affirmat. Ad hæc tamen exsufflenda Scriptor Anonymus adducit Canonem, quem de Diacono à tribus, de Presbytero à sex, de Episcopo à duodecim Episcopis iudicando sanxit in sua Carthaginensi Synodo ad Elpidophori Cuiccalitani Episcopi suggestionem Gratus Archi-Episcopus, atque adjungit: Hæc disciplina non solum dissimilitudinem habet cum Decretis Concilii Sardicenses, verum etiam est prorsus inaudita & incognita. Huc usque Diaconi & Presbyteri Jurisdictioni Episcopi ac Cleri fuerant obnoxii, Antistes verò Concilii Provincialis primæ cognitioni. Sed in hoc Concilio Carthaginensi duodecim Episcopis delegatur iudicium Episcopi, sex Presbyteri, tribus Diaconi. Ex quibus plenissime perspectum habemus, quam sit intolerabilis & insolens cogitatio Davidii, hoc Privati exemplo probantis usum sive praxim Canonum Sardicenses in causis Episcoporum.

Respondeo istum Carthaginensem Canonem fuisse reverà heroclytum. Hinc ipsi deferre aliquando noluit Sanctus Augustinus. Et sine dubio habuerit Collegas. Nihilominus ipsum postmodò probavit atque admisit. Ejus condendi & probandi magna ratio fuit Episcoporum in Africanis Provinciis multitudo. Omnes, excepta Tripoli, habebant ferè centum Episcopos: Aliquæ longè plures. Profiteor Episcoporum causarum iudicia olim spectasse ad Synodum Provincie. Etiam ad illam, quæ dumtaxat quatuor aut quinque habeat Cathedras. Hinc Gratus Primas censuit pro uno iudicando Episcopo non esse fatigandam tantam multitudinem, sed cum Primato sufficere duodecim. Ex alia parte voluit Episcopalia etiam de Presbyteris ac Diaconis iudicia esse matura & gravità. Hinc inter numerosos adeò Episcopos censuit ipsos non ab unico, sed à pluribus iudicandos. Et hoc omnino didicerat à Sardicensi Synodo. Etenim illic ab Hosio Præside audiverat referri multorum Presbyterorum ac Diaconorum querimonias: Quod me adhuc movet, reticere non debeo. Si Episcopus quis fortè iracundus, quod esse non debet, citò & asperè commoveatur adversus Presbyterum, & idcirco à Synodo retrahendam. Utique à Provincie Synodo. Canon quippè agit de damnato per duodecim Collegas Episcopo, ac ipsi facit potestatem provocandi ad Synodum Provincie. Et de evocato ob aliquem reatum ad Primatis iudicium aut

chi-Episcopus Gratus censuit medicinam non sufficere. Censuit expedire non solum sanatricem, sed insuper medicinam perseveratricem. Hinc sanxit Diaconum non nisi à tribus, Presbyterum non nisi à sex Episcopis esse damnandum. Joannes David nec Advocato indiget, nec adiutore. Ætatem habet: Credo futurum, ut pro se loquatur. Rectè dixit Sardicenses Canones fuisse à Grato deportatos in Africam, & isthic quoad Episcopales appellationes semper viguisse. Quod illo etiam tempore, quo fuerunt ignorati apud Afros, ipsorum forma, utpotè Apostolica, isthic viguerit, suo loco demonstrabitur.

Et hæc quidem de primis causarum instantiis. At verò de Clericorum appellationibus sanxit secunda Carthaginensis Synodus: Si quis Presbyter à Præposito excommunicatus vel correptus fuerit, debet utique apud vicinos Episcopos conquiri, ut ab ipsis ejus causa possit audiri, vel per ipsos suo Episcopo reconciliari. Canon manifestè desumptus est ex Sardicensi. Ex quo patet Africam tunc se direxisset secundum istam Synodum. Et Milevitana sanxit: Placuit ut Presbyteri, Diaconi, vel ceteri inferiores Clerici in causis, quas habuerint, si de iudiciis Episcoporum suorum questi fuerint, vicinè Episcopi, eos audiant, & inter eos, quid est, definiant, adhibiti ab eis ex consensu Episcoporum suorum. Quod si & ab eis provocandum putaverint, non provocent nisi ad Africana Concilia, vel ad Primates Provinciarum suarum. Ad Transmarinam autem qui putaverit appellandum, à nullo intra Africam in communionem suscipiatur. Et quinta Carthaginensis Synodus: Clericus, qui Episcopi circa se distinctionem injustam putat, recurat ad Synodum. Proinde Clerici poterant tribus modis appellare. Ad suæ Provincie Synodum. Ad eisdem Primate. Et ad vicinos Episcopos. Attamen non nisi ad probandos & admittendos à suo Episcopo. Alioquin enim potuissent currere ad sui Episcopi æmulos, atque ita extorquere iniquum iudicium. Et horum Episcoporum iudicium non erat irrefragabile. Ab ipso poterat denuò provocari ad Synodum, aut Primate Provincie. Quare præfatus Episcopi consensus non erat compromissum, aut electio iudicium. Nam ab electis iudicibus appellari non poterat. Existimo quod etiam à Primato potuerit ad Synodum provocari. An delatas sibi appellationes Primas potuerit solus dirimere, non possum affirmare. Etiam à Provincie Synodo provocari poterat ad generalem Synodum totius Dicecesios. Et hic sisti debebat à Clericis: Ad Transmarinam, sed ad Sedem Apostolicam proclamari non poterat. Idque ex antiqua consuetudine, & antiquo Gentis Statuto, quod in litteris ad Sanctum Cornelium Pontificem laudat, & urget etiam Sanctus Cyprianus.

De damnatorum Episcoporum appellationibus habet quarta Carthaginensis Synodus: Irritam esse injustam Episcoporum damnationem, & idcirco à Synodo retrahendam. Utique à Provincie Synodo. Canon quippè agit de damnato per duodecim Collegas Episcopo, ac ipsi facit potestatem provocandi ad Synodum Provincie. Et de evocato ob aliquem reatum ad Primatis iudicium aut

Cap. 2.

Cap. 16.

Cap. 22.

Epist. 55.

Can. 28.

aut Synodum, & comparere detestante Episcopo sanxit tertia Carthaginensis Synodus: *Si nec ad Concilium universale anniversarium occurrere voluerit, ut vel ibi causa ejus terminetur, ipse in se damnationis suae sententiam divisisse iudicetur.* Ei potestatem facit, ut vel ad Provinciae, vel ad totius Dioeceseos anniversariam ex Provinciarum Legatis Synodum possit iudicandus occurrere, ideoque longè magis facit facultatem ad plenissimam totius Gentis Synodum. Et ad Quintianum Presbyterum scribit Sanctus Augustinus: *Plebs Vigestitana, si Episcopum in plenario Africæ Concilio degradatum suscipere noluerit, sano capite faciet. Et nec cogi potest, nec debet. Et quisquis eam violenter coggerit, ostendet qualis sit, & qualis ante fuerit, quando de se nihil mali credi volebat, faciet intelligi. Nullus enim sic proditur, qualem epusam habuerit, quam qui per seculares Potestates, vel quoslibet violentias cum perturbatione & querela conatur recipere honorem, quem perdidit. Non vult enim volenti Christo servire, sed Christianis volentibus dominari.* Episcopus ille à Provincia Synodo damnatus appellatur ad universale totius Africæ Concilium, & isthic fuerat denuò damnatus. Hinc iudicium istud suspendi imperarar per Augustum Principem, aut aliam supremam Imperii Potestatem. Consultus Sanctus Augustinus respondit esse acquiescendum Synodali iudicio: Attamen ideo non exclusit appellationem ad Sedem Apostolicam.

## CAPUT XVI.

*Referuntur errores varii circa Afrorum appellationes ad Sedem Apostolicam.*

PRIMUS horum errorum author fuit sceleratus Photius, invasor Constantinopolitanæ Ecclesiæ, & infelix Parens miserandi Schismatis inter Græcam & Latinam Ecclesiam. Etenim ab ipso doctus & consecratus Zacharias Chalcedonensis Episcopus in sexta octava Synodi Actione tentavit exemplis demonstrare Romanum etiam Pontificem subesse Canonibus, posse limites excedere, errare in suis iudiciis, ideoque singula ejus Acta non esse authentica & admittenda. Inter plura exempla adduxit & hoc: *Legendum Apiarium, justificatum à Romanis Præsulibus, Africana Synodus non justificavit, sed repulit mittens ut propria curaret, & extra fines suos non excederet.* Et venerabilis Metrophanes, Orthodoxus Smyrnesium Metropolita, respondit: *Apiarium, cum esset Presbyter Ecclesiæ Siccensis, Africane Provinciae, propter aliquam causam segregavit proprius Episcopus Urbanus; postea verò omnimodis deposuit Synodus, quæ ibidem collecta est. Zozimus autem Papa Romanus recurrentem ad se, & semet insontem exhibentem justificavit, & ad Africanam Synodum mittens cum litteris, ut iterum susciperetur egit,*

*rationem reddente Synodo per Scripta Bonifacio post Zozimum Papæ Romano de depositione, quæ facta est in Apiarium, & de iterata justificatione: Et quia nunc justificatum arbitramur, iudicavimus autem non operari eum, quæ sunt Presbyteri in Ecclesia Siccensi, propter scandala, quæ subsecuta sunt. Porro accipientem litteras commendatitias à nobis, in omnibus aliis Ecclesiis Sacerdotio fungi. Invenitur igitur Africana Synodus paruisse potius iudicio Zozimi Papæ Romani, ac per hoc propriam reprobasse sententiam, & justificasse Apiarium, non restitisse, ut fassus es, voto Romanorum Pontificum. Ex impugnata Apiarii Presbyteri Romana appellatione schismaticus Zacharias ineptè concludit similes etiam Episcoporum appellationes fuisse ab Afris impugnatas ac refutatas. Etenim soli inferiori Clero isthic non patebat ista appellatio. Et ista nugamenta Paschasius Quesnellus tentat persuadere Gallicanæ Ecclesiæ.*

Eundem tramitem in Commentario ad trigessimum primum, qui Romanas appellationes inferiori Clero interdicit, Africani Codicis Canonem sequitur Theodorus Balsamon: *Nota ex eo, quod frustra se jactant, qui sunt Romanæ Ecclesiæ, dicentes eandem debere de omnium Ecclesiarum questionibus per appellationem decidere. Si enim ei non permittitur appellationes eorum, qui sunt in Africa, examinare, multò magis hoc jus non habent in alias Regionibus.* Ejusdem mentis fuit Meletius, schismaticus Patriarcha Alexandrinus, in litteris ad Ruthenos: *Incidentes Ecclesiæ Præsulum controversas dijudicare non est permittum Papæ Romano. Transmarinas enim appellationes, qui in Africa convenerunt Episcopi, prohibere, ne Romam transmearent. Addit has appellationes esse contentio-nis pomum, quod Romani semper studuerunt invadere. Et in suo ad Sardicenses Canones Commentario scribit Joannes Zonaras: Hujus Canonis Decreto summi Sacerdotes antiquæ Romæ in quacumque causa, ab Episcopis provocationem ad ipsos dari jactant, ac eundem in prima Nicæna Œcumenica Synodo conditum fuisse, falsò affirmant. Quod quidem cum in Carthaginensi Synodo propositum fuisset, minime cum veritate consentire probatum est. Etiam ad Florentinam Synodum dixit Marcus Archi-Episcopus Ephesiorum: *Nosti apud vos olim, tempore Papæ Zozimi, productos fuisse Nicænos Patres Carthaginensi Synodo. Scripserat enim Zozimus Papa ad Concilium Carthaginense, Nicænam Synodum per suos Canones statuisse, ut universo orbi liceret appellare ad Papam Romanum: Miserat & Canonem, quo id decernebatur, quasi Nicæna Synodi. Verum Canonem illum non agnovit Carthaginense Concilium: Nec facile illum recepit, sed nihil se tale dixit habere in Canonibus Nicæna Synodi. Ab Episcopis Orientalibus, scilicet à Cyrillo Alexandrino, & à Beato Proclo Constantinopolitano, cum hæc authentica per epistolam ab eis quaesita, & missa essent ab Orientalibus Carthaginensi Concilio; non est inventus ille Canon, quem Papa protulit. Quocirca scripserunt ei, ne sibi jus illud appellationum postularer, quod non datur à Synodo Œcumenica. Vides à Papa illo prolatum Canonem, quem Synodus illa non ediderat, idque scribente ad Synodum de re tam gra-**

gravi? Insigniter errat Nicænos Canones in ista Afrorum contentione fuisse postulatos à Sancto Proclo Episcopo Constantinopolitano. Etenim hæc postulatio facta est sub Pontificatu Zozimi, ad duodecimum Honorii, Theodosii octavum Consulatum, anno decimo octavo quinti sæculi, quo Constantinopolitanæ Ecclesiæ præsedit Atticus, quartus ante Proclum.

Verum Marcus in sua Florentina disputatione non habuit satis validam Adversarium. Etenim Joannes de Monte-Nigro, Prædicatorii Ordinis Prior Provincialis in Lombardia, respondit: *Protulisti Zozimum Papam, ut quosdam Nicæna Synodi Canones misisset Carthaginensi Concilio. & vis inferre Zozimum misisse corruptos Canones, adjecto de appellationibus Canone, qui non existat inter Canones Nicæna Synodi. Sed nullum nobis fide dignum & Classicum produxisti, quod ita corruerit Canones. Quare decorum sanè foret, si quæ hujusmodi proferre vis, non de tuo dicere, verum testimonia Doctorum adferre. Ex fidei titiis Sanctorum Pontificum; Julii, Marci, Liberii, ac Felicis, nec non ex Sancti Athanasii epistolis conatur demonstrare Nicænos Canones fuisse longè plures, quàm viginti. Ex iisdem testimoniis asserit istos Canones non apud Orientales Ecclesias, sed in solis Romanæ Cathedræ scriniis existisse authenticos ac incorruptos, & concludit: *Qua ergò ratione dicit corruptum esse à Zozimo Canonem, missumque cum non exaret inter Nicæna Synodi Canones. Dico igitur notum fuisse Carthaginensibus, per totum Orientem corruptos haberi Canones. Et si missi sunt, certè ab Oriente certè missi sunt, quod multis sanctorum Patrum & longè eruditissimis testimoniis patet. Possumusque proferre libros, qui apud nos sunt. Ad quæ Ephesius: *Ad ea, quæ primò dicta sunt à te, quod scilicet nullum de Zozimo testimonium protulerimus, hoc volo dicere, vos testimonium non attulisse. Non quod proferre aut non habeamus, aut non valeamus: Possimus enim id nullo facere negotio, vel ex ipsis vestris Codicibus; quos nos hic paucos attulimus, sed liber est Constantinopoli. Rem indicavimus. Nam vobis etiam nota sunt, quæ diximus. Et Fratri Joanni roganti, Quisnam est liber iste, Ephesius respondit: *Liber Canonum & Synodorum. Laudat Orientalis Ecclesiæ Codicem, probatum à Trullana Synodo, & Commentariis illustratum à Theodoro Balsamone, aliiisque Græcorum Doctoribus. Et rursum Frater Joannes: *Apud Latinos nunquam invenitur facta à Zozimo Papa hæc depravatio. Sed omittamus hoc: Indiget enim disquisitione. Et Ephesius acquievit: *Placet omitti. Non est enim presentis temporis hæc questio. Rectè omiserunt. Neuter enim penetravit fundum controversiæ. Interim vides cunctos Photiani schismatici Sectatores fuisse hæc Africana contentione abusos ad eventendam autoritatem Sedis Apostolicæ.******

Horum vestigia secuti sunt Joannes Calvinus, ac Marcus Antonius de Dominis. Eorum verba adduxi superius. Successit nescio quis facinorosus in Gallia Tenebrio, qui adversus Paulum quintum Pontificem scripsit Tractatum de libertate Ecclesiastica. Affirmat Romanis appellationibus originem esse à Sardicensi Synodo, addit ip-

sam non fuisse Œcumenicam, & prosequitur: *Post annos circiter septuaginta à Synodo Sardicensi celebrata, induxit in animum Zozimus Papa hoc ipsum, de quo disputamus, appellationum jus ad Romanam Sedem ab Africanis Episcopis impetrare, & ut Decreta Sardicensia super ea re facta vim Legis Ecclesiasticæ in Africa obtinerent, efficere. Eo sine Legatos à Latere, quos jam tunc vocabant, in Africam mittit, amplis Mandatis instructos. Multa impudenter ac nequiter latrat, & pergit: *Sub idem tempus Pelagius & Celestius heretici scelestissimi, ab Africanis Episcopis excommunicati, cum ad eundem Zozimum confugissent, pariter ab eo sunt suscepti. Atque horum occasione usus est Zozimus, ut jus appellationum ad Papam Romanum in Africa stabiliret. Quod ut efficeret, tres in Africam Legatos misit: Duos Presbyteros, Philippum & Asellum; item Faustinum, Potentina civitatis Episcopum. Pertinaciter blaterat Romanas appellationes ante Zozimi attentatum non apparuisse in Africa. Et addit insignes errores. Primus est, quod etiam Pelagius fuerit damnatus ab Africana Synodo, ideoque & ipse Romam provocaverit. Clarum est solum Celestium fuisse damnatum, & appellasse. Secundus error est, quod Zozimus appellentem Celestium admiserit, & absolverit ad istud appellationis jus suæ Sedi inchoandum & afferendum. Est non dumtaxat error, (quoniam Zozimus non absolvit Celestium) sed insuper mendacissima contumelia. Tertius error est, quod ob Celestii aut Pelagii causam Zozimus miserit Legatos in Africam.**

Eodem tramite, cum aliqua tamen moderatione, ambulat in libris de Sacerdotii ac Imperii concordia Petrus de Marca. Etenim in septimo libro scribit: *Ordinationes Episcoporum & Judicia Ecclesiastica fiebant à Synodo cujusque Provinciae cum auctoritate Metropolitanæ, aded ut non liceret provocare à iudicio lato in Synodo Provinciae. Ità servatum olim fuisse in Africa, probare nititur ex Sancti Cypriani litteris ad Sanctum Papam Cornelium, agentibus de causa Fortunati, in Carthaginensem Cathedram super-intrusi per factionem Felicissimi Diaconi, & quinque cum illo rebellium Presbyterorum. Eandem formam viguisse in Hispania suadere tentat ex causa Basilidis & Martialis, degradatorum Episcoporum, provocantium ad Sanctum Papam Stephanum. Constantè affirmat istam regulam usquè ad Sardicensem Synodum fuisse totius Ecclesiæ. Apud Afros viguisse affirmat etiam post ipsos liberatos à Vandalico jugo, ac per Justiniani & Belisarii arma redditos Romano Imperio. Etiam sub Pontificatu Magni Gregorii, Magistrum generosè sequitur Stephanus Baluzius in præfatione ad Gratiani Decretum, emendatum ab Antonio Augustino.*

Eadem cum scenore & maximo animo tradit Paschasius Quesnellus. In Apologetica pro Sancto Hilario Arelateni Archi-Episcopo Dissertatione scribit: *Porro jam à primordialis seminati intra Regiones nostras Evangelii hoc Anusillum Gallianorum mentibus inolevit, quod Africanis semper fuit persuasum totis his quadringentis quinquaginta & amplius annis, nempe Episcopatum esse unum at-*

que indivisum, cujus à singulis in solidum pars tenetur, ac proinde si quem ex portione Gregis Christi adscripta, quam regit Pastor unusquisque ac gubernat, in aliquod crimen prolabi contingeret, apud eundem agere causam suam compelli debere, seroato appellanti ad Provinciale, vel etiam majorem Synodum jure. Si quis secus fecisset, & ad extraneos Judices vellet per appellationis libellum confugere, is Episcoporum concordiam coherentem collidere, unitatemque scindere merito putabatur. Autoritas autem, quæ Episcopis quibusque in suos Presbyteros, ceterosque gregis sui alumnos competeat, hæc eadem Metropolitanis unà cum Provincia Concilio in Comprovinciales Episcopos deferretur jure quodam naturali, & consuetudine ab omnibus recepta, quam sacrosancta postmodum Conciliorum firmavit auctoritas. Palam affirmat non folis Afrorum Clericis, sed etiam Episcopis Romanam appellationem fuisse vetitam & clausam. Et adjungit quædam rideri digniora, quam impugnari. Primum est, quod Metropolitanæ ad subditum Episcopum damnandum auctoritas sit jus naturale. Hinc enim sequitur omnem Ecclesiam, ex quo ista auctoritas fuit Metropolitanis adempta, extra jus naturale vivere. Et fabula sibi ipsi non cohæret. Etenim ipsa docet Sancti Irenæi ævo necdum fuisse Metropolitanam potestatem, & tamen fatetur Ecclesiam tunc non vixisse sine aliqua portione juris naturalis. Alterum ridiculum est, quod Romana Ecclesia aut Apostolica Sedes sit aliis Provinciis Judex extranea. Præsertim si intelligatur de Provinciis ad ejus Patriarchatum spectantibus. Nec Eusebius Nicomediensis, nec Photius, nec Michael Cerularius sunt prolapsi in tantam audaciam.

Idem Paschasius Quesnellus Magni Leonis ad Cæsariensis Mauritanie Antistites epistolam affirmat esse interpolatam, ac viciatam: Partem illam, quæ tractat de Lupicini Episcopi causa & Romana appellatione, definit esse spurium additamentum. Et adjungit sui iudicii rationem: Quod de Lupicini Episcopi causa ibidem legitur, quam perturbatis persecutionis Africanæ temporibus, quam illius Ecclesie moribus & disciplina contrarium est? Non enim omnes, quanto per abhorrebant Africanam ab appellationibus transmarinis, qui in Concilio Carthaginensi, quod sextum vocant, & in epistola etiam posterioris Concilii ad Cælestinum Papam, ignota sibi huic discipline subicere se recusarunt, cujus negotii recens adhuc erat memoria, triginta vix ab illa annis elapsi. Quid quod tum temporis ita omnes illas Provincias bellorum tumultus aut persecutionis æstus vastabat, ut nullus vel instruendo Episcopali iudicio, vel Synodo congregandæ locus esse posset, cum tamen Lupicini causam ille jubeat audiri Author epistolæ. Adde hunc Leonem nostrum non esse, vel ex eo persuasum me habere, quod vir sagacissimus vel ad se causam traxisset Episcopi Romanum Tribunal appellantis, vel saltem aliquem è suis delegasset, qui interesset iudicio, & ex ejus auctoritate totum negotium cum illis discuteret. Nec contentus esset scribere, ut illic causa audiretur, nulla vel loci, vel iudicis, vel Legati mentione facta.

Respondeo hæc fundamenta esse caduca. Etenim quod Romanæ Episcoporum appellationes

semper vigerint in Africa, est exploratissimum, & ad oculos mox demonstrandum. Et isto tempore Cæsariensis Mauritaniam adhuc parebat Romano Imperio, habebatque omnes suas Ecclesias ac Episcopos. Quidni ergo habuerit suas Synodos, ac alios Episcopales Conventus? Proinde Lupicinus Episcopus damnari isthic potuit, & Romam provocare. Patent ista ex Victore Vitenfi Episcopo: *Genericus Rex disponens singulas quasque Provincias, sibi Byzacenam, Abaritanam, atque Getuliam, & partem Numidie reservavit; exercitui verò Zeugitanam vel Proconsularem funiculo hereditatis divisit, Valentiniano adhuc Imperatore reliquas, licet jam exterminatas, Provincias defendente. Post cujus mortem totius Africae ambitum obtinuit.* At verò hæc facta sunt ante mortem Valentiniani. Porro vir sagacissimus Leo causam hanc ex magnis rationibus non traxit Romam, nec item Legatum misit ad Afros, sed retractatorium iudicium delegavit Synodo Provincie. Nempè non à plena Synodo, sed à duodecim dumtaxat Episcopis damnatus fuerat Lupicinus, ideoque plurimorum Episcoporum mense erat adhuc indifferens & integra. Et propter bellicos tumultus plerique Afrorum in Italiam portus tenebantur à Barbaris. Infestæ erant omnes viæ. Hinc neque Lupicinus Romam accedere poterat, neque quis Apostolicus Legatus in Africam. Rectè igitur Leo ex Sardicensi Canone novum examen delegavit Synodo totius Provincie. Laudes & gratias veritati, quæ à Paschasio Quesnelo extorsit, quod Leo appellatam Lupicinum potuisset Romam accersere. Certè juxta Sardicensis Canones. Quod istis viris solet non placere.

Idem Scriptor ostendit varios à variis titulis adscribi huic epistolæ, & prosequitur: *Ex quibus intelligis Lector, quam intemperans fuerit interpolandi libido, quamque impudè in banc epistolam grassata sit. Primum enim consilium fuit, augendam esse hac ad Africanos epistola Dionysianam collectionem, ut delata in Africam Pontificis Romani Decreta majorem ex Codice auctoritatem sumerent: Nec aliter recipi posset, sive à Gallicanis, sive ab aliis Ecclesiis Dionysiana collectio, quin simul Romanam circa appellationes, atque hujusmodi discipline capita amplecterentur. Sed quia parum erat Mandata Pontificis illuc transmissa esse, nisi obedientiam necessitas & exemplum appareret, hæc ob eam causam verba supposuerunt initio secundi capituli: Superest Fratres, ut concordia obedientia salubres suscipiatis hortatus, &c. Et quorum loco manu scripti Codices habent solummodo: Concorditer. Quid postea? Manebat adhuc alia mente repositum Concilii Africani Responsum ad Zozimum, Bonifacium, Cælestinumque, Leonis Prædecessores, quo ex Africa ad Romanum Pontificem causas Ecclesiasticas per libellum appellationis deferri non possent, invicem contentabant: Opus itaque fuit, ut appellatio alicujus Episcopi Africani ad Sanctum Leonem Africanos illos Episcopos facti sui pœnitentes, appellationumque juri succumbentes exhiberet. Hinc aditus panis de Lupicini appellatione, cui & alia quoque annexa Decreta de illicitis Ordinationibus, deque aliis negotiis, ut & consilium magis regeatur, & supremum fuisse*

fuisse Romani Pontificis in Ecclesiam Africanam dominium innumeretur. Post plura istiusmodi temeraria & calumniosa phantasmata tandem concludit: *Et certè valdè Leonis nostri solertia ac ingenio consentaneum mihi videtur, ut temporis opportunitatem captaverit ad confirmandam Sedis suæ auctoritatem in Africanas Ecclesias. Nemo est qui nesciat, quoties, quantisque conatibus id tentaverint Leonis Prædecessores, quantumque Leonis ipsius ætate Bonifacius & Cælestinus in eam rem laboraverint, Africanis consuetudinem Ecclesiarum suarum invicem semper propugnantes. Expectanda enim illis fuerat opportunior occasio: Quæ ut sese Leoni obtulit, eam sibi vir cordatissimus elabi non est passus. Has in sanctissimum Pontificem pessimas calumnias petulanter exaggerat, & pergit: Dum hæc scribo, videor mihi hinc Catholicorum nonnullos submurmurantes audire, illinc Sectarios utraque applaudentes manu, quasi Pontificem Romanum mali ambitus, alienique juris notare videamus. Utrisque satisfaciam unius Casauboni verbis, cui non assentiri nec heretici audeant, nec debeant hac in re Catholici. Procopius Cæsariensis, dum Imperatoris Justiniani arcana scripsit Historiam, toto tremebat corpore: Rationes sunt exploratæ. Istud ipsum scribenti hæc Paschasio Quesnelo videtur evenisse. Et certè omnium Catholicorum querimonia est longè iustissima. Etenim Scriptor ille istud ipsum crimen impositum Magno Leoni, quod Liberio Pontifici ex Eusebianorum suggestione improperavit Imperator Constantius, & propter quod Philippo Politano Eusebianæ factionis Conventus damnationis convicium latravit in Sanctum Pontificem Julium.*

## CAPUT XVII.

*Demonstratur ex Sancto Cypriano, quod Romanæ Episcoporum Appellationes semper vigerint in Africa.*

**H**OC Apostolicæ Sedis apud Afros jus clarissima habet testimonia atque exempla apud Sanctum Cyprianum. Etenim ad ipsum de Privato, Lambesitano in Numidia Episcopo, damnato ac degradato, scribit Romanæ, per Sancti Fabiani Pontificis Martyrium vacantis, Ecclesie Clerus: *Quod autem pertinet ad Privatum Lambesitanum, pro tuo more fecisti, qui rem nobis sollicitam nunciare voluisti. Omnes enim nos decet pro corpore totius Ecclesie excubare. Sed nos etiam ante literas tuas fraus callidi hominis latere non potuit. Nam cum ante-hac quidam ex ipsius nequitie cohorte venisset Vexillarius Privat, & furto ac fraudulenter literas à nobis elicere curaret, nec quis esset lauzit, nec literas, quas volebat, accepit. Ita legit Jacobus Pamelius. Nicolaus Rigaltius legit hoc modo: Privat Vexillarius futurus, & fraudulenter, &c. Placet Pamelii lectio. Etenim dolosa*

apud Apostolicam Sedem in communionem obreptio est plenissimum furtum. De eodem Privato Sanctus Cyprianus scribit ad Sanctum Papam Cornelium: *Per Felicianum significavi tibi, Fratrem carissime, vestisse Carthaginem Privatam, veterem Hereticum, in Lambesitana colonia ante multos ferè annos ob multa & gravia delicta nonaginta Episcoporum sententia condemnatum, Antecessorum etiam nostrorum, quod & vestram conscientiam non latet, Fabiani & Donati litteris severissimè notatum, qui cum causam suam apud nos in Concilio, quod habuimus Idibus Majis, quæ proximè fuerunt, agere velle se diceret, nec admissus esset, Fortunatum istum sibi Pseudo-Episcopum, dignum Collegio suo, fecit.*

Privatus Lambesitanus Episcopus, à nonaginta Episcopis, Lambesitanam totius Numidie Synodum constituentibus, ob gravia & plura crimina damnatus, provocavit ad Donatum Carthaginensem Episcopum, Primate totius gentis. Verum ille confirmavit sententiam, & hominem severissimè notavit Synodalibus literis. Damnationis Tractoriam transmisit ad omnes Ecclesias. Hinc iste provocavit Romam, & accessit ad Sanctum Fabianum Pontificem. Sed, & isthic nactus est eundem suæ causæ successum. Franciscus Hallier, Episcopus Cavallonenfis, in quarto libro de Hierarchia Ecclesiastica rectè adjungit: *Ad quid Romani Pontificis iudicio iterum dampnarentur, qui ab Africanis damnati essent, nisi ejus sententia potuissent absolvi? Porro Fabianus per gloriosum Martyrium migrat ad meliorem vitam. Hinc novus Privato animus. Causam resumpsit apud Clerum viduatæ Ecclesie. Ex suæ nequitie cohorte Romam misit nescio quem Vexillarium, qui fraudulenter curaret circumducere omnia præfata iudicia, & sceleratum hominem reparari in amissis gradus communionem. Hinc Cyprianus Clerum instruxit, atque ita omnem irrepenti, jam antea clausum, aditum firmissimè obseravit. At impudens ac importunus Vexillator necdum siluit. Denuò provocavit ad Sancti Cypriani Synodum. Non impetrandi spe, sed animo turbandi. Etenim Felicissimi Carthaginensis Diaconi, & quinque Sancto Cypriano rebellium Presbyterorum Factioni adjunctus in Ducem, tandem Fortunatum ex quinque istis Presbyteris unum, ordinavit ac intravit in Carthaginensem Cathedram, atque ita degradavit Sanctum Cyprianum. Omnes suas damnationes speravit hac via vindicare, consolari, ac reparare. Sub isto novo Episcopo sperabat apparere integer, magnus, & graciosus. Sanctus Cyprianus adjungit de isto Privato: *Venerat etiam cum illo Felix quidam, quem ipse extra Ecclesiam in hæresi Pseudo-Episcopum olim constituerat. Utique post damnationem. Nempè nulli iudicio voluit acquiescere, atque ita non dumtaxat assiduus appellationibus, sed etiam Para-Synagogis, Schismatibus, ac sacrilegis Ordinationibus dudum vexavit Ecclesiam. Hinc circumduxit integram cohortem suæ nequitie.**

Quandoque bonus dormitat Homerus. Illustrissimus ac eruditissimus Dominus Lucas Holstenius ex laudato Sancti Cypriani loco scribit in



annotationibus ad Geographiam sacram Caroli à Sancto Paulo; Ante Cyprianum Carthaginienses Episcopi sunt Agrippinus, Donatus, Fabianus; post Mensurinus, Cæcilianus, Lucianus, Rufus, Gratus, Genethlius, Aurelius, Capreolus, Quod-vult-Deus, Deo-Gratias, Eugenius, Bonifacius, Reparatus, Primasus, sive Primosus. Labitur in duobus. Primum, quod Sanctum Fabianum Pontificem transiit in Episcopum Carthaginensem. Existimo fuisse circumscriptum à verbis: *Antecessorum nostrorum Fabiani & Donati*. Verum Sanctus Cyprianus scribit ad Papam Cornelium, & laudat utriusque proximum Antecessorem; Suum, Donatum; Cornelii, Fabianum. Deinde vir illustrissimus labitur, quod omittat Sanctum Cyrum, à Beato Possidio laudatum in indiculo Operum Sancti Augustini; & Thomam, laudatum in primo libro Victoris Episcopi Videntis. Vera itaque Carthagenensium Episcoporum successio est hæc: Agrippinus, Donatus, Sanctus Cyprianus, Lucianus, Sanctus Cyrus, Mensurinus, Cæcilianus, Gratus, Rufus, Restitutus, Genethlius, Aurelius, Capreolus, Quod-vult-Deus, Deo-Gratias, Thomas, Eugenius, Bonifacius, Reparatus, Primosus, & sic consequenter. An Agrippinus fuerit primus, certò non constat. Videtur non fuisse. Etenim ejus Presbyter Terullianus palam docet Christianitatem suo tempore apud Afros fuisse antiquam. Item ignoratur, an inter Agrippinum & Sanctum Cyprianum solus Donatus mediaverit. Item an inter Cyprianum & Mensurinum non fuerit aliquis tertius, aut etiam quartus.

Epist. 49.

Aliud Romanæ appellationis exemplum profert nobis Sanctus Cyprianus, scribens de Novato, nescio cujus loci apud Afros Episcopo, ad Sanctum Cornelium: *De Novato nihil inde ad nos fuerat nunciandum, cum magis per nos vobis debeat Novatus ostendi, rerum novarum semper cupidus, avaritia inexplebili rapacitate furibundus, arrogantia & supere tumore inflatus, semper isthic Episcopis malè cognitus, quasi hereticus semper & perfidus omnium Sacerdotum voce damnatus, curiosus semper ut prodatur, ad hoc adulatur ut fallat, nunquam fidelis ut diligat, fax & ignis ad conflanda seditionis incendia, turbo & tempestas ad fidei faciendam naufragia, hostis quietis, tranquillitatis Adversarius, pacis inimicus. Denique Novato illinc à vobis recedente, id est, procella & turbine recedente, ex parte illic quies facta est. Idem est Novatus, qui apud nos primum discordiæ & schismatis incendium seminavit, qui quosdam isthic ex Fratribus ab Episcopo segregavit, qui in ipsa persecutione ad evertendas Fratrum mentes alia quædam persecutio nostris fuit. Ipse est qui Felicissimum, Satellitem suum, Diaconum, nec permittente me, nec sciente, sua Factione & ambitione constituit: Et cum sua tempestate Romam quoque ad evertendam Ecclesiam navigans, similia illic & parva molitus est, à Clero portionem plebis avellens, Fraternalitatis bene sibi coherentis, & se invicem diligentis, concordiam scindens. Planè quoniam pro magnitudine sua debeat Carthaginem Roma præcedere, illic majora & graviora commisit. Qui isthic adversus Ecclesiam Diaconum fecerat, illic Episcopum fecit. Enumer-*

rat horrenda ejus facinora, & concludit: *Hanc conscientiam criminum jam pridem timebat. Propter hoc se non de Presbyterio tantum excitari, sed & communicatione prohiberi pro certo tenebat, &urgentibus Fratribus imminerebat cognitionis dies, quo apud nos causa ejus ageretur, nisi persecutio ante venisset. Quam iste voto quodam evadendæ & lucranda damnationis excipiens, hæc omnia commisit & misuit, ut qui ejici de Ecclesia & excludi debebat, judicium Sacerdotum voluntaria discessione præcederet, quasi evasisse penam, prævenisse sententiam. Harum rerum meminit in Sancti Fabiani vita etiam liber Pontificalis: Eodem tempore supervenit Novatus ex Africa, & separavit Novatianum de Ecclesia, & quosdam Confessores. Et in vita Sancti Cornelii: Sub hujus Episcopatu Novatus Novatianum extra Ecclesiam ordinavit, & in Africa Nicostratum.*

Sanctus Cyprianus fuit à Neophyto ordinatus Episcopus. Primus apud Afros. Haud dubie per Divinam inspirationem. Et mox ad ejus Tribunal proclamatus fuit Novatus Episcopus, reus criminum. Et jam imminebat per Cyprianum status cognitionis ac Synodi dies. At ecce supervenit persecutio, ideoque cessavit ista Synodus, & Sanctus Cyprianus fuit compulsus secedere. Hanc opportunam suis rebus ansam Novatus arripuit cum gaudio, & quò sibi plenè confuleret, cœpit Sancti Cypriani Episcopatum invadere. Blaterare illum contra Apostolicum Canonem esse intrusum ex Neophyto, ideoque non esse Episcopum, sed vacuum Episcopatus infaforem. Et in ipsa Carthaginiensi Ecclesia invenit Asteclas. In inferiori Clero nescio quem Felicissimum, aptissimum suo satellitio, & quinque Presbyteros, qui electioni Cypriani fuerant ab exordio refragati. Existimo quod hi ipsum constituerint Ecclesiæ Visitatorem. Sic ille præsumpsit Felicissimum consecrare in Diaconum. Nec hic stetit Novati temeritas. Insuper se purgaturus, unaque accusaturus Sanctum Cyprianum, provocavit ad Sanctum Fabianum Pontificem, & Romam transfretavit. At ecce invenit Pontificem Martyrio ablatum, ac viduatam Ecclesiam. Interim Romæ permansit expectans Successorem. Successit Sanctus Cornelius, habuitque & ipse Adversarios. Horum unus fuit Evaristus, nescio cujus civitatis Episcopus. Etenim Cornelius in litteris ad Sanctum Cyprianum affirmat ipsum fuisse authorem schismati, ideoque à se degradatum, ac Sede ejectum. An Novatus causam suam Cornelio exposuerit, & fuerit passus repulsam, ignoro. Quidquid sit, adjunxit se factiosus, piscandum duxit in aqua turbida, & ad Novatiani intrusionem concurrat adeò potenter, ut Sanctus Cyprianus scribat quod ipsum constituerit Episcopum. Novæ tunc, ex qua turbidæ suæ ambitionis fundamenta sumpsit, in Lapso clementiæ Novatianus ante Cornelii creationem omninò faverat, & cum aliis Romanæ Ecclesiæ Presbyteris subscriperat; Quod Novatus ipsum à priori sententia ac Ecclesia seduxerit, probare non possum, nisi ex libro Pontificali. Quia ab illo fuerit pro integro Episcopo agnitus, & plenæ purgationis sponsonem acceperit, non est

est dubitandum. His animatus se totum pro Novatiano expendit. Hinc in Apostolica Sede firmatus Cornelius ejus & apud Afros, & apud aliam Urbem patrata facinora discussit, ac turbulentum hominem damnavit. Et huic, licet non adversus latam, sed dumtaxat adversus imminentem ac ferendam damnationis sententiam interpositæ appellationi, necnon huic Romano in appellatam Novatum judicio Cyprianus plenissimè acquievit. Quod nempe Novatus esset Episcopus.

Sancti Cypriani verba, *Qui isthic Diaconum fecerat, illic Episcopum fecit*, videntur omninò importare consecrationem. Affirmant quod Novatus Novatianum eo modo creaverit Episcopum, quo Felicissimum creaverat Diaconum: At verò hunc creaverat per consecrationem. Et hinc scribit author libri Pontificalis: *Novatus Novatianum extra Ecclesiam ordinavit*. At verò in litteris ad Fabium Antiochiæ Patriarcham Sanctus Cornelius disertè scribit Novatianum à tribus rudibus & agrestibus, per fallacias circumscriptis, & multo vino ad horam diei decimam inebriatis, Italiæ Episcopis fuisse imaginaria quadam & vana manuum impositione consecratum. Et adjungit: *Ex quibus Episcopis unus non longè post peccatum febiliter lamentans, & idem apertè confessus, ad Ecclesiam revertit. Quem Populo universo pro eo rogante, tandem ut laicum in communionem receptum, atque alios, qui in aliorum duorum Episcoporum loca succederent, misimus*. Exstat epistola in

L. 6. C. 35.

Ecclesiastica Historia Eusebii Cæsariensis. Hinc quaeritur, Quomodo ista coherant? Respondeo nec de Sancti Cornelii, nec de Sancti Cypriani fide aut verbis esse dubitandum. Et sanè Romani Pontificis consecratio semper spectavit ad vicinos urbi, aut certè ad quosvis Pontificis Comprovinciales Episcopos, ideoque Novatianus etiam ab ipsis voluerit consecrari. Et hoc palam evincit epistola Sancti Cornelii. Sanctus Cyprianus usus est æquivoco verbo, & tam ad electionem, quam ad consecrationem significandam ambidextro. Quare ipsum de electione, in qua Novatus Ducem egerat, est intelligendum. Electioni Cornelii adfuerant Africani Episcopi: Hinc etiam Novatianus gavissus est saltem unum suum adfuisse. Isto enim tempore omnes, dum in Alma Urbe tunc repererentur, Romani Patriarchatus Episcopi in eligendo Pontifice habebant suffragium. Liber Pontificalis hæc in parte est modicæ autoritatis. Nam & addit à Novato in Africa fuisse ordinatum Nicostratum. Debat dicere: *Felicissimum*. Nicostratus enim fuit Romanæ Ecclesiæ ac Sancti Pontificis Fabiani Archi-Diaconus, unus è Confessoribus, quos Novatus seduxit. Erat vir criminofus. Ejus crimina nobis aperit Sanctus Cyprianus in præfatis litteris ad Sanctum Cornelium.

Paschalius Quæsnellus nobis opponit ejusdem Cypriani ad eundem Pontificem verba de præfatis quinque sibi rebellibus Presbyteris, ac ipsorum Duce Felicissimo. Eorum facinora Cyprianus enumerat, atque prosequitur: *Post ista adhuc insuper Pseudo-Episcopo sibi ab hereticis constituto, navigare audent, & ad Perri Cathedralis atque ad Ec-*

*clesiam principalem, unde unitas Sacerdotalis exorta est, à schismaticis & profanis litteras ferre, nec cogitare eos esse Romanos, ad quos per sula habere non possit accessum. Quæ autem causa veniendi, & Pseudo-Episcopum contra Episcopos factum nunciandi? Aut enim placet illis quod fecerunt, & in suo scelere perseverant; aut si displicet, & recedunt, sciunt quo revertantur. Nam cum statutum sit omnibus nobis, & æquum sit pariter & justum, ut uniuscujusque causa illic audiatur, ubi est crimen admissum, & singulis Pastoribus portio gregis sit adscripta, quam regat unusquisque & gubernet, rationem sui actus Domino redditurus, oportet utique eos, quibus præsummus, non circumcursare, nec Episcoporum concordiam coherentem sua subdola & fallaci temeritate collidere, sed agere illic causam suam, ubi & accusatores habere, & testes sui criminis possint. Nisi paucis desperatis & perditis minor videtur esse auctoritas Episcoporum in Africa constitutorum, qui jam de illis judicaverunt, & eorum conscientiam, multis delictorum laqueis vincunt, judicii sui nuper gravitate damnarunt. Jam causa eorum cognita est, jam de eis dicta sententia est, nec censura congruit Sacerdotum mobilis atque inconstantis animi levitate reprehendi, cum Dominus doceat & dicat: Sit sermo vester, Est est, Non non. Si eorum, qui de illis priori anno judicaverunt, numerus cum Presbyteris ac Diaconis computetur plures tunc adfuerunt judicio & cognitioni, quam sunt eidem isti, qui cum Fortunato nunc videntur esse conjuncti.*

Respondeo recolenda esse, quæ supra sunt dicta de Novati Episcopi, Felicissimi Diaconi, & quinque Presbyterorum rebellione contra Episcopatum Sancti Cypriani. Apud Afros tunc adhuc vigeat antiquus penitentialis disciplinæ rigor, Lapis negans Sacramentalis Reconciliationis pacem etiam in exitu, & ipsos judicandos reservans ac transmittens ad supremum in Dei dextera Pontificem, Dominum nostrum JESUM-CHRISTUM. Et Ecclesia erat plena Lapso. Et rigor apud Romanam Ecclesiam mitigari coepit. Hinc nequam ista Factio se segregavit à Cypriani communione, & novum Altare, & schismaticam Para-Synagogam erexit in nescio quo propè Carthaginem monte, & studuit Plebem eò seducere. Et quo pelliceret, omnes Lapso invitavit ad communionem, & admisit sine satisfactione ac penitentia. De qua re Sanctus Cyprianus gravissimè queritur in variis epistolis, ac præsertim in sermone de Lapso. Istiusmodi pacem asseverat esse falsam, vacuum, delusoriam. Et hinc patet profunda ac impudens Novati nequitia. Idem ipse, qui in Africa antiquum penitentiarum rigorem sceleratissimè solverat, Romæ Novatiano adhærens eundem contumacissimè ac hæreticè resuscitavit ac stabilivit. Et Factio plurimos Lapso ad se seduxit. Et hæc est ratio, cur Sanctus Cyprianus ad admittendam Romanæ Ecclesiæ in Lapso clementiam sit factus inclinatio. Factio eò usque profecit, ut sibi adjunxerit Privatam Lambetanum Episcopum, antiquum Hæreticum, & in Africa & Romæ damnatum, nec non quosdam alios Episcopos similis facis. Hi venerunt Carthaginem, absentem ex persecutionis causa Cyprianum damnarunt, ac ipsi fu-

T 2

peror.

perordinarunt Fortunatum, unum ex quinque præfatis Presbyteris. Et omnia sua per Legatos retulerunt Romam. Primò intrusionem Sancti Cypriani, & ejus crudelitatem in Lapsos. Dam-nari hanc, istam postularunt cassari. Deinde retulerunt promotionem Fortunati, flagitantes confirmari. Et ut fucum facerent, mentiti sunt istam peractam à viginti quinque Episcopis. Tertio retulerunt suam à Sancto Cypriano factam damnationem. Dixerunt factam ab intruso, ex vindictæ spiritu, appellarunt contra ipsam, & rogarunt cassari. Legati hæc omnia suarunt multis astutiæ ac eloquentiæ coloribus. Et tanta violentia sunt Cornelium aggressi, ut summa desperatione comminarentur, quod si litteras, quas attulerant, non accepisset, publicè eas recitarent. Utique litteras, quibus Fortunatus exponebat & postulabat præfata omnia. Legatorum Princeps erat Felicissimus. Ejus collegæ videntur fuisse quatuor Presbyteri. Fortunatus, uti totius Africae Primas remanserat Carthagine. Hæc omnia simul juncta fecerunt Cornelium nonnihil hæsitare.

At verò Sanctus Cyprianus ad singula nervosè respondit. Ad primum respondit se *Divino Judio, populi suffragio, Co-Episcoporum consensu in pace electum*, jam per quatuor annos probatum in Episcopatu, omnibus Collegis fideliter junctum, à Domino Deo in persecutione protectum, & non dumtaxat à Christianis, sed etiam à Gentilibus agniti pro legitimo Episcopo. Utpotè qui per hos dies fuerit *adplicito & adjuncto Episcopatus nomine proscriptus*, & sub eodem elogio, tam in Circo quam in Amphitheatro, ab omni Carthagenensi Gentilitate *postulatus ad Leonem*. Ità probat se non intrusum contra Apostolicos Canones, sed ex Divina ac humana ipsorum dispensatione electum legitimè, & consecratum. Porro Sanctus Cyprianus quinquagesimo tertii sæculi anno est creatus Episcopus. Proinde Fortunati intrusio, ac ejus cum quatuor aliis Presbyteris & Felicissimo Diacono Synodalis damnatio quinquagesimo tertio, hæc autem Romana appellatio contigit anno quinquagesimo quarto. Cyprianus enim disertè testatur ipsos fuisse damnatos præterito anno.

Ad secundum respondit à se omninò servari Romanæ in Lapsos clementiæ Decreta. Se esse ipsorum non tantummodò factorem & custodem, sed insuper authorem. Quin immò se in Africa à variis argui de nimia facilitate. Ad tertium reposuit Fortunatum nequaquam à viginti quinque, sed à solis quinque, eisq; damnatis & sordidis Episcopis fuisse intrusum & consecratum, ideoque exinde nihil dignitatis aut sanctimonie, sed accepisse incrementa criminum, novamque execrationem ac damnationem. Et de Privato Lambesitano, qui videtur fuisse principalis consecrans, adjungit: *Fuit nonaginta Episcoporum sententia condemnatus, Antecessorum etiam nostrorum, Fabiani, & Donati, litteris severissimè notatus*. Assumat in Africa damnatum provocasse Romam, & ejus vinculum à Pontifice Fabiano fuisse confirmatum. Profiteatur Africanos Præsules semper potuisse appellare ad Sedem Apostolicam.

Ad quartum de Fortunati, Felicissimi, ac aliorum Presbyterorum appellatione caput reponit laudata superius verba. Affirmat esse antiquum, idque æquum pariter ac justum Statutum, ut inferior Africanæ Ecclesiæ Clerus judicaretur in Africa, ac domesticis Judiciis teneatur acquiescere. Torus contextus est exponendus. Primò notanda sunt hæc verba: *Cum statutum sit omnibus nobis*. Non toti Ecclesiæ, sed omnibus nobis Africa. Manifestè laudat non commune totius Ecclesiæ, sed quoddam singulare Statutum. Hinc addit: *Æquum sit pariter ac justum*. Quis de universalium Canonum justitia possit cespitare? Quomodò talis cespitatio cecidisset in Sanctum Cornelium? Proinde Cyprianus purgat aliquod singulare suæ gentis Edictum. Et ipsum non agit de prima audientia: *Quin enim hæc debeat apud Provinciam institui, nemo unquam dubitavit*. Cyprianus agit de Fortunati ac Felicissimi appellatione, & affirmat esse æquum ac justum ut Clericorum causa isthic audiatur ac finiatur, ubi fuit crimen admissum. Non asserit esse necessarium, sed æquum ac justum. Nempè suæ gentis morem sic purgat, ut communes Canones non notet, nec aliarum gentium consuetudines. Notanda sunt & hæc verba: *Et singulis Pastoribus portio gregis sit adscripta, quam regat unusquisque & gubernet, rationem sui Actus Domino redditurus*. Affirmant Ecclesiam, licet unicam, esse divisam in varios Pastores, utique Patriarchas atque Primates, & unicuique permittendum, ut sui Cleri ac Populi mores formet ex suæ conscientiæ arbitrio, de quo obstringatur Domino dare rationes. Laudant proprium Africanæ Ecclesiæ Statutum, quo ejus inferior Clerus cogitur suorum Episcoporum judiciis non refragari. Et Cyprianus addit Statuti causam: *Operiet eos, quibus presumus, non circumcurfare*. Hoc est antiquum Africani Cleri vitium: Et ad ipsum præcedendum primitivi isthic Episcopi censuerunt Romanas etiam appellationes ipsi auferendas. Sequitur & secunda ratio: *Nec Episcoporum concordiam coherentem subdola & fallaci temeritate collidere*. Etiamp hoc fuisse Africani Cleri vetustum vitium testatur Sanctus Augustinus in litteris ad Primatem Aurelium. Et ad ipsum exercendum nihil est circumcurfatione aptius. Cyprianus pergit: *Nisi si paucis desperatis & perditis minor videtur esse auctoritas Episcoporum in Africa constitutorum, &c.* Affirmat hoc Africanæ Ecclesiæ Statutum placere ac probari omnibus, nisi paucis desperatis ac perditis, omni modo & via venantibus suæ perditioni ac desperationi qualiacumque auxilia. Felicissimus, Fortunatus, & omnis ista facinorosa Factio fecit istud ipsum, quod postmodò attentavit Presbyter Apiarius: Contra suæ gentis consuetudinem & singularem legem provocarunt & accesserunt ad Romanam Ecclesiam. Et sicut hic inter Zoimum, Bonifacium, & Cælestinum Pontifices, ac inter Primatem Aurelium suscitavit; ità isti inter Cornelium & Cyprianum tentarunt suscitare discordias, & coherentem ipsorum concordiam subdola, & dolosa appellandi temeritate collidere: Appellandi contra suæ gentis consuetudinem & propriam disciplinam. Hinc istam

istam & consuetudinem & disciplinam Cyprianus tanta verborum emphasi debuit exponere atq; firmare Communes Ecclesiæ Canones erant omnibus notissimi, ideoque nec egebant tantis Commentariis aut Apologiis. Cyprianus ergò urget Fortunatum non esse Episcopum, sed dumtaxat Presbyterum. Injunctum illi Episcopatus fucum non esse novum gradum, sed novum crimen, ideoque ipsum esse remittendum ad domesticam Synodum. Fortunatum esse à Cornelio tractandum, uti ipse ab aliis Episcopis velit tractari Novatianum. Nempè non uti Papam, sed uti facinorosum Presbyterum. Manifestè docet aliam Episcoporum, aliam in Africa esse rationem Clericorum. Istos posse, hos non posse Romam appellare.

## CAPUT XVIII.

*Discutiuntur Domini Petri de Marca, & Anonymi Scriptoris Sensa circa adductum locum Sancti Cypriani.*

Domini Petrus de Marca ad laudatum Cypriani locum scribit in septimo libro: *Cyprianus, cum ex sententia Concilii sui à communione rejecisset quosdam Clericos, & quemdam Pseudopiscopum Romanum, quod cum illi Romam accessissent, hæsitasset aliquantulum Pontifex, an eos in communionem reciperet. Hanc ob rem Cyprianus apud Cornelium aperit edisserit jura Episcoporum uniuscujusque Provinciae, quæ in eo versantur, ut ad eos pertineat discussio, Judiciumque causarum, & regimen gregis, rationem administrationis suæ Deo redditurus. Neque licet Romam, aliòvè appellare. Nequè enim minorem esse auctoritatem Episcoporum Africanorum, quam reliquorum. Damnatos porro, si ad Cyprianum accedere voluerint, auditurum se libenter, & penitentiam eorum amplexturum, si crimine ullo fuerint involuti.*

Errores iterum varii. Primus est, quod Fortunatus fuerit Hæreticorum Episcopus. Etenim fuit quidem consecratus ab hæreticis, ideoque multa ipsorum communione contaminatus, at tamen Sanctus Cyprianus nullibi ipsum arguit de lapsu in Hæresim. Ante hunc ambitum semper fuerat Orthodoxus, Presbyter Carthagenensis Ecclesiæ. Secundus error est, quod Cyprianus ad divertendum à Fortunati appellatione Cornelium adduxerit communia Jura Episcoporum uniuscujusque Provinciae. Etenim adduxit proprium & singulare Statutum Africanæ Ecclesiæ. Ipsum demonstravit æquum & justum, ideoque non projiciendum à Romana Ecclesia. Addidit Fortunatum non esse Episcopum, sed imaginarium Episcopi spectrum: *Esse suum rebellem Clericum, ideoque isti Statuto per omnia obnoxium*. Tertius error est, quod Cyprianus Cor-

*Christ. Lupi Opera T. VIII.*

nelio irascatur propter auditum hæreticum Episcopum. Etenim si Fortunatus, licet hæreticus, fuisset verus Episcopus, omninò poterat à Pontifice audiri. Nec Cyprianus, qui Privatum Lambestanum laudat fuisse auditum à Fabiano, obstrepuisse. Proinde obstreperit ob duas causas. Primò, quod rebellem ab hæretico, ideoque nulliter consecratum, & legitimè jam per annos sedenti Episcopo superintrusum hominem, ac proinde manifestò inanem Episcopi fucum, Cornelius hæsitasset admittere ad appellandum, ideoque non ut Clericum, sed tractaret ut Episcopum. Secundam obstrepenti causam edicunt hæc verba: *Satis miratus sum, cum animadvertissem te minis atque terroribus eorum aliquantum fuisse commotum*. Etenim & ipsi Pontifici violentam suarum litterarum recitationem, & Cypriano minanti fuerant *sustes, lapides, & gladios*. Minanti fuerant, nisi à Romana Ecclesia, ut vera Carthagenensis Archi-Episcopi Legatio, tractarentur, Cyprianum à se in Africam regressis fugi-gandum, lapidandum, gladiis trucidandum. Hinc circa ipsos audiendos cespitavit Cornelius. Et istum in ipso metum culpat Cyprianus. Censuit, uti Justitiam; ita æquas & justas Ecclesiarum consuetudines debere summa constantia per Pontificem defendi.

Domini Archi-Episcopi Parisiensis circa hanc epistolam Sensa pertinaciter tuetur Scriptor Anonymus, ideoque est breviter audiendus: *Petrus de Marca, ut refert Davidius, hæc Cypriani epistola probare contendit primis temporibus Episcopos in Conciliis Provincialibus, omni appellatione remota ad Romanum Pontificem, judicatos fuisse. Ipse vero Davidius hoc argumentum æstimat imbecillum, nec accommodatè putat adduci posse exemplum Fortunati & Felicissimi ad probandum Episcopos Jurisdictioni Synodorum Provincialium esse obnoxios, omni jure appellationis ad Romanam Sedem remoto, quippè cum Presbyteri simplices fuerint, Episcoporum charere atque amplitudine vacui. Sed ejusmodi observatio nihil attingere videtur. Quam difficile est enim probare etate Sancti Cypriani aliam ac diversam judicandi Episcopi & Sacerdotis fuisse rationem, ut ipsomet exemplo Fortunati perspectum est, qui suis rebus non cavet, nec providet appellationis arte ad Romanum Pontificem, sed minarum ac metus, quibus ejus animum explet. Nec ei exprobrat Cyprianus usurpata Episcoporum Privilegia ob postulatam disceptationem litis judicata iterandam coram Pontifice Romano. Nec ipsi scripsit Pontifici ad recuperandam Jurisdictionem adversus Presbyteros Africanæ Ecclesiæ usurpatam, sed ut ab animo Pontificis injectum terrorem dispelleret, ipsumque impediret, ne familiariter uteretur hominibus, quibus communionem interdictum fuerat, ne illos socios aut comites sive in convivis, sive in colloquiis haberet. Ipsumque Pontificem in crimen vocare videtur cujusdam habitus cum ejusmodi hominum genere commercii. Præterea Sanctus Cyprianus causas communes seu generales profert, quæ æquabili ratione Episcopis & Presbyteris conveniunt, ut abducatur Cornelius Papa ab ejusmodi hominum querimonis aures suas, & perspectum sit omnibus ultimæ cognitionis sententia fuisse in Synodo judicatos.*

T 3

Erro-

Errores varii. Primus est, quod ista diversa Episcopi ac Presbyteri iudicandi ratio non fuerit, aut certe difficulter probetur tunc fuisse in Africa, ideoque ista observatio ad rem non pertineat. Etenim istam diversam iudicandi rationem tunc fuisse apud Aftos est lucidissimum. Ipsam, dum cum Zozimo ac aliis Pontificibus contendit, non induxit Aurelius. Palam asseruit, & altissime clamavit se contendere pro antiquissima ac perpetua Africanarum Ecclesiarum consuetudine. Nec ipsam induxit Cęcilianus. Etenim de ipso per Secundi Tigistiani Episcopi Synodum damnato scribit ad quosdam Donatistarum Episcopos Sanctus Augustinus: *Neque enim de Presbyteris, aut Diaconis, aut inferioris Ordinis Clericis, sed de Collegis agebatur, qui possent aliorum Collegarum iudicio, præsertim Apostolicarum Ecclesiarum, causam integram reservare.* Manifestè laudat avitam consuetudinem, quæ Presbyteris ac aliis Clericis denegabat, Episcopis verò permittebat appellationem Romanam. Afirmat istam consuetudinem debuisse attendi à Secundo, & non ita faciliter prorumpi in tanti Antistitis damnationem. Nec Sanctus item Cyprianus introduxit istam consuetudinem. Ipsam in hac epistola manifestè laudat, & ex ipsa affirmat Fortunatum à Cornelio non potuisse admitti ad introducendam suam appellationem, longè minùs potuisse procedi ad ipsam retractandam. Insuper scribit in præsentis epistola: *Item Felicissimum Signiferum seditionis recognoscere, qui & ipse in eisdem Co-Episcoporum nostrorum factis ad te pridem literis continetur, qui non tantum istis absentis, sed abs te illic nuper de Ecclesia pulsus est.* Nempè & damnatus à Sancto Cypriano Felicissimus Romam appellaverat atque accesserat: Et ipsum, quoniam Clerus appellare non poterat, Cornelius nec audire sustinuerat, sed eiecerat ex Alma Urbe. Cyprianus rogat eodem jam modo tractari Fortunatum. Admodùm miror, quod tantus Ecclesiasticæ antiquitatis Doctor Episcopum condistinguat contra Sacerdotem. Quis enim ignoret vocem, *Sacerdos*, apud antiquos comprehendere & Episcopum & Presbyterum? Proinde Episcopus & Presbyter possint condistingui, nequaquam Episcopus & Sacerdos.

Secundus error est, quod Fortunatus suis rebus non caverit appellatione ad summum Pontificem, sed per minas & metus. Etenim de Fortunato ac Affeclis scribit Cyprianus: *Taceo de fraudibus Ecclesie factis, conjurationes & adulteria, & varia delictorum genera prætereo. Unum illud de eorum facinore puto non esse reticendum, quod à primo statim persecutionis die communicare cum Lapsis, & penitentia agendæ intercedere non destiterint.* Et infra: *Episcopi jam de illis iudicaverunt, & eorum conscientiam multis delictorum laqueis vinculam iudicii sui gravitate damnarunt.* Et hæc non obstantibus Fortunatus fuit elevatus in Episcopum, Sancto Cypriano superordinatus. Hinc per suos Legatos tria postulavit à Sancto Cornelio: Dicitæ damnationis cassationem, Sancti Cypriani ejectionem, & suæ Episcopalis consecrationis firmitatem. Et quia ista per Canones obtineri non posse noverat, censuit extorquenda per

minas & terrores. Proinde Fortunatus sibi omnino providit per Romanæ appellationis artem, ac simul frivolæ appellationis imbecillitatem studuit per minas & terrores adjuvare. Quod Synodalis damnationis solutio Romæ obtineri non possit, nisi per appellationis viam, est nimis manifestum.

Tertius error est, quod Sanctus Cyprianus Fortunato non exprobrat usurpata Episcoporum privilegia, nec à Sancto Cornelio recuperare postulet usurpatam Jurisdictionem in Presbyteros Africanæ Ecclesie. Etenim per omnem istam epistolam Cyprianus aliud non clamat, quàm Fortunatum non esse Episcopum, sed rebellem atque adulterum, qui Patris cubile temerare præsumplit. Presbyterum, ideoque ejus appellatam causam esse non Romæ, sed in Africa retractandam. Exponit dolosa & sacrilega Factionis in miseris Lapsos facinora, & profequitur: *Post hæc adhuc insuper Pseudo-Episcopo sibi ab hæreticis constituto, navigare audent, & ad Petri Cathedram atque Ecclesiam Principalem à schismaticis ac profanis literas ferre, nec cogitare eos esse Romanos, quorum fides Apostolo prædicante laudata est, ad quos perfidia habere non possit accessum.* Et infra: *Scire debes, Frater carissime, Fortunatum, posteaquam Pseudo-Episcopus ab hæreticis factus est, jam penè ab omnibus esse desertum. Namque il, quibus in præteritum præstigia obtendebantur, & dabantur verba fallacia, quod simul ad Ecclesiam regressuri dicerentur, posteaquam viderunt illic Pseudo-Episcopum factum, frustratos & deceptos se esse didicerunt, & remeant quodidè, atque ad Ecclesiam pulsant.* Et rursum: *De istis quid dicam, qui nunc ad te cum Felicissimo navigaverunt, Legati à Fortunato Pseudo Episcopo missi, tam falsas ad te literas afferentes, quam est & ipse, cujus literas ferunt, falsus?* Sanctus Cyprianus assidue urget Fortunatum fuisse consecratum ab hæreticis, ideoque non esse, nisi falsum ac imaginarium Episcopum. Etenim non solum ab hæreticis Baptisma, sed etiam impressos ab ipsis Ordinibus censetur irritos & nullos. Et istud ipsum censetur Cypriani Populus. Etiam Lapsi isti, qui quinque rebellium Presbyterorum Factioni adherentes sperarant novum Carthaginensium Ecclesie dandum Episcopum, à quo gratiosè repararentur, sperarant Catholicum & verum. Hinc ubi viderunt Fortunatum intrudi per hæreticos, subito deseruerunt hominem, certi ipsum non esse, nisi vanum Episcopi spectrum. Sanctus Cyprianus, licet de his quaestionibus contendere primùm cœperit cum Papa Stephano, semper tamen errorem mente tenuit, edoctus ab Agrippini Successoribus. Hinc clamat Fortunatum non esse Episcopum, ideoque ad Petri Cathedram ac Principalem Ecclesiam non potuisse navigare. Fortunato palam improperat usurpata Episcoporum privilegia: Palam à Cornelio postulat recuperare Jurisdictionem in Presbyteros Africanæ Ecclesie. Hinc iterùm scribit: *Quæ autem causa veniendi, & Pseudo-Episcopum contra Episcopos factum nuntiandi? Aut enim placet illis quod fecerunt, & in suo scelere perseverant; aut si displicet, & recedunt, sciunt quo revertantur. Nam cum statutum sit omnibus nobis, & æquum*

*& æquum sit pariter & justum, ut uniuscujusque causa illic audiat, ubi est crimen admissum, &c.* Fortunatum hortatur, ut facti positens, deponat Episcopi larvam, agnoscat se Clericum, & ad Africanum Tribunal revertatur. Quoniam statutum est, ut omnium, utriusque Clericorum, causa audiat ac finiatur in Africa. Addit Statutum esse æquum & justum. Hic est verus sensus Sancti Cypriani.

Quartus error est, quod Sanctus Cyprianus videatur Sanctum Cornelium vocare in crimen: Cuiusdam cum isto hominum genere commercii: *Utique cum hominibus, quibus fuerat communione interdictum.* Anonymus per gyros affirmat Sanctum Cyprianum sensisse ac scripsisse, quod Romanus Pontifex alienis, damnatis non possit sine contagio communicare. Est famosus error Eusebianæ Factionis, ex quo Philippo-Politanum Conciliabulum damnavit Julium Pontificem de prævaricato quinti Nicæni Canonis. Existimo Anonymum fuisse permotum his Cypriani verbis: *Declinent de cetero fortiter, & evitent dilectissimi Fratres nostri verba & colloquia eorum, quorum sermone cancer serpit.* Confirmat suas preces ex verbis Apostoli: *Hæreticum hominem post unam correptionem devota.* Et profequitur: *Quod quamquam sciam illic Fratritatem nostram, vestra scilicet providentia monitam, sed & sua vigilantia satis cautam, nec capi hæreticorum venenis posse, nec decipi, tamen ex abundantis vel sollicitudo nostra, vel charitas scribere ad vos ista persuasit.* Non urget inflictam à se censuram, sed Factionis hæresim, aut sanè scabiem ex hæretica communione. Et bene urget. Nec dubitandum est, quia hæc litteris instructus Cornelius Fortunati Legatos tractaverit isto ipso modo, quo ipsius Cypriani, circa Baptisimum postea contentendos, Legatos Episcopos fuisse à Stephano Pontifice tractatos testatur Firmilianus Cæsariensis in Cappadocia Archi-Episcopus. Porro dum Zozimus Pontifex Apiarium Presbyterum reparavit, Primas Aurelius & omnis Africana Synodus improbarunt factum; attamen exsufflare non præsumperunt. Admiserunt Decretum Apostolicum, fortissimè dumtaxat intercesserunt, ne deinceps tentarentur talia. Admiserunt reparationem esse validam, at illegitimam, utpotè factam contra perpetuam & rationabilem gentis consuetudinem, quam decet non circumscribi à Romana Ecclesia, longè minùs infringi. Eadem fuerunt sensa Sancti Cypriani. Hinc operosè laborat, ut gentis suæ Statutum Pontifici persuadeat esse æquum & justum.

Quintus error est, quod adductæ per Cyprianum rationes sint æquabili modo communes Episcopis ac Presbyteris. Sunt ab Anonymo audiendæ: *Prima causa est, quia omnibus Episcopis & Presbyteris statutum, ut uniuscujusque illic negotium tractetur, ubi crimen commissum.* Nam hæc verba Sancti Cypriani speciatim notanda sunt: *Uniuscujusque. Quippè æqualiter Episcopus & Presbyteros significantis.* Non enim sibi cogitatione fingendum est, ubi Sanctum Cyprianum de solitariis Presbyteris Episcopali amplitudine vacuis mentionem facere, &c. Respondeo istum Cypriani intellectum non esse figmentum, sed firmissima cogitatione tenendam

veritatem. Etenim Cyprianus non de prima instantia agit, sed de Retractorio appellatarum causarum iudicio: Et in hac ipsa epistola Romanas Episcoporum appellationes laudat ac probat, scribens Privatum Lambesitanum Episcopum, nonaginta Collegarum sententia condemnatum, fuisse insuper non solum sui Antecessoris Donati; sed etiam Sancti Fabiani Pontificis litteris severissimè notatum. Nempè à plena Numidiæ Synodo Privatus ad Donatum Primatem, & ab hujusmodi iudicio ad Fabianum appellaverat, & sic circa ipsam servata fuerat forma, quam in litteris ad quosdam Donatistarum Episcopos laudat Sanctus Augustinus: *Romam veniant, ibique objectis respondeant. Quod si non fecerint, missa Tractoria super eorum nomine per totum Orbem terrarum, ab omnibus Ecclesiis eorum communio præcedatur.* Privatus Romam iverat: Verùm objectis non potuerat respondere. Hinc à Sancto Fabiano fuit notatus istiusmodi Tractoria. Proinde certum est Sanctum Cyprianum scribere, & ab ipso laudatum Statutum sancire de solis Presbyteris ac aliis Clericis. Hæc verba, *Oportet utique eos, quibus præsumus, non circumcircumferre, &c.* Exponunt rationes, ex quibus istud Statutum sit æquum & justum.

Anonymus urget omnes à Cypriano adductas rationes esse communes Episcopis. Et dicit verum. Etenim de Episcopis Cyprianus scribit in sermone de Lapsis: *Episcopi plurimi, derelicta Cathedra, Plebe deserta, per alienas Provincias oberrantes, negotiationis quaestuose mundinas aucupari.* Hoc plurimorum Episcoporum crimen affirmat esse unam ex causis, ob quas Dominus Deus in Africanam Ecclesiam immiserit duram persecutionem. Proinde Astorum Episcopi, non minùs quam Clerici, erant prompti ad circumcurandum, & efficaciores ad coherentem Collegarum concordiam subdola ac fallaci remeritate collidendam. Respondeo hæc esse verissima, verumtamen addo aliam Episcopalis, longè aliam esse rationem Clericalis ad Apostolicam Sedem appellationis. Romana Episcoporum appellatio est ex fundamentalibus Apostolicæ Cathedralis & Christianæ Monarchiæ articulis. Est ista potestas, de qua ad Petrum Dominus: *Confirma Fratres tuos.* Hinc nulla Synodus contra ipsam statuere, nullus Pontifex possit ipsi renunciare. Eusebianæ Factionis præcipua iniquitas fuit, quod hanc dignitatem Romano Throno sint machinati auferre. Et quoties post Photianum schisma Latina Ecclesia cum Græcis in pacem rediit, palmaris semper articulus fuit agnoscere ac profiteri Romanas Episcoporum appellationes. Et Adrianus IV. Pontifex, quod apud Beneventum captus à Guillelmo Siculorum Rege, ad recipiendam libertatem Romanis Siculorum Episcoporum appellationibus renunciarit, se fecit obnoxium multis querimoniis. Et Romana Ecclesia non quievit, donec Innocentius III. nova cum Siculorum Regibus iniisset Pacta, & Episcoporum appellationis suæ Sedi reddidisset. Attamen & ipse cessit inferioris Cleri appellationibus. Istiusmodi omnia noverant Fundatores Africanæ Ecclesie. Hinc adductis per Sanctum Cy-

Cyprianum rationibus, licet tam in Episcopis quam in Clericis haberent locum, uti non præsumpserunt, nisi ad Romanas appellationes inferiori Clero obserandas. Istius Statuti nescimus primum authorem: Hinc sine temeritate dici possit processisse ab istius Ecclesiae Fundatoribus. Ex quibus spero liquere Lapsum Anonymi in his verbis: *Cum è contra perspectum sit Episcopos & Presbyteros æquabili ratione Synodorum iudicio fuisse obnoxios, cum præsertim de his indolisim loquatur Sanctus Cyprianus, eosque Presbyteros Romanæ euntis jura Episcoporum violasse, sibi que eorum privilegia arrogasse non dicat.*

## CAPUT XIX.

*Eadem Africanæ Ecclesiae disciplina demonstratur ex Sancto Optato Milevitano Episcopo, ac ex Sancto Augustino,*

**R**omanæ appellationis insigne exemplum est Cecilianus Carthaginensis Archi-Episcopi causa contra Majorinum ipsi superintrusum, Donatum in Casis-Nigris apud Numidas Episcopum, & omnem Factionem istius schismatis. Et Cecilianus & Majorini Ordinationem, totumque schismatis exordium exponit in primo adversus Parmenianum, Majorini Successorem, libro Sanctus Optatus, & prosequitur: *Majores vestri, Luciano, Dignus, Naffutius, Capito, Fidentius, & ceteri, Imperatorem Constantinum, harum rerum adhuc ignarum, his precibus rogaverunt. Loquitur ad Donatistas. Et adducit preces: Rogamus te, o Constantine, optime Imperator, quoniam de genere justo es, cujus Pater inter ceteros Imperatores persecutionem non exercebat, & ab hoc facinore immunis est Gallia. Nam in Africa inter nos & alios Episcopos contentiones sunt. Petimus ut de Gallia nobis Judices dare præcipiat Pietas tua. Datus à Luciano, Digno, Naffutio, Capitone, Fidentio, & ceteris Episcopis partis Donati. Non magni Carthaginensis Episcopi, sed Episcopi in Casis-Nigris. Etenim in primo retractationum libro Sanctus Augustinus corrigit suum librum contra epistolam Donati, in quo scripserat Donatum magnum, cujus resellebat epistolam, rogasse ut Imperator inter ipsum & Cecilianum transmarinos Episcopos Judices daret. Et subdit: Non ipsum, sed alium Donatum, ejusdem tamen schismatis, hoc fecisse, probabilius invenitur. Ille autem non erat Carthaginensis Donatistarum Episcopus, sed in Casis-Nigris. Qui tamen primus apud Carthaginem ipsum nefarium schisma commisit. Et inchoavit, & consummavit. Inchoationem exponit Sanctus Augustinus in Carthaginensis Collationis Breviculo: Donatus à Casis-Nigris in presenti convictus, adhuc Diacono Ceciliano, schisma fecisse Carthaginæ. Ex nescio quibus causis rebellavit Menfurio tunc Afrorum Primati, discevit se ab ejus com-*

Cap. 21.

L.3.C.1.

munione, & laceravit Ecclesiam. Hujus lacerationis consummationem Sanctus Augustinus exponit in libro de Hæresibus: *Donatiana Hæresis Principem accepimus fuisse Donatum, qui de Numidia veniens, & contra Cecilianum Christianam dividens Plebem, adjunctis sibi ejusdem Factionis Episcopis, Majorinum apud Carthaginem ordinavit Episcopum. Et in secundo libro contra Cresconium: Major Donatus à Casis-Nigris Altare contra Altare in Carthaginensi civitate primus erexit. Primus extra Ecclesiam sacrificavit. Profanum hoc Sacrificium evenit, aut dum Ceciliano dederunt Interventorem, atque ita ab Episcopatu suspenderunt, aut certè dum ipsum plenè damnarunt, atque ita viam aperuerunt ad intrudendum Majorinum. Tunc fidelis Carthaginis Clerus & Populus istis turbis detrectavit communicare, atque ita ipsi erexerunt novæ communionis Altare, & Donatus in ipso primus sacrificavit. Et tandem intrusit Majorinum. Exinde Factio dici cepit & Donati pars, & pars Majorini. An ab hoc Donato etiam vocentur Donatistæ, Sanctus Augustinus disquirat in laudatis libris contra Cresconium.*

Cap. 69.

Cap. 12.

Epist. 164.

Epist. 48.

Epist. 68.

Verùm hæc omnia Attemptata manserunt sine effectu. Cecilianus consecrationem confirmavit Sedes Apostolica, & omnis sub cælo Ecclesia, & Majorini superintrusionem fuit averfata. Disertè hoc Sanctus Augustinus scribit in litteris ad quosdam Donatistarum Episcopos: *Postquam, Donatistæ ipsi rebus experti sunt cum Ceciliano permanere communionem Orbis terrarum, & ad eum à Transmarinis Ecclesiis communicatorias litteras mitti, non ad illum, Majorinum, quem sibi sceleratè ordinarerant, puduit eos semper tacere. Adversus Cecilianus consecrationem provocarunt ad alios Judices. Rei feriem, à Sancto Optato expositam variè elucidat idem Augustinus in litteris ad Vincentium, Rogatarum Cartennensem in Mauritania Episcopum: Majores vestri Cecilianum, tunc Ecclesie Carthaginensis Episcopum, cui tantquam criminoso communicare noluerunt, apud Principem Constantinum per Anulinum Proconsulem accusaverunt. Libellus à Majoribus vestris Anulino Proconsuli datus, & Constantino Imperatori mittendus, ita supra scriptus fuit: Libellus Ecclesie Catholice, criminum Cecilianus, traditus à parte Majorini. Illos magis hinc arguimus, quia apud Imperatorem ultro Cecilianum accusaverunt, quem prius apud Collegas transmarinos convincere debuerunt. Ipso autem Imperatore longè ordinatius agente, ut Episcoporum causam, ad se delatam, ad Episcopos mitteret, nec videti pacem cum Fratribus habere voluerunt; sed rursus ad eundem Imperatorem venerunt, rursus non Cecilianum tantum, verum etiam datos sibi Episcopos Judices apud terrenum Judicem accusaverunt. Et in litteris ad Januarianum, Donatistarum in Casis-Nigris Episcopum, Primatem Numidicæ: *Ne forte aut oblita hoc sit Gravitas tua, aut te nosse dissimules, aut forsitan nescias, exemplum Relationis tunc Anulini Proconsulis, quem pars Majorini tunc interpellavit, ut ea crimina, que objiciebat Ceciliano, ad Constantinum Imperatorem mitterentur. Relatio affirmat post super-intrusum Ceciliano Majorinum Divales litteras, Ceciliano**

ac

ac ejus Clero inscriptas, venisse in Africam, atque ita Cecilianus Episcopatum etiam à Principe fuisse stabilitum. Princeps plenam pacem dabat Ecclesiis, & cunctos ad sincerum Divinæ Majestatis obsequium hortabatur. Anulinus affirmat litteras fuisse à se cum debitis admonitionibus traditas. Verùm ista res momordit Donatum ac Majorinum, & Relatio prosequitur: *Post paucos dies exstiterunt quidam, adunata secum Populi multitudine, qui Ceciliano contradicendum putarent, quique fasciculum in aluta signatum, & libellum sine signo obtulerunt Dicationi meæ, atque impendio possularunt, ut ad sacrum & venerabilem Comitatum nominis vestri dirigerem. Quæ manente Ceciliano in statu suo, subiectis eorumdem Adis, quò cuncta Majestas vestra possit dignoscere, Parvitas mea dirigere curavit. Optimi Principis pietas turbulenti hominibus dedit ansam accusandi Cecilianus, ac tumultuandi. Sanctus Augustinus pergit: *Transmissi libelli duo. Unus in aluta, item alius sine sigillo, coherens eidem aluta, datus die decimo septimo kalendas Martii, Carthagine, Domino nostro Constantino Augusto tertium Consule. Post hanc Relationem ad se missam iussit Imperator venire partes ad Episcopale Judicium in Urbe Roma faciendum, ubi quemadmodum causa dicta atque finita sit, & Cecilianus innocens judicatus sit, indicant Gesta Ecclesiastica. Prioris super-scriptionem supra audivimus ex epistola ad Vincentium Cartennensem. Posterioris libelli substantiam Sanctus Augustinus exponit in præfata epistola ad quosdam Episcopos Donatistarum: *Aliquantò post Majorini Ordinationem, quem contra Cecilianum nefario scelere levaverunt, Donatistæ erigentes Altare contra Altare & unitatem Christi discordiis furialibus dissipantes, petierunt à Constantino tunc Imperatore Judices Episcopos, qui de suis questionibus, que in Africa exortæ pacis vinculum dirimebant, arbitrio medio judicarent. Quod postquam factum est, præfente Ceciliano, & illis qui adversus eum navigaverant, judicante Melchiade, tunc Romanae Urbis Episcopo, cum Collegis suis, quos ad preces Donatistarum miserat Imperator, in Ceciliano nihil probari potuit, ac per hoc illo in Episcopatu confirmato, Donatus qui adversus eum tunc aderat fuit condemnatus. Donatistarum preces supra audivimus à Sancto Optato. Audivimus ab illis laudari Constantinum, quod esset de genere justo, quodque ejus Pater non fecisset persecutionem, ideoque Gallia à traditionis crimine esset munda. Inter Diocletiani Augusti Collegas fuerat Constantius Chlorus, Magni Constantini Genitor, qui Collegarum impiam crudelitatem averfatus, licet Gentilismum non deponeret, Christianos non dumtaxat persecutus non fuit, sed insuper dilexit ac protexit. Impetravit in Gallia ac omni ejus Diocesi. Porrò Donatistarum contentio originem ac prætextum traxit ex traditionis crimine ob duras persecutiones grassatam in Africa. Persecutio etiam vexaverat Italiam & aliam Urbem. Porrò Donatistæ Melchiadem Pontificem, quod Formatarum commercium semper communicasset Ceciliano, adeoque ejus Episcopatum confirmasset, merito habuere suspensum. Verùm hanc causam non ausi exprimere, prætexerunt suspicionem Lapsus, aut Traditio-***

nis. Ad retractandam Cecilianus ac Majorini causam postularunt Gallicanos Antifites. Sperarunt placitum Principi, quod Gallicana gens ob Patris memoriam crederetur vivere in ejus benevolentia.

Donatistæ hæc in re gravissimè impeerunt in Canones. Hinc enim ad Vincentium Cartennensem scripsit Sanctus Augustinus: *Donatistæ Cecilianum prius apud Collegas Transmarinos convincere debuerunt. Ipse autem Imperator longè ordinatius egit. Utrique causam transmittendo ad Romanum Pontificem, aliosque partim Italos, partim Gallos Episcopos, spectantes ad ejus Synodum & Dioceses. Transmarini Judicii frequentissima est apud Afros memoria. Per ipsum passim intelligunt Tribunal Romanum. Eundem excessum Sanctus Augustinus notat in litteris ad Donatistas: *Donatistæ litteras ad Imperatorem Constantinum, ut inter Afros Episcopos Transmarini judicarent, miserunt. Datis Judicibus quos postularint Episcopos: Laudat Constantinum, quod illis adjunxerit Romanum Pontificem, volueritque ipsum huic judicio præsidere. Clarius hoc scribit in alia ad Donatistas epistola: *Majores vestri causam Cecilianus ad Imperatorem Constantinum detulerunt. Sed quia Constantinus non est ausus de causa Episcopi judicare, eam disceptandam atque finiendam Episcopis delegavit. Quod & factum est in Urbe Roma, præfente Melchiade Episcopo illius Ecclesie cum multis Collegis suis. Nempe Constantinus erat tunc Ecclesie Catechumenus, ejusque Hierarchiam, & Canones noverat. Ex tunc apud se habebat eximium Doctorem Hosium Cordubensem Episcopum. Ex ipso noverat se non posse Ecclesiasticas judicare causas, aut incompentibus Judicibus delegare. Hinc præsentem causam transmisit Sancto Melchiadi, cui debebatur per Apostolicos Canones. Et quò Donatistis impartiret aliquid, Pontifici adjunxit quosdam Gallicanos Episcopos. Ità postmodo ipse scripsit ad Aelium Africæ Vicarium, & ad Chrestum Episcopum Syracusanum.***

Epistola, qua Constantinus causam transmisit Melchiadi, est hujus tenoris: *Visum est mihi, ut Cecilianus cum decem Episcopis, qui illum reum facere videantur, & decem aliis, quos ipse suæ litis dijudicationi necessarios existimaverit, Romam navigio trajiciat, & ibi coram vobis, Reticio etiam Augustodunensi, Materno Colonienfi, & Mariano Arelatenfi, Collegis vestris, quos & de causa Romam maturare jusserim, possit audiri, sicut sanctissima Dei lex, ut nostis, postulat. Nempe Evangelica Dei lex Romanum Episcopum sanxit esse Primatem ac Judicem totius Ecclesie, & Apostolicus Canon addidit ipsum esse, rotius Latinæ Christianitatis Patriarcham: Hinc præfens causa aliò devolvi non poterat, quàm ad Sedem Romanam, Hæc leges Constantinus observatas voluit, ac nullo in apice violari. Quod Melchiades Judicio præfederit, disertè testatur etiam Sanctus Optatus. Et rectè scribit in quarto libro Petrus de Marca: *Sententia sub Melchiadis nomine concepta est apud Optatum. Aded antiqua est ista forma**

Cap. 3.



forma Synodali sententiarum. Confirmat in litteris ad quosdam Donatistarum Episcopos Sanctus Augustinus: *Ipsius Beati Melchias ultima est prolata sententia.* Quia nempe Pontifex non solummodo in Patriarchalibus suis, sed etiam in oecumenicis Synodis habet Prærogativam Suffragii, Relationem iudicandæ causæ, & Judicii conclusionem.

Carthaginensis Synodus per Primatem Aurelium ac ipsi adfidentem Sanctum Augustinum sanxit: *Placuit ut quicumque ab Imperatore cognitionem publicorum Judiciorum petierit, honore proprio privetur; si autem Episcopale Judicium ab Imperatore petierit, nihil ei obfit.* Episcopis ac omni Clero permittit, ut causas suas deferant ad Principem, ac ab ipso flagitent Ecclesiasticum Judicium. Erat mos istius temporis. De ipso scribit Dominus Petrus de Marca: *Usus istius Regiæ auctoritatis maxime à Constantino in causa Ceciliani Carthaginensis Episcopi, qui per summam injuriam à septuaginta Episcopis, Donati schismate infectis, damnatus Ecclesiam retinebat. De qua re conquesti sunt Donatistæ Anulino Proconsuli Africae, impendio postulant, ut fasciculum in aluta signatum cum libello sibi oblato ad sacrum Comitatum dirigeret. Constantinus, juris religiosissimus Princeps, cognitionem criminis Ecclesiastici adversus Episcopum suscipere noluit, sed Donatistis ea de re acriter objurgatis, & Episcopos à Gallia, ubi Princeps tunc morabatur, sibi Judices dari postulantibus, eò quod Africana Judicia per contentiones partium suspecta essent, Princeps pacis Ecclesiasticæ studiosissimus tres Galliarum Episcopos delegavit, qui unà cum Melchiade Romano Pontifice dijudicarent. Nec enim causa illa generalis, quæ totius Ecclesiæ communionem perturbabat, absque Romano Pontifice ritè definiti poterat. Erat causam istam tunc fuisse generalem, & perturbatricem totius Ecclesiæ. Licet postmodò talis evaserit, tunc tamen erat lis paucorum Episcoporum. Aliquot præsertim Numidarum. Constantinus ipsam ex isto capite non transtulit in Sanctum Melchiam. Unica hujus transmissionis causa fuit vel supremum Papale, vel Patriarchicum Romanæ Ecclesiæ jus, cui Africana Diocesis suberat. Juris Religiosissimi Princeps Patriarchalia etiam Apostolicæ Sedis Privilegia non licti lædere. Et tres Gallicani Episcopi erant minima istius Synodi portio. Etenim aderant quindecim Itali, electi Judicio Melchias. Et istorum Gallorum associatio erat consentanea Canonibus. Etenim & Gallicana Ecclesia pleno semper Jure spectavit ad Patriarchalem Synodum Romani Pontificis. Erant tres summi viri: Hinc ipsos Princeps, Donatistis volens largiri aliquid, suavitè adjungendos.*

Scriptor Anonymus etiam rodit hæc omnia: *Cap. 5. Prima fronte falsum est Cecilianum ad Melchiam Papam appellasse, aut ullo modo posse actionem litis de Ordinatione ejus, appellationis nomine significari. Et infra: Si vera fuit hæc causa ad sedem Apostolicam provocatio, aut fuit nomine Ceciliani, aut Donatistarum? Non potest senseri nomine Donatistarum, quoniam litem obtinuerant in Concilio Numidicæ. Non potest etiam dici nomine Ceciliani. Cur enim hanc silentio prætermisisset Sanctus Augustinus?*

Respondeo nec Cecilianum, nec Donatistas appellasse ad Melchiam. Etenim Cecilianus se debet firmus in Carthaginensi Throno, & Donatistæ causam contra ipsum obtinuerant, ideoque neutra pars censuit appellandum. At Magnus Constantinus factas sibi Donatistarum preces transtulit in Retractatorium Synodalis contra Cecilianum sententiæ Judicium, ideoque & in formam appellationis. Donatistæ, licet Cecilianum damnassent, attamen nec intra nec extra Africam potuerunt nancisci sui Judicii fructum & executionem. Posteaquam, inquit Augustinus, Donatistæ experti sunt cum Ceciliano permanere communionem Orbis terrarum, & ad eum à transmarinis Ecclesiis communicatorias litteras mitti, non ad illum Majorinum, quem sibi sceleratè ordinaverant, puduit eos semper tacere. Hinc à Principe supplicarunt suæ sententiæ executionem. Porro per Transmarinas Ceciliano communicantes Ecclesias Sanctus Augustinus præsertim intelligit Romanam. Nec dubitandum est, quia Cecilianus ipsi suam consecrationem, adeoque & Majorini intrusionem retulisset, ac obtinuit istius firmitatem. Hinc Donatistæ non à Pontifice, sed à Principe postularunt auxilium. Norant suam de Ceciliano Judicium esse multis & magnis exceptionibus obnoxium, ideoque prius retractandum & firmandum, quam donandum executione. Hinc ipsum postularunt retractari: Attamen non per Romanam Ecclesiam, sed per Episcopos Galliarum. Item norant Gallicanis Episcopis nullam esse istiusmodi facultatem: Hinc refugerunt ad Majestatem laici Principis. In Occidente primi istam portam aperuerunt. Verùm Christiana Hierarchia gænavit ac religiosissimus Princeps reuadationem transtulit Melchiadi, cui debebatur per Canones. Utamque partem adesse iustit cum accusatoribus & testibus, aliisque personis necessariis. Ita Donatistarum preces transtulit in formam appellationis.

Anonymus pergit. *Quidquid ædum est Romæ, referri debet rogationibus Donatistarum, quibus non abnuat Imperator Constantinus. Sed immò eorum investigatione victus ac sollicitatione, Judices deputavit, ex quibus fuit Melchias Episcopus Romæ, ad iterandam disquisitionem litis jam iudicatam in Concilio Numidicæ. Hanc auctoritatem sibi proprio Marte non arrogat Pontifex, nec penes se solum existere putat iterato Judicio finiendi causam jam in Concilio Africæ, Primatè Numidicæ Præsides, iudicatam. An fortè non debuit Romanæ Ecclesiæ Melchias Episcopus cum Collegis Transmarinis Episcopis illud sibi usurpare Judicium, quod ab Afris septuaginta, ubi Primas Tigiltanus præfedit, fuerat terminatum? Quid ad hæc respondit Sanctus Augustinus? Dicitne Papam esse supremum Episcoporum Judicem, & quemlibet in Synodo iudicatum habere jus provocationis ad Tribunal Pontificum? Dicitne Cecilianum Episcopum jure potuisse postulare à Sede Apostolica iteratam suæ litis disquisitionem? De his ne verbum quidem profert: At tantum Imperatorem precibus Donatistarum animatum misisse Episcopos de hac causa cum Papa iudicatos, quod nec ipse usurpaverat. Hæc sunt Augustini verba: Quid? Quod nec ipse Melchias usurpavit. Rogatus*

gatus quippè Imperator Judices misit Episcopos, qui cum eo sederent, & de tota illa causa, quod iustum videretur, statuerent. Hoc probamus Donatistarum precibus, & verbis Imperatoris.

Respondeo hæc omnia esse à Sancti Augustini sensu alienissima. Melchias de suis Majoribus Judicium Donatistæ avertebantur & infamabantur ex multis capitibus. Unum erat, quod ipsi suam causam non per Melchiam, sed per solos Galliarum Episcopos postulasent retractari. Quod Melchias in hoc Judicium prævento animo se intrusisset. Huic calumniæ Augustinus respondet, quod Pontifex non usurpaverit, id est, non se ingesserit in hoc Judicium; sed rogatus à Principe, ideoque nullum sit de ipso perperam suspicandi fundamentum. Porro quod potuerit proprio Marte istam auctoritatem assumere, quod jus habeat retractandi iudicatas Afrorum Episcoporum causas, quod sit supremus Episcoporum Judex, adeò clarè Augustinus in eadem epistola docet, ut quis non temerariè suspicetur de Anonymo: quod ipse scribit de Joanne David: *Sed quoniam Davidus hanc epistolam nunquam legit, quam fortè citat ex sibi suppeditatis præscriptionibus, truncis ac mutilatis, nemini hominum mirum videri debet, si ex ea prorsus aliena ab Augustini mente intelligat, & instans loquatur buccis.* Profectò si legerit, legit cæcatis aut certe turbatis oculis per crudele odium in Sedem Apostolicam ac Ecclesiæ unitatem. Quod Romano Pontifici sit ista potestas, altissimè clamat ipsa hæc Melchias Synodus, cujus sententia est concepta in ejus solius nomen. Ex Apostolico Canone, qui Romano Pontifici in sua Patriarchali Synodo permittit omnia. Et ipsum fuisse à Nicæna Synodo confirmatum ac stabilitum affirmat in sua tali Synodo Felix III.

L. 7. Indic.  
Epi. 65.

Abfit, ut Melchias Cecilianum iudicaverit ex auctoritate Imperialis delegationis. Etenim in hac causa Constantinus egit, quomodo postea circa Clementium Byzacii Primatè egit Imperator Mauricius, de quo ad Joannem Syracusæ Episcopum scripsit Magnus Gregorius: *In quodam crimine Byzacenus Primas fuerat accusatus, & pissimus Imperator eum iuxta Statuta Canonica per nos voluit iudicari. Sed acceptis decem auri libris Theodorus Magister militum obtulit, ut minime fieret. Tamen pissimus Imperator admonuit, ut transmitteremus, & quidquid est Canonice faceremus. Videtur mendum. Et legendum: Ut transmitterentur. Utique partes Romam ad nostrum Judicium. Quod nempe ista transmissio esset per Canones debita Sedi Apostolicæ. Hinc Mauricius, licet auri indigus & amantissimus, nullo ære permisit se transferri in tantam prævaricationem. Ex eodem itaque Canone Magnus Constantinus Donatistarum quæstiones transtulit ad Sanctum Melchiam. De Imperatore Arcadio, Theophili Patriarchæ Alexandrini causam sibi delegante, Sanctus Joannes Chrysostomus scripsit ad Sanctum Pontificem Innocentium: *Nos scientes leges Patrum, viroque bonorem habentes, habentes etiam ejus super hac re litteras, oportere in quibusque Provinciis sua negotia tractari, & Transmarinos ad nostra iudicia non trabendos, for-**

titer detrectavimus, ne causam suscipere iudicandam. Sanctus Joannes deleganti Principi respondit Thraciam & Ægyptum non solummodo apud Rempublicam, sed etiam apud Ecclesiam esse disparatas Dioceses, ideoque istam Delegationem esse prævaricatoriam. Eodem modo, si causa fuisset similis, Constantino respondisset Melchias. Proinde in præfata epistola Sanctus Augustinus non vult aliud, quàm quod Melchias causam hanc non proprio motu, sed à Principe rogatus ad suum Tribunal devocaverit.

Quod Melchias juxta Canones, & per suæ Sedis auctoritatem egerit, Sanctus Augustinus docet etiam in libro de unitate Ecclesiæ: *Afri inter se Episcopi confitebant. Si finire inter se obortam diffensionem non poterant, ut sive per concordiam compositis, sive degradatis qui malè contenderent, bi qui bonam causam habebant, in communionem Orbis terrarum per unitatis vinculum permanerent, restabat utique ut Episcopi Transmarini, qua pars maxima diffundebatur. Ecclesiæ Catholice, de Afrorum Collegarum diffensionibus iudicarent, illis videlicet instantibus, qui crimen malæ Ordinationis aliis objiciebant.* Per Transmarinos Episcopos intelligit præsertim Romanum, cui soli suberat Africana Ecclesia. Hinc in secunda super trigesimum sextum Psalmum concione Primiani contra Maximianistas causam comparat cum causa Ceciliani adversum Donatistas, & post multa concludit, sermonem dirigens ad Primianum: *Dignare acceptare Cecilianum innocentem, qui noluit exire ad Majores tuos, & sic servavit causam suam Orbis terrarum, quomodo tu servasti Concilio Numidarum. Si innocentem te reddidit Sedes Bagaitana, quomodo potius illum Sedes Apostolica? Addit hujus Judicium fuisse probatum & firmatum à toto Orbe terrarum. Quia nempe omnes sub celo Ecclesiæ supremum Romanæ Sedis Primatum, & omnium undequaque, præsertim ex Romano Patriarchatu, appellationes semper crediderunt, & docuerunt esse immobile Dogma Evangelii.*

## CAPUT XX.

*Hæc omnia largius demonstrantur ex aliis Sancti Augustini testimoniis.*

Sanctus Augustinus in litteris ad quosdam Donatistarum Episcopos exponit à Secundo Tigiltano Episcopo, Numidicæ tunc Primatè, attentatam Ceciliani Carthaginensis Archi-Episcopi damnationem, atque ita completum schisma & prosequitur: *Secundus tantò magis timere debuit, ne pax unitatis violaretur, quomodo erat Carthago civitas ampla & illustris, unde se per totam Africae corpus malum, quod tibi esset exortum, tamquam à vertice effunderet. Erat etiam Transmarinis vicina Regionibus, & fama celeberrima nobilis. Unde non mediocri utique auctoritatis habebat Episcopum,*

qui posset non curare conspirantem multitudinem inimicorum, cum se videret & Romanæ Ecclesiæ, in qua semper Apostolica Cathedra viguit Principatus, & cæteris terris, unde ipsum Evangelium ad Africam venit, per communicatorias litteras esse conjunctum, ubi paratus esset causam dicere, si Adversarii ejus ab eo illas Ecclesias alienare conarentur. Quia ergo venire noluit ad hospitium Collegarum, quos à suis inimicis contra veritatem suæ causæ perversos esse sentiebat vel suspicabatur, vel, ut ipsi asserunt, simulabat, tantò magis Secundus, si verè pacis custos esse voluisset, cavere debuit, ne damnarentur absentes, qui iudicio eorum omnino interesse noluerunt. Neque enim de Presbyteris, aut Diaconis, aut inferioris Ordinis Clericis, sed de Collegis agebatur, qui possent aliorum Collegarum, præsertim Apostolicarum Ecclesiarum iudicio causam suam integram reservare, ubi contra eos sententiæ date in absentes nullo modo aliquid valerent, quando eorum iudicium non primò aditum postea deseruerunt, sed suspectum semper habitum nunquam adire voluerunt. Hæc res maximè sollicitare debuit Secundum, qui tunc erat Primas, si propterea Concilium regebat, ut paci consulere. Facile enim fortasse rabida in absentes ora placata vel frenata comprimeret, si diceret: Videtis Fratres post tantam stragem persecutionis misericordia Dei à Principibus sæculi pacem esse concessam, non debemus eos Christiani & Episcopi unitatem dirumpere Christianam, quam jam Paganus non insequitur inimicus. Itaque aut istas omnes causas, quas clades turbulentissimi temporis influxit Ecclesiæ, Deo iudici dimittamus, aut si aliqui in vobis sint, qui certa istorum crimina ita noverint, ut ea facile valeant redocere, negantesque convincere, & talibus communicare formidant, pergant ad Fratres & Collegas nostros Transmarinarum Ecclesiarum Episcopos, & ibi prius de istorum Factis & contumacia conquærantur, quod ad iudicium Collegarum Afrorum malè sibi consilii venire noluerunt, ut inde illis denunciatur, ut veniant, ibique objectis respondeant. Quod si non fecerint, ibi etiam eorum pravitas & perversitas innotescet, missaque Tractoria super eorum nomine per totum Orbem terrarum, quacumque jam Christi Ecclesia dilatata est, ab omnibus Ecclesiis eorum communio præcidatur, ne aliquis error in Cathedra Ecclesiæ Carthaginis oriatur. Tum demùm securi Episcopum abum Plebi Carthaginis ordinabimus, cum à tota Ecclesia isti separati fuerint, ne fortè eum alius modò fuerit ordinatus, non ei communicetur ab Ecclesia Transmarina, quia iste ab honore depositus non videbitur, quem jam ordinatum fama celebravit, & ad eum commere communicatorias litteras fecit, atque ita magnum scandalum schismatis in unitatem Christi jam pacatis temporibus oriatur, dum præproperè nostras volumus præcipitare sententias, & non contra Cecilianum, sed contra Orbem terrarum, qui ei per ignorantiam communicat, Altare alterum erigere audeamus.

Sanctus Augustinus affirmat & docet varia. Primò, quod Carthago habeat non modicæ auctoritatis Episcopum. Utpote Exarchum totius Africanæ Diocesis. Secundò, quod ille sit tantæ auctoritatis, ut quamvis Afrorum Antistitem contra se conspirantem multitudinem posset continere. Quia nempe est omnium Primas,

ideoque juxta Apostolicum, Gratiani Imperatoris lege postmodò confirmatum, Canonem non possit ab illis criminaliter judicari. Tertio, quod ubicumque iudicatus possit provocare ad Sedem Apostolicam. Quarto, quod hoc locum habeat non dumtaxat in ipso Carthaginensi Archi-Episcopo, sed etiam in cunctis Afrorum Episcopis, quorum aliquos cum Ceciliano Numidica Secundi Synodus damnaverat. Cuncti possint suas criminales causas Apostolicæ Sedi reservare. Audi causam: Quia non sunt Presbyteri, Diaconi, aut inferiores Clerici, sed Episcopi. Nempè Africana consuetudo solos Presbyteros ac alios Clericos, nequaquam Episcopos vetat ad Apostolicam Sedem, aut etiam Generalem Ecclesiæ Synodum provocare. Quintò Augustinus affirmat hoc esse Episcopos non tantummodò post Synodale iudicium & acceptam damnationis sententiam, sed etiam ante omnem iudicii ingressum posse ex legitimæ suspensionis causa taliter appellare. Sextò, quod hæc suspensionis causa non potuerit cognosci ac definiri per ipsos suspectatos Episcopos, sed per eos debuerit traduci ad Sedem Apostolicam. Quod suspectantes ante omnia debuerint illic convinci de frivola ac illegitima contumacia, & per Apostolicam Sedem tunc remitti & compelli ad Africanæ Synodi iudicium. Septimò Sanctus Augustinus affirmat Africanos Episcopos, dum per Romanum Pontificem iussi nolunt redire ad domesticam Synodum, esse per eundem Pontificem damnandos ex contumacia, & hujus sententiæ Tractoriam esse transmittendam ad omnes sub cælo Ecclesias. Et hoc ne aliquis error oriatur in Cathedra Ecclesiæ Carthaginis. Affirmat hoc præsertim servandum fuisse & esse in Primatiali Carthaginis Ecclesia. Octavo, tunc tandem securè potuisse consecrari novum Episcopum: Post factam aut confirmatam prioris damnationem à Romana Ecclesia. Quia videlicet perpetua Africanæ Ecclesiæ consuetudo Romanæ damnatorum à se Episcoporum appellationi semper detulit suspensivi etiam effectus reverentiam, postmodò confirmatam, & ad omnes Ecclesias extensam per Sardicenses Canones. Quæ omnia Romanas ex Africa appellationes interdiciunt inferiori Clero, & patentissimè asseverant cunctis Episcopis.

Eadem in epistola Sanctus Augustinus demonstrat Carthaginensem, quæ absentem Cecilianum attentavit damnare, Secundi Tigisitani in privata domo celebratam Synodum non fuisse competentem ac legitimum iudicem, atque profequitur: Quibus omnibus rebus cum eos, Secundum & ejus Asceas, non veros iudices, sed inimicos atque corruptos Cecilianus convenisse cognosceret, quomodò fieri posset, ut vel ipse vellet, vel Populus, cui præsidebat, permitteret, ut relicta Ecclesia iret in domum privatam, non Collegarum discutiendus examine, sed Factionis cuneo, & odiis muliebribus tractandus? Cum sibi præsertim videret apud Ecclesiam Transmarinam, à privatis inimicitis, & ab utraque parte dissensionis alienam, incorruptum & integrum examen causæ suæ remanere. Ubi si nihil Adversarii agere vellet, ipsi se ab innocentissima Orbis terrarum communione præciderent. Si autem illic

eum

eum accusare tentassent, tunc innocentiam suam adversus eorum machinamenta defenderet, sicut posse à factum esse didicisti. Cum tamen nimis serò illi quaessent iudicium Transmarinum jam schismatis rei, jam levati Altaris horrendo scelere maculati. Primò enim facerent, si veritate niterentur, sed falsis rumoribus temporis diuturnitate firmatis, quasi vetusta fama præjudicante ad iudicium venire noluerunt. Aut quod magis credendum est, damnato prius, sicut libuit, Ceciliano, quasi securi sibi videbantur, præfidentes numero suo, nec audentes alibi commovere causam tam malam, ubi nulla corruptione operante posset veritas inveniri. Sed posteaquam ipsi rebus experti sunt cum Ceciliano permanere communionem Orbis terrarum, & ad eum à Transmarinis Ecclesiis communicatorias litteras mitti, non ad illum quem sibi sceleratè ordinaverant, puduit eos semper tacere, quia posset eis objici cur paterentur ignaram per tot gentes Ecclesiam communicare damnatis, & cur ipsi se ab innocentis Orbis terrarum communione præciderent, cum tacendo sinerent Episcopo, quem Carthaginensibus ordinassent, à toto Orbe non communicari: elegerunt, sicut dicitur, agere causam cum Ceciliano apud Ecclesias Transmarinas, parati ad utrumque, ut si eum potuissent quacumque versura falsæ criminacionis evincere, satarent plenissimè cupiditatem suam; si autem non possent, in eadem quidem perversitate durarent; sed jam tamen quasi haberent quo dicerent, malos iudices se esse perpeffos, quæ vox est omnium malorum Litigatorum, cum fuerint etiam manifestissima veritate superati. Quasi non eis ad hoc dici posset, & iustissimè dici: Ecce putemus illos Episcopos, qui Romæ iudicaverunt, non bonos iudices fuisse, restabat adhuc plenarium Ecclesiæ Concilium, ubi etiam cum ipsi iudicibus causa posset agitari, ut si malè iudicasse convicti essent, eorum sententiæ solverentur.

Sanctus Augustinus denuò affirmat varia. Primò, quod Cecilianus ante omnem causæ ingressum potuerit Secundi Tigisitani Synodum habere suspectam, & quaestionem suam provocare ad Transmarinas Ecclesias: Ad Ecclesiam Romanam, caput omnium istarum Ecclesiarum. Secundò, quod etiam Secundus ac omnis illa Factio potuerint, immò debuerint ad idem Tribunal deducere ipsam primam causæ instantiam. Tertio, quod huic evocationi Cecilianus debuisse parere, ac sibi adesse. Quarto, quod non Cecilianus, sed ipsi Donatistæ appellaverint Transmarinam Ecclesiam, atque ita causa per sacros Canones ac Imperatorem Constantinum sit traducta ad iudicium Romanum. Verùm nimis serò. Nempè post completum schisma, ac erectum novum Altare. Et sanè ipsorum rationes ita cogebant. Nec enim Damnator iudex appellare consuevit, sed damnatus Reus. Verùm per istos patrata Cecilianæ damnatio fuit spreta à Romana ac omni Catholica Ecclesia: Omnes sub cælo Ecclesiæ perrexerunt communicatorias litteras non ad Majorinum scribere, sed ad solum Cecilianum. Prima, & forsitan unica Transmarinæ Ecclesiæ ad Factionem communicatoria epistola fuit Eusebianæ Factionis è feeleratissimo apud Philippo-Polim Conventiculo ad Majorini Successorem Donatum, qua vulpes vulpibus, Ariacrist. Lupi Opera T. VIII.

ni Donatistis studuerunt caudas jungere ad depulandam Catholicam JESU-CHRISTI Vincam. Et plurimi post exorum schisma fluxerant anni. Schisma adeò increverat, ut plures per Africam Ecclesiæ duos haberent Episcopos. Ita igitur necessitate compulsi Donatistæ causam suam traduxerunt ad Transmarinam Ecclesiam. Et ipsam Constantinus traduxit Romam.

Etiam hæc Augustini testimonia invadit ac pervertere studet Scriptor Anonymus: Reverè Augustinus ait Cecilianum, cum nec Diaconus, nec inferioris Ordinis Clericus esset, causæ suæ disceptationem iudicio Collegarum & Ecclesiarum Apostolicarum potuisse reservare. Sed hoc nihil spectatim attinet ad Romanum Pontificem. Quippe cum præter Romanam multæ superessent Ecclesiæ Apostolicæ, ad quas hoc iudicium poterat referri. Omnes Orbis Episcopi erant Collegæ Cecilianum. Propterea dum ait Sanctus Augustinus potuisse Cecilianum reservare causæ suæ cognitionem Ecclesiis Apostolicis & Collegis suis, habita ratione Episcopalis Dignitatis, qua pollebat, non idè ab obsequio & obtemperacione Synodi Provincialis iudicio debita liberat, sed hoc privilegium ei competere potuisse fortasse existimat propter quandam Episcoporum præ simplicibus Presbyteris aut Diaconis potestatis atque auctoritatis eminentiam, quæ impedit, ne tam citò iudicia causa iudicentur. Jus enim violari poterat aliquandò adversus Presbyteros, sed saltem difficultè adversus Episcopos, qui suas lites non difficulter adeò poterant subicere iudicio Ecclesiarum Apostolicarum; Collegarum opem, & auxilium impetrare. Incredibile enim erat fore, ut iudicia causa iudicarent, prævaque istiusmodi iudicia approbarent. Quam ob rem Constantinus constanter asserbat, absente Ceciliano, & Numidicæ Concilium ejurante, Secundum Tigisitani debuisse intercedere, & condemnationis iudicium cohibere. Hic esse mihi videtur sensus epistolæ Sancti Augustini, cui explicatio nostra quibusdam fortasse videbitur tenebras & obscuritatem adferre; alius verò lumen adhibere maximum, quò sincero examine Sancti Doctoris mentem eruere conati sunt.

Reverè isthæc non explicatio, sed depravatio Augustinianis litteris densissimas offundit tenebras. Nugacissimas fabellas. Prima est, quod Sanctus Augustinus non dicat Cecilianum per Episcopalis dignitatis causam fuisse exemptum ab obedientia debita iudicis Provincialium Synodorum. Etenim Augustinus dicit ipsum fuisse Carthaginensem non modicæ civitatis Episcopum, ideoque per ejus Episcopalem dignitatem intelligit Exarchatum totius Africanæ: Ejus causa planè affirmat fuisse exemptum ab ita obedientia. Præsertim ab obedientia erga Numidicæ Synodum. Et quidem talem. Utique constantem ex conjuratis, inimicis, pecunia emptis, & criminosis Episcopis. Numidicæ Synodus nec minimum Proconsularis Provincie Laicum iudicare poterat, longè minùs ejus, ac simul totius gentis Primatem. Hæc Augustinus omnino docet in ista epistola: Attamen non per laudatam à me verba. Per ipsa docet Cecilianum, quoniam non Presbyter aut inferior Clericus sed Episcopuserat, non fuisse obstrictum domesticis acquiescere iudiciis,

V

diciis, sed pleno jure potuisse Romam appellare. Hic est manifestus epistolæ sensus, quem nullam novorum hodie, Marcum Antonium de Dominis resuscitantium, Dogmatistarum fabella possit obnubilare. Anonymus omnino vidit istud lumen. Ad ipsum tamen obfuscandum fabulatur: *Sed hoc privilegium ei competere potuisse fortasse existimat, &c.* Nullus hic est locus cuiquamque Fortasse. Augustinus firmissimè definit: Palam de Romana appellatione. Scribit Africanos Episcopos semper potuisse, Clericos non potuisse Romam provocare. Acerbum est in res lucidas profundere tempus, cujus nemo possit reparare jacturam.

Secunda istius Anonymi fabella est, quod Sanctus Augustinus affirmet Cecilianum, & quosvis Afrorum Episcopos potuisse quidem appellare ad omnes generatim Apostolicas Ecclesias, seu ad plenam totius Ecclesiæ Synodum, nequaquam tamen ad solum Tribunal Romanum. Etenim Augustini verba sunt lucidissima: *Carthago erat etiam Transmarinis vicina Regionibus, & fama celeberrima nobilis. Unde non mediocri utique auctoritate habebat Episcopum, qui posset non curare conspirantem multitudinem inimicorum, cum se videret & Romane Ecclesiæ, in qua semper Apostolicæ Sedis viguit Principatus, & cæteris terris, unde Evangelium ad ipsam Africam venit, per communicatorias litteras esse conjunctum, ubi paratus esset causam suam dicere, si Adversarii ejus ab eo illas Ecclesias alienare conarentur. Ubi esset paratus causam suam dicere? Certè non alibi, quam apud Romanam Ecclesiam, ubi Apostolicæ Sedis semper viguit Principatus.* Sanctus Augustinus laudat istas Transmarinas Ecclesias, quæ Cecilianum aut quemlibet alium Africanum Episcopum poterant ob contumaciam aut quodvis aliud crimen damnare, & super damnati nomine ad omnes sub cælo Ecclesias mittere Tractoriam. Hæc autem manifestè est sola Romana. Per Transmarinas Ecclesias, apud quas & Cecilianus & Donatistæ debuerunt suam causam primitis agere, Augustinus intelligit illam, apud quam postmodò causa ista fuit acta. Manifestè Romana.

Et istam solam Ecclesiam non dumtaxat Sanctus Augustinus, sed etiam Africanæ Synodi passim intellexerunt per Transmarina, aut Ecclesias Transmarinas. Africanus Codex suo de quibusdam in suo honore recipiendis Donatistarum Episcopis aut Clericis Decreto adjungit: *Sed hanc rem placuit non confirmari prius, quam exinde Transmarina Ecclesia consulatur.* Alius Canon exponit: *Litteræ mittantur ad Fratres & Co-Episcopos nostros, & maximè ad Sedem Apostolicam, in qua presidet Venerabilis Frater & Collega noster Anastasius.* Item de firmando Divinorum librorum Catalogo Africanus Canon habet: *De confirmando illo Canone Transmarina Ecclesia consulatur.* Alius Canon exponit: *Hoc etiam Fratri & Consecratori nostro Bonifacio, vel aliis earum partium Episcopis pro confirmando illo Canone innotescat, quia à Patribus ista accepimus in Ecclesia legenda.* Et Milevitanus Canon fancit de Clericis: *Ad Transmarina qui putaverit appellandum, à nullo intra Africam in communionem suscipiatur.* Certum

ac manifestum est illic per Transmarina intelligi solam Romanam Ecclesiam. Plurima sunt istiusmodi testimonia. Proinde eadem vocis acceptione Sanctus Augustinus utitur in præsentis epistola. Eximie se exponit in secunda concione super Psalmum trigésimum sextum, declamans ad Donatistarum Principem Primianum: *Dignare acceptare Cecilianum innocentem, qui noluit exire ad Majores tuos, & sic servavit causam suam Orbi terrarum, quomodo tu servasti Concilio Numidarum. Si te innocentem reddidit Sedes Bagaitana, quam potius illum Sedes Apostolica.*

Attamen Sanctus Augustinus, dum de Cecilianæ causa, aut communicatoris ad ipsum litteris agit, passim adjungit omnes Apostolicas Ecclesias, omnes Collegas, aut totum Orbem terrarum. Nec sine rationibus, Primam edicit Aquilejensis Synodus in litteris ad Imperatorem Gratianum, scriptis à Sancto Ambrosio: *Totius Orbis Romani caput Romanam Ecclesiam, atque illam sacrosanctam Fidem Apostolorum ne turbari sneret, obsecranda fuit vestra Clementia. Inde enim in omnes veneranda communio jura dimanant.* Romana Ecclesia est radix ac propago totius Orthodoxæ & Catholicæ communionis. Cuiusque ipsa, vel quicumque ipsi Formatarum commercio communicat, ipsi tota Ecclesia, & ipse toti communicat Ecclesiæ. Omnibus Apostolicis Ecclesiis, omnibus Collegis. Et unicus Romanæ appellationis fructus est Romanæ Ecclesiæ communionem recipere, aut in ipsa stabiliri. Hinc qui ad Romanam appellat, aut à Romana reparatur Ecclesia, appellat ad omnes, & ab omnibus reparatur Ecclesiis, ab omnibus Collegis. Præsertim ab Apostolicis. Ob singularem ipsarum gradum in Catholica communione. Hinc de Juliano Eclanensi Episcopo scribit in Commonitorio super Celestii nomine Marius Mercator: *Celestius & Pelagius sine damnati ab Innocentio, à quo & Julianus fuerat Ordinatus, quique post illorum damnationem usque ad prædicti Innocentii Episcopi excessum è vita in ejus communione permanentes, & perseverans in sincera sententia, & communicans Damnatorum prædictorum, ipse quoque sine dubio Pelagium, Celestiumque damnavit.* Causa laudatæ communionis. Ac præterea ob susceptam damnationis Tractoriam.

Eadem est ratio factarum reparationum per Romanos Pontifices. Hinc enim Sanctus Joannes Chryostomus suam Romanæ appellationis instrumentum dirigit ad solum Pontificem Innocentium, & tamen concludit: *Igitur Domini maximè venerandi & pii, &c.* Conclusionem dirigit ad omnes Latinos Episcopos. Aut certè ad omnes Italos. Eadem de causa ad Imperatorem Arcadium scripsit Collega Honorius: *Erat inter Episcopos causa, quæ collato tractatoque consilio deberet absolvi. Missi ad Sacerdotes Urbis æternæ atque Italiæ utraque ex parte Legatis, expectabatur ex omnium auctoritate sententia.* Etiam Imperator Aurelianus, dum de exequenda in Paulum Samosatensem data sententia fuit morum dubium, præcepit illis dari Ecclesiæ domum, quibus Christiani Italiæ & Urbis Romæ Episcopi per litteras tribuendam præscriberent. Ita habemus apud Eusebium, Et

Et ad Imperatorem Theodosium scripsit Romana Sancti Damasi Synodus: *Sanctæ memoriæ Athanasius, & dudum Petrus Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopi, & Orientalium plerique, ad Romanam Ecclesiam, Italiæ, & totius Occidentis confugerunt judicium.* Et tamen certum est ipsos ad solum Romanum provocasse Pontificem, & ab ipso solo fuisse auditos ac reparatos. Hinc enim Philippo-Politano Eusebianæ Factionis Conventus ob patrata Sancti Athanasii & aliorum appellantium reparationem non cunctos Occidentis aut Italiæ Episcopos, sed solum degradavit Julium Pontificem. Adjunxit Hosium Cordubensem, & Maximinum Trevirensem, quod Julium ad istam reparationem instigassent. Epistola est scripta à Sancto Ambrosio. Est quarta post appendicem Theodosiani Codicis. Eandem phrasim usitat Magnus Basilius. Quia nempe omnes Latini, immò omnes Orthodoxi sub cælo Episcopi cum Romano Pontifice semper fuerunt quasi unica Ecclesia, unicaque familia: *Populus labii unius, ac sermonum eorum.* Italiæ Episcopi insuper erant propria Romani Pontificis Synodus, & in retractatoriis appellationum Judiciis Assessores atque conjudices. Secunda Augustinianæ phrasios ratio est, quod Cecilianus esset paratus non solum coram Romana Cathedra, sed etiam coram plenaria totius Ecclesiæ Synodo, immò coram cunctis sub cælo Ecclesiis suam causam tueri.

Anonymus evertit semetipsum. Etenim proficitur Afrorum Episcopis aliquid licuisse, quod Clericis non licebat: Nempe appellare ad Synodum totius Ecclesiæ. Certè hæc appellatio semper licuit aliarum gentium Clericis. Etenim ad Imperatorem Theodosium scripsit cum Italiæ Episcopis Sanctus Ambrosius: *Unus Constantinopolitanæ Ecclesiæ Presbyter, Paulus nomine, intra Achaïam Synodum Orientalium juxta atque Occidentium posulavit.* Epistola existat post appendicem Theodosiani Codicis. Et adversus Chæremone, Victorem, & Sophronam, suæ civitatis serquilia, scribit ad suos Constantinopoli Clericos Sanctus Cyillus Patriarcha Alexandrinus: *Nunquam formidavimus peregrinationem suscipere, sed nec illorum accusationibus respondere, si tempus hoc exigat. Potest enim evenire, ut etiam fortè ob vitissimas causas, ad purgandam Ecclesiam, juberi Concilium convocari.* Et nonne Eutyches Presbyter à Magni Leonis Judicio provocavit ad generalem Synodum? Ista appellatio Majores nostros compulit ad secundam Ephesinam, & ad Synodum Chalcedonensem. Ad Chalcedonensem Synodum appellarunt etiam alii Clerici & Laici, qui se oppressos affirmabant à suo Patriarcha Diocoro: *Et fuerunt auditi.* Cur igitur isto jure caruerunt Afrorum Clerici? Ob singulare gentis Statutum, quod Sanctus Cyprianus affirmat æquum & justum. At Cyprianus non de Clericorum ad generalem Synodum, sed de ipsorum ad Romanam Ecclesiam appellatione loquitur. Agnoscant hoc novi Dogmatistæ, & desinant tempus perdere ad lucidæ veritati quærendas tenebras.

Quid sibi volunt hæc Anonymi verba: *Sed hoc nihil speciatim attinet ad Romanum Pontificem. Christ. Lupi Opera T. VIII.*

Quippè cum præter Romanam multæ superessent Ecclesiæ Apostolicæ, ad quas hoc Judicium potuit referri, omnes Orbis Episcopi erant Collegæ Cecilianæ. Affirmant omnes Ecclesias atque Episcopos esse pares, & Romano nihil esse singulare, nisi primum locum. Si quippè ista speciatim non pertineant ad Romanum Episcopum, necesse est alios esse ipsi pares. Porro quis unquam Afer, quis Gallus, quis Hispanus provocavit ad Theſſalonicensem, Corinthiorum, Philippensem, aut aliam Apostolicam Ecclesiam? At verò plurimi ex omni gente frequenter provocarunt ad Ecclesiam Romanam. Et cum fructu, probato apud omnem Christianitatem. Prima istius fructus impugnatrix fuit Eusebiana Factio. Scire optatum, quas partes sequatur hic Anonymus. Errorem confirmant ejus sequentia verba: *At verò inflat Davidus entis, & responsum assumit ex eo, quod Augustinus ait nihil fuisse Ceciliano pertimescendum, quandiu communionis litteris cum Ecclesia Romana conjungeretur, in qua semper Sedes Apostolicæ Principatus viguit.* Nisi plura diceret Augustinus, & alii Ecclesiis prætermittis de sola communionem cum Ecclesia Romana mentionem faceret, me victum faterer libentissimè, nihilque Davidio responderem. Sed prorsus contrarium dicit. *Omnes Ecclesias, quibuscumque Cecilianus communicaverat, Romanæ exequat, adjuncto tantum discrimine Principatus Apostolicæ Sedis, qui semper Romæ viguit, unde Romanæ Ecclesiæ gloria singularis exurgit.* Palam docet omnes Ecclesias esse pares Romanæ, & hujus Principatum esse honorem solius loci. Est error Marci Antonii de Dominis. Teodorus Balsamon affirmat eundem tradi à quibusdam Sæctoribus Photiani schismaticis: *Et ipsum damnat ut fontem plenæ confusionsis.* Certè quisquis talia senserit, *bonum erat ei si natus non fuisset homo ille.*

Anonymus urget ad Romanam Ecclesiam ab Augustino adjungi cæteras fidelium terras, earumque laudari communicatorias ad Cecilianum litteras, & addi: *Ubi paratus esset causam suam dicere.* Et commentatur: *Augustinus significat Cecilianum non minus auxilium sibi comparasse ex aliis Ecclesiis, quibuscumque communicabat, quam à Romana.* Respondeo hæc esse ejusdem sætoris, & abundè refutata. Etenim si Augustinus Romanæ Ecclesiæ dumtaxat par & commune cum aliis adscribit impensum Ceciliano auxilium, cur scribit ipsum à sola Romana Sede fuisse purgatum ac reparatum? Certè Romano isti judicio non solus Pontifex adfuit, sed insuper Arelatenſis Episcopus, Colonienſis, & Augustodunensis: Et tamen nec hæc, aut ista Sedes, sed sola Romana dicitur Cecilianum reparasse. Item Petrus de Marca proficitur reparatoriam sententiam fuisse conceptam in nomen solius Melchiadis. Et licet ista Synodus non Romæ, sed Colonia, aut Augustoduni fieret, Melchides habuisset eadem elogia. Et Donatistæ nunquam Maternum, Rheticum, aut Marinum, sed solum ex suis Judicibus Melchidem accusarunt Thurificationis & Lapsus. Quæ ratio? Notissima est etiam infimo Christiano. Nempe diversitas auxilii, quod Melchides Ceciliano impenderat.

Anonymus proficitur: *Denique si Pontifex*  
V 2 Ro

Romanus se Episcoporum supremum Judicem habuisse, cur post sententiam à se ipso prolatam, iteram litis cognitionem in Concilio Arelateni sustinuisse? Cur de hac causa solitarius Judex non sedebat, sed immò tot sibi Judices ab Imperatore adjungi patiebatur? Si ea fuisset mens Augustini, ut contendit Davidus, cur post Romanum Judicium toties Donatistis Concilium Arelatense opposuit? Cur denique post supremam Romani Soli decisionem posse adhuc hanc causam in Concilio generali univèrse Ecclesie agitari reposuisset? Et adducit Augustini verba: *Ecce putemus illos Episcopos, qui Romæ judicaverunt, non bonos Judices fuisse, restabat adhuc plenarium univèrse Ecclesie Concilium, ubi etiam cum ipsis Judicibus causa posset agitari.* Respondeo Anonymum ab istis ipsis Augustini verbis penitus everti. Et enim ajunt: *Cum ipsi Judicibus.* Proinde istiusmodi provocatio Romanum Pontificem non demutat in Reum aut Accusatorem, sed permittit Judicem. Et non talem qualem, sed supremum ac plenum futuri Concilii Præsidentem. Nam & Sanctus Sylvester fuit invitatus ad præsidendum Arelateni Concilio. Proinde istiusmodi provocatio non est appellatio, sed simplex revisio. Et quod hæc non evertat supremam judicandi auctoritatem, noverunt non soli Domini Senatores, sed ipsi etiam Procuratores & Apparitores Curie Parisiensis. Porrò Melchias plures sibi assumpserunt Assessores Episcopos ex ea ipsa causa, ex qua Sanctus Petrus ad motas à Cerintho questiones dirimendas non fedit solus, sed Antiochiam advocavit omnes Apostolos, & plures Episcopos. Et falsum est, quod omnes istos Constantinus adjunxerit. Adjunxit solos tres: Reliquos Melchias assumpsit. Ad confutandos Eutychnianistas omnis Ecclesia non solum, licet sufficientissimum, Sancti Leonis Tomum, sed semper adduxit etiam Chalcedonense Concilium. Ex eodem principio Sanctus Augustinus ad confutandos Donatistas non solo est usus Melchiasis judicio, sed insuper Concilio Arelateni. Anonymus hic est omnino unus illorum, de quibus Tertullianus: *Firmos fatigant, infirmos capiunt, medios cum scrupulo dimittunt.* Ab inepto Tenebrione nihil reportabis, nisi tui stomachi commotionem.

## CAPUT XXI.

*Romana Africanorum Episcoporum appellatio demonstratur ex Sancti Augustini Epistola ad Sanctum Cælestinum Pontificem.*

Quod Africani Episcopi semper potuerint Romanam provocare, Sanctus Augustinus insigniter proficitur, ac exemplis demonstrat in litteris ad Sanctum Cælestinum Pontificem. Antonius, per Sanctum Augustinum eve-

ctus in Fussalensem Cathedralam, ac primus istius civitatis Episcopus, pessimè se gessit: Illius nuperimè à Donato ad Christum Dominum conversi Populi egit scandalosissimum Tyrannum ac expilatorem. Hinc Sanctus Augustinus ipsum impetravit Synodaliter frænari. Non degradari quidem, sed tamen auctoritate ac potestate insigniter circumferri, ac mutilari. Hinc ille sententiam clamavit Canonibus adversam, & Romanam provocavit ad Sanctum Pontificem Bonifacium. Et Synodalia Gestas, omniisque causæ instructio fuerunt eò transmissa. Hac igitur de re Sanctus Augustinus scripsit ad Bonifacii Successorem Cælestinum: *In illis multiplicibus Gestis, quibus de Antonio nostrum judicium continetur, magis debere vereri, ne tibi minus severe, quam oporteret, judicasse videamur, nisi scirem vos tam propensos ad misericordiam, ut non solum nobis, quia illi peperimus, verum etiam ipsi existimetis esse parcendum. Sed ille, quod à nobis aut benigne, aut remissè factum, in præscriptionem vertere atque usurpare conatur. Clamat: Aut in mea Cathedra federe debui, aut Episcopus esse non debui. Quasi nunc sedeat nisi in sua. Propter hoc enim loca illi eadem dimissa atque permissa sunt, in quibus & prius Episcopus erat, ne in aliena Cathedra contra Statuta Patrum translatus illicitè diceretur. Aut verò quisquam ita esse debet sive severitatis, sive lenitatis exactor, ut qui non nisi fuerint Episcopatus honore privandi, nullo modo in eis aliquid vindicetur, aut in quibus aliquid visum fuerit vindicandum, Episcopatus honore priventur. Exstat exemplo, ipsa Sede Apostolica Judicante, vel aliorum judicata firmante, quosdam pro culpis quibusdam nec Episcopali spoliatos honore, nec relictos omnimodis impunitos. Quæ ut à nostris temporibus remotissima non requirant, recentia memorabo. Clamet Priscus Provinciae Cesaræensis Episcopus: Aut ad Primatum locus, sicut cæteris, & mihi patere debuit, aut Episcopatus mihi manere non debuit. Clamet alius ejusdem Provinciae Victor Episcopus, cui relictus in eadem pœna, in qua & Priscus fuit, nisi quàm nisi in Diocesi ejus ab alio communicatur Episcopo. Clamet, inquam: Aut ubique communicare debui, aut etiam in meis locis communicare non debui. Clamet tertius ejusdem Provinciae Laurentius Episcopus, & prorsus hujus vocibus clamet: Aut in Cathedra, cui ordinatus sum, sedere debui, aut Episcopus esse non debui. Sed quis ista vituperet, nisi qui parum attendit nec invidia relinquenda, nec uno modo omnia vindicanda?*

Sanctus Augustinus affirmat varia. Primò, quod apud Africanas Ecclesias extant plurima Episcopatum appellatum ad Sedem Apostolicam exempla: Et veterusta & recentia. Secundò, quod exempla rememorari nolit, & adducere. Ex recentioribus adduxit tria ex sola Provincia Cesaræensis Mauritanie. Tertiò affirmat Synodalia Afrorum Antistitum circa appellatas Collegiarum causas judicata fuisse per Apostolicam Sedem aliquandò reformata, aliquando confirmata. Quartò asserit Synodale de Antonio judicium nequaquam fuisse insuetum aut heroclytum, & esse justissimum. Hinc supplicat per Cælestinum stabiliri. Et ad permovendum Pontificem affirmat

mat ista tria Cesaræensis Provinciae exempla fuisset istius formæ. Palam affirmat Romanas Episcoporum appellationes fuisse apud suam gentem frequentissimas atque liberrimas. Inter Romanam & Africanam Ecclesiam sumabat tunc contentio de Romanis appellationibus inferioris Cleri: Et hujus servitute aliqui, quinto Nicæno Canone abusi, tentabant etiam ad Episcopos extendere. Verùm irritò conatu. Omnes meliores & doctiores Episcopi perrexerunt sentire cum Sancto Augustino.

Et hic prosequitur de Antonio: *Quam versuta suavitate Antonius Sanctum Senem Primatem nostrum, gravissimum virum, ut ei cuncta crederet, quem vellet omni modo inculpato venerando Papæ Bonifacio commendaret, induxerit, & cætera, quæ à me quid opus est recoli, cum memoratus venerabilis Senex ad tuam Sanctitatem omnia retulerit? Iste Numidia Primas fuit Valentinus Vajanensis Episcopus. Videur enim tunc fuisse adhuc superstes. Et hinc manifestissimè lucet, quod etiam ipse temerarius Aurelii Archi-Episcopi adversum Romanas Episcoporum appellationes machinationis non fuerit cooperatus. Sanctus igitur Augustinus hic iterum primò affirmat Antonium non sub Cælestini, sed sub Bonifacii Pontificatu fuisse judicatum ac damnatum. Secundò, quod ad eundem Pontificem appellaverit. Tertiò, quod ad ipsum sibi conciliandum fuerit usus non bonis artibus. Palmaris fuit, quod ipsum suæ Provinciae Primatem, ac damnaticis Synodi Præsidentem, seduxerit ad impugnandum sui ipsius Synodale Judicium, & Antonio perhibendum innocentie ac integritatis testimonium. Et ipso fretus Pontifex Antonium absolvit, ac reparavit. Ex quibus lucet non solum Augustinum, nec solum Primatem Valentinum, sed omnes, aut sanè plurimos Numidia Episcopos de Episcopatum ad Romanam Cathedralam provocationum antiquitate ac auctoritate non cespitasse. Antonii appellationem cuncti sunt venerati. Porrò Antonii absolutio à prævento per mortem Bonifacio non fuit sortita effectum, nec missa in executionem: Hinc ipsam urgere ille perrexit apud Cælestinum. Verùm Bonifacii sententia habebat hanc clausulam: *Si Antonius ordinem rerum nobis fideliter indicavit.**

Hinc adversus ipsam Sanctus Augustinus potenter intercessit, & scripsit ad Cælestinum: *Accipe nunc quæ post ejus sanctæ memoriæ viri, Pontificis Bonifacii, in Africa litteras gesta sunt, & subveni hominibus, opem tuam in Christi misericordia multo avidius, quam illo postulantibus, à cuius inquietudine desiderant liberari. Judicia quippe illis, & publicas Potestates, & militares impetus, tam quam executores Apostolicæ Sedis sententiam, sive ipse, sive rumores creberrimi comminantur, ut miseri homines Christiani Catholici graviora formident à Catholico Episcopo, quàm cum essent heretici, à Catholicorum Imperatorum legibus formidabant. Non sinas ista fieri, obsecro te: Per Christi sanguinem, per Apostoli Petri memoriam, qui Christianorum Præpositos Populorum monuit, ne violenter dominentur inter Fratres. Ego Fussalenses Catholicos, Filios in Christo meos, & Antonium Episcopum, Christi Lupi Opera T. VIII.*

*Filium in Christo meum, benignitati Charitatis & Sanctitatis tuæ, quia utroque diligo, utroque commendo. Neque Fussalensibus succenseo, quia justam de me querimoniam ingerunt auribus tuis, quod eis hominem, nondum mihi probatum, nondum saltem ætate firmatum, à quo sic affigerentur, inflixerit. Neque huic noceri volo, cui quantum magis sinceram habeo charitatem, tanto magis pravæ ejus cupiditati obfisso. Utrique misericordiam mereantur: Illi, ne mala patiantur, illi, ne faciat. Illi, ne oderint Catholicum, si à Catholicis Episcopis, maximeque ab ipsa Sede Apostolica, contra Catholicum eis non subveniatur Episcopum; iste autem, ne se tanto scelere obstringat, ut quos molitur in vitos facere suos, à Christo faciat alienos.*

Fussala ante fuerat Hipponensis Parochiæ Oppidum. Ex integro pertinax in parte Donati. Ipsam Sanctus Augustinus per missos eò Presbyteros, ac multam ipsorum prædicationem & passionem, Imperialibus adversum Donatistas Legibus adjuvantibus, tandem perduxit ad Christum Dominum. Et ut in bono firmaret, ipsam dimembravit à sua Cathedra, & ei dandum curavit novum Episcopum. Verùm Electus; dum omnia ad consecrationem sunt parata & præsentia, ex humilitate, & tanti oneris fuga clandestinè se subtraxit, atque ita Sanctus Augustinus, præsertim ad evitandas senis Primatis defatigationes, fuit compulsus in ejus locum sufficere alium. Et tunc ad manum non habuit nisi Antonium, suæ Ecclesie, ac Episcopalis Monasterii Clericum, hominem sibi necdum probatum, & necdum ætate firmatum, & tamen ipsum curavit consecrari. At ecce hic juvenis, & primus Neophytorum Episcopus memoriæ suæ non infixit Canonem, quem ad juvenem etiam Timotheum scripsit Sanctus Paulus: *Juvenilia desideria fuge.* Cœpit suam Plebem vexare, concutere, expoliare, & esse suspectus de aliis. Hinc ipsum Fussalenses detulerunt ad Provinciae Synodum, & impetrarunt, licet non degradari, tamen compeisci, circumferri, puniri. Eam novæ Diocesis partem, quam maxime vexaverat, Synodus ipsi abstulit, & denuò adscripsit Cathedrali Hipponensi. Nempe Castellanos, & illius Regionis homines, qui ad intolerabili ejus dominatione, de rapinis, & diversis oppressibus, & contritionibus fuerant veraciter conquesti. Nova ista Cathedra videtur fuisse sponda sine dote. Hanc Antonius videtur violenter extorsisse. Quidquid sit, à Synodi sententia provocavit ad Bonifacium Pontificem, & propter Primatis testimonium meruit absolvi, purgari, ac reparari. Attamen cum salutaris clausula: *Dummodo preces & testimonium veritate nitantur.* Isto interim Decreto fultus Antonius impetrare studuit publicas Potestates & militares impetus, qui Apostolicam sententiam exequerentur. *Qui in vitos facerent suos.* Hoc est, qui suæ Cathedralis ablatos, & Hipponensi reditos Castellanos violenter cogere ad ipsum redire. Talia aut ipse sparsit in suum Populum, aut spargi curavit, vel permisit. Hinc miseri ac Neophyti Fussalenses jam Catholici graviora formidabant à Catholici Episcopi turbulencia, quam antea Donatista formidant à pœnalibus Catholico-



eorum Principum legibus. Hinc apud Cælestinum Pontificem accusarunt non solum Antonium, sed & ipsum Sanctum Augustinum, tamquam horum malorum fontem, qui talem ipsis donasset Episcopum. Quæ res senem Augustinum adeo afflixit, ut suum Episcopatum voluerit deponere, & semetipsum damnare ad perpetuam poenitentiam. Ex quibus omnibus discimus, quod non solum Africani Episcopi adversum suas Synodos, sed etiam Africani Populi adversum suos Episcopos consueverint Romanos Pontifices invocare. Et Apostolicæ Sedis iudicia erant isthæc tanti ponderis, tantæque reverentiæ, ut ad ipsa exequenda publicæ etiam Potestates, ac militares impetus essent in promptu.

Hæc Sancti Augustini epistola est lucidissimum, atque inconcussum pro Romanis Africanorum Episcoporum appellationibus testimonium. Hinc audio in Gallia aut imprimi aut proximè imprimendam Dissertationem, quæ ipsam suadeat esse spuriam & suppositiciam, ideoque stramineæ authoritatis. Nescio quod hominum genus non minori hodie erga Apostolicæ Sedis dignitatem odio æstuat, quam Martinus Lutherus, aut Joannes Calvinus erga plures Catholicas veritates. Hinc uti hi erga Divinas, quas in suos errores nullo possint furo deorquere, litteras imitantur Marcionem, aut Manichæum, & nobis auferunt Machabæorum libros, Sanctorum Jacobi, & Judæ epistolas, quædam alia, ita isti pari impudentia graßantur in certissima sanctorum Patrum Monumenta. Ista namque epistola adeo clarè refert Sancti Augustini faciem, ut si hodie in nescio quo campo per fortem reperiretur, omnes Sancti Augustini stylo vel leviter affueri unanimiter clamarent esse manifestum ejus fortum. Optarim ut istorum Sapientum aliquis tub Augustini nomine nobis tinguat talem epistolam: Erit toti mundo summus vates. Norunt sua nugamenta nunquam persuadenda Mundo, nihilominus censent piscandum, sperantes hinc inde aliquos aut capere, aut dimittere cum serupulo.

Exhæredandæ epistolæ præcipuum fundamentum audio esse præsertim hæc verba: *Me sanè, quod consiendum est Beatitudini vestræ, in isto utrumque periculo tantus timor & moror excruciant, ut ab officio cogitem gerendi Episcopatus abscedere, & me lamentis erroris meo convenientibus dedere, si per eum, cujus Episcopatus per imprudentiam suffragatus sum, vastari Ecclesiam Dei, & quod ipse Deus avertat, etiam cum vastantis perditione pervire conspexero.* Apostolicæ dignitatis Olores censent talia verba non cadere in virum constantem, præsertim in Sanctum Augustinum. Respondeo Sanctum Augustinum fuisse delicatæ conscientiæ, ideoque verba hæc ejus moribus omnino consonare. Nam similia scribit etiam ad suum Prælatum Xantippum, agens de Presbytero illo, quem solus sine sex Collegarum assistentia damnaverat: *Ne si quid perniciosus eruperit, languens imputem mihi.* Legantur duæ ad Alipium, & alia ejusdem Augustini ad Sanctum Paulinum epistolæ, & videbis ipsum fuisse anxie timoratum. Et certè in creandis Episcopis ita mandat Apostolus: *Nemini citò manus imposueris, ne*

Epist. 236.

Epist. 224.  
239. 250.

*communices peccatis alienis.* Quod omnia indigni Episcopi peccata devolvantur in Promotorem, demonstrat Sanctus Isidorus Pelusiotus. Porro in evehendo Antonio Sanctus Augustinus, licet ex causis, fuerat præcipitior. Hinc ipsum, ubi tot illius facinora vidit, acerbissimè momordit conscientia. Et quò morderet, nisi ad deponendum Episcopatum, atque ita agendam humilem poenitentiam? Hanc enim legem sacri Canonis imponunt Indignorum Promotoribus. Et quod Sanctus Augustinus ad deponendum ex causis Episcopatum fuerit paratissimus, ejus qualibuscumque lectoribus est exploratissimum. Nec mirandum est, quod novi Dogmatistæ averferentur hanc epistolam. Etenim ipsa demonstrat, & altissimè clamat, quod Sanctus Augustinus, Numidiæ Primas Valentinus, & fermè omnes istius Provinciæ Episcopi, à Carthaginensi Primate Aurelio, dum Romanas etiam Episcoporum appellationes arietare cœpit, retrocesserint, & famose illius ad Cælestinum Pontificem epistolæ sese non misceverint, immò constanter fuerint refragati. Quare præsens Augustini epistola pari voce clamat istam Aurelii epistolam esse prævaricatoriam, ac infelicem optimi Aurelii lapsum.

Prætermitti non possit etiam Primosi, Thiganiensis apud Cæsarienses Mauro Episcopi, Romana appellatio, de qua Africanus Codex: *Protestator esse præterea Mauros Cæsarienses constat, Primosum per Principales civitatis Thiganiensis conventum litteris eorum fuisse, ut secundum principalia Scita plenario Concilio sui presentiam faceret.* Et, ut oportuit, requisitus Primosus, repertus non est, sicut Diaconi renunciaverunt. *Sed quia poposcuerunt eidem Mauri de plenario Concilio oportere litteras destinari ad venerabilem Fratrem Senem Innocentium, has placuit mitti ut agnoscat Primosum requisitum à Concilio & minime fuisse repertum.* Primosus à suo Populo de nescio quibus accusatus apud suæ Provinciæ Synodum, ex quibus nescio causis delectavit comparere, sed ab Imperatore Honorio supplicavit aliud Episcopale Judicium. Hoc enim tolerabat Africana disciplina: *Quicumque ab Imperatore cognitionem Judiciorum publicorum petierit, honore proprio privetur. Si autem Episcopale Judicium ab Imperatore postularit, nihil ei obest.* Et Princeps Primosum transmiserat ad plenariam totius Africae Synodum. Rectè: Secundum Canones. Verùm Primosus nec isthic comparuit. Creditus est Romam provocasse, & abisse ad Papam Innocentium. Hinc Synodus duxit Pontificem de omnibus instruendum, appellationem tamen plenissimè venerata. Facta hæc sunt ante Pontificatum Zozimi, adeoque ante lites de Apiarii Presbyteri, & omnis inferioris Cleri appellationibus. Unde nullum, ad quod novi Dogmatistæ jam ridiculè recurrunt, tunc erat Interim. Erat pura Africanæ Ecclesiæ consuetudo. Quare ejus vigore Primosus appellavit.



CAPUT

## CAPUT XXII.

*Discutiuntur Scriptoris Anonymi Sensa circa laudatam Sancti Augustini Epistolam.*

**H**Uic epistolæ, cujus tamen natales infamare non præsumit, interpretandæ etiam se commiscet Scriptor Anonymus. Memorat Synodum illam, ex qua Aurelius Primas istam infelicissimam adversus Romanas Episcoporum etiam appellationes epistolam scripsit ad Sanctum Cælestinum, & pergit: *Davidius ingenue fatetur veram mentem Episcoporum Africae in hoc Concilio fuisse omnino condemnare & abrogare usum appellationum ad Sedem Apostolicam in Episcoporum ac Presbyterorum causis. Insuper sibi persuadet in hoc casu hos Episcopos nec bona fide, nec sinceritate cavuisse, sed oratione continent sic fatetur: Equidem credo huic abrogationi in ipsa Africa locum non fuisse. Enim verò animadvertimus tempore circiter hujus abrogationis, sub eodem Pontifice Romano, quo promulgata fuit, celeberrimum non solum Africae, verum etiam universæ Ecclesiæ Episcopum, scilicet Sanctum Augustinum, qui hujus controversiæ principio interfuerat, non obstitisse, immò verò annuisse appellationi Antonii, Fussalorum Episcopi, à Judio Synodi Provincialis ad Apostolicam Sedem. Respondeo Davidium recta sentire. Etenim Sanctus Augustinus, & cum ipso Sanctus Alipius, Sanctus Possidus, Numidiæ Primas Valentinus, plurimique alii sanctiores & doctiores Afrorum Episcopi, hujus controversiæ principio, quoniam de solis Clericorum appellationibus tractabat, non solummodo adfuerunt, sed insuper causam generosè ac intrepidè adjuverunt, scientes à se defendi avitam ac bonis anchoris nixam sui gentis consuetudinem. Ast ubi viderunt Aurelium salire extra metas, & contra Apostolicos Canones, itemque contra perpetuam gentis consuetudinem prorumpere ad proscribendas Episcoporum appellationes, retraxerunt manus, & dilectissimum Prælatum Aurelium, Sancto Petro Apostolo postponentes, deseruerunt. Sanctus Augustinus istam Antonii appellationem non solummodo permisit, sed & ipsam appellandi consuetudinem stabilivit exemplis & rationibus. Eandem adjuvit Primas Valentinus.*

Attamen Anonymus, ne manifestos veritatis triumphos permittat Joanni David, tacere non sustinet: *Prima fronte respondere possem, cum Antonius appellaverit, antequàm Africani Cælestino Papæ scripserint, aut litteras acceperint ab Attico Constantinopolitano & Cyrillo Alexandrino de exemplaribus Græcis Concilii Nicæni, mirum non videri, si Sanctus Augustinus & ceteri Africae Episcopi huic appellationi non obstitissent. Quippe cum Bonifacio Papæ polliciti essent ex Decreto Concilii Carthaginensis, servaturos se paulisper hanc appellationum disciplinam, donec intellexerint ex inventis exemplaribus Nicæni Concilii, an vera esset citatio Canonum*

*Nicænorum in Commonitorio Legatorum Zozimi. At nemo dubitare potest hanc appellationem Antonii Fussalensis Episcopi antecessisse acceptioni litterarum Attici & Cyrilli.* Respondeo esse frivolum effugium. Etenim ista transactio, seu istud Interim nequaquam fuit circa appellationes Episcoporum. Circa has nec erat, nec unquam fuerat ulla controversia. Transactio fuit circa duo. Primò circa servandam in Episcoporum appellationibus formam Sardicenis Canonis, quem Zozimus appellabat Nicænum. Deinde ista transactio fuit circa provocationes Clericorum. Romana Sedes affirmabat ipsas probari ac juberi per Nicænos Canones, & Africana Ecclesia profitebatur se ab istis, utpotè Spiritu Dei conditis, & totius Mundi reverentia consecratis, nolle dissonare. Hinc igitur stipulatum est, ut usque ad repertam veritatem inferior etiam Clerus posset Romam provocare. Contra priorem consuetudinem. Propter reverentiam Apostolicæ Sedis & Nicæni Concilii. Hæc est certa veritas inferiùs demonstranda. Proinde nequaquam in hujus transactionis, sed in solam avitæ consuetudinis vim Antonius appellavit: Et Episcoporum nullus vel somniavit intercedere, Aurelii Primatis, & ipsi adhærentium Episcoporum intercessio non cœpit, nisi post adductos ex Oriente Nicænos Canones.

Pergit Scriptor Anonymus: *Quamvis hæc solutio adeo certa sit, ut nullum hac de re dubitandum locum relinquat, existimo tamen, accuratius perpensa historia hujus Antonii Fussalensis, ipsum nunquam Juridicali appellatione ad Papam provocasse, quamvis negare nolim ad ipsum confugisse, & opem ejus implorasse. Hanc autem agendi rationem irritam esse etate Sancti Cypriani, iis omnibus qui pro factis iudicia timent, & suarum rerum odio mutari omnia student, ostendimus capite primo hujus operis. Igitur fatemur Antonium Romam confugisse, non secus ac antè confugerat Basilides, & de quo mentionem facit Sanctus Cyprianus. Ad quem, hæc verba, Pergens Romam, explicans Rigaltius, hanc notam efformavit: *Quo solebant contumaces, ut procul ab his, quibus erant noti, faciliùs fallerent.* Respondeo istius solutionis certitudinem abundè patere ex dictis. Porro Antonius, si Romam confugerit, & Romanæ Sedis opem imploraverit, quomodo non appellavit? Etenim imploravit opem contra Africanæ Synodi de se iudicium, ipsumque postulavit retractari & rescindi: Quod quid est aliud, quàm appellare? Deo laus, quod Anonymus propria & consueta dumtaxat verba neget, rem verò atque substantiam profiteatur. Laudamus admirandam potentiam veritatis. An Judiciales appellationis apices Antonius adhibuerit, parum refert. Certè ipsos in suis Appellationibus nunquam exquisivit Ecclesia. Et addo istos apices omnino fuisse observatos ab Antonio. Lucet ex his Sancti Augustini verbis: *In illis autem multiplicibus Gestis, quibus de illo nostrum iudicium continetur, &c.* Affirmat ista Gesta fuisse transmissa Romam, ideoque Ecclesiasticos apices huic appellationi non defuisse. Eadem est ratio Basilidis. Quod Romam appellaverit, est ipsa meridiana luce clarius. Petrus de Marca cœpit primus lucidam diem commentis obnubilare. Porro*

Porrò Nicolaus Rigaltius scribit verum. Etenim omnes novimus Apostolicam Sedem vaforum hominum obreptionibus fuisse semper obnoxiam. Attamen idem Scriptor Romanas appellationes, aliasque Romanæ Cathedræ dignitates nequaquam abnuat. Lucet ex illis, quæ in suo Commentario scribit ad sexagesimam septimam Sancti Cypriani epistolam, tractantem de causa Martiani Episcopi Arelatensis.

Antonii Fussalensis causam Scriptor Anonymus largè exponit, & concludit: *Præter hanc Augustini epistolam nihil nobis hujusmodi litis narrationem amplificat, in illa nulla mentio fit Judicialis appellationis, aut iudicii à Romano Pontifice in hac causa pronuntiati. Sed è contra valdè credibile est Papam hoc negotium in eo reliquisse statu, in quo ab Afris iudicatum fuerat, precesque ac sollicitationes Antonii, hominis perfidosi, adspersum fuisse. Respondeo ab Anonymo nobis subministrari fundamenta, ex quibus non temerariè suspicemur istam Sancti Augustini epistolam ab ipso nunquam fuisse perlectam. Etenim ex adductis jam verbis manifestum est, quod Antonius servaverit Judiciali formam Ecclesiasticæ appellationis. Item manifestum est, quod Bonifacius Pontifex appellationem admiserit, causam retractaverit, ac reformaverit Africanæ Synodi iudicium. Sancti Augustini verba sunt lucida: Antonius iudicia, & publicas Potestates, & militares impetus committatur, tanquam executores Apostolicæ Sedis sententiam. Et adjungit quædam sententiæ verba: Si ordinem rerum nobis fideliter indicavit. Verùm adversus hujus sententiæ executionem Cælestino Pontifici non solus Augustinus supplicavit, sed etiam Numidiæ Primas, & plures haud dubiè Episcopi. Venerabilis Senex, inquit Augustinus, ad tuam Sanctimoniam universa revertit. Et adjungit: Et jube tibi quæ directæ sunt omnia recitari. Vide Episcopatum qualiter gesserit, quemadmodum iudicio nostro usque ad eum consenserit communionem privatus, nisi prius Fussalensibus omnia redderentur. Et infra: In illis multiplicibus Gestis, quibus nostrum de illo iudicium continetur, magis deberem creverit, ne tibi minus severè, quam oporteret, iudicasse videremur, nisi scirem vos tam propensos ad misericordiam, ut non solum nobis, quia illi pepercimus, verùm etiam ipsi existimetis parcendum. Rationes sunt lucidæ, nec egent commentariis. Existimo Cælestinum ipsis fuisse permotum, censuisse Bonifacii iudicium fuisse Antonii obreptionibus extortum, cessasse à promovenda executione, atque ita reliquisse negotium in eo statu, in quo fuerat positum ab Africano iudicio. Et hæc forsitan est ratio, ex qua Antonius se adjunxerit Aurelio, atque ita Episcopale Romanæ appellationis jus, quod antea verbo & opere constanter defenderat, ac invocarat, cœperit contumaciter impugnare. Etenim omninò videtur adhasisse Aurelio.*

Scriptor Anonymus pergit: Jam ergo sincere discutiamus argumenta, quibus appellatio hæc Antonii ad Sedem Apostolicam comprobari possit. Dicunt Sanctum Augustinum Pontifici prodere tria exempla Episcoporum Provinciae Cæsariensis, scilicet Priscus, Victoris, & Laurentii, qui ab Apostolica Sede iudi-

cati fuerant, & adversus quos iudicia in Synodis Provincialibus lata, ab eadem Sede fuerant confirmata, ne hunc Episcopum in suam Sedem restituat, & iudicia ab Africanis in eum lata vim habeant, seu firma atque inconcussa stare possent. Adducit Sancti Augustini verba, & prosequitur: Respondeo ex his consequi Antonium Fussalensem Judicialis appellationis libello provocasse ad Pontificem Romanum, sed solum auxilium ejus implorasse, ne iudicium contra se latum exequeretur. At si quis infret de his verbis, Ipsa Sede Apostolica iudicante, vel aliorum iudicata firmante, dicatres Episcopos, Priscum, Victorem & Laurentium, quorum exemplum Sanctus Augustinus producit, ad Pontificem confugisse, & ad eum provocasse medio tempore, quod fuit inter Concilium Carthaginense anni quadringentesimi decimi noni, & Pontificatum Cælestini, sub quo Africani ex literis Attici Constantinopolitani, & Cyrilli Alexandrini, inventa esse exemplaria Græca Concilii Niceni, Communitorio Legatorum minime congrua, intellexerunt. Quo quidem exiguo tempore Africani se disciplinam appellationum ad mentem Concilii Sardicenis paulisper servaturos polliciti & pacti erant. At verò ita se rem habuisse, luce meridiana clarius est. Quippe cum nemini homini dubium subolere potest, quia Sanctus Augustinus hæc, quæ profert, exempla à suis temporibus non remotissima, sed recentia existimat: Quæ ut à nostris temporibus remotissima non requirant, recentia memorabo. At ex his Episcopis negotium Laurentii potissimum necesse est in hoc tempore rejicere. Quoniam constat eum subscripsisse Concilio Carthaginensi anni quadringentesimi decimi noni, & de appellationibus in eo exagitatis suffragium tulisse, ideoque tunc temporis appellasse, non prorsus incredibile videtur. At verò dubitandi locus non relinquatur, quin ante primum annum Pontificatus Cælestini appellaverint, proindeque negotium in primæ cognitionis sententia iudicatum fuerit, quippe cum ejus exemplum adducat Sanctus Augustinus hac epistola congratulatoria, quam primo Pontificatus anno ad Cælestinum misit. Ergò manifestè consequitur appellationem Laurentii medio tempore inter annum quadringentesimum vigesimum tertium, quo Africani hanc disciplinam paulisper admiserunt, contigisse. Igitur ex hac Augustini epistola colligere debemus Antonium Fussalensem, & tres alios Episcopos, Priscum, Victorem, & Laurentium, ad Romanum Pontificem nullatenus appellasse, sed ejus tantummodo auxilium vehementer implorasse. Vel si eos appellasse tandem aliquando fateri necesse sit, appellationem contigisse temporibus illis non suspensis, quibus paulisper hanc disciplinam Africani suscipere non noluerant. Quamobrem insulsum est concludere abrogationem appellationum, quam Africanos succerè & bona fide promulgasse fatetur Davidius, vanam & supervacaneam fuisse in ipsamet Africana Ecclesia, seu executione caruisse.

Errores varii. Primus est, quod dicat Antonium implorasse solum Apostolicæ Sedis auxilium, ne iudicium contra se latum exequeretur, ideoque non appellasse. Etenim Antonius imploravit auxilium, quo Bonifacius datum de ipso ab Africana Synodo iudicium retractaret ac reformaret: Ut non quovis modo, sed mediante di-

ta

ta retractatione ac reformatione datum contra se iudicium vetaret mitti in executionem. Certè Romanus Pontifex Provincialium Synodorum iudicia alio modo non potest ab executione prohibere aut suspendere: Nisi fortè per gratiam, quæ tunc in usu non fuit, ex plenitudine potestatis. Etiam libellus, alique Judiciales apices non defuerunt. Et tale implorare auxilium, quid est aliud, quam appellare? Etenim in litteris ad Sanctum Papam Innocentium scripsit Sanctus Joannes Chrysostomus: *Ad Synodum appellavimus, & iudicium inquisivimus.* Et subjunxit: *Ea que perperam sunt, non solum deploranda, sed & corrigenda sunt. Et ideo Cbaritatem vestram obsecro, ut provocetur ad condolendum, faciendaque omnia, quo mala hæc sistantur.* Paraphrasticè exponit, quid sit appellare. Ostendit non esse aliud, quam implorare Synodale Romani Pontificis auxilium. Patienter feramus Anonymum, dummodo rem fateatur, ludere in vocabulis, & ita suam & sui dilecti Petri de Marca calamitatem consolari.

Secundus error est, quod denuò recurrat ad istud Interim, ad istud temporale Pactum inter Romanam & Africanam Ecclesiam, atque ita molliatur avitum Africanorum Episcoporum jus subvertere. Etenim istud Pactum solas inferioris Cleri appellationes attingit, nequaquam Episcoporum. Et abundè hoc patet vel ex solis hic per Anonymum adductis Sancti Augustini verbis: *Quæ ut à nostris temporibus remotissima non requirant, recentia memorabo.* Augustinus palam affirmat esse etiam antiquissima Episcopalia ad Romanam Sedem appellationum apud Afros exempla, ideoque ipsas ist hæc semper viguisse. Quod ipsum in superioribus est abundè demonstratum ex aliis Augustini testimoniis. Augustinus hic laudat antiquissima ac recentia exempla: Quis dubitet etiam fuisse medii temporis? Et vox, *Recentia*, non importat res hesternas, ideoque tres istæ appellationes videntur contigisse ante Pontificatum Bonifacii. Etenim Augustinus affirmat Africanum, quo Antonius quadam Episcopalis dignitatis portione mutilabatur, iudicium non esse novum aut insuetum, ideoque à Bonifacio fuisse non rectè circumductum. Insuetum non esse etiam apud Romanam Ecclesiam. Quoniam ipsa circa appellantes ad se Africanos iudicasset talia, aut certè talia Africanarum Synodorum iudicata confirmasset. Si inter talium sententiarum auctores vel confirmatores Pontifices fuisset etiam ipse Bonifacius, quomodo istam formam circa Antonium improbasset? Sanctus item Augustinus tria vicina appellationum exempla adducit ex eadem Provincia: Et supra audivimus quartum Primosi Thiganensis Episcopi. Quare dubitandum non est, quia per omnem Africam fuerint longè plura. Hæc etiam fortiter suadent memoratum à Sancto Augustino Laurentium non fuisse Icositanum Episcopum, Legatum Cæsariensis Mauritanæ. Etenim ille per Romanam & Africanam Ecclesiam erat privatus honoris & facultate solemniter sedendi in suo Episcopali Throno, adeoque certum est istiusmodi virum non fuisse Synodalem Legatum suæ Provincie.

Tertius error est, quod Anonymus Episcopalia appellationum abrogationem adscribat omnibus Africanis Episcopis. Uti ejus dilectus Petrus de Marca sceleratas Philippo-Politani Conventiculi litteras adscribit toti Ecclesiæ Orientali, ita ipse istas infelicissimas litteras adscribit toti Africanæ Synodo. Pessimè. Etenim fuerunt à solo Aurelio, & quibusdam ipsi adhasentibus Episcopis. Sanctus Augustinus, & cuncti cum ipso meliores ac doctiores Episcopi Sancto Apostolo Petro constantissimi adhaserunt. Porrò an Aurelius sincera & bona fide istam abrogationem tentaverit, ignoro. Videtur ob Zozimi Pontificis in avitam suæ gentis consuetudinem tentamina fuisse lapsus in verbum Apostoli: *Ira viri justitiam Dei non operatur.* Videtur ex ira cecidisse in tenebras, atque ita in tenebrosa Decreta. Antales tenebræ non auferant bonam fidem, permitto aliis iudicandum. Quidquid sit, abrogatio mansit sine effectu & executione. Etenim proximi Successores Aurelii improbarunt audaciam, & circumdlexerunt. Hinc Fulgentius Ferrandus, Carthaginensis Ecclesiæ Archidiaconus, & Cresconius Africanus Episcopus, non remoti ab Aurelii tempore, in suis Collectionibus laudant Sardicenses Canones, & Romanas Episcoporum appellationes. Res suo loco exponetur.

## C A P U T XXIII.

*Examinatur quædam Gallicana circa hanc questionem Epistola.*

**D**Um hæc scribo, nescio quis in Gallia vir doctus ad alium in Alma Urbe Erudicum scripsit hæc de re epistolam. Et continet quædam non spernenda. Hinc ipsam censui discutendam, & integram apponendam: *Qui epistolam ducentesimam sexagesimam primam Augustini ad Cælestinum impugnant, & eidem contendunt non rectè attribui, hoc præcipuè nituntur argumento; Quod si verè sit Augustini, ergo & ille cum suo Primario appellationi consensit, quam ad Sedem Apostolicam Antonius Fussalensis interposuerat. Immo & tres Provincie Cæsariensis Episcopos eandem Sedem appellasse fatendum erit. Nec etiam antiquiora defuisse ejusmodi provocationum exempla. Hoc Adversarius cum Africana disciplina omninò pugnare clamant, proindeque cum Augustino: Cum Africanæ Ecclesiæ Dux Aurelius fuerit, Augustinus ingenium. Movimus & nos, quantum ab his Transmarinis iudiciis Africani Patres abhorruerint jam inde à Cypriano. Id Augustini, Aureliique tempore potissimum venit. Vix dum etiam huic Ecclesiæ pax ab Hildebrico reddita fuerat, cum in Concilio generali Carthagine habito legenda subscribendaque oblata sunt aliquot Decreta, Aurelio Præsidente olim sancita, inter quæ tria sunt, quæ Transmarinas appellationes omnimodis vetant. Et hoc auctore Bonifacio Carthaginensi.*

Respon-

Respondeo Africanam Ecclesiam Romanis non Episcoporum, sed solius inferioris Cleri appellationibus olim fuisse aduersatam, ideòque hæc omnia commenta esse inania; & ad rem non facere. Quod ista Ecclesia etiam Episcoporum appellationes detrectaverit, primus sub Sole effudit Joannes Calvinus, & post ipsum Marcus Antonius de Dominis. Uterque sine fundamento. Et hæc à Romanæ Ecclesiæ æmulis inuasa Sancti Augustini epistola est adeò lucidè legitimum ejus verbum, ut sola sufficiat omnem toti Mundo eximere scrupulum de istis appellationibus. Est irrefragabile pro ipsi testimonium. Hinc nemo miretur ipsam arietari ab isto homini genere. Ità Marcion sacras litteras, quas detorquere non poterat, clamavit spurias, & proscriptas. Et ab avito Ecclesiæ suæ sensu ac more nequaquam recessit Primas Bonifacius. Etenim resistit ab ipso ac innovati Aurelianaurum de hac re Synodorum Canones sunt hi tres: *Qui in Africa non communicat, si ausus fuerit in Transmarinis, damnatur. Ad Transmarina qui putaverit appellandum, à nullo intra Africam in communionem suscipiatur. Ut nullus ad Transmarina audeat appellare.* Sunt Canonum compendia, ideòque & ipsorum, & Bonifacii Primatis, ac ipsi adidentis Synodi sensus est ex integro originalium Canonum contextu descendens. At verò illi omnes palam faciunt aduersum solas appellationes Clericorum ac Laicorum.

Primi Canonis contextus in Africano Codice est hic: *Quicumque non communicans in Africa, si in Transmarinis ad communionem obrepserit, jacturam Clericatus accipiat.* Non Episcopatus jacturam, sed Clericatus. Quia nempe sancitur in solis Clericos. Est Carthaginensis, octavo decimo illius sæculi anno ad Zozimi Pontificis gratissimam contra Pelagianos Tractatam publicandam celebrati, Concilii Canon decimus nonus, & integer sic habet: *Placuit ut quicumque non communicat in propria Provincia, & in aliis Provinciis vel Transmarinis partibus ad communicandum obrepserit, jacturam communionis vel Clericatus accipiat.* Laicus communionis, Clericus jacturam Clericatus. Palam agit non de Episcopis, sed de solis Laicis & Clericis. Feruebat & bulliebat tunc appellantis Apiarii questio. Hinc Synodus, ne directè in Pontificem ac Romanam Ecclesiam videretur statuere, sic libravit Canonem, ut & Laicorum appellationes comprehenderet. Eadem de causa addidit: *In aliis Provinciis.* Africani Codicis Compiler, quoniam revelata facie pugnabat pro Africanis moribus, expunxit istas moderationes, & Canonem contraxit ad solos Clericos. Propter Apiarium. Attamen non præsumpsit ad Episcopos extendere. Eadem omnia egit author alterius Collectionis, quæ vulgò inferibitur Africanum Concilium.

Tertius Canon in Africano Codice est hic: *Item placuit, ut Presbyteri, Diaconi, vel ceteri inferiores Clerici in causis, quas habuerint, si de iudiciis Episcoporum suorum questi fuerint, vicini Episcopi eos cum consensu sui Episcopi audiant, & inter eos definiant adhibiti ab eis Episcopi. Quod si ab eis provocandum putaverint, non provocent ad*

*Transmarina Judicia, sed ad Primates suarum Provinciarum: Sicut & de Episcopis sepe constitutum est. Ad Transmarina autem qui putaverit appellandum, à nullo intra Africam ad communionem suscipiatur. Hæc verba, Sicut & de Episcopis sepe constitutum est, exponunt sola proximè priora: Sed ad Primates Provinciarum suarum. Secundus Canon est idem ipse, hoc solummodò habens discriminis. Quod si & ab eis provocandum putaverint, non provocent nisi ad Africana Concilia, & ad Primates Provinciarum suarum. Et prætermittit præfatam appendicem: Sicut de Episcopis sepe constitutum est. Proinde Bonifacius solos legitimos, non prævaricatorios Aurelii Canones rediit ac innovavit. Quod Aurelii Successor Capreolus ab ejus prævaricatione statim recesserit, infra demonstrabitur. Ipsius vestigia secutus est Bonifacius.*

Pergit Gallicana epistola: *Sed quidquid sit de appellationum questione, hoc certum, nihil inde contra epistolam, quam tuemur, posse confici.* Horruere Africani Transmarina Judicia. Tamen ea se in Episcoporum causis toleratos, anno quadringentesimo decimo nono professi sunt, dum ab Orientalibus Ecclesiis Nicæni Canones haberentur, in quibus, inquit, si ea quæ Faustinus attulit reperta fuerint, à nobis firmabuntur. Nempe in perpetuum observanda. Aut si non inveniuntur, collecta Synodo de hoc in sequenti tractabimus. Hæc totius Concilii vox in extrema conclusione, & in epistola ad Bonifacium. Hæc nominatim Alipii, ipsiusque Augustini.

Respondeo etiam hæc omnia præsertim agere de Clericorum appellationibus. Respondent enim huic intercessionem Novati Sitisensis Episcopi: *Nunc meminimus hæc Communitorio etiam de Presbyteris vel Diaconis contineri, qualiter audiri ab Episcopis suis vel à finitimis debeant, quod in Nicæno Concilio minime legimus.* Unde nobis hoc ipsum jubeat Sanctitas vestra recitari. Et Daniel Notarius recitavit Sardicensem Canonem. Et post recitatum Sanctus Augustinus reposuit: *Et hoc nos servaturos profitemur, salva diligentiori inquisitione Nicæni Concilii.* Et post varia Primas Aurelius de omnibus per Zozimi Legatos adductis Capitulis conclusit: *Ea omnia aut ibidem, in Nicænis Canonibus, reperta à nobis firmabuntur, aut si non inveniuntur, collecta Synodo de hoc in sequenti tractabimus.* Palmaris questio erat de appellationibus inferioris Cleri. Ob motas turbas per Apiarium. De Episcoporum appellationibus, utpote apud Afros semper usitatissimis, nulla erat hæsitatio, nisi deinceps servanda forma præscripta per Canones Sardicenses, quam usque tunc Africana Ecclesia aut ignorarat, aut certe non usitaverat.

Prosequitur Gallicana epistola: *Nunc id videndum restat, an Africani consensum, quem appellationibus Episcoporum dederant, revocaverint, quod id tempore. Nam si eo intermedio, quo appellationes toleraverunt, epistola ducentesima sexagesima prima scribi potuit, nihil unquam ex toleratis vel ab Augustino, vel à Cæsariensibus Mauris appellationibus conficitur. Missi à Concilio Carthaginensi in Orientem Legati, eodem anno quadringentesimo de-*

*cimo nono rediere cum Canonibus Nicænis, in quibus nihil de his quæ Faustinus attulerat. Hicque Canones continuo relati ad Bonifacium vigesima sexta Novembris. Hæc jam Africanis quid de appellationibus agendum foret, collecta Synodo tractandum fuit. An statim id fecerint, fortè est incertum. Hoc certum, nihil de hac re ab ullo veterum prodi. Neque porro ullius in Africa Concilii ab anno quadringentesimo decimo nono memoria est usque ad illud, cujus ad Cælestinum epistolam habemus. Hæc epistola Africani Patres, reverenter quidem, sed ita apertè, ut nullo furo eorum sensu obscurari possit, nullo semodo ultramarinas provocaciones jam toleratos esse denunciant. An id jam antea vel ipsi Cælestino, vel ejus Decessori Bonifacio denunciaverint, omnino non dicunt. Nihil indè in Africanis monumentis reperias, ut vix ullus sit dubitandi locus, quin appellationes usque ad epistolam Synodalem Cælestino scriptam fuerint toleratæ. Qui contrarium voluerit asserere, divinare poterit, non probare. Et tamen non dubia, sed certa illi asserenda sunt, si epistolam ducentesimam sexagesimam primam non esse Augustini velit evincere.*

Respondeo de Romanis Episcoporum appellationibus nihil unquam apud Afros fuisse controversiæ. Præsens omnis questio originem duxit ex attentata appellatione Apiarii, & circa ipsam tota hæsit. Nihil intravit de Episcopis, nisi forma Sardicensis. Hanc enim Apostolica Legatio voluit deinceps servari in Africa, asserens istos Canones esse Nicænos. Et quia isti Canones, licet non circa substantiam, sed circa solum modum volebant aliquid novi, suarum consuetudinum tenaces Afri constanter noluerunt admittere, nisi edocti quod isti Canones reverè essent Nicæni. Hos enim uti Spiritu Dei conditos, & totius Mundi reverentia consecratos omnis semper est venerata Ecclesia. Et hæc questio duravit usque ad memoratas Aurelii & quorundam Collegiarum ad Cælestinum litteras. Plura intermediorum Actorum instrumenta omnino latent aut perierunt: Dum apparuerint, haud dubiè nos plura docebant. Interim Aurelius, dum transmissos à Zozimo Canones certò vidit non esse Nicænos, horum quintum cœpit rimari diligentius & perferuari. At conturbato per iram mentis oculo. Hinc non solum Laicos & Clericos, sed ipsos etiam Episcopos credidit commissos suis Metropolitanis ac ipsorum Synodis, ideòque & istos non posse Romam provocare. Audienda sunt epistolæ verba: *Presbyterorum quoque & sequentium Clericorum improba refugia repellat Sanctitas tua, quia & nulla Patrum definitione hoc Ecclesiæ derogatum est Africana. Et Decreta Nicæna sive inferioris Gradus Clericos, sive ipsos Episcopos suis Metropolitanis apertissime commiserunt.* Assurmant varia. Primò, quod Romana Presbyterorum ac aliorum Clericorum appellatio adversetur avitæ Afrorum consuetudini. Secundò, quod istam consuetudinem nulla Patrum definitio proscripterit aut circumscripterit. Tertio, quod istæ proinde appellationes sint improba refugia, ideòque ab Apostolica Sede penitus repellenda. Quarto, quod quintus Nicænus Canon etiam damnatos Episcopos committat suis Synodis,

ideòque & ipsos veteri Romam provocare. Et addunt: *Apertissime.* Aurelius palam proficitur Canonem huc usque à se non fuisse plenè intellectum, se jam pervenisse ad lumen, ideòque etiam Episcoporum appellationes deinceps à se non tolerandas. Assurmat Canonem esse apertissimum. Palam proficitur esse ac semper fuisse discrimen inter Clericos ac Episcopos: Hos semper, istos nunquam appellasse Romam, deinceps nullos esse appellaturos. Clericos propter avitam, & à nulla Synodo abolitam consuetudinem, Episcopos propter noviter animadversam & apertissimum Nicænum Canonem. Hic est lucidus epistolæ sensus. An uti apertè, ità & reverenter sit scripta, permitto Lectori judicandum. Ejus namque irreverentia est apertissima. Nec est totius Africanæ Ecclesiæ aut Synodi, sed paucorum cum Primate Aurelio Episcoporum, inter quos certum est nec Sanctum Augustinum fuisse, nec Sanctum Alipium, nec Sanctum Possidium, nec ullum Augustini Discipulum aut Fidelem. Est imperita ac prævaricatoria. Quid enim imperitius, quàm credere & scribere, quod quintus Nicænus Canon sanciat pro damnatis & appellatis Episcopis? Et sibi ipsi non coheret. Etenim damnatos à suæ Provinciæ Synodo Episcopos proficitur posse provocare ad Synodum Diocesis: Quidni igitur & ad Romanum Pontificem? Etenim Canon palam agit de Provinciæ Synodo, ideòque vel utramque provocacionem interdicit, vel neutram. Quod Aurelii Successor Capreolus statim ab hac prævaricatione recesserit, infra est demonstrandum.

Pergit Gallicana epistola: *Porro hæc epistola præcesserint, an secuta fuerit eam, quæ ex Synodo Africana ad Cælestinum est scripta, non est ambigendi locus. Causa Fussalensis jam sub Bonifacio incerta, immò fuita fuerat, unumque id restabat, ut Bonifacii sententia executioni mandaretur, ut hinc ad Cælestinum initio statim sui Pontificatus scribendum fuerit: Et sanè id fecit Augustinus, quippe qui Cælestino pacificum ingressum gratuletur. Nihil simile in illa Concilii epistola, neque ullum verbum de promotione Cælestini, ut illam scriptam appareat anno quadringentesimo vigesimo tertio, ante eas turbas, quæ post Honorii mortem Italiam ab Africa diviserunt; hanc anno serè quadringentesimo vigesimo sexto, eisdem turbis jam sedatis.*

An Sancti Augustini contra Antonium Fussalensem ad Sanctum Papam Cælestinum epistola prævaricatoriam epistolam præcesserit, an secuta fuerit, esse omnino possit ambigendi locus. Adductam tamen, quæ præcessisse tuadet, rationem fateor non esse frivolam. Accedit & alia. Etenim prævaricatoria epistola habet hanc inscriptionem: *Domino Dilectissimo & Honorabili Fratri Cælestino, Aurelius, Palatinus, Antonius, &c.* Hic est omnino Fussalensis Antonius, qui huic epistolæ, si Augustini epistolam præcessisset, nunquam fuerat subscripturus. Qua enim fronte per Romanam Sedem reparatus non solummodò Reparatricis auctoritatem, sed & ipsam sui reparacionem arietasset? At verò post scriptam Augustini epistolam, & ab ipsa imperatam facta

per Bonifacium Pontificem reparationis circumductionem, aut certe suspensionem, ira occupavit hominem, atque ita fecit facilem ad se de Cælestino vindicandum. Igitur possit Sancti Augustini epistola esse prior.

Addo tamen non fuisse scriptam anno istius seculi vigesimo tertio, primo Cælestini Pontificis. Lucet ex his epistolæ verbis: *Cetera à me quid opus est recoli, cum memoratus Venerabilis Senex, utique Valentinus Vajanensis Episcopus, Numidiæ Primas, ad tuam Sanctitatem universa retulerit? Et ex his: Neque Fusalensibus succensio, quia justam de me querimoniam ingerunt auribus tuis. Item ex his: Sanctam Senem, qui tunc Primum Numidiæ gerebat. Proinde Augustinus non statim ad novum Papam Cælestinum hæc scripsit, sed prius retulit ipse Primas Valentinus, ac exinde Fusalæ Populus adjunxit suas contra Augustinum querimonias. Nec ille tunc statim se movit, sed interim Primas ad meliorem vitam transiit, & tunc tandem Sanctus Augustinus scripsit, suum in Antonio opus studens apud Papam expurgare. Quæ omnia videntur non potuisse contingere intra unum ac eundem annum. Nec refert quod Augustinus Cælestino adgratuletur Pontificatum. Hoc enim fecit non propter hujus tunc decurrens initium, sed quod hæc esset ejus prima ad Pontificem Epistola. Notanda sunt ejus verba: *Judicia quippè illis, & publicas Potestates, & militares impetus, tanquam executores Apostolicæ Sedis sententiam, sive ipse, sive rumores creberrimi comminantur.* Fortissimè suadent Africam tunc non fuisse divisam ab Italia. Divisionis enim turbidum tempus non permisisset istiusmodi executionem. Epistola igitur videtur scripta post pacatam Rem-Publicam. An antè, an post prævaricatricem epistolam, ignoro. Est res parvi ponderis. Adducta à me conjectura suadet fuisse priorem.*

Rursum Gallicana Epistola: *Quod de Antonio Fusalensium certum est, id facile de Prisco, Victore, Laurentio potest estimari, hos nempe post annum quadringentesimum decimum octavam Romam provocasse. Immo id de Laurentio certum est, si is est Icositanus ille, qui Concilio anni quadringentesimi noni Cæsarensis Provinciae Legatus adfuit. Neque enim nisi integro atque inculpato Legatio committeretur.* Respondeo hæc deviare.

Quod Antonius Fusalensis post decimum octavum istius seculi annum appellaverit, est verum. Appellavit namque ad Pontificem Bonifacium, qui istius anni mensè Decembri fuit evectus in Sedem Sancti Petri Apostoli. At quod per istud famosum Interim appellaverit, nullo possit fulciri fundamento. Nec facit ad rem. Etenim mota circa appellationes quæstio Episcopos non attingebat, sed solos Clericos. Longè minus ostendi istud possit de Prisco, Victore, aut Laurentio, Cæsarensis Mauritaniae Episcopis. Immo clarum est ipsorum appellationes fuisse Bonifacii Pontificatu anteriores. Etenim ipsos Sanctus Augustinus adducit non in Romanæ appellationis, sed in exempla Synodalis Judicii, quod in Antonium tulerat Numidiæ Synodus, & à quo tanquam contra aut præter Canones incon-

gruo ac exotico, Antonius provocaverat. Memorata Synodus Antonium non degradarat, sed ei dumtaxat Episcopalem potestatem minuerat, ne scilicet eis præesset ulterius, cum quibus sic egerat. Hanc Judicii formam ille dixit adversari Canonibus. Haud dubiè ex fundamento postmodum resumpto per vigesimum nonum Chalcedonensem Canonem: *Episcopum in Presbyteri gradum deducere est sacrilegium. Si qua autem justa causa illos ab Episcopali actione removeret, nec Presbyteri debent locum obtinere. Sin autem absque ullo crimine sint dignitate moti, ad Episcopalem Dignitatem redibunt.* Eadem ratione Antonius clamabat se aut ex integro degradandum, aut ex integro relinquendum Episcopum. Et ratio etiam moverat Pontificem Bonifacium. Et Sanctus Augustinus etiam Cælestinum timuit movendum. Hinc ei scripsit istam Judicii formam non esse novam, sed ipsius existere & recentia & antiqua exempla apud Africanam Ecclesiam, immò & apud Romanam, quæ talia Afrorum Judicia non solummodò confirmaverat, sed ipsa etiam judicarat. Et ex sola Cæsarensis Mauritaniae Provincia adducit tria recentia exempla. Adducit ad purgandum & firmandum suæ Provinciae de Antonio Judicium. Hinc adduxit alienæ Provinciae exempla: Quo scilicet demonstraret non in sola Numidia, sed in omni Africana Diocesi istam formam semper viguisse. Proinde clarum est, quod ista exempla non solum Antonii appellationem præcesserint, sed etiam datum de ipso Africanum Judicium.

Quæ omnia quàm maximè locum habent in isto nescio quo Laurentio. Certum est ipsum non esse Icositanum Episcopum, qui decimo nono istius seculi anno fuit ad Carthaginensem Synodum Legatus Cæsarensis Mauritaniae. Lucet ex ipsis, quam hic discutimus, epistolæ verbis: *Nequè enim nisi integro atque inculpato Legatio committeretur.* At verò memoratus ab Augustino Laurentius fuit percussus Synodali mutilatione ac vulnere, ex quibus juxta Antonii regulam clamare poterat: *Aut in Cathedra, cui ordinatus sum, sedere debui, aut Episcopus esse non debui.* Hæc pœna illum fecit non esse integrum Episcopum. Et fuit ipsi perpetua. Quapropter illi Legatio committi non potuit, ideoque est omnino alius à Laurentio Icositano. Hæc omnia igitur exempla sunt palam anteriora etiam Africano in Antonium Judicio. Adducuntur ut demonstrent istud non fuisse heroclyton, sed omnino processisse juxta mores ac regulas non Africanæ dumtaxat Ecclesiæ, sed etiam Romanæ.

Audiamus prosequenter epistolam: *Instabant fortè Adversarii, ponere Augustinum, fuisse & alia remotissima provocacionum exempla. Quæ cum nulla sint, inquit, fids hæc epistola Augustino tribuitur. Movit & aliquos ingeniosos hæc objectio. Quamquam cum Augustinus se remotiora dicit exempla non requirere, quis ex hac locutione eum tunc aliqua ejusmodi exempla vidisse vellet concludat? Immo sibi requirenda fuisse testatur, si proferre velit, ut facile videas nulla tunc ei occurrisse. Quis porro eum tunc de Africa tantum cogitasse probet, ac non etiam de Suburbicariis Provinciis, quæ Romanæ*

Sedi

*Sedi ut Metropoli subiacebant, aut de Illyricanis, quas jam inde à Damaso ad suam peculiarem curam trahere nitentur. Verum nequè illud fortissimè satis certum, nullas olim in Africa ad Romanos Pontifices appellationes fuisse. Verabat id Africana disciplina. Certè. Sed qui tam sancti Canones, quos non aliquando malorum audacia pervumpat? Fecit hoc, nec semel, miserabilis Presbyter, cum id nunquam Presbyteris licere voluerint Africani, etiam cum Episcopis licuit. Cur non fecerint & Episcopi, etiam cum non licebat? Neque enim his appellationibus, si quæ fuerunt, Africanam Ecclesiam consensisse, ex illis Augustini verbis elicias.*

Respondeo hic commisseri errores. Primus est, quod Sanctus Augustinus ista tria Cæsarensis Mauritaniae exempla adducat ad firmandas Romanas Afrorum appellationes. Romanas Episcoporum appellationes in hac epistola omnino proficitur & firmat, attamen in istum finem non adducit exempla. Adducit ad purgandum & firmandum suæ Provinciae de Antonio Judicium. Adjungit Priscum, Victorem, ac Laurentium appellasse Romam: Non tamen ut Romanæ Ecclesiæ autoritatem, sed ut stabiliat judicium suæ Provinciae. Affirmat simile Africanum de istis tribus judicium fuisse Romæ discussum, probatum, & confirmatum.

Secundus error est, quod Sanctus Augustinus nulla similibus judiciorum ac appellationum noverit antiqua exempla. Ejus quippè verba lucidè & altè clamant ipsum omnino novisse: *Quæ ut à nostris temporibus remotissima non requiram, recentia memorabo. Verbum, Requiram, non importat ignorantiam aut memoriæ lapsum, sed præteritionem ac neglectum, hoc sensu: Nolim antiqua adducere.* Adducta exempla non sunt qualicumque appellationis, sed sunt exempla appellationis à tali judicio, quale fuerat latum in Fusalensem Antonium. Et erant talia plura: *Vetusta ac recentia. Quare constat qualicumque appellationum exempla fuisse plurima.*

Tertius error est, quod Sanctus Augustinus, antiqua & recentia similibus appellationum exempla laudans, non ad solam Africam respexerit, sed etiam ad Suburbicarias Provincias, quæ Romanæ Sedi subiacebant ut Metropoli. Nempè Scriptor iste censet Romanas appellationes olim licuisse solis Suburbicariis Provinciis. Prævaricator manifestam veritatem, ac semetipsum evertit. Veritatem adeò prævaricator, ut Eusebianæ Factionis, scelerati Photii, ac turbulentæ Michaelis Cerularii transcendat errorem. Hi enim non solis Suburbicariis, sed cunctis Occidentalis Imperii Provinciis permittebant Romanum Refugium. Porro Scriptor iste evertit semetipsum, quia non de Clericorum, sed hic agimus de solis Episcoporum appellationibus, quas iste in Provinciis illis & proficitur, & palam evertit. Etenim Suburbicariarum Provincia- rum Episcopi, quoniam tunc Romanæ Sedi sub- jacebant ut Metropoli, nullam Metropolitam, nullam habebant Provincialem Synodum, nisi in Urbe Romana. Proinde à nullo in prima instantia, nisi à Pontifice ac ejus Synodo, damnari poterant, ideoque ad ipsum non poterant provo-

Cristi. Lupi Opera Tom.VIII.

care. Soli Clerici poterant damnari à suis Episcopis, ideoque & refugere ad Romanam Sedem.

Error quartus est, quod Sanctus Augustinus forsitan cogitarit etiam de Illyricanis Provinciis, quas Romani Pontifices jam inde à Damaso ad suam peculiarem curam nitentur trahere. Omnes Orthodoxi averfamur Imperatorem Leonem Msaurum, non solummodò ob sacrarum Imaginum blasphemam proscriptionem, sed etiam propter cunctas Illyricanæ Diocesis Provincias violenter ereptas Romano Patriarchatu, & transcriptas in Constantinopolitanum. Omnes clamamus ipsum fuisse everforem Apostolici Canonis. At ecce hic Scriptor ipsum expurgat. Affirmat istas Provincias non ex Apostolico Canone, sed ex Damasi Pontificis nisu ac tractu spectare ad Romanum Patriarchatum, ideoque Apostolicos Canones per Leonem non fuisse læsos, sed potius, saltem quoad istarum Provincia- rum subtractionem, restitutos. Proinde Sanctus Damascus istas Provincias nequaquam ad suam Sedem trahere, sed cœpit in ipsis instituere Apostolicum Vicarium. Istarum Provincia- rum Episcopi cœperant Constantinopolitanas frequentare Synodos, & ipsas potius, quàm Romam respicere. Quare Damascus non sine fundamento timuit ipsarum à sua Sede divortium. Hinc ad istud præ- cavendum illic posuit Apostolicum Vicarium. Has vices dedit Thessalonicensi Episcopo. Hic enim præsertim à Græcis invitabatur ac pelliciebatur ad istas Synodos. Ipsum Damascus censuit hoc beneficio obligandum suæ Sedi.

Quintus error est, quod Africani Episcopi Romam appellaverint, sed prævaricatoriè contra disciplinam & consuetudinem suæ Gentis. Quod prævaricatoriè attentaverint, non minus quàm Presbyter Apiarius. Romanæ Afrorum Antistitum appellationes sunt adeò notæ omnibus, ut ipse etiam hic Scriptor erubescat insiciari. Nihilominus, ut in sui sensus pravitate persistat, adjungit fuisse prævaricatorias. Audi fundamentum: *Neque enim his appellationibus, si quæ fuerunt, Africanam Ecclesiam consensisse, ex illis Augustini verbis elicias.* Respondeo consensum istum, ex Augustini verbis non solummodò per conjecturas aut consequentias elici, sed ab ipsis lucidissimè asseri. Etiam à verbis Sancti Cypriani, & aliorum restium irrefragabilem. Verba adduxi superius. Unica, quoniam insolita, Apiarii Presbyteri Romana appellatio fecit horridos motus per totam Africam; at verò contra appellantes Episcopos, quos omnino fuisse merito factetur hic Scriptor, nullus unquam fuit obex, nulla contradictio, nulla intercessio. Nempè Africani mores hæc refugia probabant & permittebant.

Redeamus ad Gallicanam epistolam: *Nihil ergò, quantum arbitror, ex appellationum disciplina concludent unquam contra epistolam, quam tuemur. Quidquid porro aliunde proferunt, adeo dicere, leve est, nihil est, unum si excipias, quod prima fronte validum, mox diligentius intuentibus evanidum, & inutile suæ causæ, immò nostræ proficuum apparebit. Asserunt enim alteram Augustini*

X

ad



ad Quod-vult-Deus epistolam, ubi Fussalensem Presbyterum commendans inquit: Non possumus necessitates hominum ejusmodi deferere, qui in charitate Christi ad curam pertinent nostram. Ergo inquit, si extremis Augustini diebus, anno ferè quadragesimo vigesimo nono, tunc enim hæc epistola scripta est, adhuc ad ejus curam Fussalenses pertinebant, nondum proprium Episcopum habere cœperant: Ergo ducentesima sexagesima prima epistola, quæ jam ante Cælestini initia Fussalensem Episcopum ponit, falsa omnino est & expugnanda.

Hæc difficultati nos aliam opponimus. Si anno quadragesimo vigesimo nono nondum Fussala habuit Episcopum, habebat autem certè anno quadragesimo octogesimo quarto, quando, quæso, habere cepit? An inter Vandalarum bella & servitias, cum Catholicis vix antiquos Episcopatus obtinere liceret, hic novus institutus est? Vix erit cui id probes. Undè ergo hæc tenebræ lucem accipient? Ex ipsa nempe ducentesima sexagesima prima epistola. Ibi enim sic in Antonium Fussalensem judicatum habemus, ut potestate minuta Fussalensis non præesset, honorem tamen integrum, salvumque Episcopatum servaret, sederet etiam in sua Cathedra, locaque illa eidem dimissa atque permessa sunt, in quibus & prius Episcopos erat, ne in aliena Cathedra contra Statuta Patrum translatus illicite diceretur. Hæc Augustini verba: Ex quibus id facile eruas Antonium Fussalensem ut Episcopum remansisse, omni tamen jurisdictione ablata. Quis ergo hæc Ecclesiam gubernabat? Non enim potuit alius ibi Episcopus ordinari, ne duo in una Cathedra sederent. Neque id temporis disciplina patiebatur, ut sub Presbyterorum regimine, quot annis vixisset Antonius, remaneret. Nihil ergo promptius, nihil plausibilis, quam ut ad antiqui Episcopi curam rediret, præsertim cum is esset omnibus amatus Augustinus. Hoc ergo, quod fieri debuisset ex antiqua disciplina conjiciebamus, re ipsa factum fuisse hic Augustini locus ad Quod-vult-Deus nos docuit. Neque id tantum, sed & quod ad epistolam ducentesimam sexagesimam primam maxime pertinet, non obtinuisse Antonium, ut suæ Sedi gubernandæ restitueretur. Potuit id efficere ratio temporum, quæ omnino ab anno quadragesimo vigesimo tertio, si quadragesimum vigesimum sextum excipias, bellis fuerunt internis externisque turbata, ut Cælestinus huic negotio instare nequivisset. Potuit hoc Africanorum contra Transmarinas appellationes obstinata mens. Sed melius id Augustini rationibus precibusque tribuitur, quibus videtur Pontifex ab Antonio defendendo abstinuisse. Neque id mirum, eum tam sancta, tam pia, tam humili, tam forti, tam Augustino digna epistola motum fuisse, maluisseque Augustinum servare Episcopatum, quam Antonium. Certè nullam offensionem in ejus animo contra Augustinum resedisse constat, cum eum tam magnificè in Semi-Pelagianorum causa deprædicet.

Respondeo de hoc Scriptore posse dici: Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant. Licet Romanas appellationes oderit, propter ipsas tamen à nescio quibus turbidis ingeniis invasam Sancti Augustini epistolam videt esse per omnia legitimam & authenticam, ideoque erubescit

proscribere. Etiam rectè ostendit Fussalensem Episcopatum fuisse erectum à Sancto Augustino. Porro locus in Augustiniana ad Quod-vult-Deus, Carthaginensis Ecclesiæ tunc Diaconum, epistola locus sic habet: Cum mihi hæc scribendi offerretur occasio per Fussalensem Presbyterum, quem commendo, &c. Et infra: Commendo iterum Perlatorem, & negotium propter quod eò perrexit. Non enim possumus necessitates hominum ejusmodi deferere, qui nostri non Coloni, sed quod majus est, fratres sunt, & in charitate Christi ad curam pertinent nostram. Quæstio est, Quomodo Sanctus Augustinus Fussalensis Ecclesiæ, si proprium tunc habebat Episcopum, Presbyterum scribit ad suam curam spectare? Præfens Scriptor conglomerat varia Sancti Augustini de Antonio, ac de dato in ipsum Judicio verba, & ex ipsis concludit: Hæc Augustini verba. Ex quibus id facile eruas Antonium Fussalensem ut Episcopum remansisse, omni tamen jurisdictione ablata. Quis ergo hæc Ecclesiam gubernabat? Nihil promptius, quam ut ad antiqui Episcopi curam rediret. Errat in duobus. Primò in ipsis verbis. Ea alterat, addit, transmutat. Nescio quo privilegio. Sanctus Augustinus sic habet: Sententias nostras sic temperavimus, ut salvo Episcopatu non tamen omnino impunita restituerentur, quæ non deberent. Honorem itaque integrum servavimus Juveni corrigendo, sed corripiendo minui potestatem: Ne scilicet eis præesset ulterius, cum quibus sic egerat. Et infra: Propter hoc loca illa eidem dimissa atque permessa sunt, in quibus & prius Episcopus erat, ne in aliena Cathedra contra Statuta Patrum translatus illicite diceretur. Antonius igitur non fuit privatus omni jurisdictione, sed aliqua ejus portione dumtaxat truncatus. Permansit verus Episcopus, non vanum ac inane simulacrum Episcopalis nominis. Nam postmodò subscripsit Synodaliibus ad Sanctum Cælestinum Pontificem Actis & litteris, & in istius Synodi confessio habuit suæ Ordinationis locum. Quæ omnia non potuisset omni Episcopali jurisdictione exutus. Ei dumtaxat fuit diminuta. Nec quoad formam & substantiam, sed solummodò quoad materiam & loca. Omnino perseveravit præesse Fussalensibus. Quomodo aliàs fuisset Fussalensis Episcopus? Rem exponunt laudata Augustini verba: Honorem integrum servavimus, sed minui potestatem, ne scilicet eis præesset ulterius, cum quibus sic egerat. Non omnis Diocesis potestati ejus fuit subtracta, sed ista tantummodò loca, in quæ Tyrannus egerat. Loca reliqua sunt illi dimissa atque permessa, & isto modo mansit in sua Cathedra, & non fuit translatus. Priora loca possint rediisse ad curam Sancti Augustini, ac apud ipsum, & ejus Successorem Eradium, quoad Antonium vixit, permanisse. Etenim Cælestinus, licet Bonifacii pro Antonio Judicium non circumduxerit, tamen propter Sancti Augustini rationes & preces non misit in executionem, atque ita Synodalis Numidarum Antistitem in istum sententia perstitit inconcussa in suo robore. Et memoratus Presbyter possit fuisse ex subtractis Antonio locis.

Aliud fundamentum, ex quo iste Presbyter, cujuscumque loci fuerit, adhuc spectaret ad Sancti

## CAPUT XXIV.

Discutiuntur novissima quorundam ad laudatam Sancti Augustini Epistolam Scholia.

Nihil tristius aut acerbius est, quam pretiosum ac irrevocabile tempus in lucidas res expendere. Attamen cuncti immensas gratias debemus Divinæ Providentiæ, quæ dignatur etiam per tale opus exercere nostram patientiam. Novissimi Augustinianorum epistolarum vulgatores & Scholiastæ sua ad laudatam epistolam Scholia concludunt in hæc verba: Notata hæc sunt ad conciliandam fidem huic epistolæ, quam Eruditus nonnullis in suspicionem venisse intelligimus. Respondeo duo in hisce verbis displicere. Primum est, quod de legitimis ac authenticis epistolæ natalibus quasi dubitent; quod intrepidè non asserant esse veraciter ac lucidè Augustinianam. Nempè verentur quosdam suæ gentis Eruditos: Hoc est, quædam Sacra hujus sæculi ingenia, quorum unicus scopus est sacrosanciam Christianæ Religionis Monarchiam circumscribere. Eximia Religionis ac Eruditionis viros oportebat imitari istam Sancti Augustini epistolam. Sanctus enim Augustinus per ipsam recessit à devio sui dilectissimi Primatis judicio, malens manum aut oculum perdere, quam lædere dignitatem Sancti Petri Apostoli. Secundum est, quod per ista sua notata sperent epistolæ, licet non firma fulcimenta, tamen aliquam fidem conciliare, atque ita suaviter sopire illorum, quos Eruditos vocant, suspicionem. Etiam notata sunt devia, & aptissima ab istis suspicionibus danda fomenta.

Ad hæc enim epistolæ verba, Ut à nostris temporibus remotissima non requirant, recentia memorabo, dant hanc notam: Ad rem sufficere potuissent superiorum temporum exempla extra Africam questata. Sed præsentissima habebat ea, quæ profert. Si nimirum, quod verisimile est, Episcopi illi, ut ipse quoque Antonius, Apiarii Presbyteri facti incitati confugerant pariter ad Romanum Antistitem, ut ejus auctoritate in integrum restituerentur. Errores varii. Primus est, quod Sanctus Augustinus in istis verbis respexerit non ad sola suæ Africanæ Ecclesiæ, sed etiam ad aliarum Gentium superiora exempla. Etenim nequaquam de communi Romanæ appellationis jure, sed palam agit de certa dumtaxat judicandi ac puniendi forma, quæ criminofum Episcopum non degradabat, sed solummodò intra certas potestatis metas circumscribebat, præsertim quæ illi clauderat aditum ad ascendendum in Primatum Provinciæ. Quæ forma tunc in nulla Romani Imperii Gente viguit, nisi in sola Africa. Augustinus affirmat istiusmodi sententias fuisse in Africa semper usitatas, ac etiam per Romanam Ecclesiam, dum per appellationem deferbantur ad ipsam, fuisse frequenter confirmatas. Esse plurima Romanæ istiusmodi confirmationis exempla: Et remotissima, & re-

Action. 13

cti Augustini curam & potestatem, nobis suggerunt Eunomius Nicomedienensis & Anastasius Nicænus Episcopus, in Chalcedonenſi Synodo discerpentes de Metropolitanâ potestate per Bithyniæ Provinciam, ac præsertim de potestate super Ecclesiam Basilonæ-Politanam, extractam ex Nicæna Ecclesia, & per hujus Episcopum erecta in Cathedram. Eunomio alleganti, quod Anastasius Basilonopolis Clericos excommunicasset, atque ita contra Canones invalisset alienam potestatem, hic constanter reposuit: Ostendat quia Basilonopolis sub ipso est, & quia ego Clericos Ecclesiæ suæ excommunicatos effeci. Hæc duo probet. Ego autem ostendam Basilonopolim sub Nicæna semper fuisse. Nam Regio ejus fuit. Id novit Curia. Et dicat Curia, sub quo fuit Basilonopolis, si non fuit Regio Nicæna. Sicut Tatrajus & Doris Regiones sunt sub Nicæna, sic fuit antehæc Basilonopolis sub Nicæna. Cùm prius fuisset Regio, postea Civitas effecta est. Ex illo perspicuum est ab Episcopo Nicæno ibidem Episcopum fuisse ordinatum: Et semel & secundò. Et sunt epistolæ Beati Joannis Episcopi Constantinopolitani ad Nicænum Episcopum, ut iret & emendaret Ecclesiam, tamquam sibi non competentem. Affirmat Nicæno Episcopo duplicem novam Basilonopolis Ecclesiam remansisse duplicem potestatem: Uti matri super filiam. Nam & Parentes etiam in emancipatos filios semper retinent aliquid autoritatis. Affirmat remansisse Ordinationem Episcopi, & ipsius Ecclesiæ vilitationem & correctionem. Ecclesiam mansisse adhuc illi competentem. Ex eodem principio Nundinarius Barchinonensis Episcopus, in nescio quo suæ Diocesis municipio novum Episcopatum instituens, primum ejus Episcopum Irenæum consecravit, & ejus Successores perreperunt idem jus præterdere. Ita habes in Tarracoenſi Provinciæ relatione ad Sanctum Papam Hilarum. Quod etiam Sanctus Remigius in Laudunensem Ecclesiam, quam è sua Rhemenſi dismembrarat, singulare jus habuerit, & ad suos Successores transfuderit, testatur & urget in famosa adversus Hincmarum Laudunensem Antistitem epistola Hincmarus Metropolita Rhemenſis. Eadem de causa Roffensis Episcopus semper fuit quasi Capellanus Archi-Episcopi Cantuariensis. Ex eadem forsitan Regula Eusebius Ancyranus Episcopus, primæ Galatiæ Metropolita, in Chalcedonenſi Synodo asseruit atque monstravit ad se ac suam Sedem semper spectasse consecrationem Gangrenſis Episcopi, Metropolitanæ per Paphlagoniam. Quod nempe Gangrenſis Ecclesia, non quidem ex Ancyræ Parochia, sed tamen ex ejus Provincia duxisset originem. Eadem igitur de causa Sanctus Augustinus aliquid potestatis retinuit supra Fussalensem Ecclesiam. Hinc dixit istum Presbyterum ad suam curam pertinere. Ex his spero esse manifestum, quod omnia hæc contra laudatam Sancti Augustini epistolam, & in ipsa assertas Africanorum Antistitem Romanas appellationes excogitata atque adducta argumenta sint vana ac inania commenta.

Christ. Lupi Opera T. VIII.

centia. Et ita affirmat etiam esse tot exempla Romanæ appellationis ex Africa. Et hoc isti Scholiastæ non dissentunt. Etenim ipsorum verba, *Etiam extra Africam*, palam profitentur similia exempla etiam intra Africam fuisse.

Secundus error est, quod tria, quæ Sanctus Augustinus dicit recentia, Romanæ appellationis exempla fuerint præsentissima, ac Apiarii Presbyteri appellatione posteriora. Etenim in rerum ac Factorum eventibus aliud est recens, aliud præsens: Recens est omnino species præteriti. Proinde ista Romam appellata, & per Apostolicam Sedem confirmata iudicia erant tunc peracta, & pacificè deducta in rem iudicatam. Attamen Sanctus Augustinus merito dicit fuisse tunc recentia. Etenim & Priscus, & Victor, & Laurentius videntur tunc adhuc vixisse. Hoc innunt voces: *Clamet Priscus Provinciae Cæsariensis Episcopus, Clamet Victor Episcopus, Clamet Laurentius, & prorsus hujus vocibus clamet.* Etenim de mortuis commodius fuisse dictum: *Potuisse clamare, &c.* Et istud ipsum suadent hæc de Victore verba: *Nusquam nisi in Diocesi ejus ab alio communicatur Episcopo.* Est tamen res ambigua. Esse possit figurata locutio.

Tertius error est, quod isti tres Episcopi, ac item Fussalensis Antonius Romam appellaverint ex imitatione Apiarii Presbyteri. Affirmat nullum Afrum ante Apiarium provocasse ad Apostolicam Sedem. Est miserandus error. Etenim quis unquam scripsit aut legit istam Apiarii imitationem? Quod illius testimonium, aut memoria? Quæ sine fundamento finguntur ex arbitrio, sunt indigna refutatu. Et dum Privatus Lambesitanus Episcopus, dum Carthagenensium Pseudo-Episcopus Fortunatus, dum nescio cujus civitatis Episcopus Novatus, dum alii plures, quorum exempla Sanctus Augustinus affirmat fuisse à suis temporibus remotissima, Romam provocaverunt, ubi tunc erat Apiarius? Nempe isti non Presbyteri aut Diaconi, sed erant, aut esse prætendebant Episcopi, quos semper suo jure potuisse Romam appellare audivimus supra ab ipso Augustino. Et suo illos jure Romana Ecclesia audiebat ac iudicabat. Et rursùm repeto quæstionem, quam istic Augustinus agit, non fuisse de appellandi jure, sed de quadam Africana iudicandi Episcopi forma, quæ cadere non poterat in Presbyterum, aut alium Clericum: Atque ita vanum istic atque inutile fuit exemplum Apiarii. Quin immò Apiarius possit ex istorum trium, ad suam Gentem spectantium, Episcoporum imitatione attentasse. Possit cogitasse, quod Christus Dominus non pro solis Episcopis, sed etiam pro Clericis dixerit ad Sanctum Petrum: *Confirma Fratres tuos.* Et sic tentasse apud Zozimum Pontificem, ac sperasse successum. Etenim omnia ista tria exempla Apiarius possit in propria Gente vidisse propriis oculis. Quidquid sit, indubitatum est, quod istorum trium Episcoporum appellatio fuerit Apiarii appellatione anterior, ideoque esse non potuerit ipsius imitamentum. Etenim hujus appellatio tunc adhuc pendebat sub gravissimis contentionibus, istorum autem appellatio erat tunc decisa,

pacifica, res iudicata.

Scholiastæ pergunt, & ad hæc Sancti Augustini verba, *Tamquam excuturos Apostolicæ Sedis sententiam*, scribunt: *Hæc idcirco spargebantur in vulgus, quod Africani Patres per id tempus deliberationem habuissent non semel adversum appellationes Episcoporum Africa ad Romanam Sedem.* Errores duo. Primus est, quod Africani Patres tunc non semel deliberassent adversum Romanas appellationes Episcoporum. Etenim nulla ipsorum de hac re reperitur deliberatio, nisi unica, relata ad Cælestinum Pontificem. Secundæ nulla est memoria, nullum vestigium. Omnes autem deliberationes ac Synodi fuerunt de solis Clericorum appellationibus. Præfate Synodi etiam de Sardiceni circa appellantes Episcopos servanda forma disceptarunt, nulla tamen invasit aut tentavit substantiam istius refugii. Et an ista relatio hanc Sancti Augustini epistolam præcesserit, est valde dubium. Demus præcessisse. Exinde manifestum fit, quod Sanctus Augustinus se ab Aurelii lapsum retraxerit, & nec avitam Africanæ Ecclesiæ disciplinam, nec Divina Sancti Petri privilegia voluerit tangere, longè minus vulnerare.

Secundus error est, quod ista Apostolici iudicii apud Afros militaris executio originem duxerit ex lite circa Romanam appellationem Apiarii. Ejus exordium demonstrat in tertij sui libri exordio Sanctus Opatrus Milevitanus. Demonstrat Ecclesiam ad compescendas Donatistarum violentias fuisse compulsam, ut adiutorium postularet à Principe. Non sola Romana, sed & ipsa Africana Ecclesia. Nam & hæc istud adiutorium, quod Sanctus Papa Damasus contra turbidissimam Ursicini Anti-Papæ Factionem obtinuit ab Imperatore Gratiano, impetravit ad se extendi. Extensionis diploma existat in appendice Theodosiani Codicis. Afrorum ingenium fuit ex natura turbidum & contumax. Hinc Romana Ecclesia non dumtaxat ad hæreticos, sed etiam ad Orthodoxos illic quandoque compescendos, aut cogendos ad officium debuit usi isto auxilio. Et hujus usum forsitan isto tempore ampliavit Aurelii contra Romanas appellationes recalcitratio. Cælestinus, aut certè Antecessor Bonifacius videtur ipso voluisse uti ad suo gradui & loco rependum Apiarium. Ex hoc metu processisse possit deprecatio, quam devotè suæ ad Sanctum Cælestinum epistolæ Aurelium subnexuit.

De executione, quam adversum Fussalenses etiam Sanctus Augustinus fuit deprecatus, Scholiastæ pergunt: *Ceterum Cælestinus nihil tale est molitus, quale verebatur Augustinus. Si quidem Antonio reddita nunquam appareret Ecclesia Fussalensis administratio, quam in se receperat Augustinus gerebat adhuc sub vitæ finem, uti intelligitur ex epistola ad Quod-vult-Deus, in qua Fussalensem Presbyterum ipsi commendat, eumque ad suam curam pertinere significat. At vitæ finis Antonio successum alium fuisse, par est credere. Certè in notitia Africæ censetur inter Numidas Episcopos Melior Fussalensis.* Plures iterum errores. Primus est, quod Antonius fuerit degradatus, aut certè perpetuò suspensus ab omni administratione suæ Ecclesiæ. Etenim longè aliud scribit in hac ipsa epistola Sanctus

Augustinus: *Antonius clamat, aut in mea Cathedra sedere debui, aut Episcopus esse non debui. Quasi nunc sedeat, nisi in sua. Propter hoc enim loca illa eidem dimissa sunt atque permessa, in quibus & prius Episcopus erat, ne in aliena Cathedra contra Statuta Patrum translatus illicitè diceretur.* Affirmat plura. Primò, quod Antonius omnino permanserit Episcopus. Secundò, quod quædam Fussalensis Dioceseos loca fuerint illi per Synodalem sententiam permessa atque dimissa, quædam sublata. Sublata fuerint illa, in quibus præsertim patrarat sua facinora atque flagitia. Tertio, quod istic permanserit sedens in Cathedra, hoc est, habens atque exercens omnem Episcopalem functionem. Quarto, quod cuncta ejus poena fuerit quorundam locorum subtractio, adeoque similis fuerit illi, quæ non ita pridem fuerat infligita Prisco, Victori, ac Laurentio, Episcopis Cæsariensis Mauritanie. Et hinc inter Episcopos, qui devotè Aurelii Synodo adfuerunt, & qui infelicibus ejus ad Sanctum Cælestinum litteris subscriperunt, fuit etiam iste Antonius. Proinde erat administrans Episcopus.

Ex his sequitur ac patet secundus error, quod Fussalensis Ecclesiæ cuncta administratio redierit ad Sanctum Augustinum. Tertius est, quod istam administrationem Sanctus Augustinus usque ad vitæ finem gesserit. Quartus est, quod hoc intelligatur ex ejus epistola ad Quod-vult-Deus, tunc Diaconum, postmodò Episcopum Carthagenensis Ecclesiæ. Etenim hæc sunt epistolæ verba: *Non possumus necessitates hominum ejusmodi deserere, qui nostri Fratres sunt, & in charitate Christi ad curam pertinent nostram.* Notanda sunt verba: *Et in charitate Christi.* Edicunt Presbyterum illum, non ex Episcopali officio, sed ex sola communi Christiana charitate, & Clericali communionem spectasse ad Augustini curam. Et certè Sanctus Augustinus, si ad ejus spectasset curam, omnino scripsisset: *Per Presbyterum nostrum.* Vox, Fussalensem, fortiter insinuat fuisse alienum. Etiam ad Sanctum Cælestinum Beatus Augustinus scripsit de Fussalensi Ecclesia: *Fussala dicitur Territorio Hipponensi vicinum Castellum. Antea ibi nunquam fuit Episcopus, sed simul cum contigua sibi Regione ad Paræciam Hipponensis Ecclesiæ pertinebat.* Disertè affirmat olim pertinuisse, tunc non pertinere. Addit plura de Presbyteris, quos istic primò Missionarios dederat, deinde Titulares sub Antonio fecerat, aut potius faciendos Antonio tradiderat. Erant ex Hipponensi Ecclesia. Horum forsitan unus ex causis ivit Carthaginem. Hinc illi Augustinus dedit litteras, & ipsum Amico Diacono commendavit. Alias rationes adduxi superiùs.

Quod Sardicenses de Romanis appellationibus Canones Romano Pontifici tribuant plenissimam appellatæ causæ non dumtaxat delegandæ in partibus, sed etiam ad suum Tribunal evocandæ, ac ibidem retractandæ & definiendæ potestatem, est longè certissimum. Est in superioribus per authentica testimonia ac exempla abunde & variè demonstratum. Nuperrimè tamen quis Eruditus interrogavit; quare Præfex Hostius, & omnis cum illo Synodus expresserint solam delegandam

di, evocandi potestatem silentio presserint? Haud dubiè enim id factum est non sine rationibus. Respondeo rationem nos doceri à Sancto Athanasio, de quo apud Tyriam Synodum agente scribit Socrates: *Athanasius in calumniis diluendis usus est exceptionibus, quas leges præscribunt.* Et in antiquis Conciliorum Actis frequenter legitimus Ecclesiastica iudicia debere secundum leges & Canones procedere: Et ex alterutro defectu proclamari irrita. Et ad Joannem, primæ Justinianæ Episcopum, scripsit Magnus Gregorius: *Sententia contra leges & Canones prolata ipso non potest jure subsistere.* Quare hac de re non malè scribit D. Petrus de Marca: *Indè profectum est, ut de ordine iudiciorum nihil servè constitutum legatur ab antiquis Conciliis, quia legitimum ordinem Episcopi in iudicando sequebantur. Si quid verò Canonice discussioni accommodatum, & à legibus ommissum decernerent, quod eam iudiciorum partem attingeret, in cæteris articulis se leges sequi profectabantur.*

Porrò de antiqua iudiciorum forma ad omnes, quos Prætorio Præfexis dederat, Vicarios olim scripserunt Imperatores Diocletianus ac Maximianus: *Placet nobis, Præfides de his causis, in quibus, quod ipsi non possent cognoscere, antebac Pedaneos Judices dabant, notionis suæ examen adhibere, ita tamen, ut si vel propter occupationis publicas, vel propter causarum multitudinem, omnia hujusmodi negotia non potuerint cognoscere, Judices dandi habeant potestatem. Quod nos ita accipit convenit, ut in his etiam causis, in quibus solebant ex officio suo cognoscere, dandi Judices eis licentia permessa credatur. Quod usque adeo in Præfatum cognitione retinendum est, ut eorum iudicia non dimuta videantur, dum tamen & de ingenuitate, super qua poterant etiam ante cognoscere, & de libertate Præfides ipsi iudicent.* Existat lex in Imperatoris Justiniani Codice, sub titulo de iudicibus Pedaneis. Sancit à Provinciae Præfide ordinarias non nisi ex gravi causa, majores autem quæstiones nullatenus posse delegari, sed ab ipso met esse cognoscendas ac decidendas. Præsertim quæstiones de libertate ac libertinitate. Et Sanctio videtur obligasse ipsos etiam Prætoriorum Præfexos: Præsertim quoad causas appellatas. At verò in Theodosiano Codice ad titulum de officio Rectoris Provinciae existat adversa lex, ab Imperatore Juliano scripta ad Secundum, Præfatum Orientalis Prætorii: *Quædam sunt negotia, in quibus superfluum est Moderatorum expectare Provincie, ideoque Pedaneos Judices, hoc est, qui negotia humiliora disceptent, substituendi damus Præfibus potestatem.* Vulgata Codicis editio legem adscribit Constantino: At esse Juliani, valide ac lucidè demonstrat in suis ad ipsam Scholiis Jacobus Gothofredus.

Et adjungit insignem Commentarium. Exponebat Pedaneis iudicis naturam & qualitates, ac pergit: *Igitur sciendum, ante eam legem tria causarum genera distingui solita. Unum causarum humiliorum, in quibus Rectores Provinciarum Judices Pedaneos dare cogebantur: Quia inferiores eæ causæ videbantur, quam ut ad bas sese Rectores dimitterent. Secundum genus erat eorum, in quibus Rectores*

L. I. C. 21.

Lib. 2. Indic. 11. Epist. 6.

Lib. 4. Cap. 20.

L. 3. tit. 2.

res ex officio suo cognoscere debebant ipsi, neque Judices dare poterant. Tertium, in quibus pro arbitrio suo vel cognoscere ipsi, vel Judices dare poterant. At enim ubi ad Diocletianum, & Maximianum, Galerium, & Constantium, Tetrarchas, ventum est, à quibus instituti sunt Vicarii Præfectorum Prætorio, Rectorum contra dignitas accisa fuit, atque adeò imposita jis cognoscendi super omnibus causis necessitas. Judiciumque dandorum facultas penitus jis adempta fuit. His tantum casibus exceptis, puta propter occupationes publicas, in humilioribus causis, vel propter causarum multitudinem. Extra hos casus Rectores Provinciarum, etiam in humilioribus causis, Judices dare vetiti fuere. Verum hac lege Julianus Imperator in humilioribus causis promiscuè Judicium dandorum facultatem jis tribuit. Et rationem assignat: Quia talia sunt negotia ista, ut in his superfluum sit Rectorem Provincie expectari. Id est, causas illas non tanti esse momenti, ut Judicium Rectoris deposcant: Frustrà denique Rectoris in his expecti cognitionem. Tria igitur tempora, ac proinde & jura notentur circa humiliores causas. Unum ante Diocletianum, quo de his Rectores Provincie cognoscere non poterant. Secundum, quo ipsi cognoscere tenebantur, neque Judices dare poterant. Tertium ex hac lege, quo pro arbitrio suo vel cognoscere ipsi, vel Judices dare potuerunt.

Porrò Sardicenses Concilium fuit inter Diocletiani ac Juliani tempora celebratum, adeoque Romanum Imperium tunc regebatur ac vivebat ista in re secundum legem Diocletiani. Et Concilium sanxit præsertim de Episcoporum degradationibus, & adversum ipsas interjectis ad Romanam Ecclesiam appellationibus, quæ sunt longè sublimiores omni quaestione circa cujuscumque libertatem aut libertinitatem. Quare non modicum, & non modicè fundatum poterat moveri dubium, an Romanorum Episcopus posset istiusmodi causas delegare. Quin per semetipsum retractare posset, devocari non poterat in controversiam. Hoc enim exigat appellationis indoles. At verò Sardicenses Synodus volebat plenam etiam delegandi potestatem, non dare, sed ab Evangelico ac Apostolico Canone datam confirmare Romanæ Cathedralis. Hinc igitur non illam, utpotè omnibus exploratissimam, sed solam hanc, quæ à cavillatoribus vexari poterat, Sardicenses Canon expressit.

## CAPUT XXV.

*Harum appellationum consuetudo demonstratur ex Magno Papa Leone.*

**S**anctus Leo hæc scripsit ad Episcopos Cæsariensis Mauritanie: *Causam quoque Lupicini Episcopi illic jubemus audiri, cui multum & sæpius postulanti communionem hac ratione reddidimus, quoniam ad nostrum Judicium provocasset, immerito*

*eum, pendente negotio, à communione videbamus esse suspensum. Adjectum etiam illud est, quod huic temerè superordinatus esse cognoscitur, qui non dabit ordinari, antequam Lupicinus in præfenti posset, aut confutatus, aut certè confessus justè posset subjacere sententiæ, ut vacantem locum, quemadmodum disciplina Ecclesiastica exigit, is qui consecratur, exciperet.* Affirmat varia. Primò, quod Mauritanie Synodus Lupicinum degradasset, & ejus in Cathedrali mox intrusisset alium. Secundò, quod Lupicinus mox provocasset ad Sedem Apostolicam, & supplicasset se reponi in Episcopalem communionem. Assertit se spoliatum contra Canones, ideoque ante omnem Retractatorii Judicii ingressum postulavit revestiri. Et Pontifex reposuit ac revestivit: *Quoniam ad ejus Judicium provocasset.* Leo provocationi adscripsit effectum suspensivum, & causam justè retractari. Non apud suam Apostolicam Sedem, nec per Legatos è suo Latere Presbyteros, sed per plenam Synodum propriæ Provincie Cæsariensis. Nempe soli duodecim Episcopi Lupicinum damnaverant. Etiam superordinatum Episcopum Leo ejecit usque ad finem Retractatorii Judicii. Quæ omnia palàm sanxit ex Canonibus Sardicensibus.

Paschasius Quesnellus hæc omnia gravissimè improbat. Hæc de Lupicino. Asserta censet esse aditum Leoni pannum, spurium figmentum. Audi rationes: *Quod de Lupicini causa ibidem legitur, quam perturbatis persecutionis Africane temporibus & disciplina contrarium est? Norunt enim omnes, quanto perè abhorrebant Africani ab appellationibus Transmarinis, qui in Concilio Carthagenensi, quod sextum vocant, & in epistola posterioris etiam Concilii ad Cælestinum Papam, ignotè sibi huic disciplinae subjicere se recusant: Cujus negotii recens adhuc erat memoria, triginta vix ab illa annis elapsis. Quid quod tunc temporis ita omnes illas Provincias bellorum tumultus aut persecutionis ætus vastabat, ut nullus vel instruendo Episcopi Judicio, vel Synodo congregandæ locus esse posset: Cum tamen Lupicini causam isthic jubeat audiri Auctor epistole. Adde hunc Leonem nostrum non esse vel ex eo persuasum me habere, quod vir sagacissimus vel ad se transisset causam Episcopi Romanum Tribunal appellantis, vel saltem aliquem è suis delegasset, qui inter-esseret judicio, & ex ejus auctoritate totum negotium cum aliis discuteret. Nec contentus esset scribere, ut illic causa audiretur, nulla vel loci, vel Judicis, vel Legati facta mentione.*

Errores varii. Primus est, quod ista Lupicini appellatio fuerit incompatibilis cum perturbatis Africane Ecclesie temporibus. Etenim quod isto tempore Cæsariensis ac Sicitensis Mauritanie, nec non Numidie pars, licet Barbarorum latrocinii vexarentur, permanerint sub Romano Imperio, supra audivimus à Victore Episcopo Virensi. At verò Lupicinus erat ex Cæsariensi Mauritanie. Secundus error est, quod ista appellatio fuerit contraria moribus Africanis ac disciplinae. Quod Africana Ecclesia semper abhorruerit à cunctis generatim ad Romanum Tribunal appellationibus; est impericissima fabula, rideri dignior,

dignior, quam refutari. Tertius error est, quod isto tempore apud Afros adhuc vigeret temeritas Primatis Aurelii. Etenim ista appellatio videtur facta sub Primatu Sancti Quod-vult-Deus, quem exploratum est in omnibus adhæsisse sensibus Sancti Augustini, ideoque & penitus recessisse ab istis Actis Aurelii. Eiusdem mentis non dubito fuisse ejus Antecessorem, & proximum Aurelii Successorem Capreolum. Proinde tunc apud Afros nulla supererant istius temeritatis vestigia. Præsertim in Cæsariensi Mauritanie, ubi audivimus tot exempla Romanæ Appellationis. Quartus error est, quod sagacissimus Pontifex appellantis Episcopi causam debuerit evocare ad suum Tribunal, aut ad ipsam transmittere Legatum, & eam nequiverit credere eidem Synodo. Etenim ipsum evertit Leoni dilectissima Sardicenses Synodus: Si Romanus Pontifex ejusdem Provincie Synodum sufficere putaverit ad rei cognitionem & appellantis Episcopi sententiam, faciet quod prudentissimo ejus consilio rectè habere videbitur. Firmæ rationes sagacissimo Pontifici persuaserunt istud expedire. Dionysius Exiguus insignis laudata Sancti Leonis de Lupicino verba ac Decreta constanter affirmat esse authentica. Et certè ejus fides transcendit omnem exceptionem. Istud ipsum confirmant Manuscripta exemplaria Bibliothecæ Vaticanæ, ac nostræ item Augustinianæ in hac Alma Urbe.

Bonus vir sibi ipsi non constat, nunc omnem epistolam, nunc quasdam ejus solummodò partes studet ad Apocrypha proscribere. Audiamus quid scribat de sagacissimo, immò de sanctissimo ac justissimo Papa Leone: *Certè valde Leonis nostri solertia & ingenio consentaneum mihi videtur, ut temporis opportunitatem captaverit ad confirmandam Sedis suæ auctoritatem in Africanas Ecclesias. Nemo est qui nesciat, quoties quantisque conatibus ad tentaverint Leonis Prædecessores, quantumque Leonis ipsius ætate Bonifacius & Cælestinus in eam rem laboraverint, Africanis consuetudinem Ecclesiarum suarum invicem semper propugnantes. Expectanda tum illis fuerat opportunior occasio, que ut sese Leoni obtulit, eam vir cordatissimus sibi elabi non est passus. Perierat cum Africana libertate pristinus ille discipline vigor, quem tum Sanctus Cyprianus, tum illarum Regionum Concilia nobis exhibent. Innumera jam Ecclesie suis orbata Pastoribus & Ministris sub Vandalica gemebant Tyrannide. Ipsa omnium Africanarum Ecclesiarum Mater, totius Regionis caput, Carthago miseranda strage jacebat prostrata, suo Senatu, suo Clero, suo Pastore destituta. Carthagenensem enim Episcopum, nomine Quod-vult-Deus, cum maxima Clericorum turba navibus fractis impostum, maris fluctibus committi præcepit Geizericus, quos Deus miseratione bonitatis suæ, prospera navigatione, Neapolim Campanie perducere dignatus est. Et ut nihil deesset, quod Pontificis consilium juvare posset, ad Leonis nutum Valentinianus Imperator, cujus potestate adversus Gallicanarum Ecclesiarum Primatem quàm pro suis votis usus fuerat, restatur ejusdem Imperatoris Constitutio adversus Sanctum Hilarium Arelatensem. His ita se habentibus, præsidetque Augusti ad Leonis vota semper parato, de Africanarum Ecclesiarum re-*

*bus ad Sedis suæ notitiam & Judicium pertrahendis serid cogitavit. Non earum quidem Regionum, que sub Vandali Imperio jacebant oppressæ, sed earum que adhuc Valentiniano parebant, quas inter præcipua erat Cæsariensis Mauritanie. Scriptor iste plura in hunc suum conatum conglomerat.*

Cordatissimam Sancti Leonis sagacitatem affirmat utroque oculo & cunctis aliis animæ instrumentis fuisse in hoc attentam, ut novam in liberas, Africanam præsertim ac Gallicanam, Ecclesias potestatem dolosè ac violenter invaderet. Optimum Leonem accusat de isto ipso invasionis crimine, de quo Sanctum Liberium Pontificem accusavit ab Eusebiana Arjanorum Factione circumscriptus Imperator Constantius. Tanti Pontificis Sanctimoniam à se adorari fingit, & alio ex latere per calumnias evertit. Deploranda sunt ista in Catholicis Doctoribus, non refutanda. Et sui ipsius miserabiliter obliviscitur. Hanc Papalem ad Cæsariensis epistolam adscribit primo Sancti Leonis anno, & adjungit Carthagenensem Ecclesiam tunc gemuisse sine Pastore, & Sanctum Quod-vult-Deus à Geizerico Rege fuisse ejectum ex Africa. Hac sanguineis lachrymis deflenda Afrorum calamitate scribit Sanctum Leonem fuisse ab usum ad amplianda suæ Sedis phaleria. Verùm quis ignoret hanc calamitatem dudum postea contigisse? Et quid Gallis cum Afri? Quid Gallicanæ Ecclesie cum Africana? Ambæ spectantur ad Romanum Patriarchatum; atamen in sua varia disciplina nihil habuerunt commune. Quod Afri sint unquam usi Gallicanis Canonibus, certè non memini. Et primus Gallicanus Episcopus, quem memini usum Canonibus Africanis, est Sanctus Cæsarius Arelatenensis in epistola, qua transmissos sibi à Joanne secundo Pontifice Canones vulgavit per Galliam. Agit adversus Contumeliosum Rejemsem Episcopum: Non adversus Romanam ejus appellationem, sed adversus ejus fictam innocentiam.

Demonstrare nititur ipsum propter hanc fuisse merito ac legitime degradatum. Et in hujus demonstrationis subsidium invocat Africanos Canones. Hæc sunt prima exordia, per quæ isti Canones innoverunt Gallicanis Ecclesiis. Eisdem postmodò Hincmarus Rheimensium Metropolitana, Romanarum appellationum ac evocationum pertinax, ideoque & ab octava Synodo notatus atque punitus, Adversarius eisdem usurpare cepit adversum istas appellationes. Verùm adversus solas appellationes inferioris Cleri. Ita Epist. 17. docet in litteris ad Sanctum Nicolaum Pontificem, in litteris adversus Hincmarum Nepotem, Epist. 33. Episcopum Laudunensem, in litteris ad Adventium Metensem Episcopum, ac præsertim in litteris, ex Caroli Calvi Imperatoris nomine scriptis, ad Joannem octavum Pontificem de judicis ac appellationibus Episcoporum ac Presbyterorum. Disertè isthic profertur omnibus sub cælo, etiam Afrorum, Episcopis esse plenam ac liberam Romanæ appellationis facultatem, atque adjungit de Presbyteris ac aliis inferioribus Clericis: *Sacrae leges ac Regulae Presbyteros, & ceteros inferioris gradus Clericos, non alibi quàm apud suos Episcopos præcipiunt accusari, à quibus, sicut Africæ*

Africae Provinciae Canones decernunt, eorum causa debet audiri, & sicut Sanctus Gregorius constituit, cum Presbyteris vel Clericis suae Parochiae iudicari. Qui fortè si de iudiciis Episcoporum suorum questi fuerint, ad quos eis sit provocandum, de appellatione Presbyterorum ac Diaconorum ad vicinos ac finitimos Episcopos, Papa Zozimus in Commonitorio per Faustinum Episcopum, & Philippum ac Asellum Presbyteros directo Carthaginiensi Concilio, in Concilio Sardinensi continetur hoc modo. Africanum morem studuit traducere in Galliam. Hinc ipsum affirmat fundatum in Sardinensi Canone, ac probatum à Zozimo Pontifice, itemque à magno Gregorio. Quae omnia an vera sint, erit aliis in locis discutendum.

Quae omnia Hincmarus hausit ex Canonum Codice, quem Adrianus primus Pontifex dedit Angilramno Metensi Episcopo, vel potius quem Angilramnus isti Pontifici obtulit examinandum, & confirmandum postulavit: Prudentissimè, iustissimèque Nitena, seu Africana Decreta definiunt quaecumque negotia in suis locis, ubi orta fuerint, finienda. Maxime quia unicuique concessum est, si iudicio offensus fuerit Cognitorum, ad Concilium suae Provinciae, vel etiam universale provocare. Utique ad universale Concilium Africanæ Ecclesiae. Canon mandat isthuc fisci, nec procedi vel ad Sedem Apostolicam. Quia nempe agit de inferioribus Clericis. Quod enim hic Angilramni Codex quibuscumque Episcopis Romanam appellationem permittat, est nimis exploratum. An Adrianus Pontifex ipsum confirmaverit & inferiori Galliae Clero avitum Romanæ appellationis asylum clauserit, aliqui controvertunt. At sine fundamento. Interim Angilramnus non caruit fundamento ad postulandam istam exclusionem. Etenim Sanctus Apostolus noster Bonifacius Francicae Ecclesiae Clerum invenit per omnia turpissimum. Et inferior Clerus, uti illic mori non potuit, ita nec statim totus sanari, aut reponi in disciplinam. Inter hujus repositionis obices erant frivola ad Romanam Sedem provocaciones. Et quorundam Pontificum nimia clementia. Quare istas provocaciones abscondere studuerunt & Episcopi, & Rex Carolus Magnus, & ipsorum vicini Successores. Africanos hac de re Canones studuerunt introducere in Galliam. Et ut evincerent, addiderunt ipsis confonare Canones Sardinenses. Angilramni Codex asserit convenire etiam Nicenos. Nihilominus non pervenit ille ad suum scopum. Adrianus Codicem nunquam confirmavit. Inferior Galliae Clerus perrexit liberis pedibus Romam provocare & ambulare. Quapropter hinc lucet istos hodie Galios, qui Africanis etiam Episcopis censent Romanas appellationes nunquam licuisse, plurimum exorbitare, non dumtaxat à veritate, sed etiam à vestigiis suorum Majorum.

Duo sunt præcipua contra legitimos præsentis epistolæ natales argumenta. Primum est, quod eadem de re respondeat bis, & quidem disparata. Etenim de sacris, Barbaricæ violentia oppressis, ideoque Virginales flores non animo, sed solo corpore amittentibus, Virginibus sancit: Neque in viduarum dejiciantur gradum, neque in sa-

crarum & perseverantium Virginum numero censentur. Et postmodò de iisdem scribit, ac sancit aliud: Laudabiliores sunt in humilitate ac verecundia, si se incontaminatis non audeant comparare Virginibus. Non est credibile, quod Sanctus Leo hæc simul congeserit in eandem epistolam. Aliud argumentum producit Scriptor Anonymus: De hac Lupicini causa vehementer instare non est animus. Non est enim omni suspitione falsi libera. Quippè cum ejus nulla mentio fiat in antiquis editionibus hujus epistolæ Sancti Leonis, ut patet ex editione Conciliorum, typis Gothicis expressa, cura Theologi Parisiensis Doctoris Merlini, anno millesimo quingentesimo trigesimo quinto. Quam confirmant antiqui codices manuscripti, quibus ad novam editionem operum Sancti Leonis usus est Reverendus Pater Quæsnellus.

Respondeo in Augustiniana Almæ Urbis Bibliotheca extare insignem manuscriptum codicem, in quo Magni Leonis ista epistola continet sequentes articulos: De illicitis Ordinationibus, de Virginibus passis Barbaricam violentiam, ac de appellatione Lupicini. Et subjungitur hæc conclusio: Si quæ vel alia emerferint causæ, &c. Datum tertio idus Augusti. Ex inde sequitur, sine titulo tamen, quasi alia epistola, continens hos articulos: De Donato Novatianensi, de Aggare ac Tiperiano, & de violenter oppressis Virginibus. Adjungitur conclusio: Cum itaque de omnibus, quæ Fratris nostri Potentii relatio continebat, &c. Proinde existimo fuisse duas epistolas: Duo Rescripta ad duas relationes. Priori de sacris Virginibus sancito quidam abulii ipsas non quidem deiecerunt ad viduas, excluderunt tamen de statione Virginum. Hinc ipsarum novæ preces, novaque ad Papam relatio: Et Leo rescriptit istas fore laudabiliores, quæ tantæ fuerint humilitatis ac verecundia, ut proprio motu se nolint incontaminatis comparari. Eas reliquit proprio iudicio: Invitas excludi vetuit è classe Virginum. Suum prius Decretum ita fuit rectissime interpretatus. Has duas Leonis epistolas quidam Antiquarius congescit in unam. Res non rara apud antiquos.

Aliud argumentum est nullius ponderis. Etenim à centum quinquaginta annis, quot quorumcumque Patrum ac aliorum Scriptorum editionibus accesserunt libri, epistola, additamenta, fragmenta, aliaque id genus? Etipsa veneramus ut plenè authentica. Item olim multi ejusdem Patris, immò & ejusdem libri aut epistolæ non descripserunt omnia: Alter hæc, alter ista. Hic evenit, ut omnes antiqui Codices non habeant eadem omnia. Porro præfens Sancti Leonis de Lupicino Decretum frequenter laudat, & sua Asserta ex ipso confirmat Hincmarus Rheimensis, atque ita demonstrat nullum de ipso fuisse dubium in Gallicana Ecclesia. Istud ipsum evincit manifestus stylus Leonis. Hæc epistola est summi ponderis. Docet, quod Romanæ Episcoporum appellationes tunc liberrimo pede ambularint in Africa. Post tantas lites. Post horrendum Aurelii Carthagenensis Episcopi, & aliquot cum ipso Collegiarum errorem & lapsum, quo etiam Africanis Episcopis voluerint omnem Roma-

Romani refugii portam occludere. Factum id fuit sub Cælestino Pontifice antè everfam Africam. Quare hæc epistola docet, quod Wandalicæ captivitatis tentatio Aurelii Successoribus aperuerit oculos, persuaserit valedici tantæ cæcitati & contumaciæ, ac resumi & stabiliri avitam Africanæ Ecclesiae disciplinam, & consuetudinem circa Romanas Episcoporum Appellationes, & Sardinenses Canones comprobari, ac mitti in plenam observantiam. Hæc per Excelli dexteram facta mutatio elucidabitur inferius.

Porro quia Reverendo Patri Paschasio Quæsnello placet Dionysium Exiguum, fidelissimum ac eruditissimum sacrorum Canonum Collectorem, fide & auctoritate exuere, oportet audire fidissimum ac irrefragabile Aurelii Cassiodori de ipso testimonium, scribentis in libro de Divinis lectionibus: Fuit nostris temporibus Dionysius Monachus, natione Scytha, sed moribus omnino Romanus. Mecum Dialecticam legit, & in exemplo gloriosi Magisterii plurimos annos vitam suam Domino præstante transegit. Pudet me de Consorte aliquid dicere, quod in me nequeo reperire. Interveniatur pro nobis, qui nobiscum orare consueverat: Ut ejus hic fuimus oratione suffulti, ejus nunc possimus meritis adjuvari. Qui petitus à Stephano Salonitano Episcopo, ex Græcis exemplaribus Canones Ecclesiasticos moribus suis, ut erat planus atque disertus, magna eloquentia luce composuit: Quos hodie usu celeberrimo Romana Ecclesia complectitur. Cujus nomini aliqua pravi homines calumniosè nituntur ingerere, unde sua videantur Errata aliquatenus excusare. Adducit eximia ejus encomia. Et hinc quem nomen dicit exiguum, omnis Christianitas semper affirmavit fuisse virtutibus ac meritis maximum. Immo non fuit nomen, sed ex profunda humilitate assumptus titulus. Juxta piam consuetudinem istius temporis. Ita in Romana Bonifacii secundi Pontificis Synodo Stephanus Larissæ Episcopus, Thesaliæ Metropoli, se inscribit Stephanum Exiguum. Etiam plures ibidem Episcopi. Quod ipsum passim cum aliis fecit Cardinalis Anastasius, Bibliothecarius Romanae Ecclesiae. Et quia noster Dionysius multis produxit, & non paucis ante Cassiodorum annis finivit hanc vitam, possit vidisse magnum Leonem: Vidisse Lupicini appellationem, ac de illa emanantem præsentem epistolam. Quidquid sit, ejus Codicem statim admittit Romana Ecclesia, ac fecit irrefragabilem. Proinde quisquis istam epistolam devocat in dubium, nititur exhumare jam pridem sepultam calumniam: Cujus nomini aliqua pravi homines calumniosè nituntur ingerere, unde sua videantur Errata aliquatenus excusare. Nostorum temporum Sæctarii, dum sacros Scriptores ac ipsorum libros erubescunt excutere, insciantur hos esse illorum: affirmant spurios, & eis indignè assutos pannos. Et ita apud imperitam plebem declinant invidiam. Nempè non carent omni furo. De istis namque libris apud quasdam olim Ecclesias fuit etiam aliqua cunctatio. At verò sacros libros, de quibus nemo unquam cepitavit, hodie in quæstionem advocare eruberet ipse etiam Diabolus. Et qui Platonis aut Aristotelis libros, aut Virgilii vel Ovidii Ver-

sus effutiret esse spurios pannos, nonnè à Populo lapidaretur? Certè Magni Leonis, ac superius laudata Sancti Augustini ad Cælestinum Pontificem epistola, sunt æquè certa Ecclesiae monumenta. Et quidem Reverendo Patri Paschasio Quæsnello non sufficit illam excutere. Volupè illi est variis insuper elogiis tantum Pontificem incrustrare.

## CAPUT XXVI.

Exponitur famosa quæstio circa Romanam appellationem Apiarii Presbyteri Siccensis in Sirisensi Mauritania.

Quæstionem hanc exponit in litteris ad Adrianum secundum Pontificem Duziacensis Synodus: Sed & quia & legum & Canonum Constituta non sibi servari viderunt sancti Patres nostri, ex Africano Concilio scribentes ad Bonifacium Papam pro causa Urbani Episcopi, & Apiarii Provinciae Africanæ Presbyteri excommunicati, secundum definitionem Carthaginiensium Canonum, ut Presbyteri, Diaconi, vel ceteri inferiores Clerici in causis, quas habuerint, si de iudiciis Episcoporum suorum questi fuerint, vicini Episcopi eos cum consensu sui Episcopi audiant, & inter eos desinant adhiberi ab eis Episcopi. Quod si & ab eis provocandum putaverint, non provocent ad Transmarina Judicia, sed ad Primatem suarum Provinciarum, sicut & de Episcopis sæpè constitutum est. Ad Transmarina autem qui putaverint appellandum, à nullo intra Africam in communionem suscipiatur. Contra quæ Papa Zozimus, subreptione quadam præventus, sicut in epistola ipsius Concilii, Sapientia vestra notissima, plenius recensere potest, per Faustinum Episcopum, ac Philippum & Asellum Presbyteros, Africano Concilio direxit Capitula Sardinensis Concilii de appellatione Episcoporum ad Romanæ Ecclesiae Sacerdotem, & ne ad Comitatum Episcopi importunè navigent, & de tradendis Presbyterorum ac Diaconorum causis apud finitimos Episcopos, si à suis excommunicati perperam fuerint, & de Urbano Episcopo excommunicando, vel etiam Romanam evocando, nisi ea, quæ videbantur corrigenda, corrigeret. Quod quartum Capitulum ex eo mandatum est, quia Apiarius Presbyter excommunicatus ab Urbano Episcopo, non ad Primatem suae Provinciae secundum Africanos Canones, sed ad Transmarinum Judicium provocavit: Quapropter idem Concilium ad Bonifacium, Successorem Zozimi, post explicationem Sardinensis Capituli de Presbyteris ac Diaconibus scripsit: Quia si ita, quem admodum in ipso Capitulo continentur, scilicet finitimos interpellat Episcopos, & causa ejus audiat, & diligentius tractetur, & ille Episcopus, qui aut justè aut injustè eum asjecit, patienter accipiat, ut negotium discutatur, & ut aut probetur aut emendetur ejus sententia, eo ordine in Italia custodiantur, nullo



nullo modo ipsi in Africa talia, qualia jam commemorare volebant, tolerare cogentur.

Relatio hæc committet vera falsis. Primò affirmat, quod omnis hæc contentio originem duxerit ex Apiarii Siccensis Presbyteri, à suo Episcopo damnati, appellatione ad Zozimum, ac ejus per eundem Pontificem reparatione in sui gradus communionem. Et hoc est verum. Secundò affirmat Zozimum ad hæc tentanda fuisse subreptione præventum. Et hoc est falsum. Etenim Zozimus egit ex certa scientia, ex Canonibus Nicænis ac Sardicenis, ex generali omnium Ecclesiarum consuetudine, apud quas inferior etiam Clerus fuit semper permissus Romam provocare. Et ipsum strenue animavit ac stimulavit tunc concurrens Romana Cælestii Hæresiarchæ appellatio, adversus quam nullus Afrorum Episcopus intercessit. Ille censuit esse pariformem utrobique rationem. Quæ omnia attenduntur ejus item Successores Bonifacius & Cælestinus, ideòque causam sunt animosè persecuti. Zozimus in Africam misit quatuor Capitula, tria priora mandans deinceps observari. Quartum mandabat Urbanum Episcopum, nisi Romanam Apiarii reparationem admitteret ac exqueretur, privari communionem, immò & Romanam ad causam dicendam evocari. Mandati radicem Duziacensis Synodus obscurè exprimit. Radix erat, quod Urbanus provocaret ad avitam Africanæ Ecclesiæ consuetudinem, ideòque Papali Decreto refragaretur. Nolebat reparatum Romæ Apiarium in gradum reponere.

Urbanus Siccensis Episcopi frequenter meminit Sanctus Augustinus. In litteris ad Sanctum Co-

Epist. 7. mitem ac Martyrem Marcellinum: *Ille litteræ tuæ, quas Presbyter Urbanus attulit. Utique Presbyter Hipponensis Ecclesiæ, in Sancti Augustini Monasterio. In litteris ad Sanctum Paulinum: Con-Diaconus noster Peregrinus, ex quo à me professus est, cum Sancto Fratre nostro Urbano, quando Episcopatus sarcinam subire perrexit, nondum remeavit Hipponem. Urbanus igitur ex Hipponensi Clericorum Monasterio est promotus ad Episcopatum. Successit Fortunatiano, ad quem Sanctus Augustinus scripsit centesimam undecimam epistolam. Ex quo lucet Augustinianarum epistolarum ordinem non esse digestum ad rationem temporis. Etenim Fortunatianus erat defunctus, antequam Augustinus scriberet quinquagesimam nonam epistolam. Eundem Urbanum Sanctus Pater laudat in epistola ad Darium Comitem: Urbanum apud Carthaginem in Hilarensi Oppido, & modò in Siccensi te nosse pervenit. Etiam in primo suorum sermonum fragmento scribit Sanctus Augustinus: *Alia duo, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & Ne nos inducas in tentationem, quando Pelagianis obijciuntur, quid eos putatis respondere? Horum, Fratres mei, quando audivi. Ego quidem non audivi auribus meis, sed Sanctus Frater & Co-Episcopus meus Urbanus, noster qui hic Presbyter fuit, & modò est Siccensis Episcopus, cum remeasset ab Urbe Roma, & ibi cum quodam talia sentiente confingeret, vel se conflixisse referret, cum urgeretur ponere orationis Dominicæ, urgebat enim eum, & di-**

cebat, *Si in nostra potestate est non peccare, & in nostra potestate est omnes peccatorum tentationes solis voluntatis nostræ viribus superare, quare Deo dicimus, Ne nos inferas in tentationem? Quid cum putatis respondisse? Rogamus, inquit, Deum, Ne nos inferas in tentationem, ne aliquid mali patiamur, quod non habemus in potestate: Ne ruam de equo, & ne frangam pedem, & ne latro me interficiat, & quid hujusmodi. Eandem disputationem Sanctus Augustinus laudat in libro de dono perseverantiæ: *In confessionum libris dixi Deo nostro, & sæpè dixi. Da quod jubes, & jube quod vis. Quæ mea verba Pelagius Romæ, cum à quodam Fratre Co-Episcopo meo fuissent eo præsentate commemorata, ferre non potuit, & contradicens aliquantò commotus, penè cum eo, qui illa commemoraverat, litigavit. Joannes Garnerius hanc disputationem scribit contigisse anno quinto aut sexto quinti sæculi. Labitur. Etenim anno undecimo Fortunatianus Siccensis Episcopus in Carthaginensi Collatione fuit unus è Catholicæ Ecclesiæ Primatibus, atque ità Urbanus longè adhuc aberat ab isto Episcopatu. Facta videntur ista sub Pontificatu Zozimi, à quo Urbanus, de suis in Apiarium Actis redditurus rationes, fuit Romam evocatus. Quidquid sit, ejusdem Urbani est honorifica, & frequens mentio in Africanis Synodis. Passim enim fuit suæ Provinciæ Legatus ad Synodos plenarias. Et isthæc sæpè ac eruditè fuit interlocutus. Ipse igitur damnando suum Presbyterum Apiarium, & suæ gentis consuetudinem acriter defendendo adversus Zozimum Pontificem, fuit author hujus famosæ ac infelicis controversiæ. Et ex hac sola novimus Apiarium. Sine ipsa erat latitaturus in altissima oblivione.**

Cap. 20. Ista Africanæ Ecclesiæ disciplina usque tunc constabat sola consuetudine, nullo Canone. Sanctus quidem Cyprianus laudat Africanum de ista disciplina Statutum, attamen nullum producit Canonem. Hinc illam propter has controversias munituri Episcopi in plena ducentorum & septemdecim Collegarum Carthaginensi Synodo ediderunt duos Canones: *Placuit ut quicumque non communicat in Provincia propria, & in aliis Provinciis vel Transmarinis partibus ad communicandum obrepsit, jacturam communionis vel Clericatus accipiat. Canon omninò agit adversus appellationem Romanam. Ipsum namque respicit in secundo sermone de communi Clericorum vita Sanctus Augustinus: Quisquis meorum Clericorum inventus fuerit habens proprium, non illi permitto, ut indè faciat testamentum, sed delobo eum de tabula Clericorum. Interpellat contra me nullo Concilio, naviget contra me, quo voluerit, si certè ubi potuerit, adjuvabit me Deus, ut ubi ego Episcopus sum, illic Clericus esse non possit. Agit in communis vitæ ofores Clericos, adversus istud sanctissimum ejus institutum provocantes ad Romanam Ecclesiam. Aut certè minitantes eò appellare. Nempè Apiarius istam portam aperuerat: Et Romana Ecclesia sustinebat apertam. Porro Carthaginensis Synodus istam appellationem non sine fundamento appellavit obreptionem. Quod nempè appellantes Clerici suppre-*

merent avitam suæ gentis consuetudinem, suam audaciam palliarent autoritate Nicænorum Canonum, atque ità circumferberent Romanos Pontifices. Attamen Canon non expressit Romanam Ecclesiam. Ex reverentia. Dixit: *In aliis Provinciis, vel Transmarinis partibus.* Per Transmarinas Partes omninò intellexit Ecclesiam Romanam. Etenim ad aliam ultra mare Ecclesiam non poterat ab Afris appellari. Cur Canon addiderit, *In aliis Provinciis*, suo loco exponetur.

Alter Canon est hic: *Placuit ut Presbyteri, Diaconi, vel ceteri inferiores Clerici in suis causis, quas habuerint, si de iudiciis Episcoporum suorum questi fuerint, vicini Episcopi eos audiant, & inter eos, quidquid est, finiant, adhibiti ab eis ex consensu Episcoporum suorum. Quod si & ab eis provocandum putaverint, non provocent, nisi ad Africanam Concilia, vel ad Primates Provinciarum suarum. Ad Transmarina autem qui putaverit appellandum, à nullo intra Africam in communionem suscipiatur. Africanæ Ecclesiæ Codex Canonem non modicè variat: *Placuit ut Presbyteri, Diaconi vel ceteri inferiores Clerici in causis, quas habuerint, si de iudiciis Episcoporum suorum questi fuerint, vicini Episcopi eos cum consensu sui Episcopi audiant, & inter eos desinant adhibiti ab eis Episcopi. Quod si & ab eis provocandum putaverint, non provocent ad Transmarina iudicia, sed ad Primates suarum Provinciarum, aut ad universale Concilium, & sicut de Episcopis sæpè constitutum est. Ad Transmarina autem qui putaverit appellandum à nullo intra Africam in communionem suscipiatur. Duo sunt capitalia discrimina. Primum est, quod alter textus ad solum Primate aut ejus Synodum, alter damnatos etiam in secunda instantia Clericos appellare permittit ad plenarium quoque Concilium totius Diocesis. Forsitan alternativè: vel ad Primate aut ejus Synodum, vel ad Synodum universalem. Etenim si copulativè accipias, debetis eidem actioni permittere quatuor instantias. Secundum discrimen est, quod posterior lectio adjungat eodem modo, & quidem frequenter fuisse constitutum de Episcopis. Nempè etiam ipsis Romanam appellationem fuisse interdictam. Utroque modo Canonem apud eruditum Lucam Dacherium in undecimo Spicilegii Tomo legit antiqua Collectio Canonum pœnitentialium. Neque mirum: Nam & ipse Africanus Codex habet utramque lectionem.**

Præcipua difficultas est de hoc Canonis additamento: *Sicut & de Episcopis sæpè constitutum est. De ipso scribit in septimo libro Petrus de Marca: Digladiantur hic Scriptores. Cardinales enim Baronius & Perronius contendunt eam clausulam esse delendam pluribus argumentis. Primum ajunt eam non existare in Canonibus Concilii Milevitani. Verum id quidem. Addita enim de industria fuit, quo præmum tempore adornata est hæc Collectio. Itaque spectari debet hic Canon tamquam vigesimus octavus istius Collectionis, non autem tamquam vigesimus secundus Concilii Milevitani. Deindè ajunt eo in primis argumento evinci delendam esse hanc clausulam, quod prohibitio illa nusquam existet in Concilio Africanis, quod tamen ut rem certam tradit Col-*

lector. *Gravis sanè accusatio, si existarent Canones omnium Conciliorum Africæ, nec quidquam simile in eis reperiretur. Verum caremus multis Conciliis Africanis, quibus si existarent, major habenda fides esset, quam iis qui eorum scriptioni contradicunt. Nam præterea Concilium Africanum anni quadragesimesimi decimi octavi apertè pronuntiavit non toleraturos se appellationes ad Sedem Apostolicam, si constiterit jus illud Sedis Romanæ tributum non fuisse à Synodo Nicæna. Prohibitio autem illa antecedit tempora Collectionis Canonum Africanorum, quamvis Concilium Milevitani, in quo addita est hæc clausula, sit antiquius illa prohibitione. Constat ergò in ea sententia Afris fuisse, ut existimarent ad Sedem Apostolicam appellari non posse à iudicibus electis, neque etiam à Concilio universali Africæ. Audienda sunt etiam superiora illius verba. Quod si quis querat, utrum à sententia iudicum electorum provocare liceret ad summum Pontificem, huic respondeo non solum causas Presbyterorum, sed etiam Episcoporum ità in Provinciis finendas fuisse, ut appellari ad Transmarina iudicia licitum non esse existimarent Afris. Hinc factum, ut cum illi mentem suam apertè explicare vellent, nondum enim satis explicatam rebantur in epistola Concilii Africanis ad Cælestinum, tamen non admodum obscurè scripsissent, cum Canonum horum Collectionem adornarent, clausulam addiderunt Canonis vigesimo secundo Concilii Milevitani, quæ verat ne ad Transmarina iudicia appellent Episcopi, neque etiam Presbyteri: Sicut & de Episcopis sæpè constitutum est. Ut inquit Canon vigesimus octavus ejusdem Collectionis.*

Errorem, quo affirmat Romanas appellationes Afrorum etiam Episcopis nunquam licuisse, nolo hic commemorare. Est in superioribus abundè everfus. Eadem est ratio erroris, quo infelices ad Cælestinum Pontificem litteras, scriptas à paucis Episcopis, applicat toti Africanæ Ecclesiæ. An verò Africani Episcopi potuerint ad electis iudicibus ad Romanam appellare Pontificem, est alibi discutiendum. Oportet hic discutere errores alios. Primus est, quod isti ipsi Episcopi, eadem ista Synodus, quæ infelices istas litteras scripsit, etiam conflaverit Africanum Codicem. Dominus Archi-Episcopus rectè vidit, rectèque profiteretur & Codicem & litteras esse ejusdem temporis ac ejusdem spiritus, ideòque & ejusdem, id est, nullius auctoritatis. Attamen errat Codicem esse Synodale opus. Est enim personale. Uti Fulgentius Ferrandus, Carthaginensis Ecclesiæ Archi-Diaconus, & nescio cujus in Africa Sedis Antistes Cresconius fecerunt suas quorumcumque Canonum Collectiones, ità nescio quis alius, aut qui alii conflarunt duas Collectiones solorum Africanorum Canonum, quarum altera passim dicitur Africanus Codex, altera non habet singularem titulum. Quod posterioris Collectionis author sit privata persona, lucet ex ejus subnotatione ad Canonem sexagesimum: *Hujus Concilii Gesta idèd non ex integro descripti, quoniam magis ea, quæ in tempore necessaria fuerunt, quam aliqua generalia constituta sunt; sed ad instructionem Studiosorum ejusdem Concilii Brevem digesti.* Palam profiteretur se non ad totius gentis Canonicam disciplinam & obligatoriam dire-

directionem concessisse hoc opus, sed dumtaxat ad instructionem Studiosorum: Quod manifestè spectat ad singularem Doctorem. Istud ipsum proficitur Codicis Compilator per similem subnotationem ad Canonem centesimum septimum: *Gesta hujus Concilii idèd non descripti, quoniam Provinciale, non universale celebratum est.* Quis non videat istiusmodi subnotamen non cadere in Synodum, sed in singularem hominem? Fuit quis ex Aurelii sequacibus, devius impugnator Episcopatum etiam appellationum. Hinc in digendis Africanis Synodis & Canonibus non servavit ordinem temporum, sed in operis sui exordio litigiosa circa Apiarii appellationem Acta, quæ vulgò dicuntur sexta Carthaginensis Synodus, in fine autem posuit infelices litteras ad Cælestinum. Hanc lamentandam litem voluit sui operis esse Alpha & Omega. Est auctor palam impurus, & palam scripsit sub Cælestino Pontifice. Hinc Conciliorum Compilatores opus istud non sub Siricio, sed ponere debebant sub Cælestino. Authenticus Africanæ Ecclesiæ Codex suo loco ostendetur.

Secundus error est, quod adducti contra Romanam inferioris Cleri appellationem Canones sint Concilii Milevitani. Etenim sunt à magno illo Carthaginensi ducentorum septemdecim Episcoporum Concilio, quod post damnatos à Zozimo Pontifice Pelagium & Cælestium, & transmissam gratissimam ac sanctissimam istius damnationis Tractoriam Aurelius celebravit ad ista omnia publicanda per omnem Africam, & confirmanda. Hinc ibidem curavit edi insignia ista fidei Decreta, quæ laudat Author Capitulum extantium post Sancti Cælestini Pontificis Apologeticas litteras pro doctrina Sancti Augustini. Disertè affirmat emanasse à Carthaginensi Concilio. Nec desunt alia testimonia. Antiquus tamen error ista Decreta adscribit Concilio Milevitano. Et istum errorem secutus est Dominus Archiepiscopus. Pendebat tunc Apiarii causa, ideoque & lis de Jure Clericalium appellationum. Porro Zozimus per ista sua Acta non solum, in qua damnatus Cælestius, Aurelii Carthaginensem Synodum, sed insuper aliam ejusdem contra Cælestii & Pelagii Dogmata, & similem Numidiæ Milevitanam Synodum confirmaverat, ideoque latificaverat totam Africam. Hinc suæ tunc Synodo videtur Aurelius proposuisse, an circa pendentem quæstionem esset cedendum Postulatis Romanæ Ecclesiæ, an avita gentis consuetudo constanter defendenda. Et omnis Synodus censuit hanc defendendam. Hinc edidit præsentis Canones. Attamen adjunxit Pontifici aliquid deferendum. Nempe ut inferior Clerus non dumtaxat ad suæ Provinciæ Primates aut Synodos, sed insuper provocare posset ad finitimos Episcopos. Ea tamen lege, ut propriam Provinciam non excederent. Etenim Limitanei Clerici quandoque alienæ Provinciæ Episcopos habent æquè vicinos, immò & viciniore. Hinc Canon addidit: *In aliis Provinciis.* Hæc tunc sancta fuerunt sine adjecta conditione, sine appendice.

Tertius error est, quod Africana, quinti sæ-

culi decimo octavo anno celebrata, Synodus apertè pronunciarit non toleraturos se appellationes ad Sedem Apostolicam, si constiterit jus illud Sedi Romanæ tributum non fuisse à Synodo Nicæna. Etenim hæc ab Afris scripta sunt ad Bonifacium Pontificem, qui nonnisi extremo istius anni fine, nempe vigesima octava die Decembris, est Pontificatum ingressus, ideoque isto anno non potuit ab Afris ad ipsum Synodaliter scribi. Scriptum videtur ex sexta Carthaginensi Synodo, quæ facta fuit anno sequenti. Annus decimus octavus apud Carthaginem vidit duas plenarias Africanæ Synodos. Alteram à Sancti Prosperi contra Collatorem libro laudatam, ex qua ducenti quatuordecim Episcopi Zozimum instruxerunt de causa & moribus appellantis Cælestii, alteram celebratam post Cælestii damnationem, in qua ducenti septemdecim Episcopi ediderunt laudata Decreta ac præfatos Canones. Et hi palam admiserunt, ut inferior Clerus etiam ad vicinos, intra suam tamen Provinciam, posset provocare Episcopos. At in frequentis anni Synodo videntur recantasse, aut certè adjecisse non modicam conditionem. Ità suadet memorata ipsorum ad Bonifacium epistola: *De primo & tertio; Legatis suis à Zozimo Papa dati Communitarii articulo, id est, ut Romanam liceat Episcopis provocare, & ut Clericorum causa apud suarum Provinciarum Episcopos finiantur, jam priore anno etiam litteris nostris ad venerabilis memoriæ Zozimum Episcopum datis insinuare curavimus, ut ea servare sine ulla ejus injuria tamisper sineremus, usque ad inquisitionem Statutorum Concilii Nicæni.* Tertium Capitulum erat Sardicenis Canon de Clericorum provocatione ad finitimos Episcopos. Affirmant se nonnisi per *Interim* de ipso sanxisse.

Attamen Domino Archiepiscopo faveat epistola titulus: *Domino Beatissimo Bonifacio Aurelius, Valentinus, & ceteri qui præsentis adsumus, numero ducenti septemdecim ex omni Concilio Africæ.* At verò hæc plenaria Synodus manifestè est anni decimi octavi. Respondeo rem esse claram. Anni decimi octavi Synodus non potuit scribere ad Bonifacium, qui in isto anno nonnisi ad tres dies fuit Pontifex. Etiam clarum est, quod sexta Carthaginensis Synodus non potuerit habere tot Episcopos. Etenim fuit celebrata per solos in consueto numero Provinciarum Legatos. Proinde Africani Codicis Collector, quo Aurelii causam adjuvaret, præfata verba dolosè addidit, ac epistolam vitiauit. Eodem scopo subjunxit hæc verba: *Subscriperunt quoque Alpinus, Augustinus, Possidius.* Per ipsorum auctoritatem studuit munnire Aurelium. Non nego ipsos subscripsisse: Dumtaxat assero istam subnotationem esse Compilatoris, & non carere artificio. Insuper grande est mihi dubium, an Numidiæ Primas Valentinus huic Synodo interfuerit. Etiam Provinciæ ad hujusmodi Synodos non solebant destinare, nisi tres Legatos. Quidquid sit, istam subnotationem non habet epistola ad Cælestinum Pontificem. Quod nempe laudati tres Episcopi istis litteris non subscripsissent.

Proinde veritatem continent hæc Domini Archiepiscopi verba: *Clausula ista, Sicut & de Epi-*

Episcopis sæpè constitutum est, *addita de industria fuit, quo primum tempore adornata est hæc Collectio. Itaque spectari debet hic Canon tanquam vigesimus octavus istius Collectionis, non autem tanquam vigesimus secundus Concilii Milevitani.* At verò istius Collectionis auctor non fuit aliqua Synodus, sed nescio quis privatus, malè olidus. Et licèt esset Synodus, fuisset ejusdem fœtoris. Quisquis fuerit, stabilire voluit temeritatem Aurelii, ideoque adjecit istam clausulam. Nullum adduxit aut laudavit Canonem, sed simpliciter adscripsit: *Sicut & de Episcopis sæpè constitutum est.* Nempe ex illo tempore, quod post adductos ex Oriente Canones Aurelius cœpit limites transilire. Et hinc clausula docet non unicam, sed plures tunc sub Aurelio Synodos convenisse. Quapropter Domini Cardinales Baronius & Peronius rectissimè judicarunt istam clausulam esse spurium ac devium additamentum, ideoque radendum. Idem auctor possit alias temeritates Africanis ad Bonifacium & Cælestinum circa has quæstiones litteris intertextuisse.

Apiarii Presbyteri crimina Africani Episcopi exponunt in litteris ad Bonifacium Pontificem: *Apiarius Presbyter, de cujus & ordinatione, & excommunicatione fuerat exortum non solum in Siccensibus, verum etiam totæ Africanæ Ecclesiæ non leve scandalum, de omnibus erratis suis veniam petens, communioni est restitutus.* Et in litteris ad Sanctum Cælestinum: *Credidimus Apiarium cum Faustino Potentino Episcopo, Sedis Apostolicæ Legato, idèd missum in Africam, quoniam sicut per ejus operam Presbyterio antè redditus fuerat, ità nunc postet de tantis criminibus, à Tabracenis objectis, eo laborante purgari, cujus tanta ac tam immensa flagitia decursum nostri Concilii examen invenit, ut & memorati patrocinium potius quam iudicium, ac defensoris magis operam, quam disceptatoris justitiam superarent.* Et infra: *Triduo laboriosissimo agitato iudicio, cum diversa Apiario objecta assiduis quæreremus, vel moras Co-Episcopi nostri Faustini, vel tergiversationes ipsius Apiarii, quibus nefandas rursipituidines occultare conabatur, Deus Judex justus, fortis & longanimis, magno compendio rescavuit. Tetricior quippè ac putidiori obstinatione compressa, qua tantum libidinum cœcum impudentia negationis volebat obruere, Deo nostro conscientiam ejus coarctante, & occulta, quæ in illius corde tanquam in volutabro criminum jam damnabat, etiam hominibus publicante, repente in confessionem cunctorum objectorum flagitiorum dolosus negator erupit: Et tandem de omnibus incredibilibus opprobriis ultroneus se ipse convicit, atquè istam quoquè nostram spem, quia cum & credebamus & optabamus de tam pudendis maculis posse purgari, convertit in gemitus, nisi quoniam istam nostram mœstittiam uno tantum solatio mitigavit, quod & nos labore diuturnioris quæstionis absolvit, & suis vulneribus qualemcumque medelam, etsi invita, ac suæ conscientie reluctante, confessione providit.* Apiarius igitur erat graviter reus. Primò erat illegitimè ordinatus. Forfan irregularis ex occulto crimine. Deinde in Tabracenam Ecclesiam varia patrarat. Tertio, erat scdissimus ex multis flagitiis. Quartum crimen erat dolosa & pertinax om-

*Christi Lupi Opera T. VIII.*

nium abnegatio. Propter ista igitur Urbanus Apiarium degradaverat.

## CAPUT XXVII.

*Exponuntur Acta Zozimi Pontificis circa Apiarium.*

**D**egradatus Apiarius provocavit ad Zozimum Pontificem, & Romam accessit. Quid Zozimus circa ipsum egerit, utcumquè colligimus ex præfatis Afrorum Episcoporum litteris ad Sanctum Bonifacium: *Quoniam Domino placuit, ut de his, quæ nobiscum egerunt Sancti Fratres nostri, Co-Episcopus Faustinus, & Com-Presbyteri Philippus & Asellus, non beatæ memoriæ Episcopo Zozimo, à quo ad nos Mandata & litteras attulerunt, sed tuæ Venerationi, qui in ejus locum es Divinitus constitutus, Humilitas nostra rescriberet, ea breviter insinuare debemus, quæ utrorumquè concordia terminata sunt, non ea quæ prolixius Gestorum voluminibus continentur, quibus, salva quidem charitate, non tamen sine parvo altercationis labore demorati sumus, ea Gestis deliberantes, quæ nunc ad causam pertinent. Quamquam & ille, si adhuc esset in corpore, hoc acciperet gratius, quod videret pacatius terminatum. Apiarius Presbyter, de omnibus Erratis suis veniam petens, communioni est restitutus. Prior autem Co-Episcopus noster Siccensis Urbanus, quod in eo corrigendum visum est, sine ulla dubitatione correxit.*

Zozimus itaque appellatam Apiarium audivit, & admisit ad retractatorium iudicium, & in ipso discussum reparavit. Et ad reparationem exequentem Legatos misit in Africam: Faustinum Episcopum Potentinæ Ecclesiæ, ac Philippum & Asellum, Presbyteros Ecclesiæ Romanæ. Adidit Mandata & litteras. Utrique quibus mandabat obediri suo iudicio, & reparatum Apiarium reponi in sui gradus communionem. Apiarius non solummodo se purgaverat, sed insuper suum Episcopum Urbanum accusaverat de variis. Et accusationis articulos Zozimo persuaserat. Hinc & ipsum Pontifex iussit corrigere suas vias, alioquin à Legatis corrigendum. Et Urbanus his obedivit. Prior quod in eo corrigendum visum est, sine ulla dubitatione correxit. Legatio non dumtaxat fuit destinata Siccam, sed insuper Carthaginem ad Primatem Aurelium, ac omnem Africanam Ecclesiam. Et ad Pontificis Mandata mature disquirenda Aurelius coegit Synodum. Possit fuisse illa ipsa ducentorum septemdecim Episcoporum, convocata ad publicandam Cælestianæ ac Pelagianæ damnationis Tractoriam. Eadem Legatio possit Tractoriam apportasse. Et hinc forsitan ista Synodus edidit Canones, partim spectantes ad Dogma de Divinis auxiliis, partim stabilientes antiquam disciplinam circa appellationes inferioris Cleri. Quidquid sit, de facta tunc

tunc Synodo scribunt Episcopi ad Bonifacium: *Salva quidem charitate, non tamen sine parvo altercationis labore demorati sumus. Et infra. Sane priusquam haec causa isto termino clauderetur, diuturnis disceptationibus versabamur.* De alia item circa has quaestiones Synodo Africani Episcopi scripserunt ad Bonifacii Successorem Caestinum: *Nam primum, quantum obstitit Faustinus omni congregationi, diversas injurias irrogando, quasi Romanae Ecclesiae asserens privilegia, & volens Apiarium a nobis in communionem suscipi, quem tua Sanctitas credens appellasse, communioni reddiderat. Quod minime tamen licuit, quod etiam Gestorum melius lectione cognosces. Triestino tamen laboriosissimo agitato iudicio, &c. Dolendum est prolixam Gestorum volumina, periisse aut latere. Ex ipsis enim disceremus plurima.* Per istas ergo concertationes quaedam urorumque concordia sunt terminata. Et quidem pacatis. Primum, Apiarius; quem cum Legatis Zozimus remiserat ad propria, de omnibus erratis suis veniam petens, est communioni restitutus. Igitur Romana Apiarii reparatio fuit ea lege ab Afris admittenda, ut ille ab omni Synodo supplicaret veniam.

Reparatio admittenda fuit cum aliquo moderamine. Episcopi enim pergunt ad Bonifacium: *Quia verò paci & quieti Ecclesiae non tantum ad praesens; sed etiam impofterum prospiciendum fuit, quoniam talia multa praecesserant, ut vel similia, vel etiam graviora deinceps praecaveri oporteret, placuit nobis, ut de Siccensi Ecclesia, licet resento honore gradus sui, Presbyter removeretur Apiarius, & accepto Epistolio, ubicumque alibi posset & vellet, Presbyteri munere fungeretur. Quod eadem ipsi per proprias litteras postulanti sine difficultate concessimus.* Synodus propter Romanae Ecclesiae reverentiam amisit reparationem Apiarii. Verum cum tribus temperamentis. Primum, citra consequentiam. Propter pacem & quietem tam Romanae quam Africanæ Ecclesiae. Et dat hujus temperamenti causam: *Quoniam talia multa praecesserant, ut vel similia, vel etiam graviora deinceps oporteret praecaveri.* Clericorum plures utroque oculo vigilabant in hujus causae successum, & ipsi similem appellationem tentaturi.

Secunda conditio iussit Apiarium de omnibus suis erratis supplicare veniam. Hac enim ratione non solum per Romanam, sed etiam per Africanam Ecclesiam est visus restitui. Tertia conditio fuit, ut in solum Presbyteri gradum, non in Siccensem Ecclesiam restitueretur. Hodie dicemus: In solum Ordinem, non in Beneficium. Quae conditio fuit omnino opus Sancti Augustini. Nam & ipse in secundo sermone de communis vita Clericorum dixit & scripsit adversum Clericos proprietarios: *Quisquis inventus fuerit habere proprium, delebo eum de tabula Clericorum. Interpellet contra me mille Concilia, naviget contra me, quod voluerit, sit certe ubi poterit, adjuvabit me Deus, ut ubi ego Episcopus sum, illic Clericus esse non possit.* Palam respicit navigationes ad aliam Urbem, & Romanas suorum Clericorum provocaciones. Constantiter asseverat ipsos, licet Romae reponantur in gradum, a se tamen unquam reponendos in tabulam ac ministerium

Hipponensis Ecclesiae.

Rectè igitur adversus Zachariam Chalcedonensis Episcopi intercessionem dixit in octava Synodo Venerabilis Metrophanes, Orthodoxus Metropolitae Smyrnenis: *Similiter etiam Apiarium, cum esset Presbyter Ecclesiae Siccensis Africanæ Provinciae, propter aliquam causam segregavit proprius Episcopus Urbanus, postea verò deposuit omnimodis Synodus, quae ibidem collecta est. Zozimus autem Papa Romanus recurrentem ad se, & ad Africanam Synodum mittens cum litteris, ut iterum susciperetur egit, rationem reddente Synodo per Scripta Bonifacii post Zozimum Papae Romano de depositione, quae facta est in Apiarium, & de iterata justificatione: Et quia nunc justificationem eum arbitramur, judicavimus autem non operari eum quae sunt Presbyteri, in Ecclesia Siccensi, propter scandala, quae subsecuta sunt. Porro accipientem litteras commendatitias a nobis, in omnibus aliis Ecclesiis Sacerdotio fungi. Invenitur igitur Africana Synodus paruisse potius iudicio Zozimi Papae Romani, ac per hoc propriam reprobasse sententiam, & justificasse Apiarium, non restitisse voto Romanorum Pontificum.* Adducta Africanæ ad Sanctum Bonifacium epistolae verba non sunt originalia: Sunt translata ex textu Graeco, translato ex originali. Hinc non modicè ab originalibus differunt. Alia octavae Synodi Acta sic habent: *Eadem ratione Apiarium, Siccensis Ecclesiae, quae in Africana Provincia est, Presbyterum, loci illius Episcopum quandam ob causam a cetero fidelium exclusit. Eundem postea Synodus ibi coacta penitus deposuit. Quem Zozimus Papa Romanus ad se confugientem, suamque causam illi probantem absolvit, & cum litteris remissum ad Synodum, recipiendum curavit. Rationem verò reddens per Apologeticum Scriptum Synodus Africana de Apiarii depositi, & rursus justificati causa apud Bonifacium Papam Romanum, Zozimi Successorem, inquit: Apiarium etiam hodie absolutum iudicamus. Censuimus tamen ei, propter scandalum consecuta, in Ecclesia Siccensi Presbyteri locum non esse obeundum, at in aliis Ecclesiis rem eam Divinam facere licere. Synodus ergo Africanam Zozimi iudicio potius obtemperasse, compertum est.*

Rationem, ex qua Africani Episcopi Romanam Apiarii reparationem admiserint, docet eadem ad Bonifacium Papam Synodalis epistola. Afirmat Commonitorio, quod suis ad Afros Legatis dedit Zozimus, in fuisse quatuor articulos. Primus de Romanis Episcoporum, tertius erat de Presbyterorum ac reliquorum Clericorum appellationibus. Pergit epistola: *Quorum omnium de primo & tertio, id est, ut Romam liceat Episcopis provocare, & ut Clericorum causa apud suarum Provinciarum Episcopos finiantur, jam priore anno etiam litteris nostris ad venerabilis memoriae Zozimum Episcopum datis insinuare curavimus, ut ea servare sine ulla ejus injuria paulisper sueremus usque ad inquisitionem Statutorum Concilii Niceni. Et nunc de tua poscimus Sanctitate, ut quemadmodum ea apud Nicenam a Patribus acta & constituta sunt, sic ea a nobis facias custodiri, & ibi apud vos ista, quae Commonitorio attulerunt, facias exerceri.* Nempe Canones Sardicenses. Ipsos adducit epistola.

stola, ac prosequitur: *Hæc utique usque ad adventum verissimorum exemplariorum Niceni Concilii inserta Gestis sunt. Quae si ibi, quemadmodum ipso, quod apud nos Fratres ex Apostolica Sede directi Commonitorio allegaverunt, continentur, eoque ordine vel apud vos in Italia custodirentur, nullo modo nos talia, qualia commemorare jam nolumus, vel tolerare cogemur, vel intolerabilia pateremur. Sed credimus, adjuvante misericordia Domini Dei nostri, quod tua Sanctitate Romanae Ecclesiae praesidente, non sumus jam istum typhum passuri, & servabuntur erga nos ea, quae nobis etiam non differentibus custodiri debeant cum fraterna charitate, quae secundum sapientiam atque justitiam, quam tibi donavit altissimus, etiam ipse perspicis esse servanda, si forte aliter se habent Canones Niceni Concilii. Quamvis enim plurimos Codices legerimus, sed nunquam in Niceno Concilio in Latinis Codicibus legimus, quemadmodum in supradicto Commonitorio inde directa sunt, tamen quia hic in nullo Codice Graeco ea potuimus invenire, ex Orientalibus Ecclesiis, ubi perhibentur eadem Decreta posse etiam authentica reperiri, magis nobis desideramus adferri.*

Africani Antistites, dum Apiarii appellationem audiverunt admittam a Zozimo, statim intercesserunt, reclamantes ad avitam suae gentis consuetudinem. Intercessit & Zozimus, reclamans ad Nicenos Canones. Hi, utpotè a Spiritu Sancto conditi, apud omnes Ecclesias fuerunt semper sacrosancti, ideoque & Afros terruerunt. Cecilianus Carthaginensis Archi-Episcopus adfuerat Niceno Concilio, & ejus Canones publicaverat per omnem Africanam: Hinc illi scrutati sunt apud omnia Ecclesiarum Archiva, apud omnes Bibliothecas. Nec solummodo Latinos Codices, sed etiam Graecos. Et tales Canones non invenerunt. Hinc ipsos sibi transfirmit supplicavit a Zozimo. Hic in retractatorio Apiarii iudicio perrexit, ipsum reparavit, & in Africam destinavit solemnem Legationem, quae istam reparationem exequeretur, conferret Nicenos Canones, & Africanis Episcopis demonstraret jus Sedis Apostolicae. Legavit Faustinum Potentinum Episcopum cum duobus Presbyteris suae Ecclesiae, & cum ipsis reparatum, ac suo loco reddendum Apiarium. Misit Sardicenses Canones, affirmans Nicenos. Admirati sunt Afri. Istos enim Canones nec per auditum noverant. Hinc Pontifici, ob Apostolicae Sedis reverentiam, promiserunt servare istas sanctiones, dummodo tamen non cogerentur ad patientium illum typhum, qui dicebatur fervari in Italia. Non obstante illa Italicorum patientia, nullatenus sustinuerunt se compelli ad talia. Ob eandem Apostolicae Sedis reverentiam admiserunt Zozimi de Apiario iudicium, sub jam dictis moderaminibus.

Verum quis est ille typhus, quem Afri protestantur se nulla ratione passuros? Eundem memorant in Synodalibus litteris ad Caestinum Pontificem: *Executores etiam Clericos vestros quibusque potentibus nolite mittere, nolite concedere, esse fumosum typhum seculi in Ecclesiam Christi, quae lucem simplicitatis, & humilitatis diem, Deum vestri. Lupi Opera T. VIII.*

deve cupientibus praesert, videamur inducere. Ad eundem Pontificem in causa Antonii Fussalensis Episcopi scripsit Sanctus Augustinus: *Accipe nunc, quae post ejus sanctae memoriae viri, Bonifacii Pontificis in Africa litteras gesta sunt, & subveni hominibus, opem tuam in Christi misericordia multo avidius, quam ille, poscentibus, a cujus inquietudine desiderant liberari: Judicia quippe illi, & publicas Potestates, & militares impetus, tamquam executores Apostolicae Sedis sententiam, sive ipse Antonius, sive rumores creberrimi comminantur, ut miseri homines Christiani Catholici graviora formident a Catholico Episcopo, quam cum essent haeretici, a Catholicorum Imperatorum legibus formidabant. Non suas ista fieri, obsecro te per Christi sanguinem, per Apostoli Petri memoriam, qui Christianorum Praepositos Populorum monuit, ne violenter dominentur inter Fratres. Dum Romana appellatae causa decilio moras alicubi aut obices pateretur, victor a Pontifice postulabat executores litteras, & Executores. Et Papa eos destinabat Clericos, qui a publicis Romani Imperii Potestatibus acciperent militares impetus, atque ita Romanum iudicium exequerentur. Hunc contra Catholicos morem Africa usque tunc possit non vidisse: Fieri possit, ut Zozimus Pontifex ipsum ibi studuerit simul cum Sardicensibus Canonibus plantare. Verum Episcopi potentissime intercesserunt: Clamarunt esse typhum hujus saeculi, Romana Ecclesia indignum, ideoque a se nec per interim admittendum; & Italicorum, aut aliarum gentium patientiam ad se non spectare.*

## CAPUT XXVIII.

*Exponuntur Faustini Potentini Episcopi, ac Philippi & Afelli Presbyterorum, quos Zozimus Pontifex legaverat, apud Afros Acta.*

DUM Legatio haec venit in Africam, Zozimus non diu supervixit. Etenim primum Legationis officium erat celebrare, aut potius celebrandam curare plenariam Africae Synodum: Et celebrata fuit illa, quam passim dicimus sextam Carthaginensem. Celebratam fuisse sub Bonifacii Pontificatu, est manifestum ex Actis, praesertim ex interlocutione Sancti Alipii Episcopi Tagastensis. Celebrata fuit Honorii duodecimo, Theodosii secundi octavo Consulatu, octavo Kalendas Junii. Hoc est, quinti saeculi anno decimo nono, die vigesima quinta Maii. Erat Dominica prima post Pentecosten. Ito enim anno Pascha inciderat in diem trigesimam Martii. Zozimus anno praecedenti obiit septimo Kalendas Januarii: Vigesima sexta Decembris. Bonifacius fuit electus biduo post, in festo Sanctorum Innocentium. Eulalii contra ipsum schisma duravit septem mensibus, diebus quindecim. Fuit ille antea compressus, attamen se movere non desistit.

desiit, donec tandem, pacis causa, fuit creatus Episcopus Nepefinus. Ad quaestionem dirimendam Imperator Honorius in Idus Junias indixit Spoletinam Synodum, & ad ipsam convocavit cum Gallicanis etiam Africanos Episcopos, praefertim Primatem Aurelium, Sanctum Augustinum, aliosque similium virtutum. Litterae datae sunt tertio Kalendas Aprilis, in vigilia Paschalis; & Episcopi isti se parabant ad iter. Verum Eulalius damnavit semetipsum, atque ita praevencit Synodum. Etenim quinto decimo Kalendas Aprilis contra Principis Mandatum intravit Urbem, ac turbas egit. Hinc tertio nonas Aprilis ipsum omni pretendendi Papatus jure excidisse pronuntiavit Honorius, & Bonifacii electionem declaravit legitimam ac firmam. Septimo Idus Aprilis ad Largum Africae Proconsulem scripsit Spoletinae Synodi necessitatem evanuisse, ideoque nec sibi necessarios esse Africanos Episcopos. Et haec Litteras Largus mox divulgavit. Tunc igitur Aurelius suspensam Synodum indixit in diem vigesimam quintam Maii. Hinc intellige ejusdem Aurelij praefationem ad istam Synodum: *Post diem praestitutum Concilii, ut recordamini Fratres Charissimi, multa flagitata sunt per expectantes Fratres nostros, qui nunc ad praesentem Synodum Legati advennerunt, quae Gestis necesse est ut consocientur. Quae de re Domino nostro de tantae Congregationis actu gratias referimus.* Illi qui Provinciarum Legatos expectarunt, erant Legati Apostolici. Etenim inter Provinciarum Legatos erant Sanctus Augustinus, Sanctus Alipius, ac Novatus Sitifensis Episcopus, evocati Spoletum. Apostolici itaque Legati ad primam praestitutam Synodi diem venerunt Carthaginem, Spoletinae Synodi eventum, ac Afrorum Episcoporum reditum isthuc praestolantes. Et interim ab Aurelio, ac aliis praesentibus Episcopis postularunt varia, preparatoria ad Synodalem definitionem. Synodi compendium habes ad ejus exordium: *In hoc Concilio actum est, ut Nicenam Concilium ab Episcopis Orientalibus peteretur, cui Synodo interfuit Legatio Romanae Ecclesiae, Faustinus Episcopus, Philippus & Asellus Presbyteri.* Non sunt verba Synodalia, sed Compilatoris. Quem etiam ex his verbis constat fuisse hominem privatum.

De hac Synodo scribit in sexto suo libro Petrus de Marca: *Extraordinarium in Politia Ecclesiastica erat. mitti in Provincias Legatum, qui Concilium Provinciarum interesset, quemadmodum ad Caeselinum Papam scribit Concilium Africanum:* Nam ut aliqui, tamquam a Sanctitatis tuae Latere, mittantur, nulla invenimus Patrum Synodo constitutum. *Unde concludunt non toleraturam diutius Africam Faustini Episcopi, Sedis Apostolicae Legati, praesentiam. De illo enim intelligi debet hic locus, non autem de Apiario, ut censuit Illusterrimus Cardinalis Perronius.* Et adducit locum: *Nam de Fratrem nostro Faustino, amoto jam pro suis nefandis nequitibus Apiario, securi sumus, quod eum probitate ac moderatione tuae Sanctitatis, salva fraternae charitate, ulterius Africa minime patiatur.* Recte affirmat locum hunc non de Apiario, sed agere de ulterius non ferendo Faustino. Errat in aliis.

Primo, quod tunc in Ecclesiastica Politia extraordinarium esset in Provincias mitti Apostolicum a Papali Latere Legatum, qui Provinciarum interesset Synodis. Etenim pluribus, ad Nicenam praeparatoriis, totius Aegyptiacae Diocesis Alexandrinis Synodis Hosius Cordubensis Episcopus, Sancti Sylvestri Legatus, non dumtaxat interfuit, sed insuper praesedit. Quod ipsum in Antiochena post Nicenam Synodo fecerunt Eusebius Vercellensis Episcopus, & Lucifer Calaritanus, Legatio Sancti Liberii. Eos Magnus Achanasius, ac ejus Synodus in Synodalibus ad istam Synodum litteris scribunt ante omnes Episcopos, ideoque affirmant praesedisse.

Secundus error est, quod Africani Episcopi improbaverint omnem istiusmodi Legationem. Etenim improbarunt solam istam, quae mitteretur ad retractandas causas Romanarum appellationum. Et in eo graviter deviarunt. Tertius error est, quod Faustinum, qua Legatum postulaverint revocari. Etenim non ob Legationis, sed ob variae molestiae & aliorum excessuum causam id postularunt. Verum quare Faustinus huic Synodo non praesedit? Quod non ad praesidendum, sed dumtaxat ad conferendum, ac demonstrandum esset Legatus a Zozimo. Locum cedit solis Aurelio Carthaginensi, & Valentino Numidiae Primati. Quod alter toti Dicecesi, adeoque & Synodo praesideret, alter singularem isthuc haberet Praerogativam.

Legationis & Synodi scopum exponit Synodalis ad Sanctum Bonifacium epistola: *Sanè priusquam haec reparati Apiarii causa isto termino clauderetur, inter alia, quae diuturnis disceptationibus versabamur, quia ratio ipsa posebat, ut apud Acta Ecclesiastica à Fratribus nostris Faustino Episcopo, & Philippo ac Asello Compresbyteris quaereremus, ut promerent quidquid eis nobiscum agendum fuisset injunctum, nonnulla quidem sine ullo Scripto profecti sunt verbis. Sed cum id potius flagitarem, quod in litteris ferrent, Commonitorium protulerunt, quod recitatum nobis etiam Gestis, quae secum ad vos deferunt, est allegatum. In quo eis quatuor quaedam nobiscum gerenda mandata sunt. Unum de appellationibus Episcoporum ad Romanam Ecclesiam Sacerdotem. Alterum, ne ad Comitatum Episcopi importunè navigent. Tertium de tradendis Presbyterorum & Diaconorum causis apud finitimos Episcopos, si à suis excommunicati perperam fuerint. Quartum de Urbano Episcopo excommunicando, vel etiam Romam vocando, nisi ea, quae videbant corrigenda, corrigeret.* Apostolici ad generales, aut alias Synodos Legati consueverunt habere Mandata duplicia, duplices instructiones: Secretam & parentalem. Hinc etiam praesentes Legati nonnulla sine ullo Scripto profecti sunt verbis. Nempè ex sua secreta instructione. Et quia ista videntur non placuisse, Synodus intercessit: Postulavit ut exhiberent parentalia Mandata suae Legationis. Et illi exhibuerunt Commonitorium, comprehendens quatuor articulos. Quae omnia ut plenè videantur, expedit Carthaginensem Synodum illustrare brevi Scholio.

EXOR-

## EXORDIUM.



ost Consulatum gloriosissimorum Imperatorum, Honorii duodecimum, & Theodosii octavum, Augustorum, octavo kalendas Junii, scripta haec sunt Carthagine in Secretario Basilicae Fausti. Cum Aurelius Papa una cum Valentino primae Sedis Numidiae, & Faustino Ecclesiae Potentinae, Provinciae Italiae Piceni, Legato Ecclesiae Romanae, sed & Legatis diversarum Provinciarum Africanarum, id est, Numidiarum duarum, Byzacenae, Mauritaniae Sitifensis, & Mauritaniae Caesariensis, sed & Tripolis, & Vincentio Colufitano, Fortunatiano, & ceteris Episcopis Provinciae Proconsularis, ducentis decem & septem, necnon Philippo & Asello Presbyteris Romanae Ecclesiae, confedisent, adstantibus Diaconibus, Aurelius Episcopus dixit.

## SCHOLION.

Manifestum est haec non esse verba Synodalia. Sunt verba nescio cuius Compilatoris: Imperiti, aut maligni. Quoniam clarum est huic Synodo non adfuisse ducentos septemdecim Episcopos. Aderant enim ex cunctis extra Proconsularem Provinciam solummodò tres Legati. Etiam Valentinus Numidiae Primas videtur non adfuisse. Etenim nullibi interloquitur. Et non est apprensus ipse Legatum. Quae omnia quidam considerantes censent hanc Synodum; ipsam consecutas litteras ad Pontifices Bonifacium & Caeselinum, omniaque circa Apiarium Acta esse nescio cuius spuria figmenta. Est audax praesertim in antiqua monumenta. Etenim ista ferè omnia existant apud Dionysium Exiguum, cujus autoritas est irrefragabilis: Fuit enim optimus Judex Apocryphorum. Quare vero similis est, quod quispiam Aurelij Primatis pertinax defensor legitimis Actis commiscuerit quasdam paleas.

Quidquid sit, Synodus dicitur celebrata in Basilica Fausti, cujus est frequens memoria apud Sanctum Augustinum. In sermone de verbis Apostoli: *Dies anniversarius Ordinationis Domini Senis Aurelij crastinus illucescet. Rogat & admonet per Humilitatem meam, Charitatem vestram, ut ad Basilicam Fausti devotissime venire dignemini.* Et duodecimus, ac vigesimus secundus post centesimum sermo de diversis habent hanc epigraphen: *Habitus in Basilica Fausti, Carthagine.* Eiusdem Basilicae est valde frequens mentio in Africanis Conciliis. Eandem laudat in libris de Vandaliica persecutione Venerabilis Victor Vitenis Episcopus. Laudat Sanctum Deo-gratias Carthaginensem Episcopum, quod fovendis infirmis, qui

ex capta & spoliata per Geizericum Romana Urbe venerant in Africam, paraverit duas Basilicas, nominatas & amplas, Fausti & Novarum. Et inter Divinas Vandaliicae captivitatis praenuntiationes refert: *Quidam Presbyter vidit ipsam Fausti Ecclesiam refertam turbis innumerabilibus Populorum, & post paululum evacuatam, & repletam porcorum multitudine, atque caprarum.* Quod nempè Ariani Vandali, immundis porcis & capris similes, essent venerandam Ecclesiam invasuri ac profanaturi. Et de quodam caeco scribit: *Pergit ad Fausti Basilicam.* Ubi baptizabat Sanctus Eusebius. Et fuit isthuc illuminatus. Etiam scribit de Elpidiphoro Apostata: *Fuerat apud nos in Ecclesia Fausti baptizatus.* Et post ejectionem Vandalos Africani Episcopi scripserunt ad Joannem secundum Pontificem: *Ad universalem totius Africae Synodum fidei devotione convenimus, in illa Justiniana Carthaginis Basilica Congregationis nostrae primitias Domino consecrantes, unde Patres nostros Tyrannus Hunnericus expulerat. Haec Basilica Fausti apud nos dicitur, multis Martyrum corporibus insignita quorum Deus exaudivit orationes, ut daret hujus rei fiduciam Sacerdotibus.* Addunt adfuisse ducentos septemdecim Episcopos. Proinde erat celeberrima Basilica. Aliqui credunt fuisse Cathedralis. Etenim apud ipsam erat Baptisterium. Quod olim in quavis civitate unicum videtur fuisse apud solam principalem Ecclesiam. Item Hunnericus Rex videtur Episcopos nostros ejectione ex Cathedrali Basilica, & ipsam transcripsisse in suos Arianos. At certum est non fuisse. Cathedralis Ecclesia erat Sanctarum Felicitatis ac Perpetuae. Quae postquam à Donatistis rediit ad Catholicos, dici coepit *Restituta.* Faustus ille, à quo Fausti Basilica, videtur fuisse non Sanctus Ecclesiae Patronus, sed pius ejus extructor & fundator. Ignoro veram originem.



## CAPITULUM PRIMUM.

**P**ost diem præstitutam, ut recordamini Fratres Charissimi, multa flagitata sunt per expectantes Fratres nostros, qui nunc ad præsentem Synodum Legati advenerunt. Quæ Gestis necesse est confocientur. Quæ de re Domino nostro de tantæ Congregationis cœtu gratias referimus. Superest ut tam exemplaria Nicæni Concilii, quæ nunc habemus, & à Patribus constituta sunt, quàm etiam hîc à Prædecessoribus nostris, eandem firmantes Synodum, vel quæ secundum eam formam per omnes Clericorum gradus, à summo usquè in ultimum, salubriter ordinata sunt, in medium proferantur. Ab universo Concilio dictum est: Proferantur. Daniel Notarius recitavit: Nicæni Concilii fidei professio, vel Statuta sic se habent.

## SCHOLIION.

**H**æc est præfatio & allocutio Aurelii Primatis. Quare Africani Codicis Compilator rectè adunxit hæc verba: *Aurelius Episcopus dixit.* Præsentis Synodi Compilator inconcinne separavit. Omnis quæstio erat de Nicænis Canonibus: An hi inferiori etiam Clero permitterent Romanas appellationes. Africani Antistites affirmabant ipsas prohiberi per perpetuam Ecclesiæ suæ consuetudinem, nihilominus se propter Nicænorum Canonum reverentiam recessuros à sua consuetudine, & Zozimi Papæ Mandatis per omnia parituros. Erat summa submissio: Etenim quod generales Canones singularibus ac rationalibus, nisi ipsas speciatim expriment, consuetudinibus non derogent, est antiqua & fundata regula. Et Nicæni Canones Africanam consuetudinem non exprimebant. Eos igitur conquiri per omnem Africam iussit Aurelius: Et inventi

non sunt, nisi famosi viginti, unaque fidei Decretum, seu Symbolum. Notanda sunt verba: *Exemplaria Nicæni Concilii, quæ nunc habemus, & à Patribus constituta sunt.* Edicunt quod etiam tunc Africana Ecclesia ex Nicæno Concilio nihil habuerit præter Symbolum & Canones, adeoque quod Cæcilianus ista sola secum Nicæa detulerit. Nulla secum detulit Synodalia Acta. Quod ipsum fecisse videntur & alii, qui pauci adfuerunt Synodo, Latini Episcopi. Quin & ipsi Apostolici Legati. Hinc plena Acta videntur nunquam vidisse Latina Ecclesia. Immo Sanctus Hilarius Pictaviensis Episcopus, tantus Latinorum Doctor, in libro de Synodis profitetur ipsum Nicænum Symbolum à se etiam Episcopo non fuisse visum, nisi dum in exilio degeret apud Græcos. Hinc ergo ab Aurelio Primæ iustus Daniel Notarius recitavit: *Nicæni Concilii fidei professio, vel Statuta sic se habent.* Recitavit Symbolum & viginti Canones.

## CAPITULUM SECUNDUM.

**E**T cum legisset, Faustinus Episcopus Plebis Potentinæ, Provinciæ Italiæ Picensis, Legatus Romanæ Ecclesiæ, dixit: Injuncta nobis sunt à Sede Apostolica aliqua per scripturam, aliqua etiam in Mandatis cum vestra Beatitudine tractanda, sicut & Gestis superioribus meminimus. Hoc est, de Nicænis Canonibus, ut conferrentur, & constitutio eorum: Et consuetudo. Quia aliqua ordine & Canone tenentur, aliqua consuetudine firmata sunt. De his ergo primitus, si placet Beatitudini vestræ, tractemus: Et postea cætera, quæ acta vel inchoata sunt, inserta firmabuntur, ut ad Sedem Apostolicam Rescriptis vestris intimare possitis, atque nos vos admonuisse apud Venerabilem Papam evidenter pateat, licet & Capitula actionum jam inserta sint Gestis. De ipsis ergo, ut dictum est superius, quid

quid vestræ Beatitudini placeat, agere debemus. Veniat ergo Commonitorium in medium, ut scire possit vestra Beatitudo, quid in eo contineatur, ut ad singula respondeatur.

## SCHOLIION.

**L**ectos per Danielem Canones Faustinus Legatus sibi postulavit exhiberi discutiendos. Et in discussis non habuit quod reprehenderet. Notanda sunt verba ejus: *Sicut & Gestis superioribus meminimus.* Et Aurelii in sequenti Capitulo verba; *Quod Fratres nostri in Actis nuper allegaverunt.* Demonstrant hanc non fuisse primam Sessionem hujus Synodi. In priori Sessione Episcopi rogaverunt Faustinum, ut omnis secretis Mandatis exhiberet scriptum Commonitorium, ac ejus contenta tractaret. Hac in Sessione paret, & præfatur palmarem Commonitorii scopum esse, ut deinceps in Africa observentur Nicæni Ca-

nones. Ac item bonæ consuetudines. Quia quædam Ecclesiastica disciplinæ capita ex ordine & canone, quædam ex legitima consuetudine habent originem & firmitatem. Africana Ecclesia plures habuit singulares consuetudines, difformes generalibus Ecclesiæ Regalis. Eas non improbari, ideoque nec abolendas à Romana Ecclesia Faustinus promittit, dummodò tamen sint rationabiles, & non adversentur Nicæno Concilio. Hujus Canones affirmat esse Spiritu Dei conditos, & totius Mundi reverentia consecratos, ideoque nullam ab ipsis dissonantem consuetudinem posse esse legitimam. Omnino hos suos sermones dirigit in consuetudinem, qua Africana Ecclesia Clericos prohibebat à Romanis Appellationibus.

## CAPITULUM TERTIUM.

**A**urelius Episcopus dixit: Proferatur Commonitorium, quod Fratres & Confacerdotes nostri nuper allegaverunt, & cætera quæ acta sunt, vel quæ agenda sunt, subsequantur. Daniel Notarius recitavit Commonitorium: Fratri Faustino, & filiis Philippo & Afello Presbyteris, Zozimus Episcopus. Vobis commissa negotia non latent. Vos ita ut nostra, immò quia nostra ibi in vobis præsentia est, cuncta peragite: Maximè cum & hoc nostrum possitis habere Mandatum, verba Canonum, quæ in pleniorum firmitatem huic Commonitorio inseruimus. Ità enim dixerunt dilectissimi Fratres in Concilio Nicæno, cum de Episcoporum appellatione decernerent: Placuit autem, ut si Episcopus accusatus fuerit, & judicaverint congregati Episcopi Regionis ipsius, & de gradu suo dejecerint eum, & appellasse Episcopus videatur, & confugerit ad Beatissimum Romanæ Ecclesiæ Episcopum, & voluerit audiri, & justum putaverit, ut renovetur examen, scribere his Episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua Provincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod si is, qui rogat causam suam audiri, deprecatione sua moverit Romanum Episcopum, ut è Latere suo Presbyterum mittat, erit in potestate Episcopi Romani, quid velit, et quid existimet. Et si decreverit mittendos esse, qui præsentibus cum Episcopis judicent, habentes auctoritatem ejus, à quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si verò crediderit sufficere Episcopos, ut negotio terminum imponant, faciet quod sapientissimo suo consilio judicaverit.

## SCHOLIION.

**I**N famosa sua ad Sanctum Flavianum Constantinopolitanum Antistitem epistola Sanctus Leo Pontifex Julium Puteolanum Episcopum, ac Renatum Sancti Clementis Presbyterum, suos ad Ephesinam Synodum Legatos, appellat suos Fratres. Et Paschasius Quesnellus commentatur: *Ita plerique Codices manuscripti, & omnes excussum Græcæ versione. Et congruit illius ævi moribus, cum Episcopi Presbyteros Fratres vocitabant. Factum olim fuisse istum morem. Verum non fuit universalis. Palam licet ex præsentis Commoni-*

*torio. Plura sunt istiusmodi exempla. Ex eodem Commonitorio discimus, quod Romanus Pontifex etiam tunc se scriberet simpliciter Episcopum sine contractione ad Romanam civitatem. Quod nempe sit universalis Episcopus. Primum Commonitorii caput erat de Romanis Episcoporum appellationibus. Nulla unquam de ipsis fuerat apud Afros quaestio. Attamen Zozimus demonstrare voluit ipsas non in sola fundari consuetudine, sed etiam in Nicænis Canonibus. Ità enim Afris promiserat. Deinde istas Afrorum appellationes deducere voluit ad formam, quam omnis observabat Ecclesia. Et ad hoc fines adduxit quintum Canonem Sardicensem. Et adjunctum esse editum in Nicæno Concilio.*

## CAPITULUM QUARTUM.

**E**T cum recitaret, Alipius Episcopus Tagastensis, Legatus Provinciae Numidiæ, dixit: De hoc jam superioribus etiam litteris Concilii nostri rescriptimus, & id nos servaturos profitemur, quod in Nicæno Concilio constitutum est. Adhuc tamen me movet, quoniam cum inspiceremus Græca exemplaria hujus Synodi Nicænae, ista ibi, nescio qua ratione, minimè invenimus. Unde petimus Venerationem tuam, Sancte Papa Aureli, ut quia hoc authenticum Concilium Nicænum in Urbe dicitur esse Constantinopolitana, aliquos cum Scriptis Tuæ Sanctitatis mittere digneris. Et non solum ad ipsum Sanctum Fratrem nostrum Constantinopolitanum Episcopum, sed etiam ad Alexandrinum & Antiochenum venerabiles Sacerdotes, qui hoc nobis Concilium cum substipulatione litterarum suarum dirigant, ut omnis postmodum ambiguitas auferatur. Quia nos ità, ut Frater Faustinus attulit, minimè invenimus. Ista nos tamen tantisper servaturos, ut antea dixi, donec integra exemplaria veniant, profitemur. Petendus est autem litteris nostris & venerabilis Ecclesiae Romanae Episcopus Bonifacius, ut ipse quoque dignetur ad memoratas Ecclesias aliquos mittere, qui eadem exemplaria prædicti Nicæni Concilii secundum ejus possint Scripta proferre. Nunc autem memorati Concilii Nicæni qualia exemplaria habeamus, his Gestis foecimus.

## SCHOLIION.

**D**E admittendis & observandis quoad quasvis appellationes Nicænis Canonibus Africanis Antistites jam fuerant stipulati cum Zozimo, & ab hac ejus Legatione expectabant istos Canones. Hinc ad præsentem Sardicensem fuerunt admirati. Etenim ipsum nec invenerant in suis scriptis, nec usquam audiverant. Interim Religiosi duxerunt de Romani Pontificis fide vel dubitare. Crediderunt sua exemplaria esse mutila aut mendosa. Authentica reperiri in Patriarchalibus

*Græcorum Bibliothecis. Præsertim in Constantinopolitana. Hinc Sanctus Alipius Aurelium Primatem movit, ut non solummodo ab Africana, sed etiam à Romana Ecclesia solemniter ad istas Ecclesias destinaretur Legatio, postulatúra & allatura veros Nicænos Canones. Et adjunctum: Nos tamen ista tantisper servaturos profitemur. Uti que propter Apostolicæ Sedis reverentiam. Ex hoc loco novarum hodie rerum dilectores educunt Romanas appellationes etiam Afrorum Episcopis nunquam licuisse. Etenim Africani hic Episcopi nequaquam stipulantur de Clericorum, sed de solis Episcoporum appellationibus. Et istud ipsum*

*ipsum confirmatur ex istorum Episcoporum litteris ad Papam Bonifacium: De Primo Commonitorio articulo, id est, ut Roman licet Episcopis provocare, jam priore anno insinuare curavimus.*

Respondéo hoc Interim, sive Pactum non de Episcopalis appellationis fuisse substantia, sed de sola, Afris ignota, forma Sardicensi. Quod enim de ista substantia nunquam dubitaverint, est abundè demonstratum. Quod de sola ista forma fuerit ambiguitas, ostendunt istorum Episcoporum tam ad Bonifacium, quam ad Cælestinum Pontificem litteræ, præsertim hæc verba: *Nam ut aliqui tanquam à Tuæ Sanctitatis Latero mittantur, nulla invenimus Patrum Synodo constitutum. Qui nempe per Pontificem delegatæ ad retractandam causam Synodo præsideant, & in Synodali opere habeant Prærogativam atque Primatum, Tales Apostolicæ Sedis Legatos Afri nunquam viderant: At ignorabant probari per Canones. Nihilominus stipulati sunt omnem Canonem per Interim observare. Uti hodie novi Dogmatistæ censent retractatorum appellationum Episcopali Judicium non posse Romam evocari, aut exerceri per ipsum Pontificem; sed eum obligari ad istud delegandum in partibus; ità tunc Africani Episcopi credebant istud Judicium spectare ad personalia Sancti Petri & Successorum privilegia, ideoque non posse delegari. Opinandi fundamenta adduxi superius. Ad istam igitur, omnemque aliam Sardicensem formam in Africa plantandam Zozimus transmisit etiam Canonem de Episcoporum appellationibus.*

*Nec aliud Afri scriperunt ad Papam Bonifacium. Etenim adductis suis verbis mox adjungunt: Et nunc de tua possumus Sanctitate, ut quemadmodum ea apud Nicæam à Patribus acta vel constituta sunt, sic ea à nobis facias custodiri, & ibi apud vos ista, quæ in Commonitorio attulerunt, factas exerceri, id est, si Episcopus accusatus fuerit, &c. Adducunt totum Sardicensem Canonem. Et concludunt: Hæc utique usque ad adventum verissimum exemplarium Nicæni Concilii inserta sunt Gestis. Quæ si tibi, quemadmodum ipso, quod apud nos Fratres ex Apostolica Sede directi allegaverunt, Commonitorio continentur, eoque ordine vel apud vos in Italia custodiantur, nullo modo nos talia, qualia commemorata jam nolumus, vel tolerare cogemur, sed credimus adjuvante misericordia Domini Dei nostri, quod tua Sanctitate Romana Ecclesia præsentente, non simus jam typum istum passuri. Zozimus ab Afris postulaverat duo. Primum, ut Episcoporum appellationes deinceps fierent juxta formam Sardicensem. Deinde ut retractati per Romanam Ecclesiam Judicii executio fieret eo modo in Africa, quo fiebat in Italia. Nempè dum prompta non sequebatur obedientia, fieret per violentam compulsionem, quam Afri dicebant esse typum sæculi. Et primum usque ad Nicænorum Canonum adventum servare sponponderunt, secundum articulum sunt omni modo averfati. Quæ omnia altè clamant hoc Interim fuisse non de Episcopalis appellationis substantia, sed dumtaxat de ordine & modo.*

## CAPITULUM QUINTUM.

**F**Austinus Episcopus, Legatus Ecclesiae Romanae, dixit: Nec vestra Sanctitas præjudicat Ecclesiae Romanae, sive de hoc Capitulo, sive de aliis; quia dicere dignatus est Frater noster & Co-Episcopus Alipius dubios esse Canones. Sed hæc ipsa ad Sanctum & Beatissimum Papam nostrum scribere dignemini, ut & ipse integros Canones inquirens, cum vestra Sanctitate de omnibus Constitutis tractare possit. Sufficit autem, ut ipse Beatissimus Episcopus Urbis Romæ, sicut vestra Sanctitas apud se tractat, ita ipse inquiret, ne contentio inter Ecclesias nasci videatur, sed magis charitate fraterna deliberare possitis, ipso rescribente, quid melius observari debeat. Aurelius Episcopus dixit: Præter ista, quæ promissimus Actis, necesse est ut etiam nostræ Parvitatæ litteris, Sancto Fratri & Con-Sacerdoti nostro Bonifacio singula, quæ tractamus, plenissimè intimemus. Ergo si omnibus placet prosecutio nostra, ore omnium condiscamus. Universum Concilium dixit: Placet.

## SCHOLIION.

**A**Dversus Sancti Alipii intercessionem Faustinus Legatus nihil duxit opponendum.

*Afrorum de adducto Canone hæsitacionem vidit esse fundatam, ideoque & dixit: Vestra Sanctitas non præjudicat Romanae Ecclesiae. Attamen Legationem ad Orientales Ecclesias censuit non expedire, sed verorum Canonum inquisitionem esse faciendam.*

*dam apud solam Romanam & Africanam Ecclesias. Et adjunxit rationem: Ne contentio inter Ecclesias nasci videatur, sed magis charitate fraterna deliberare possit, ipso Pontifice Bonifacio rescribente, quid melius observari debeat. Postulatam ab Alipio Legationem non penitus improbavit, sed suavit non à Romana simul & Africana Ecclesia*

faciendam, sed permittendam Pontificis arbitrio, & si facienda judicetur, ab ipso solo faciendam. Duplex enim & divisa Legatio altè apud Græcos clamaret esse contentiones inter istas Ecclesias. Et Primas Aurelius probavit consilium. Et omnis Synodus acclamavit: *Placet*. Tanta erat Afrorum reverentia in Romanam Cathedralam.

## CAPITULUM SEXTUM.

**N**OVATUS Episcopus, Legatus Mauritaniae Sitifensis, dixit: Nunc meminimus in hoc presenti Commonitorio lecto etiam de Presbyteris sive Diaconibus contineri, qualiter ab Episcopis suis, vel à finitimis audiri debeant, quod in Nicæno Concilio minimè legimus. Unde hoc ipsum jubeat Sanctitas Vestra nobis recitari. Aurelius Episcopus dixit: recitetur ad locum etiam hoc quod depositur. Daniel Notarius recitavit: De appellationibus autem Clericorum, id est, minoris loci, restat ipsius Synodi certa responsio. De qua re quid acturi sitis, credimus inferendum, quod taliter dictum est ex Concilio. Hosius Episcopus dixit: Quid me adhuc moveat, reticere non debeo. Si Episcopus fortè iracundus, quod esse non debet, citò aut asperè commoveatur adversus Presbyterum sive Diaconum suum, & exterminare eum de Ecclesia voluerit, providendum est, ne innocens damnatur, aut perdat communionem. Et ideò habeat potestatem ejectus, ut finitimos interpellat Episcopos, ut causam suam audiant, & diligenter tractent, quia non oportet negari audientiam roganti. Et ille Episcopus, qui aut justè aut injustè eum ejecit, patienter accipiat, ut negotium discutatur, & aut probetur ejus, aut emendetur sententia, &c.

## SCHOLION.

**N**OVATUS Sitifensis Episcopus, ac istius Mauritaniae Legatus, à primo Commonitorii articulo perrexit ad tertium & palmarem, qui erat de inferioris Cleri appellationibus. Etiam pro ipsis adductum à Zozimo Canonem dixit non reperiri inter Decreta Nicæni Concilii. Quæstio est, quo fundamento, aut quo colore Zozimus ad Romanas appellationes inferiori Afrorum Clero impartiendas adduxerit istum Sardicensem Canonem? Dominus Petrus de Marca respondet: *Hæc Canonis præjudicio, quem Legatus Faustinus tanquam Canonem Nicæni Synodi protulerat, Zozimus firmare conatus est cognitionem à se habitam de causa tuæ Apianii Presbyteri Africanæ, à proprio Episcopo dejecti, existimans videlicet eum esse Canonis illius sensum, ut Presbyteri excommunicati arbitrio relinquat querelam deferendi ad quos voluerit Episcopos, modò Provincie vicini essent, cujusmodi esse Roma videbatur, habita ratione Provinciarum Maritimarum Africæ.*

Respondeo hæc esse paradoxa. Quomodo enim Romanus Antistes Siccensì intra Sitifensem

Mauritaniam Clerico possit dici finitimus? Interjacent Numidia atque Byzacium. Quis credat, quod Zozimus Apostolicam Sedem computarit inter finitimos ubicumquè damnatorum Clericorum Episcopos, & ex hoc solo titulo adscripserit ipsi jus admittendæ appellationis? Fundavit istud jus in Primatu suæ Sedis. Proinde Zozimus, dum Afris Canonem misit, direxit suos oculos haud dubiè ad scopum Apianii. Quin Apianus plurima de impotenti Afrorum Episcoporum in suum Clerum dominatu instillaverit auribus Zozimi, non est dubitandum. Nec sine fundamentis. Istius enim dominatus insolentia Gratium Primatem permovit ad datam ipsis per Apostolicos Canones potestatem circumscribendam, ac Synodaliter sanciendum, ut Episcopus non queat solus damnare, aut judicialiter frangere suum Presbyterum, aut Diaconum, nisi cum assententia sex, aut trium Collegarum. Proinde Zozimus Africanum Clerum censuit liberandum ab isto dominatu, & vidit Sardicensem Canonem esse illi finitimum, & propter ipsum emanasse. Hinc prudentissimè transmisit in Africam. Per ipsum demonstravit Clerum non adstringi ad Retractatorium suæ Provincialis Synodi Judicium: Esse

adeò

adeò liberum, ut ipsa neglecta possit confugere ad vicinos Episcopos. Quocirca Dominus Petrus de Marca manifestè labitur, quod Zozimus hunc Canonem adduxerit pro Romanis inferioris Cleri appellationibus. Etenim lucidum est istum esse scopum aut sensum Canonis. Sardicensis de Romanis appellationibus Canon, licet solos Episcopos exprimat, omninò tamen sancit etiam de Clericis. Et quod omnis sub cælo Ecclesia ipsum sic semper intellexerit, huc usque ostensum est per authentica, ac plura exempla, ac testimonia. Proinde omnis Zozimi per Canonem scopus fuit dignoscere, an paterna Sardicensis Synodi

in Clerum providentia, & super quintum Nicænum Canonem adjecta clementia locum haberet in Africa, atque ita Clerus non opprimeretur per Episcopos. Possit in hujus canonis transmissione Zozimus oculos direxisse etiam in Romanas inferioris Cleri appellationes, & à minori ad majus duxisse argumentum, hoc sensu: Nicæni Canones inferiorum Clerum adeò non adstringunt appellare ad solam suæ Provincie Synodum, ut permittant appellare etiam ad finitimos Episcopos; quantò igitur magis ad Episcopum Romanorum? Ita aliqui existimant. Non malè.

## CAPITULUM SEPTIMUM.

**C**UMQUE recitarentur, Augustinus Ecclesie Hipponis Regiensis, Legatus Provincie Numidie, dixit: Et hoc nos servaturos profitemur, salva diligentiori inquisitione Concilii Nicæni. Aurelius Episcopus dixit: Si hoc etiam omnium vestrae Charitati placet, responsione firmate. Universum Concilium dixit: Omnia, quæ in Nicæno Concilio statuta sunt, nobis omnibus placent. Jocundus Episcopus Ecclesie Sufferulæ, Legatus Provincie Byzacenæ, dixit: Quod constitutum est in Nicæno Concilio, violari à quoquam nullatenus potest.

## SCHOLION.

**E**TIAM hæc Sancti Augustini interlocutio demonstrat summam Africanæ Ecclesie reverentiam & in Sancti Petri Sedem, & in Nicænos Canones. Ex prioris reverentia transmisit à Zozimo Sardicenses Canones omnis ista Ecclesia usque ad lucidam veritatis manifestationem venerari perrexit tanquam Nicænos; ex posteriori sive parata valedicere suæ antiquæ consuetudini, & inferiori etiam Clero Romanas appellationes permittere. Non soli duo Provinciarum Legati, sed omnis Synodus una voce exclamavit: *Omnia*

*quæ in Nicæno Concilio statuta sunt, nobis omnibus placent.* Omnibus placuit Jocundi Sufferulensis Episcopi interlocutio: *Quod constitutum est in Nicæno Concilio, violari à quoquam nullatenus potest.* Locuti sunt ex regula, ex qua & Magnus Leo postea scripsit Nicænos Canones esse *Spiritu Dei conditos, & totius Mundi reverentia consecratos.* Ex ista reverentia Apianii Presbyteri factam à Zozimo reparationem admiserunt. Non usque ad repertam Nicænorum Canonum veritatem, neque ad quamvis aliam reincidentiam conditionem, sed absolute, ac in perpetuum. Attamen sub præfatis moderationibus.

## CAPITULUM OCTAVUM.

**F**AUSTINUS Episcopus, Legatus Ecclesie Romanæ, dixit: Adhuc secundum professionem Sanctitatis vestrae, tam Sancti Alipii, quam & Fratris nostri Jocundi, aliqua infirmari credo, aliqua firmari debeant, cum jam in dubium ipsi Canones venerint. Ergò, ut placet & nobis & Beatitudini vestrae, ad Sanctum & venerabilem Ecclesie Romanæ Bonifacium Episcopum vestra scribere dignetur Sanctitas, ut & ipse, quod Sanctus Augustinus statuere dignatus est, deliberare possit, utrumnam & hoc concedendum sit, an reticendum, hoc est, de appellationibus inferioris gradus. Si ergò adhuc in dubium venit, de hoc Capitulo ju-

stum

stum est ut Beatissimæ Romanæ Sedis Episcopus informari debeat. Si tamen in approbatis Canonibus hoc reperiri possit.

## S C H O L I O N.

Canon est manifestè mendosus. Forsan emendari possit hoc modo: *Aliqua infirmari credo, quæ firmari debeant.* Infirmitas est non penitus coherere. Etenim Sanctus Alipius de Episcopalis, Sanctus Augustinus de Clericalibus appellationibus dixerant: *Hoc nos servaturos profitemur, salva diligentiori inquisitione Concilii Nicæni.* At verò Jocundus Episcopus dixerat: *Quod constitutum est in Nicæno Concilio, solari à quoquam*

*nullatenus potest.* Hæc Faustinus Legatus censuit non ex integro coherere. Nonnihil recessit à priori sua interlocutione: *Vestra Sanctitas non præjudicat Ecclesie Romanæ.* Hæsitavit, an hæc de transmittere à Zozimo Canonum legitima auctoritate diffidentia non præjudicaret. Hinc omnia censuit referenda ad Pontificem Bonifacium. Præsertim Sancti Augustini interlocutionem. Etenim ex ipsa videbat nutare reparationem Apiarii. Quoniam reperta Canonum veritas poterat ipsam exfufflare.

## CAPITULUM NONUM.

Aurelius Episcopus dixit: Etiam, quæ dudum vestræ Charitati intimavimus, nunc patimini exemplaria Statutorum Nicæni Concilii, sed & quæ hic salubriter à nostris Decessoribus secundum ejusdem Concilii normam formata sunt, vel quæ nunc ordinata sunt à nobis, recitari, & Gestis inferi. Omne Concilium dixit: Exemplaria fidei, & Statuta Nicæne Synodi, quæ ad nostrum Concilium per beatæ recordationis olim Prædecessorem tuæ Sanctitatis, qui interfuit, Cecilianum Episcopum allata sunt, sed & quæ Patres, ea exemplaria sequentes, hic constituerunt, vel nunc communi Tractatu statuimus, his Gestis Ecclesiasticis inserta manebunt, ita ut, quemadmodum superius dictum est, venerabilibus viris Antiochenæ & Alexandrinæ, sed & Constantinopolitanæ Ecclesiarum Episcopis scribere vestra Beatitudo dignetur, ut exemplaria verissima Concilii Nicæni sub adstipulatione litterarum suarum dirigant: Quò, declarata veritate, ea Capitula, quæ in Commonitorio præsens Frater, & Co-Episcopus noster Faustinus, & Com-Presbyteri Philippus & Afellus secum attulerunt, aut ibidem reperta à nobis firmabuntur, aut si non inveniuntur, collecta Synodo de hoc in sequenti tractabimus. Daniel Notarius Nicæni Concilii professionem fidei, vel ejus Statuta recitavit in Concilio Africano.

## S C H O L I O N.

His omnibus auditis Primas Aurelius perficit in suo priori, & quorundam Collegarum iudicio, censentium esse necessariam perquisitionem verorum Canonum. Et omnis Synodus fuit adstipulata. Dixit & allatos in Africam à Ceciliano Carthaginensi Primate, qui Synodo interfuerat, Nicænos Canones, & omnia ex ejus Codice transcripta exemplaria comprehendere solos viginti, & à Zozimo transmissos non esse in illis, ideoque necessariam esse Legationem ad Alexandrinam, Antiochenam, & Constantinopolitanam Ecclesiam, quæ ab illis authentica exemplaria adduceret. Ad Sanctum Cyrillum Patriar-

cham Alexandrinum Innocentius Presbyter, ad Atticum Antistitem Constantinopolitanum missus est Marcellus Sub-Diaconus. Existimo pro Marcellis legendum esse Marcellinum: Nempè illum Carthaginensis Ecclesie Sub-Diaconum, qui Afrorum circa Celestii causam Rescripta deportavit ad Papam Zozimum. An Bonifacius Pontifex similem Legationem, aut certè litteras miserit, non possum affirmare. Istius rei nulla est memoria. Quin tamen Africana Synodus legaverit etiam ad Ecclesiam Antiochenam, videtur non dubitandum. Istam Patriarchalem Cathedralam videtur tunc insedis venerabilis Theodorus, & ante Legationis adventum obiisse: Successor Joannes videtur non respondisse. Aut sanè ejus Rescriptum latet, aut periit.

Et

Et hæc omnia sua Agra Synodus retulit ad Sanctum Papam Bonifacium; Apiarii reparationem, suum iudicium de Zozimi Commonitorio, & contentis in ipso Canonibus, ac præsertim suam Legationem ad Orientales Ecclesias. Hæc est relatio: *Quamvis plures Codices legeremus, sed nusquam in Nicæno Concilio, in Latinis Codicibus legimus, quemadmodum in supradicto Commonitorio inde directa sunt. Tamen quia hic in nullo Codice Græco ea potuimus invenire, ex Orientalibus Ecclesiis, ubi perhibentur eadem Decreta posse etiam authentica reperiri, magis nobis desideramus adferri. Pro qua re tuam quoque Venerationem obsecramus, ut scribere etiam ipse digneris ad illarum partium Sacerdotes, hoc est, Ecclesie Antiochenæ, Alexandrinæ, & Constantinopolitanæ. Et si aliis etiam placuerit tuæ Sanctitati. Ut inde ad nos idem Canones apud Nicænam civitatem à Patribus constituti veniant, te possimum hoc beneficium cunctis Occidentalibus Ecclesiis in Domini adiutorio conferente. Quis enim dubitet exemplaria esse verissima Concilii Nicæni in Græcia congregati, quæ de diversis locis, & de nobilibus Græcis Ecclesiis allata, & comparata concordant? Quod donec fiat, hæc quæ in Commonitorio supradicto allegata sunt, de appellationibus Episcoporum ad Romanæ Ecclesie Sacerdotem, & de Clericorum causis apud suarum Provinciarum Episcopos terminandis, nos usque ad prolationem servaturos esse profitemur, & Beatitudinem tuam ad hoc nos adiuturam in Dei voluntate confidimus. Cetera verò, quæ in nostra Synodo gesta & confirmata sunt, quoniam supradicti Fratres nostri, Faustinus Co-Episcopus, Philippus & Afellus Presbyteri secum ferunt, si dignatus fuerit, tuæ nota facient Sanctitati.*

Plura hinc discimus. Primò, quod Faustinus Legatus, ac ejus Collegæ post hanc Synodum redierint ad aliam Urbem. Secundò, quod Philippum & Afellum, Cardinales Presbyteros, quos Zozimus dixerat filios, hæc Synodus inscribat Fratres. Nempè aliter Romanus Pontifex, aliter inferiores Episcopi fuerunt semper consueti inscribere titulos. Etiam Innocentium Presbyterum, sibi alienum, Legatum hujus Synodi, Sanctus Cyrillus inscripsit filium. Forsitan quia Patriarcha Alexandrinus fuit semper consuetus in cunctis imitari Romanum Pontificem. Tertiò discimus, quod hæc Synodus decretam à se Legationem retulerit Bonifacio, sed tamen ejus executionem non distulerit usque ad ejus Rescriptum. Quarto, quod Bonifacio supplicarit, ut & ipse similem Legationem decerneret. Quare omnino possit decrevisse. Quintò discimus, quod hæc de Nicænis Canonibus quæstio posterioribus sæculis forsitan præbuerit ansam litigandi de eorundem numero, & fingendi varias de ipsis epistolæ, contentas in Codice Isidori Mercatoris. Africani Episcopi plurimum fiduciam habebant apud Sanctum Bonifacium. Quippè ab Imperatore Honorio fuerant in Italiam vocati ad discutiendam ejus causam contra Anti-Papam Eulalius; Et tunc ad iter advenxerant, ipsum adiuturi. Hinc ab ejus sapientia atque iustitia supplicarunt & sperarunt se liberandos à supra exposito Romanæ executionis modo, quem appellabant *typhum Christi. Lupi Opera T. VIII.*

*seculi.* Idque etiam forte aliter se haberent Nicæni Canones. Censebant adversari Christianæ modestiæ.

## CAPUT XXIX.

Exponitur alia de his rebus Carthaginensis Synodus, habita sub Pontificatu Sancti Cælestini.

Quo tempore Innocentius Carthaginensis Ecclesie Presbyter, & Marcellinus ejusdem Ecclesie Sub-Diaconus, ex Oriente redierint, non constat. Etenim ad Sanctos Alipium, & Augustinum scribit Sanctus Hieronymus: *Sanctus Innocentius Presbyter, qui hujus sermonis est portitor, anno præterito, quasi nequaquam in Africam reversurus, mea ad Dignationem vestram Scripta non sumpsit.* Hic Innocentius omnino videtur esse ille ipse Synodalis Legatus. Cum Synodalibus litteris Carthagine Alexandriam ad Sanctum Cyrillum, cum aliis Sanctorum Alipii & Augustini litteris Alexandria profectus est Hierosolymam ad Sanctum Hieronymum. Etenim Alipius & Augustinus fuerant magna pars istius Synodi, ideoque ejus Legato addiderunt suas de Pelagianæ heresi litteras ad suum in isto bello strenuissimum Commilitonem Hieronymum. Ansam scribendi præbuit Cælestius, qui sua ad Zozimum Pontificem appellatione Africanam insigniter vexaverat, Romanam autem Ecclesiam sedissimè, ac nuperimè deluserat. An Innocentius solus, ac simul cum Marcellino iverit Hierosolymam, ignoro. Videtur ivisse solus. Nam principales ipsorum termini fuerunt nimium disparati. Quidquid sit, ambo retulerunt Nicænos Canones cum Sancti Cyrilli & Attici litteris, inscriptis ad Aurelium, ac ejus Synodum. Sancti Cyrilli epistola scripta est anno istius sæculi vigesimo tertio, quarto post istam Synodum. Etenim proximum post epistolam Pascha erat futurum decimo septimo Kalendas Majas, id est, die decima quinta Aprilis: Quod factum est anno istius sæculi vigesimo tertio. Et Paschalis dies per Alexandriæ Patriarcham non solebat denunciari Ecclesiis, nisi ad Festum Dominicæ Epiphaniæ. Bonifacius Pontifex erat tunc adhuc superstes. Est enim isto anno defunctus octavo Kalendas Novembres. In Africano Codice ad Sancti Cyrilli & Attici epistolæ habemus hanc annotationem: *Sanctus Cyrillus Authentica Concilii Nicæni, translata de Græco, per Innocentium Presbyterum transmittit. Quæ, & etiam aliæ epistolæ, cum eodem Concilio Nicæno per memoratum Presbyterum Innocentium, & Marcellum Sub-Diaconum Ecclesie Carthaginensis, Sancto Bonifacio Episcopo Romanæ Ecclesie sub die sexto Kalendas Decembris sunt directæ.* Proinde circa Festum Epiphaniæ Innocentius Alexandria rediit in Africam. Exindè Episcopi transmissos Canones discussurunt, ac de suis rebus deliberarunt: Haud dubiè



dubie Synodaliſter. Sexto Kalendas Decembris eoſdem Legatos cum Nicænis Canonibus, ac ſuo circa hæc omnia iudicio miſerunt ad Sanctum Bonifaſium, haud dubie ſupplicantes ſuam ſibi circa inferioris Cleri appellationes conſuetudinem confirmari, ac deinceps non infringi aut impeti. Verùm tunc ultra menſem deſunctus erat Bonifaſius, ac Cæleſtinus Succellor ferè per menſem federat. Africana Eccleſia uſquè tunc iſta ignorabat. Ex his lucet labi Joannem Garnerium, ubi in Pelagiana hiſtoria aſſerit Innocentium Presbyterum ad conquirendos Nicænos Canones fuiſſe miſſum anno iſtius ſæculi decimo octavo, & nono decimo rediſſe. Rectè tamen dubitat, an hic Legatus ſit idem cum laudato per Sanctum Hieronymum Innocentio. Etenim de ſuo Innocentio ſcribit Sanctus Hieronymus: *Quaſi nequaquam in Africam reverſurus. Attamen hoc non evincit. Pocerat enim tunc non velle, aut ex Superiorum Mandato non poſſe reverti.*

His cognitis Africani Epifcopi denuò fecerunt aliam Synodum. Ejus, uti & iſtius prioris, Acta perierunt, aut latent. Utrumquè tamen diſci poſſint ex hujus poſterioris relatione ad Sanctum Cæleſtinum. Ejus verba, licèt ſuperius adducta, ſunt repetenda: *Optaremus, ſi quemadmodum Sanctitas tua de Apiarii adventu letatos vos fuiſſe miſiſſe per Compreſbyterum noſtrum Leonem litteris intimavit, ita nos quoque de ejus purgatione hæc ſcripta cum lætitia mitteremus. Eſſet proſectò & noſtra, & veſtra modò alacritas certior: Nec feſtinata, nec præproperea videretur, quæ adhuc tam de audiendo, quàm de auditu præceſſerat. Adveniente ſanè ad nos Sancto Fratre & Co-Epiſcopo noſtro Fauſtino, Concilium congregavimus, & credidimus idè cum illo miſſum, quoniam ſicut per ejus operam Presbyterio ante redditus fuerat, ita nunc poſſet de tantis criminibus, à Tabracenis obſectis, eo laborante purgari. Cujus tanta & tam immania flagitia decurſum noſtri Concilii examen invenit, ut memorati patrocini potius quàm iudicium, ac deſenſoris magis operam, quàm diſceptatoris juſtitiam ſuperarent. Nam primum, quantum obſtiterit omni Congregationi diverſas injurias ingerendo, quaſi Eccleſiæ Romanæ aſſerens privilegia, & volens eum à nobis in communionem ſuſcipi, quem tua Sanctitas credens appellat, quod probare non potuit, communioni reddiderat, quod minimè tamen licuit. Quod etiam Geſtorum ex lectione melius cognoſces. Triduano tamen laborioſiſſimo agitato iudicio, cum diverſa eidem obſecta aſſiſtiſſimi quæveremus, vel moras Co-Epiſcopi noſtri Fauſtini, vel tergiverſationes ipſius Apiarii, quibus nefandas turpitudines occulere conabatur, Deus Judex fortis, juſtus, & longanimis, magno compendio reſecavit. Tertiore quippè, ac putidore obſtinatione compreſſa, qua tantum libidinum cœcum impudentia negationis volebat obruere, Deo noſtro ejus conſcientiam coarctante, & occulta, quæ in illius corde, tanquàm in volutabro criminum jam dormabat, etiam hominibus publicante, repente in conſeſſionem cunctorum obſectorum flagitorum dolofus negator erupit. Et tandem de omnibus incredibilibus opprobriis ultroneus ſe ipſe convicit, atque ipſam quoquè noſtram ſpem, qua eum & credabamus, & optabamus de tam pudendis maculis poſſe purgari,*

*convertit in gemitus: Niſi quoniam iſtam noſtram mæſtiam uno tantum mitigavit, quod & nos labore diurnioris quaſtionis abſolvit, & ſuis vulneribus qualemcumquè medelam eſiſi invita ac ſua conſcientiæ reluctante, conſeſſione providit.*

Hæc epiftoſa non eſt Aſtorum Antifitium prima ad Sanctum Cæleſtinum. Nec enim ipſi ex more gratulatur Pontificatum, nec circa ipſum fauſta precatur. Solummodò habet in ſui medio: *Præſato debite ſalutationis officio.* Eſt ſcripta ex impetu, ideòque obſita conſuetam præſationis reverentiam locare in exordio. Ex ipſa interim colligimus plura. Primò, quod in adductis ex Oriente Nicænis Canonibus miſſos à Zozimo Canones non videntes Africani Epifcopi cenſuerint ſe fundatos adverſus Romanam Eccleſiam, ideòque reparati Apiarii cauſam judicaverint retrahendam. Et omnino retractarunt. Quin & reparationem exſufflarunt. Ipſam antè conſueverant ſub certis moderationibus, attamen abſolutè, ſine dependentia à quovis ſucceſſu circa Nicænos Canones. Et ecce nunc omnia circumducant. Attamen ex alio principio. Adduxerunt enim nova ejus crimina, novaſque probationes: Et de iſtis convictum, & conſeſſum denuò deſecerunt. Immo non deſecerunt, ſed à Cæleſtino Pontifice deſiciendum denuò tranſmiſerunt ad aliam Urbem. Appoſitis Apoſtolicæ Sedis manibus deulerunt antiquam reverentiam. Et Cæleſtinus ipſum accepit cum gaudio, ejus reparationem innovavit & firmavit, & cum Fauſtino Epifcopo reponendum remiſit in Africam. Quæ omnia apud Aſros ſunt acta Synodaliter. Et ex his patet tam Fauſtinum, quàm Apiarium frequenter iſſe & rediſſe.

Ad Fauſtini reddium Africani Epifcopi denuò adunarunt Synodum. Et in ipſa Fauſtinus Apiarii Advocatum potiùs egit, quàm Judicem. Et ante omnia potenter obſtitit omni Congregationi, diverſatque ei ingeſſit injurias, aſſerens Romanæ Eccleſiæ privilegia. Nempè Africanos Epifcopos ducè increpavit, quod Apiarii factam à Zozimo ac Bonifacio reparationem fuiſſent auſi retractare, atque ita patenter impingere in privilegia Romanæ Eccleſiæ. Aſſeveravit, quod inſuper noviffimè ejus appellationi fuiſſet deferendum. Etenim hæc verba, *Credens appellat, quod probare non potuit*, manifeſtè laudant non primam ad Zozimum, ſed longè poſtiorum Apiarii appellationem ad Cæleſtinum. Nempè dum Africani Epifcopi ipſum voluerunt denuò degradare, ille novam interpoſuit appellationem. Et hæc videtur fuiſſe cauſa, cur eum ipſi damnare non præſumpſerint, ſed damnandum tranſmiſerint Pontifici. Et ipſam inſuper negarunt, dicentes ab Apiario non poſſe probari. Quin & conſtanter adjecerunt: *Quod minimè tamen licuit.* Hoc eſt, quantumvis Apiarius appellat, veſtra tamen Sanctitas nequirit appellationem admittere, longè minùs ipſum reddere communioni. Nempè ob antiquam Africanæ Eccleſiæ conſuetudinem, quam adducti Nicæni Canones non infirmabant.

Pergit Synodalis ad Cæleſtinum Pontificem epiftoſa: *Præſato itaque debite ſalutationis officio, impendio deprecamur, ut deinceps ad veſtras aures* binc

*binc venientes non faciliùs admittas, nec à nobis excommunicatos in communionem ultra velitis excipere. Quia hoc etiam Nicæno Concilio deſinitum, facile adverteſt Venerabilitas tua. Nam eſi de inferioribus Clericis vel Laicis videretur tibi præcaveri, quandò magis hoc de Epifcopis voluit obſervari, ne in ſua Provincia communionem ſuſpenſi, à tua Sanctitate vel feſtinato, vel præpropere, vel indebitè videantur communioni reſtitui. Presbyterorum quoquè, & ſequentium Clericorum improba refugia, ſicut te dignum eſt, repellat Sanctitas tua: Quia & nulla Patrum deſinitione hoc Eccleſiæ derogatum eſt Africanæ, & Decreta Nicæna ſive inferioris gradus Clericos, ſive ipſos Epifcopos ſuis Metropolitanis apertiſſimè commiſerunt. Prudentiſſimè enim, juſtiſſimèque proſiderunt quæcumquè negotia in ſuis locis, ubi orta ſunt, ſuſtenda: Nec unicuique Provincie gratiam Spiritus Sancti deſuturam, qua æquitas à Chriſti Sacerdotibus & prudenter videatur, & conſtantiſſimè teneatur. Maxime quia unicuique conſeſſum eſt, ſi iudicio offenſus fuerit Cognitorum, ad Concilia ſue Provincie, vel etiam univerſale provocare. Niſi forte quifquam eſt, qui credat unicuique poſſe Deum noſtrum examinis inſpirare juſtitiam, & innumerabilibus congregatis in Concilio Sacerdotibus denegare. Aut quomodo ipſum Tranſmarinum iudicium ratum erit, ad quod teſtimio neceſſaria perſona, vel propter ſexus, vel propter neceſſitatis infirmitatem, multis aliis intercurrentibus impedimentis, adduci non poterunt? Nam ut aliqui à tua Sanctitatis Latere mittantur, nulla invenimus Patrum Synodo conſtitutum. Quia illud, quod pridem per Co-Epiſcopum noſtrum Fauſtinum, tanquàm ex parte Nicæni Concilii, tranſmiſiſti, in Concilio veteribus, que accipiuntur Nicæni, à Sancto Cyrillo Co-Epiſcopo noſtro Alexandrinæ Eccleſiæ, & à venerabili Artico Conſtantinopolitano Antifite, ex authentico miſſis, quæ etiam ante hoc per Innocentium Presbyterum, & Marcellum Sub-Diaconum, per quos ad nos ab eis directæ ſunt, venerabilis memoria Bonifacio Epifcopo, Prædeceſſori veſtro, à nobis tranſmiſſa ſunt, in quibus tale aliquid non potuimus reperire.*

Inſelix, devia, ac prævaricatoria epiftoſa. Ante omnia rogat, ut Romanus Pontifex nullam deinceps ex Africa appellationem admittat: Neque Laici, neque Clerici, neque item Epifcopi. Ut nullum ab Africana Eccleſia excommunicatum reddat communioni. Idque quia ita ſancitur à Nicænis Canonibus. Epiftoſa aſſerit Romanas appellationes adeò non firmari per iſtos Canones, ut etiam Epifcopis per iſtos interdican- tur. Putatur reſpicere quintum Canonem. Verùm ille nimium manifeſtè ſancit de ſolis Clericis inferioribus: Nec video ſucum, quo poſſit extendi ad Epifcopos. Quare exiſtimo Aſros reſpexiſſe etiam ad quartum, ac præſertim ad ſextum Canonem, per quos Metropolitanis datur non modica potestas in creandis Epifcopis. Aſri videntur ipſam extendiſſe ad iudicia. Quidquid ſit, epiftoſa ſingulariter rogat deinceps non admitti pro- vocationes Presbyterorum, ac aliorum Clericorum. Ipſas appellat improbare refugia. Nempè vetita per antiquam Africanæ Eccleſiæ conſuetudinem. Et adjungit iſti conſuetudini per nullam Patrum deſinitionem eſſe vel in minimo derogatum. Ex Chriſti. Lupi Opera T. VIII.

quo diſcimus ſingulares Eccleſiarum conſuetudines poſſe aboleri per generales Synodos: Iſtud tamen non cenſeri factum, niſi diſertè exprimat- ur. Hæc regula eſt adeò antiqua.

Et ſuæ conſequentiæ, qua Nicænum Decretum extendit à Clericis ad Epifcopos, epiftoſa dat varias rationes. Primò, quia quævis negotia in ſuis ubi orta ſunt, locis oportet audiri, & finiri. Deindè, quod Provinciarum Synodis ſperanda ſit non deſſe Spiritus Sancti gratia, qua cauſarum Juſtitia videatur ac teneatur. Tertio, quod damnatis per duodecim Collegas Epifcopis, immò & per pauciores damnatis Clericis non de- negetur appellatio. Appellare & ipſi poſſint ad plenam Provincie Synodum, immò & ad univerſale Concilium totius Diœceſos. Et hoc videtur eſſe novellum Clericorum privilegium, datum ex occasione appellantis Apiarii: Quo tolleretur omnis anſa invocandi Romanam Eccleſiam. Quarta ratio eſt, quod Dominus Deus non ſit credendus unicuique potiùs inſpirare examinis ac iudicii Juſtitiam, quàm innumerabilibus Synodaliter congregatis Epifcopis. Eſt contumelioſa ratio. Appellatas cauſas Romanus Pontifex etiam tunc iudicabat cum ſolo ſuo Cardinalium Epifcoporum ac Presbyterorum Conſitorio. Et ejus ſolius iudicium iſthic prævalebat omnium ſuffragiis. At verò Aſtorum Provincie, ac Synodi habebant numeroſiſſimos Epifcopos: Præſertim plena Diœceſos Synodus. Hinc adducta ratio aſſerit credendum, quod Dominus Deus tanto potiùs numero inſpiret veritatem, quam uni Epifcopo Romano. Quinta ratio eſt, quod Tranſmarinum, ſeu Romanum iudicium ne- queat eſſe ratum, ac firmum: Quoniam ad ipſum adduci non valent teſtes, aliæque perſonæ neceſſariæ. Reponi poterat appellatæ cauſæ retractationem poſſe per Pontificem delegari in partibus, & iſti Synodali iudicio poſſe præfici ac præſidere Romanum è Papali Latere Legatum, coram quo omnes neceſſariæ ſiſtantur perſonæ, & qui ex ipſarum teſtimoniis, aut profeſſionibus cauſam iudicet, aut certè inſtruat Pontifici referendam. Et iſtam poteſtatem in Pontifice agnovit, & conſirmavit Sardiceniſis Synodus. Ad hoc igitur argumentum epiftoſa occurrit, ac reſpondet: *Nam ut aliqui tanquàm à tua Sanctitatis Latere mittantur, nulla invenimus Patrum Synodo conſtitutum, quia illud, quod pridem tanquàm ex parte Nicæni Concilii exinde tranſmiſiſti, in Concilio veteribus non potuimus reperire.*

Hæc ſunt fundamenta, ex quibus iſta Africana Synodus cenſuit non ſolis Clericis, ſed etiam Epifcopis Romanas appellationes interdici per Nicænos Canones, & pariter omnes committi ſuis Metropolitanis. Hoc eſt inconcuſſis, ac inappellabilibus Metropolitanarum Synodis. Per Metropolitanas intelligit non ſolos Provinciarum Præſectos, ſed etiam Diœceſion Primates, Exarchos, ac Patriarchas. Fuit horrenda audacia. Africani namque Epifcopi uſque tunc Romam ſemper appellaverant, ac poſteà etiam perrexerunt appellare: Et ecce iſta Synodus, dum de Apiarii facta per Zozimum reparatione ſe vindicare ſtudet, tentat evertere iſta omnia.

omnia. Et Canones Nicænos intellexit pessimè. Quod enim hi Romanas appellationes non circumscribant, est nimis exploratum. Etiam semetipsam evertit ista Synodus. Africana namque Ecclesia est Romani Patriarchatus Diœcelis, ideoque Romanus Pontifex est ejus Patriarcha, ac supremus Metropolitani. Proinde ad ipsum appellatio ex nullo colore potuit Episcopis interdici.

Præfata epistola affirmat Nicænos Canones fuisse in Africam transmissos à solo Cyrillo Alexandrino, soloque Attico Episcopo Constanti-nopolitano. Antiocheni nullam faciunt memo-riam. Rationem adduxi superius. Aurelius Pri-mas in sexta Carthagenensi Synodo, & ejusdem Synodi ad Sanctum Bonifacium Pontificem rela-tio Antiochenam Ecclesiam præponunt Alexan-drinæ. Possit evenisse casu. Possint etiam atten-disse Antiochiam fuisse primam Sancti Petri Apo-stoli, non per Vicarium discipulum, sed in prop-ria persona Cathedrali. Insuper Afrorum isto tempore Episcopi habuerunt modicam similitum rerum notitiam. Infelix epistola addit, quod In-nocentius Presbyter, ac Marcellus Sub-Diaco-nus Nicænos Canones, quos ex Oriente detule-rant in Africam, etiam detulerint Romam ad Pa-pam Bonifacium. Ex quo colligitur, quod San-ctus Bonifacius ipsos noluerit postulare à Græcia. Porro Atticus Constantinopolitanus Episcopus obiit quinti sæculi anno vigesimo quinto, sexto Idus Octobris. Erat annus secundus Cælestini Pontificis. Infelix ista epistola videtur junior. Etenim illa, quæ circa Apiarium, & omnia hanc litem Cælestinus egit, videntur exegisse moras longioris temporis. Quod ipsum firmant sequentia epistolæ verba: *Nam de Fratre nostro Faustino, amoto jam pro suis nefandis nequitis de Ecclesia Christi dolendo Apiario, securi sumus, quod eum, probitate ac moderatione tua Sanctitati, salva fraterna charitate, ultro Africa minime sustinere patitur.* Affirmant Apiarii degradationem fuisse tandem probatam, & confirmatam à San-cto Cælestino, & Faustinum Legatum aut rediisse Romam, aut fuisse revocatum. Et Afri supplicat deinceps non inquietari ejus disputatio-nibus de privilegiis Romanæ Ecclesiæ. Manife-stum est hæc omnia non potuisse peragi modico tempore.

Hæc epistola etiam memorat Legatos à Latere. Eisdem laudat in litteris ad Faustum, Martinum, & alios Regiæ civitatis Archi-Mandritas Magnus Epist. 29. Leo Pontifex: *Propter causam fidei, quam Eutycheus perturbare tentavit, de Latere meo misi, qui defen-sioni veritatis assisterent.* Laudat Julium Puteola-num Episcopum, Renatum Sancti Clementis Cardinalem Presbyterum, ac Hilarum Cardina-lem Diaconum, suos ad secundum Ephesinum Concilium Legatos. Eos exprimit, & laudat in litteris ad Julianum Coensem Episcopum, atque Epist. 31. adjungit: *Quos à Latere meo vice mea misi.* Tituli origo est à Concilio Sardicensi, sanciente varios modos, quibus Romanus Pontifex appellatas causas possit retractare: *A proprio Latere Presby-teros mittat.* Est titulus mutuatus à Romano Im-perio, & cum multis aliis ejusdem formulis tran-

latus in Ecclesiam. Hinc de pœnalium in Do-natistas legum executione scribit in Sancti Augu-stini vita Beatus Possidius: *Propter quod perficien-dum Honorius à Latere suo Tribunalum, & Notarium Marcellinum ad Africam Judicem miserat.* Et in Francorum historia Sanctus Gregorius Episcopus Turonensis: *Misit Rex Innacharium & Scaptarium, primos de Latere suo.* Et Marculfus Monachus in formulis: *Præsente Misso nostro, Illustri viro illo, quem ex nostro Latere illuc pro hoc direximus.* Plura istiusmodi testimonia adducit in suis Scholiis Hieronymus Bignonius. Phrasis ab Imperio, uti ad Ecclesiam, ita quoque devenit ad Regna. Ejus virtutem exponit in quadragesimi septimi Psalmi enarratione Sanctus Augustinus: *Quicum-que alicui coherent, Latera ipsius dicuntur: Nam & de aliquibus hominibus solemus ita loqui: Bonus homo est, sed mala Latera habet. Id est, ipse quidem bonitate præstat, sed maligni sunt, qui ei sunt conjuncti. Eundem in sensum secunda Matisconensis Synodus reprehendit quosdam, qui Lateri Regis ad-hærent.* Joannes Morinus de Papalibus à Latere Legatis scribit: *E Latere mitti est velut à familia Pontificis, ex Officialibus & Procuratoribus Dome-sticis in opus aliquod eligi, & deputari.* Non bene. Etenim Julius Puteolanus Episcopus nequiti fuisse à Sancti Leonis familia, nec ejus Dome-sticus Procurator, aut Officialis. Paschasius Quesnellus scribit: *Mysterio, mea quidem senten-tia, vacant hæc verba, sicutem quod ad præsentem locum pertinet, nec aliud significant, quam, Hinc. Id est, ex hac urbe, ex his partibus.* Et probat ex Græca epistolarum translatione, verosimilitæ facta per Julianum Coensem Episcopum, qui istius phrasis Romanum mysterium non possit ignorasse. Pro istis vocibus ille dumtaxat posuit, *Hinc*: Respondeo voces nec apud Romanum Im-perium, nec item apud lacerata ex ipso Regna vacasse mysterio, ideoque nec apud Ecclesiam. Et istud mysterium Sanctus Augustinus abundè exposuit. Quapropter esse inter Pontificis Roma-ni Latera est esse inter ejus in Romanæ Provinciæ Synodo, aut Romanæ Ecclesiæ Consistorio Adfes-sores. Et hi erant ejus Comprovinciales Episcopi, & Cardinales Presbyteri. Item Romanæ Ecclesiæ Archi-Diaconus. Quam dignitatem Hilarus gessit sub Sancto Leone. Hinc Dulcitus Notarius non mitte-batur à Latere. Nec item Cardinales Diaconi. Quia Pontifici in sacro Tribunali, Consistorio, aut Synodo tunc non assidebant. Hodie addi-dent: Et quidem ante Episcopos. Item hodiè Romanus Pontifex vix adunat Synodum suæ Pro-vinciæ: Pleraque agit in Consistorio. Et isthic ei assident omnes, & soli Cardinales. Hinc hodiè illi omnes & soli possint esse Legati à Latere. Proinde Papale Latet hodiè est ejus adfessio in Consistorio. Eodem modo exponi debent Late-ra Laicorum Principum.

Cap. 13.

L. 4. C. 13.

L. 1. C. 401.

## CAPUT XXX.

An hæc omnia per & circa Apiarium Gesta sint authentica?

Marcus Antonius Capellus edidit insigniter eruditum de Romanis Afrorum appella-tionibus opusculum, in quo rectè docet, ac lu-cidè demonstrat Africanis Episcopis semper, Africanis autem Clericis numquam licuisse pro-vocare ad Sedem Apostolicam, ideoque sextam Carthagenensem Synodum, Synodales ad San-ctum Bonifacium, & Cælestinum litteras, om-niaque circa Apiarium Acta esse spuria figmenta. Fateor ipsum non loqui sine fundamentis. Ego tamen non ausim ista probare. Etenim istam Synodum, istas epistolas, ista Gesta, tanquam legitima, & authentica, laudant Dionysius Exi-guus, antiquus Africanæ Ecclesiæ Codex, alia antiqua Africanorum Canonum Collectio, plures Gallicanæ Synodi, Trullana Synodus, Synodus octava. Hincmarus Rhemensium Metro-polita, aliique plures Collectores Canonum. Attamen eruditi istius viri argumenta non sunt frivola, ideoque audienda. Primum est: *Baro-nius de hac controversia scribens, dicere coactus est Acta sextæ Synodi non existere, hoc argumento. Quod in Concilio inducuntur Legati cum Commonitorio Pon-tificis Zozimi, à Patribus petentes, ut decernerent quod Presbyteri, & ceteri inferiores Clerici, dam-nati ab Ordinariis suis, provocare possent ad Epi-scopos vicinos, antequam adirent Concilia Provin-cialia, Patresque id facere detrectasse, nisi sub con-ditione; tamen constat quod Milevi ante aliquot an-nos & Carthagine anno superiori omnino ita fieri ipsimet constituerant.* Adducit istos Canones, & prosequitur: *Et nihilominus sextæ Synodi Acta in-ducunt Patres ita loquentes, ac si Canonem istum ne-gue constituisset, neque constitui vellent, neque de eo ulla unquam mentio facta fuisset. Mibi certe hoc argumentum magni ponderis est, & plus probat, quam putavit Baronius. Neque enim scio componere Acta ista cum Canone, sed ut fert mea opinio, vel Canon Acta, vel Acta Canonem tollunt.* Respon-deo hæc facile conciliari. Etenim Canon non ante aliquot annos à Milevitana, sed priori dum-taxat anno prodiit à Carthagenensi Synodo. Id-que ob reverentiam Apostolici Commonitorii. Prodiit ab illa Synodo, quæ celebrata est post adductam Zozimi Tractoriam contra errores ac personas Pelagii atque Cælestii. Tum Pontifici placere satagentes Africani Episcopi, Tracto-riam confirmarunt per plura Decreta de Divinæ gratiæ auxiliis: Ac item in Commonitorii gra-tiam ediderunt Canonem, permittentem Clero provocare ad vicinos Episcopos. Eundem confir-marunt anno sequenti in sexta Synodo. Ve-rum tunc addiderunt aliquod temperamentum, seu aliquod Interim. Res infra elucidabitur. Eruditus vir labitur in communem errorem, qui jam laudatos Carthagenensis Concilii Canones transcribit in nescio quod Milevitanum.

Christ. Lupi Opera T. VIII.

Secundum ejusdem Doctoris argumentum est hoc: *Dicebamus inter hæreticorum objectiones ex Actis & epistolis de hac controversia ista hæc haberi. Primò, Legatos à Zozimo cum Canonibus Sardicen-sibus nomine Nicænorum missos in Africam. Secun-dò, errore à Patribus detecto, illos scripsisse ad Zo-zimum, placere quidem sibi, ut ex Africa Romana Sedes appellaretur, quousque authentica Canonum Nicænorum reperirentur. Ea tamen se perquirere velle, quia in exemplaribus Nicænis, quæ erant in Africa, Canones illi desiderabantur. Tertio, anno sequenti, octavo kalendas Junii, causa repetita, ex Originali Cæciliani Episcopi Carthagenensis Com-monitorium Zozimi fuisse falsi convictum, sed Lega-tis pro eo pugnantibus, communi consensu decretam Legationem ad Ecclesias Alexandriæ, Antiochiæ, & Constantinopolis, quæstium vera exemplaria Ni-cæna. Quarto, ea directæ ad Bonifacium Zozimi Successorem hoc anno, qui fuit post Consulatum Ho-norii duodecimum, & Theodosii octavum, sexto ka-lendas Decembris, cum litteris Cyrilli Alexandrini, & Attici Episcopi Constantinopolitani, quæ illic ve-feruntur.*

Notandi hic sunt aliqui lapsus. Primus est, quod Africani Patres post detectum errorem Zo-zimo scripserint sibi placere, ut usque ad repe-rita, ac sibi demonstrata Nicænorum Canonum exemplaria Romanæ Afrorum appellationes pro-cederent. Etenim ista scripserunt non post dete-ctum errorem, sed post obortum circa Canones dubium. Verba sextæ Synodi sunt clara: *Frater noster Alipius dicere dignatus est dubios esse Canones. Cum jam in dubium Canones venerint.* Post dete-ctum errorem Episcopi isti, vel potius istorum Episcoporum aliqui Romanas etiam Episcopo-rum appellationes penitus excusserunt. Secun-dus lapsus est, quod Zozimi Commonitorium fuerit ex originali Cæciliani Codice falsi convic-tum. Fuit dumtaxat vocatum in dubium. Si fuisset convictum, molestissima Legatio erat su-pervacanea. Tertius lapsus est, quod Legati pro Commonitorii veritate pugnaverint. Etenim Faustinus Episcopus palam admisit ipsum esse dubium. Et omnino noverat Canones istos esse Sardicenses, non Nicænos. Quartus lapsus est, quod ista Legatio fuerit decreta communi consen-su. Etenim Faustinus Legatus censebat rem re-ferendam Sedi Apostolicæ, & sine ejus beneplacito nihil esse tentandam. Quintus lapsus est, quod ista exemplaria fuerint ad Sanctum Bonifa-cium transmissa post duodecimum Honorii, & octavum Consulatum Theodosii. Etenim isto tempore Africani Antistites istos Canones non-dum viderant, ideoque nec miserant ad Pontifi-cem. Sanctus Cyrillus eos non misit in Africam, nisi anno vigesimo tertio quinti sæculi.

Audiamus nunc reliquum argumenti: *Verum totam hæc narrationem esse commentitiam & fabu-losam, multa convincunt. Primum in Codice Afri-cano, qui lectus fuit in hoc postremo Carthagenensi Concilio, relata fuerunt omnia Concilia plenaria, quæ sub Aurelio Episcopo ejus urbis habita fuerant à Con-sulatu Theodosii tertio, & Abundantii, qui inci-dit in annum Christi trecentessimum nonagesimum tertium, usque ad diem octavum kalendas Junii,*

L. 3. anni

anni quadringentesimi decimi noni. In eo tamen non istius Concilii sub Zozimo celebrati, non Legationis q̄beo ad Africanos decreta; non controversie de appellationibus agitata; non literarum quæ inde ad Zozimum scriptæ fuerant, apparet vestigium ullum. *Ep̄s tamen in primis & scribenda, & legenda erant, si facta fuisset, maximè cum minima quæque suo tempore, & loco ibi recensita videantur.* Respondeo in isto Codice, licet non habeatur sexta Carthaginensis Synodus, haberi tamen ejus Synodales ad Sanctum Bonifacium litteras, in quibus est totius Synodi compendium. Habetur & posterioris Synodi ad Cælestinum epistola. Quis fuerit Cælestii author, infra disquiretur. Quisquis fuerit, ad Canonem centesimum septimum habet hanc subnotationem: *Gesta hujus Concilii idè non descripsi, quoniam Provinciale, non universale celebratum est.* Eadem de causa prætermissit inferere sextam Synodum. Etiam Acta Synodi, quæ ad Cælestinum dedit devias litteras. Has solas, unâ cum aliis ad Bonifacium, censuit sufficere ad instructionem, immò ad destructionem Africanæ Ecclesiæ. Quare hic Codex nequaquam fuit lectus ad sextam Synodum. Est enim ipsa manifestè posterior. Res suo loco discutietur.

Marcus Antonius pergit in isto argumento: *Deinde cum Concilium plenarium contra Pelagianos habitum fuerit anno quadringentesimo decimo octavo, mense Majo, & in eo actum non sit de hac controversia, sejus gratia Zozimus aliud plenarium anno illo celebrari voluit, ante autumnum facere id non potuit. Neque post. Enim verò Patres Africani de rebus à se Carthagine decretis scribere ad eum non potuissent, quia anno illo exente è vivis excessit. Scripsisse tamen ad eum ad hoc viventem, restatur epistola, quæ ad Bonifacium ejus Successorem data asseritur anno sequenti. Tantum verò abest, ut autumnus illo Zozimus Tractoris suis Patres Africanos ad Concilium plenarium Carthaginem convocaret, ut eo ipso tempore plerisque illorum aliò abire compulerit, quemadmodum Augustinus fidem facit epistola ad Optatum.* Adducit hujus epistolæ, necnon & Sancti Possidii testimonium, ex quibus constat Sanctum Augustinum unâ cum Sancto Alipio, & laudato Possidio fuisse tunc à Sancto Zozimo Legatum in Cæsariensem Mauritaniam. In ista Legatione Sanctus Augustinus Cæsariæ disputavit cum Emerito Donatistarum isthuc Episcopo, & Acta affirmant isto anno id contigisse duodecimo Kalendas Octobris. Hinc vir eruditus prosequitur: *Quomodo ergò Concilium plenarium Carthaginem autumnus illo Zozimus contraxit, si Episcopus Mauritanos, & Numidas mensibus illis Cæsariæ ablegavit? Et inter ceteros Alipium, Augustinum, & Possidium, quos in causa appellationum Legatos Provincie Numidicæ Carthagine Acta illa constituunt.* Respondeo hæc fuisse acta in Synodo adunata contra Pelagianos. Isthic enim tractatum fuit de Romana appellatione Cælestii, atque ex ea occasione de cunctis ad Apostolicam Sedem appellationibus. Et circa Clericorum appellationem prodierunt duo Canones, quos communis error adseribit Synodo Milevitana. Porro eruditus ille vir laborat hic in duobus. Primò, quod dicit non solos Numidas, sed etiam Mauritanos Epi-

scopos tunc à Zozimo fuisse Legatos Cæsariæ. Legati enim fuerunt soli tres laudati Numidæ. Alter lapsus est, quod supponat plenarias Afrorum Synodos tunc fuisse convocatas per Tractoriam Romani Pontificis. Nullum est istiusmodi exemplum. Convocata semper fuerunt per Tractoriam Carthaginensis Archi-Episcopi.

Audiamus & tertium argumentum: *Gravius est, quod iam Actorum, quàm epistolæ doctrina pugnet cum doctrina Africæ Catholica, quæ tum omnium Catholicorum ore contra Donatistas prædicabatur. Immo aufert Pontifici Romano eam potestatem, quam illo tempore Donatistæ ipsi ut legitimam, & Canonicam agnoscebant, sacrilegum arbitrantur eam vel Facto, vel Dico violatum ire. Epistola enim ad utrumque Pontificem scripta, & Acta illa sumere videntur eos aliam potestatem non habere, nisi quæ illis in Concilio Nicæno concessa fuisset, maximè in appellationibus Episcoporum. Quare Patres illi eas tantum se admitturos esse dicunt, quousque authentica Nicæna reperiantur, ad quorum amissum totam potestatem Papæ collinari volunt. Catholici tamen non à Concilio Nicæno, sed ante Concilium Nicænum Africam subiectam fuisse Romanæ Sedi profitebantur, & appellationes Episcoporum ad Transmarinam longè antiquiores decantabant. Hunc fuisse & Catholicorum & Donatistarum perpetuum sensum demonstrat ex Sancto Augustino, & profequitur: *Aded temerarium & sacrilegum putavit Augustinus negare Apostolicæ Sedi jus cognoscendi de iudiciis Ecclesiæ Africane etiam ante Nicænum Concilium, ut ne Donatistas quidem id ausuros, comperit haberet. Et ipse tunc, datis hujusmodi literis, cum universa Africa hoc crimine se obstrinxerit? Donatistæ autem, veriti negare potestatem Romani Pontificis in Africana iudicia, ad calumnias converteri aliquid aliud causari cœperunt, ut constat ex collatione tertia diei contra Donatistas. Tunc Donatistæ, inquit Augustinus, ipsum Melchiam cœperunt crimine traditionis arguere, & dicere Majores suos propterea illius iudicium refugisse, quod Traditor fuisset. Si verò aded planum fuisset, quod Africa tunc Jurisdictioni Papæ subiecta non esset, ut nunc dicunt heretici, quis sibi persuadeat Donatistas non potius hoc in pulvere gradum fixuros, quam in lubrico illo, unde è vestigio turpiter dejecti fuerit?* Respondeo his argumentis firmè concludi, ac demonstrari, quod Romanæ Episcoporum appellationes semper vigerint in Africa: Quod ipsas professi sint etiam Donatistæ. Ac proinde Scripta ad Cælestinum epistola palàm evertit perpetuam, & constantem Africanæ Ecclesiæ consuetudinem. Non tamen fidem Catholicam. Aurelius enim per iracundiam turbato mentis oculo putavit se videre in Nicænis Canonibus, quod minimè videbat. Alia est ratio epistolæ ad Bonifacium. Hæc enim manifestè agit non de Episcoporum appellationum substantia, sed de sola forma Sardicensi. Agit de substantia solarum appellationum Clericalium.*

Ad formandum quartum argumentum Marcus Antonius Capellus adducit Sancti Augustini verba ex laudata superius ad quosdam Donatistarum Antistites epistola, & concludit: *Augustinus, & ore Augustini Africa tota, vitio vertebat Secundo Epi-*

*Episcopo Digifano, quod adhortatus non fuisset Episcopos Synodi suæ, ut Romanam Cæcilianum, & alios Catholicos accusatum irent. Quod passus esset eos excommunicatos declarari, antequam iudicio Ecclesiæ Transmarinæ à corpore Ecclesiæ universalis abscederentur. Exprobrabat Donatistis, quod innocentie Catholicorum conscii, ausi non fuerint adire Romanum Tribunal, uti debebant. Et hæc omnia sunt longè verissima; per Petrum de Marca, Paschasium Quænellum, & Scriptorem Anonymum nunquam subvertenda. Eruditus vir pergit ad infelicem epistolam: *Et erit qui credat homines ista dicentes, ista scribentes, detrectasse tunc subire Romanæ iudicia? Ad sola Decreta Nicæna omnem potestatem Romani Pontificis retulisse? Illi vitio vertisse, quod excommunicatos in Africa Romæ ad communionem restituerit? Quod causas finire non patere-tur in Provinciis, in quibus ortæ essent? Non erat Africa tunc, & si fuisset Africa, non erat Augustinus tam versatilis, & aded vel prodigum verecundie, vel inops prudentiæ, ut eadem hinc arguere, hinc laudare, hinc asserere, inde evertere posset, & si dem Christi antiquæ Penorum fide tractare.* Adducit laudatas Sancti Augustini ad Sanctum Cælestinum de Fussalensi Antonio litteras, urget scriptas isto ipso tempore, & ex ipsis concludit esse impossibile, ut Augustinus tunc scripserit aut subscripserit præsentis infelicissimas litteras ad eundem Pontificem. Respondeo hæc esse verissima, & ex isto argumento, ut ipse has, ita Petri de Marca Sectatores student istas litteras proscribere ad spuria, ac straminea figmenta. At certum est ambas esse authenticas. Nempè Augustinus, Alipius, Possidius, ac alii meliores Afrorum Episcopi retraxerunt manus ex istius litigii tabula, & infelicissimis literis noluerunt subscribere.*

Eruditus interim vir nervosè demonstrat istam Aurelii epistolam esse infelicissimam, & scetere erroribus. Primus est in his verbis de quinto Nicæno Canone: *Nam est de inferioribus Clericis, vel Laicis videtur præcaveri, quantum magis hoc de Episcopis voluit observari?* Est argumentum à minori ad majus. Marcus Antonius Capellus rectè respondet esse vanissimum, quod ex diametro pugnet cum primis principii Patrum Africanorum. Et demonstrat ex laudata Sancti Augustini epistola ad quosdam Donatistarum Episcopos: *Neque enim de Presbyteris, aut Diaconis, aut inferioris ordinis Clericis, sed de Collegis agebatur, qui possent alienum Collegarum, & præsertim Apostolicarum Ecclesiarum iudicio causam suam integram reservare.* Et commentatur: *Quare Patrum Africanorum Asserta erant, de iudiciis Transmarinis licere Episcopis, quod non licebat Presbyteris; prohiberi Presbyteris, quod non prohibebatur Episcopis. Author verò epistolæ hoc illis argumentum appingit: Si non licet Presbyteris, quantum magis Episcopis? Est reverà ineptissimum argumentum. Nempè ira viri, uti Dei iustitiam, ita & veritatem non operatur.*

Secundus epistolæ error est in his verbis: *Quia & nulla Patrum definitione hoc Ecclesiæ derogatum est Africane, & Decreta Nicæna sive inferioris gradus Clericos, sive ipsos Episcopos suis Metropolitanis*

*apertissime commiserunt. Marcus Antonius Capellus rectè scribit: Epistolæ auctor paulò ante non apertissime, sed per consequentiam inferebat, quod Episcoporum iudicia ex Decretis Nicænis in suis quibusque Provinciis finire deberent, quia scilicet de Presbyterorum & Laicorum causis Nicæna ita decretum erat. Nunc autem oblitus sui non amplius per consequentiam, sed apertissime id ibi decretum dicit. Ego autem dico: Neque apertissime, neque per consequentiam. Adducit quintum Nicænum Canonem & prosequitur: *Hic est Canon ille de iudiciis, in cuius visceribus auctor iste apertissime vidit potestatem Metropolitanorum in iudicandis Episcopis. At ego video quidem in illo potestatem, quam habent Episcopi, excommunicandi Clericos, & Laicos suæ curæ subiectos. Video Clericos & Laicos excommunicatos in una Provincia, in alia ad communionem admitti non debere. Video Clericorum & Laicorum causas subsidiaria per appellationem ad iudicia subiectas esse iudiciis Synodorum Provincialium. Video sic excommunicatos post confirmatam Episcopi sententiam à Synodo Provinciali, ut verè excommunicatos ab omnibus debuissent vitari, usquequo restituerentur, vel ab Ordinario, vel à Synodo Provinciali. Et video demum Concilia Provincialia bis quotannis ob huiusmodi causas convocari debuisse. At quod Episcoporum causæ, & eorum iudicia Metropolitanis deferantur, hic nullo modo video. Longè minùs in isto canone ego video, quod Episcopi Metropolitanorum, aut etiam Provincialium Synodorum iudiciis debeant acquiescere, neque valeant ulterius provocare. Quod tamen epistolæ auctor fuerit sui oblitus, non ausim dicere. Circumflexit se in omne latus, ut errori reperiret adjutoria, & fomenta.**

Eruditus ille vir etiam Zozimi Pontificis ad Afros Legationem, & omnem Apiarii Presbyteri feriem censet esse fabulam. Audi rationem: *Nihil esse solet tam absurdum & incredibile, quod non aliqua verisimilitudine possit suaderi. Hoc tamen quod fingitur de Canone Sardicensi à Zozimo in Africam misso est aded absurdum, ut quidquid huic stabiliendo excogitari & confingi potest, id omne ad primum mentis obtutum quasi sumus disfluat & evanescat. Si enim, ut vidimus, Africa tota pacificè admittebat appellationes suas ad Romanam Sedem, ut semper admiserat, si ipsamet banc potestatem Papæ, tanquam rem omnino certam, & sanctam, Donatistarum defectioni publicè tunc objectabat, certè non erat unde Zozimus moveretur ad mittendum Canonem in Africam ut ibi Romanam Potestatem assereretur iret. Respondeo nullum apud Afros usque ad Aurelii lapsum fuisse dubium de Romanis Episcoporum appellationibus. Et usque ad Zozimum Pontificem nulla fuit dubitatio de provocationibus Clericorum. Has lites excitavit audacia Apiarii Presbyteri. Et hæc occasione Zozimus etiam Episcoporum appellationes voluit formare ad normam Sardicensem. Porro hæc omnia ad fabulas proscribere est non tentanda audacia. Superius adduxi rationes.*

Quæstio est, Quo fundamento Sanctus Augustinus dicatur non concurrisse ad istam infelicem epistolam? Etenim etiam ipsa continetur in Africano Codice, ipsamque suo Codici rem inseruit Dionysius Exiguus. At verò Africanus Codex est

est Synodale opus, ad quod Sanctus Augustinus non possit non concurrere. Respondeo non esse Synodale opus. Uti Dionysius Exiguus, Theodoretus, Joannes Scholasticus, Ferrandus Diaconus, Cresconius Episcopus, alique plures privato studio compilarunt suos Codices, ita etiam prodit Codex Africanus. Lucet ex superius adducta subnotatione ad Canonem centesimum septimum: *Gesta hujus Concilii idem non descripsi, quoniam Provinciale, non universale celebratum est.* Quis non videat hujusmodi subnotationem non processisse à Synodali dignitate? Collector videtur fuisse quis Aurelius adversum Romanas etiam Episcoporum appellationes Assecla. Hinc Synodalia sub Zozimo Pontifice de his verbis Acta, quæ suo loco & ordine poni expediebat, posuit in capite: Et in Codicis fine infelicem epistolam ad Cælestinum Pontificem. Quo infelix hæc contentio esset Codicis alpha, & omega. An hic Compiler sit idem cum Compiler alterius istius Collectionis, ignoro. Interim ambo habuerunt eundem scopum, quem posterior exponit ad sexagesimum Canonem: *Hujus Concilii Gesta idem non ex integro descripsi, quoniam magis ea, quæ in tempore necessaria fuerunt quam generalia constituta sunt. Sed ad instructionem Studiorum ejusdem Concilii Breve digessi.* Difertè proficetur se compilasse ad solam utilitatem Studentium. Verus Africanæ Ecclesiæ Codex suo loco ostendetur.

Porrò Sanctum Augustinum isti infelici epistolæ non adfensisse, est supra ostensum. Et hoc ipsum evincit epistolæ inscriptio: *Cælestino Aurelius, Palatinus, Antonius, Titus, &c. Palatinus est omnino ille Bolëtenis, vel cujusvis alterius Sedis Episcopus, qui adfuit Carthaginensi Proconulari Provinciae Synodo adversum Pelagianos. Nec legendum est, Valentinus.* Quod enim tantæ gratificationis fundamentum? Hæc subscriptio demonstrat Valentinum, Vajanensem Episcopum, Numidiæ Primatem, si fuerit adhuc superstes, hæc Aurelii ausibus non adfuisse. Quod ipsum patet ex adductis Sancti Augustini ad Cælestinum Pontificem litteris. Isthic Valentinus Primas Romanam Antonii Fussalensis Episcopi appellationem adjuvat apud Bonifacium Pontificem, ideoque certum est ipsum sub Cælestino Successore non recantasse. Et plane apparet omnem Numidiæ Synodum fuisse ejusdem mentis. Omnis enim Antonii appellationem fuit venerata. Et Augustinus erat illi mens, os, & lingua. Quare plerique Episcopi fuerint secuti ejus judicium. Proinde præsens Antonius non est ille, qui adfuit laudatæ Carthaginensi Synodo. Est aut Fussalensis, aut ille nescio cuius Sedis alius, qui adfuit Milevitane Numidarum Synodo contra Pelagianos. Quisquis fuerit, Alipius, Augustinus, & Possidius erant seniores, & debebant utrumque præcedere, ideoque certum est ipsos non adfuisse. Uterque Antonius erat ex Junioribus Afrorum Episcopis, atque inde dicimus solos Juvenes Aurelio adhæsisse. Sanctus Papa Innocentius solebat Aurelio familiariter, ac frequenter scribere: At verò nec Zozimus id fecit, nec Bonifacius, nec Cælestinus. Insuper Aurelius, licet laudatissimus, quoad

cætera Episcopus, non apparet in Romanis Senatorum tabulis. Nempe ob hunc finalem lapsum. Si ad ipsum Augustinus, Alipius, & Possidius fuissent cooperati, etiam ipsi essent exclusi. Nequaquam ad Gallicanos Episcopos scripsisset Cælestinus Pontifex: *Augustinum, sanctæ recitationis virum pro vita sua atque meritis in nostra communione semper habuimus, nec unquam hunc sinistrae suspicionis saltem rumor adpersit, quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, ut inter Magistros optimos etiam ante à meis Decessoribus haberetur.* Bene ergo de eo omnes in commune senserunt: *Utopotè qui cunctis & amori fuerit, & honori.* Non solummodò ob rectam de Divinis auxiliis doctrinam, sed etiam propter sanctam, & ab omni etiam suspitione immaculatam vitam, alique merita: Utiq; circa Romanas appellationes. Propter hæc cunctis Romanis Pontificibus fuit & amori, & honori.

### CAPUT XXXI.

*An inferior Africanæ Ecclesiæ Clerus in nullo unquam casu potuerit Romanam appellare.*

**R**espondeo potuisse. Etenim de hæresarcha Cælestio scribit in suo super ipsius nomen Commemoratorio Marius Mercator: *Cælestius quidam, Eunuchus matris utero editus, discipulus & auditor Pelagii, ante viginti plus minus annos egressus ex Urbe Romana, Carthaginem Africæ totius Metropolim venit, ibique de infra scriptis Capitulis apud Aurelium Episcopum memoratæ urbis per libellum à quodam Paulino, Diacono sanctæ memoriæ Ambrosii Mediolanensis Episcopi, est accusatus, sicut Gestorum confectio se habet, quibus idem libellus insertus est, tanquam ipse hoc non solum doceret, sed & per Provincias conspirantes sibi diversos, qui hæc per Populos disseminarent, mississet.* Enumerat hæreticos Cælestii articulos, & pergit: *De quibus omnibus Capitulis Patres, & Episcopi Regionis illius resisterunt Cælestio, & jusserunt ut eadem condemnaret, quia essent heretici sensus. Sed Cælestius nullo modo acquiescens, quin immò resistens Actis ejusdem, Ecclesiastica communione privatus est. A qua sententia ad Romani Episcopi examen credidit appellandum. Qui mox idem, appellatione neglecta, Ephesum usque urbem contendit, ibique ausus est per obreptionem locum Presbyterii petere.*

Ejusdem appellationis meminit Zozimus Pontifex in litteris ad Aurelium Primatem, ac alios Afrorum Episcopos: *Pariter vobiscum volumus habere Tractatum de illo, qui apud vos, sicut ipsi per litteras dicitis, fuerat accusatus, & ad nostram, qui se offereret innocentem, non refugiens Judicium ex appellatione pristina, venerit Sedem, accusatores suos ultrò deposcens, & que in se crimina per rumorem falsò dicebat illata condemnans.* Et Cælestii accusator Paulinus in directo ad Zozimum Pontificem

tificem libello: *Apud Sedem Apostolicam nihil agere potui, quia is, qui ad eam provocaverat, defuit, quem oportuerat utique suæ appellationis merita prosequi, maxime cum nihil agente appellatore, secundum etiam humanas leges, superior sit semper illo, qui vicit.* Et Facundus Hermianensis in Byzacena apud Afros Provincia Episcopus: *Invenit Beatum Zozimum, Apostolicæ Sedis Antistitem, contra Sancti Innocentii Decessoris sui sententiam, qui primus Pelagianam hæresim condemnavit, fidem ipsius Pelagii, ejusque complicitæ Cælestii, quem in Ecclesia Carthaginensi convictum, atque appellatorem Apostolicam Sedem, & ipse Gestis discusserat, tanquam veram & Catholicam laudantem, insuper etiam Africanos culpantem Episcopos, quod ab illis heretici crederentur, cum necdum ipsi Africanis Episcopis dolos eorum multò manifestius detegentibus memoratos Pelagium & Cælestium putaret Orthodoxos.*

Laudata Carthaginensis Synodus fuit habita anno duodecimo quinti sæculi. Marius Mercator affirmat adfuisse Patres & Episcopos istius regionis. Videtur intelligere solam Proconulari Provinciam. Etenim Sanctus Augustinus, ordinarius Numidiæ ad generales Synodos Legatus, in libro de Gestis Pelagii disertè scribit de hac Synodo: *Ubi quidem ipse non fuit.* Eodem in libello scribit: *Cælestius ad Judicium Carthaginensis Ecclesiæ perductus, Episcoporum sententia condemnatus est.* Appellat Carthaginensis Ecclesiæ Judicium, atque ita indicat fuisse solum Presbyterium istius Ecclesiæ, habens tamen adjuntos quosdam Episcopos, Nam & talem Conventum Sanctus Augustinus pro electione sui Successoris Eradii, & pro Pelagii causa celebravit Joannes Episcopus Hierosolymæ. Attamen in Apologetico Paulus Orosius scribit Cælestium isthic plurimis judicantibus Episcopis fuisse proditum, auditum, convictum, atque confessum, & ab Ecclesia detestatum aufugisse ex Africa. Si tamen opus istud sit verè Pauli Orosii. Interim præfatum Hierosolymæ Conventum fuisse solius Presbyterii, disertè scribit Sanctus Augustinus in laudato libro de Gestis Pelagii. Verum an liber iste sit Pauli Orosii, est alia questio. Et plura, suo tempore adducenda, suadent atque persuadent non esse. Attamen non abnuo, quin ista fuerit Provincialis Synodus. Quidquid sit, Cælestius non ad generalem istius gentis Synodum, sed proximè appellavit ad Sedem Apostolicam. Et nequè Aurelius, nequè quis alius Episcopus, licet tunc Apicarii appellatio acerrimè disceptaretur, intercessit.

De Venerabili Paulino Diacono scribit imperitus Jacobi Sirmondi Prædestinatus: *Dum Cælestius apud Carthaginem doceret posse homines sine peccato esse, sibi natura sufficiente sola humana, restitit ei quidam Paulinus Diaconus, Defensor & Procurator Ecclesiæ Mediolanensis.* Eundem errorem fuisse apud Carthaginem à Cælestio defensum scribit iste libellus Pauli Orosii. At verò Marius Mercator affirmat contrarium. Adducit omnes Cælestii isthic discussos articulos: Omnes sunt de solo originis peccato, nullus de natura, aut gratia. Quod ipsum in libro de originali peccato confir-

mat Sanctus Augustinus. Et hoc est unum ex argumentis, quæ suadent istum libellum non esse Pauli Orosii. An Paulinus Diaconus aliquandò fuerit Mediolanensis Ecclesiæ Defensor & Procurator, est incertum. Possit fuisse. Etenim Marius Mercator affirmat fuisse Diaconum Sancti Ambrosii. Ex quo discimus esse illum ipsum, qui ad Sancti Augustini preces scripsit vitam laudati Parrisi. Præsentis Synodi tempore erat Diaconus, & forsitan Archi-Diaconus Carthaginensis Ecclesiæ: Propter Clericorum inopiam eò missus à Sancto Simpliciano, aut Sancto Venerio. Sanctus Isidorus Hispalensis Episcopus in Ecclesiasticorum Scriptorum catalogo scripsit fuisse Presbyterum. Nec est facile reprehendendus, aut emendandus. Potest enim ille postea in Presbyterum profecisse.

Laudata Zozimi verba affirmant desertam appellationem fuisse à Cælestio resumptam & ipsum ejusdem causa ad Urbem rediisse. Virtute præstante appellationis, Pontifex addidit alia ad eosdem Africanos Antistites epistola: *Postquam nobis Cælestius Presbyter auditus est, & quid de fide sentiret, evidenter expressit, eademque, quæ in libello contulerat, repetitis crebrò professionibus roboravit, de ejus nomine plenè ad Dilectionem vestram si ripa direximus. Titulum, Presbyter, demonstrat Eunuchum ab Ephesina Ecclesia non solummodò postulasse Presbyteratum, sed etiam impetrasse.* Marius Mercator omnia hæc exponit: *Idè, ex Ephesina civitate, Cælestius sub sanctæ memoriæ Attico Episcopo urbem Constantinopolitanam petiit, ubi in similibus depectus, magno studio sancti illius viri ex prædicta Alma urbe detrusus est, litteris super ejus nomine & in Asiam, & Thessalonicam, & Carthaginem ad Episcopos missis. Atticus suam super Cælestii nomine Tractoriam misit in Asiam, quod istius Diocesis à Sancto Joanne Chrysostomo inchoatam invasionem ipse continuaret. Thessalonicam misit, quod isti invasioni adjecisset rapinam Orientalis Illyrici, adjutus per diploma Imperatoris Theodosii. Romana Ecclesiæ mox impetravit circumduci. Transmisit & Carthaginem, quò Africanis Episcopis gratificaretur.*

Marius Mercator prosequitur: *Prædictus tamen Cælestius, etiam hinc ejectus, ad Urbem Romanam sub sanctæ memoriæ Zozimo Episcopo tota festinatione perrexit. Ubi Actis, quorum exemplaria habemus interrogatus, cum ab illo Cognitore aliquatenus terretur, crebris responsionibus & prosecutionibus suis spem præseminavit, condemnare se illa Capitula, de quibus apud Carthaginem fuerat accusatus, promittens. Id enim & instantius jubebatur, atque ob hoc ipsum nonnulla illius sancti Sacordotis humanitate dignus est habitus: Et sic epistolam benedictionis plenam ad Afros Episcopos meruit, qua ille abusus est, vel adhuc abutitur ad multorum ignorantium deceptionem. Quod fuerit Epheso ejectus, testatur etiam Sanctus Prosper in carmine de Ingratis. Et confirmat hic Marius Mercator, dicens fuisse ejectum etiam Constantinopoli. Vox, Etiam, supponit priorem ejectionem. Carthaginensis Synodus facta est istius sæculi anno duodecimo. Et Cælestius Romam rediit anno decimo.*



mo septimo. Tunc enim Zozimus ascendit Thronum Sancti Petri. Medio tempore vagatus Ephesi, Constantinopoli, & alibi, suis ubique disputationibus commovit omnia, & ubique damnatus est tanquam hæreticus, atque eiectus. Et desperatus rediit Romam. Haud dubie Innocentii Pontificis mors, & nativa Zozimi clementia hominem animarunt ad resumendam appellationem.

Rediit Romam, se innocentem asserens, Apostolicæ Sedis iudicium ex pristina appellatione non refugiens, seridè protestans se nec refugere, nec unquam refugisse, ideoque nec unquam renunciasse appellationi: Sparsa de se crimina, utique hæreticos errores condemnavit, ultrò deposcens suos accusatores evocari ad causæ retractationem. Pontifex hæc largiùs scribit in alia epistola ad Episcopos Africanos: *Celestius Presbyter nostro se ingessit examini, expetens ea, quæ de se Apostolicæ Sedi aliter quam oportuit essent inculcata, purgari. Et licet multæ occupationes majoribus vinculis Ecclesiasticorum negotiorum curam nostram, sollicitudinemque distraberent, tamen ne Fraternalitatis vestræ de adventu, & discussione prædicti diutius penderet expectatio, posthabitis omnibus, die cognitionis refectimus in Sancti Clementis Basilica: Scilicet ut ad salutiferam castigationem tanti Sacerdotis auctoritas præsentis cognitioni esset exemplo. Omnia igitur, quæ priùs fuerant acta, discussimus. Intro misso Celestio, libellum ejus, quem dederat, fecimus recitari. Nec hoc contenti, utrum hæc, quæ scripsisset, corde loqueretur, an labiis, sæpenuero exploravimus. Pontifex assumat varia. Primò, quod resumptam Celestii appellationem admiserit. Secundò, quod ejus accusatore, aliosque Adversarios noluerit ex Africa evocare, nisi priùs cognovisset esse verisimile viri corrigendi fundamentum. Tertio, quod ad hoc investigandum indixisset Conventum in Ecclesia Sancti Clementis. Quarto, quod in hoc Conventu ante omnia discussisset Carthagenensia Acta adversus Celestium. Quintò, quod tunc intromiserit Celestium, & multifariè examinaverit. Sextò, quod ex maturo examine judicaverit ipsum esse Catholicum, & ex obreptione condemnatum. Celestium mirè adjuvit Prayllii, qui isto ipso anno ante paucas hebdomadas Joanni successerat in Hierosolymæ Cathedram, epistola ad Pontificem, qua causæ Pelagii enixiùs ad stipulabatur. Haud dubie fuerit Synodica Epistola, qua Prayllius suam consecrationem referebat, & supplicabat ejus firmitatem: Exinde enim Hierosolymitani Episcopi cœperant cristas erigere, & se offendere Patriarchas, Nec minùs adjuvit Pelagii ad Innocentium epistola, qua Orthodoxam professus fidem, protestabatur se per omnia Orthodoxum. Epistola invenit desunctum Innocentium, ideoque tradita fuit Zozimo Successori. His omnibus ille circumscriptis & permotus aliquot pro Celestio & Pelagio ad Africanos Antistites scripsit epistolas, illos pronuncians Orthodoxos, & hos arguens de præcipitatis iudiciis. Et adjunxit: *Unde in præsentis causa nihil præcox, immaturumque consumimus, sed volumus innotescere Sanctitati vestræ super absoluta Celestii fide nostrum examen, cui**

*etiam prior libellus, ab eo intra Africam datus, testimonio apud vos esse debuisset, ne inexplicatis, famaque jactatis tam faciliè crederetur. Quare intra secundum mensem aut ventiant qui redarguant aliter sentire, quam libellis & confessione contexit, aut nihil post hæc tam aperta & manifesta, quæ protulit, dubii Sanctitas vestra refectisse cognoscat. Hæc sunt Zozimi circa Celestium Acta & Scripta, ex quibus Facundus Hermianensis Episcopus rectè scripsit ipsum fuisse deceptum. Nempe circa personam, non circa dogma. Ex istdem Sanctus Possidius in Sancti Augustini vita scribit Pelagianos fuisse dolosos, & vafros, omnibusque nervis incubuisse, ut Sedem Apostolicam circumscriberent in suos errores.*

Certè Zozimus non temerè processit. Etenim Celestius ipsi exhibuit suæ fidei libellum, quem ex variis per Sancti Augustini opera sparsis partibus eruditè congescit, & nobis integrum exhibuit Joannes Garnerius. De originali peccato pessimè loquitur. Attamen versipellis Eunuchus adjunxit se existimare, quod ista spectarent ad Ecclesiasticas quæstiones: Quod essent quæstiones recentè natæ, se non esse ipsarum auctorem, se nihil de ipsis definire, & paratum parere iudicio Sedis Apostolicæ. Hæc professio Zozimo placuit. Hinc Celestium, & omnem etiam Synodum obtestatus est, ut gassantibus tunc quæstionum tendiculis, & ineptis certaminibus abstinere, quoniam in ipsis magni etiam viri fuerint periclitati & lapsi. Et hoc libello non contentus, in examinando Celestio adjunxit quæ in suo ad ipsum libello scripsit pro gratiarum actione Paulinus Diaconus: *Beatitudo tua Celestio, cum à Sede Apostolica audiretur, inter cetera præcepit his verbis; Damnas ergò illa omnia, quæ in libello Paulini continentur, hoc est, de quæstionibus? Et in alio loco: Cognovisti, quales litteras dederit Sedes Apostolica ad Fratres & Co-Episcopos Africanæ Provinciæ? Et adjecit: Damnas illa omnia, quæ damnavimus, & tenes quæ tenemus? Et iterum: Illa omnia damnas, quæ jactata sunt de nomine tuo? Et iterum: Vel ea quæ in libello tuo exposuit Paulinus? Et cum me diceret posse ex his, quæ illi objecta sunt, hæreticum approbari, Sancto repletus Spiritu, Apostolica auctoritate respulsi insanientis & calumniantis verba, hujusmodi profereudo sententiam, qua ipse Catholicus approbaret, illum, si sanari vellet, curares. Quæ hujusmodi est: Nolo nos circuitu ducas. Damnas ea omnia, quæ tibi objecta à Paulino, sive per famam jactata sunt? Cui non sufficit ista sententia? Quis hanc tam salutarem, tam amplectibilem, tam piam respuerit alius, nisi qui à fide devius est? Et ille qui superius professus fuerat se quæcumquæ illi objecta fuerant, si contra fidem vindicaves, esse damnaturum audit: Damna. Et non solum non damnat, sed ad injuriam tantæ Sedis contendit. Unde non ignorat jam Romana Ecclesia reum suum, qui tam audaci spiritu ausus est contradicere, & non damnare quæ Beatitudo tua damnari deceverit.*

Notanda sunt verba: *Damnas illa omnia, quæ in libello Paulini continentur, hoc est de quæstionibus.* Clarè affirmant, quod Pontifex noluerit peccati origi-

originalis fidem inter Ecclesiasticas computari quæstiones, & Celestium jussit ab isto errore recedere. Idque ex libello, & juxta libellum Paulini. Utique accusatorum Celestii libellum. In ipso Paulinus Celestii articulos non solummodò enumeraverat & accusarat, sed insuper ex firmis Catholicæ fidei fundamentis demonstraverat hæreticos. Præsertim demonstrarat peccati originalis fidem esse immobile Evangelii dogma, non agitabilem quæstionem. Quod ipsum in libro de peccato originali demonstrat Sanctus Augustinus. Dolendum est istum Paulini libellum periisse. Celestius igitur est assensus istis omnibus, & quæcumque damnanda censeret Pontifex, promittit damnare. Ejus contumacia, quam Paulinus adjungit, contigit postmodò, dum ille fugit ex Urbe.

His ejus promissis animatus Pontifex scripsit ad Africanos Episcopos: *Nihil præcox, immaturumque consumimus.* Affirmat Celestii fidem in hoc examine apparuisse absolutam, & adjunxit: *Cum etiam prior libellus, ab eo intra Africam datus, testimonio apud vos esse debuisset.* Ex quo discimus similem fidei libellum fuisse à Celestio exhibitum etiam Carthagenensi Synodo, & ipsum ab illo, quem Romæ exhibuit, si non sententia, tamen verbis fuisse diversum. An ille, quem produxit Joannes Garnerius, sit purus Romanus, an ex utroque mixtus, est inquisitum dignum. Interim Romanum Celestii libellum Papa misit ad Afros. Et post paucos menses, Prayllii litteris animatus, etiam Pelagii libellum misit, atque adjunxit: *Ecce Pelagius, Celestiusque in suis litteris & confessionibus Apostolicæ Sedi præsto sunt.* Pelagius per litteras, Celestius per personalem præsentiam: Ambo per confessiones, seu libellos fidei. His omnibus Pontifex adjunxit citationem Paulini accusatoris. Et transmisit per Basilicum, Romanæ Ecclesiæ Sub-Diaconum: *Citatoris epistolæ Data est in manuscriptis codicibus exesa à tempore.* Haud dubie fuit data in exordio Pontificatus, quod contigit die decima nona Augusti. Nam sequens Epistola, qua Zozimus Pelagii transmisit libellum, fuit data undecimo Kalendas Octobris. Et Basiliscus citationem Paulino apud Carthagem insinuavit secunda Novembris. Notanda sunt hæc Paulini verba: *Basiliscus me convenit, ut adessem ad Apostolicam Sedem, & tuæ iudicio Sanctitatis, ad quam, me fugisse, suggestum est, nec defuturum fore promitterem, si adversum me, vel pro me fuisset lata sententia.* Celestius, ut Paulinum redderet suspectum, & suam causam fucaret, mentitus est & Romæ sparsit ipsum adeo metuere suam hanc Romanam appellationem, ut Carthagine aufugisset. Hinc Pontifex illum duxit ista promissione adstringendum.

Marius Mercator prosequitur: *Episcopi verò ex Africa rescribentibus, omnemque causam, quæ apud eos facta fuerat, exponentibus, missis etiam Gestis ex inde, quæ fuerant tunc cum illo, vel de illo confecta, vocatus ad audientiam pleniorum, ut quæ promiserat, festinaret implere, id est, ut damnatis prædictis Capitulis, sententia Afrorum Pontificum, qua fuerat communionem privatus, absolveretur, non solum non adfuit, sed etiam ex memoria*

*Urbe profugit, atque ob hoc à beatæ memoriæ prædicto Zozimo Episcopo Scriptis amplissimis, vel longissimis perdamnatus est. In quibus & ipsa Capitula, de quibus accusatus fuerat, continentur, & omnia causa, tam de Celestio prædicto, quam de Pelagio Magistro ejus prædicto, videtur esse narrata, quorum Scriptorum & nos hic habemus exemplaria, & ad Orientales Ecclesias, Egypti Diocesim, & Constantinopolim, & Thessalonicam, & Hierosolymam, similia eademque Scripta ad Episcopos esse transmissa suggerimus.*

Hæc omnia largiùs exponit Sanctus Augustinus in secundo libro ad Zozimi Successorem Sanctum Bonifacium. Totum tertium caput est describendum. *Quin etiam Romanos Clericos arguunt, scribentes eos iussionis terrore percussos non erubuisse prævaricationis crimen admittere, ut contra priorem sententiam suam, qua Gestis catholico dogmati adfuerant, postea pronunciarent malam hominum esse naturam. Immo verò Pelagianis spe falsa putaverant novum, & execrabile dogma Pelagianum, vel Celestianum persuaderi quorundam Romanorum catholicis mentibus posse, quando illa ingenia, quamvis nefando errore perversa, non tamen contemptibilia, cum studiosè corrigenda potius, quam faciliè damnanda viderentur, aliquantò lenius, quam severior postulabat Ecclesiæ disciplina, tractata sunt. Tot enim & tantis inter Apostolicam Sedem & Afros Episcopos currentibus & recurrentibus Scriptis Ecclesiasticis, etiam Gestis de hac causa apud illam Sedem, Celestio præsentem, & respondente, confectis, quænam tandem epistola venerandæ memoriæ Papæ Zozimi, quæ interlocutio reperitur, ubi præcepit credi oportere sine ullo vitio peccati originalis hominem nasci? Nusquam prorsus hoc dixit, nusquam omnino conscripsit. Sed cum hoc Celestius in suo libello posuisset inter illa dumtaxat, de quibus se adhuc dubitare, & instrui velle confessus est, in homine acerrimi ingenii, qui profectò, si corrigeretur, plurimis profuisset, voluntas emendationis, non falsitas dogmatis approbata est. Et propterea libellus ejus catholicus dictus est, quia & hoc Catholice mentis est, si qua fortè aliter sapit, quam veritas exigit, non ea certissimè definire, sed detecta ac demonstrata respicere. Non enim hæretici, sed Catholicis Apostolus loquebatur, ubi ait: Quotquot ergò perfecti, hoc sapiamus, & si quid aliter sapitis, id quoque Deus vobis revelabit. Hoc in illo factum esse putabatur, quando se litteris Beatæ memoriæ Papæ Innocentii, quibus de hac re dubitatio tota sublata est, consentire respondit. Et hoc ut plenius & manifestius in illo fieret, expectabatur venturis ex Africa litteris, in qua Provincia ejus aliquando calliditas evidentius innotuerat. Quæ Romam litteræ posteaquam venerunt, id continentes non sufficere hominibus tardioribus & sollicitioribus, quod se generaliter Innocentii Episcopi litteris consentire fatebatur, sed aperte eum debere anathematizare, quæ in suo libello prava posuerat, ne si id non fecisset, multi parùm intelligentes magis in libello ejus illa fidei venena à Sede Apostolica crederent approbata, propterea quod ab illa dictum erat eum libellum esse catholicum, quam emendata propter illud, quod se Papæ Innocentii litteris consentire ipse responderat. Tunc ergò cum ejus præsentia posceretur,*

sur, ut certis ac dilucidis responsionibus vel astuta hominis vel correctio dilucesceret, & nulli ambigua remaneret, se subtraxit & negavit examini. Nec differendum jam fuerat, sicut factum fuit, quod aliis prodesset, si nimirum perverforum pertinacia demeritaque non posset. Sed si, quod absit, ita tunc fuisset de Celestio vel Pelagio in Romana Ecclesia iudicatum, ut illa eorum dogmata, quae in ipsis & cum ipsis Papa Innocentius damnaverat, approbata & tenenda pronunciarentur, ex hoc potius esset praevaricationis nota Romanis Clericis inveniendae. Nunc vero cum primitus Beatissimi Papae Innocentii litterae, Episcoporum litteris respondentes Afrorum, pariter hunc errorem, quem conantur isti persuadere, damnaverint, Successor quoque ejus Papa Zozimus hoc tenendum esse, quod isti de Pavulis sentiunt, nunquam dixerit, nunquam scripserit, insuper etiam Celestium, se purgare molientem, ad consentiendum supradictis Sedis Apostolicae litteris crebra interlocutione constrinxerit, profecto quidquid interea lentius actum est cum Celestio, servata dumtaxat antiquissima & robustissima fidei firmitate, correctionis fuit clementissima suasio, non approbatio exitiosissima pravitatis. Et quod ab eodem sacerdote postea Celestius & Pelagius repetita auctoritate damnati sunt, paululum intermisit, jam necessariam proferendae ratione severitatis fuit, non praevaricatio prius cognita, vel nova cognitio veritatis.

Sanctus Augustinus agit adversus Julianum Eclanensem Episcopum, calumniosè scribentem de Clericis Romanae Ecclesiae. Eos iussionis errore percussos non erubuisse praevaricationis crimen admittere, ut contra priorem sententiam suam, qua Gestis catholico dogmati adfuerant, postea pronuntiarent malam hominum esse naturam. Post damnatum, qui ex Urbe fugerat, Celestium Zozimus edidit istam celeberrimam ad omnes sub caelo Ecclesias Traactoriam, qua non solum Celestium denudò, ac ipsum item Pelagium, eorumque damnavit dogmata, sed insuper singulos, quos isti impugnaverant, de originali peccato, ac Divinae gratiae auxiliis articulos Apostolicè confirmavit. Et omnes sub caelo Episcopos iussit his litteris subscribere. Quisquis recitasset, futurus erat non dumtaxat suspectus, sed professus Pelagianus. Et quo plenam obtineret obedientiam, suum & Constitutum & Mandatum curavit muniri Augusta lege Imperatoris Honorii, scripta ad Palladium, Praefectum Praetorio. Ea est prima contra Pelagianos Divalis Constitutio, primum vulgata per Magdeburgenses Centuriatores. Porro Zozimus & suis Decretis, & laudatæ legi primos obedire iussit suos Clericos. Tunc Sixtus, Romanae Ecclesiae Presbyter, postmodò summus Pontifex, qui Pelagio, & Celestio videbatur non nihil favisse, atque ita multos contristaverat, fecit quod ad ipsum cum pleno gratulationis gaudio scripsit Sanctus Augustinus: *Ut tristitia de nostris cordibus tergeretur, te priorem Anathematis, Pelagio, & Celestio, in Populo frequentissimo pronuntiassse, fama non tacuit.* Porro Eclanensis Julianus, qui usque ad Innocentii Pontificis mortem catholicis manserat, aut manere simulaverat, laudatis Zozimi Decretis subscribere iussus se aperuit; Detrectavit pertinacissimè. Cum

Epist. 106.

aliquot aliis Episcopis edidit solemnem fidei libellum ad Romanam Ecclesiam, & à Zozimi Decretis appellavit ad generale Concilium. Et quo hæc omnia fucaret ac stabiliret, latravit Zozimum esse praevaricatorem: Utpotè qui Celestii de originali peccato dogma approbasset primum, deinde damnasset. Latravit Apostolicae Sedis iudicium non esse irrefragabile. Eadem de re scripsit ad Theffalonicensem ac alias Ecclesias, plenis maledictionis buccis clamans Zozimum non dumtaxat semetipsum, sed præcipitasse suos etiam Clericos per terrores Regiae iussionis. Ipsos insuper Clericos arguit, quod isto terrore percussis non erubuerint praevaricationis crimen admittere: Contra priorem suam sententiam, qua Gestis catholico dogmati adfuerant, pronuntiare terrores solemniter profiteri. Ita enim calumniosa phrasi Julianus exprimeret consuevit originale peccatum. Adjunxit in istius praevaricationis poenam, defuncto Zozimo successisse schisma Eulalianum.

Per adductum sui libri caput Sanctus Augustinus respondit hisce contumeliosis furibundi Turbinis clamoribus. Et docet varia, alioquin ignoranda. Primum, quod Zozimus Pontifex, & omnis Romana Ecclesia naturales Celestii dotes fuerint commiserati, ideoque ipsum corrigere sperantes noluerint Africanæ damnationis statim confirmare sententiam, & mitius tractaverint, quam postularet severior Ecclesiae disciplina. Secundò, quod super Celestii appellatione & causa cucurrerint plura Scripta ac Rescripta inter Romanam & Africanam Ecclesiam: Et quod plura apud Apostolicam Sedem, præsertim ac respondente Celestio, confecta fuerint Gesta. Tertiò, quod inter tot Zozimi epistolas ac interlocutiones nec verbum reperitur, quod inficietur originale peccatum. Quartò, quod Celestius in suo, quem Zozimo exhibuit, fidei libello posuerit verba originale peccatum evertentia. Nempè hæc: *In remissionem autem peccatorum baptizandos Infantes non idcirco dicimus, ut peccatum ex iraduce firmare videamur, quod longè à catholico sensu alienum est. Quia peccatum non cum homine nascitur, quod postmodò exercetur ab homine: Quia non natura delictum est, sed voluntatis esse demonstratur.* Quintò, quod Celestius errorem hunc non penitus assertivè scripserit, sed uti rem dubiam, de qua vellet instrui. Etenim libello dederat hunc finem: *Si quæ verò præter fidem quæstiones natæ sunt, de quibus inter plerosquè esset contentio, non ego quasi auctor alicujus dogmatis definita hoc auctoritate statui, sed ea, quæ à Prophetarum & Apostolorum fonte suscepti, vestri Apostolatus offerimus probanda iudicio, ut si fortè ut hominibus quispiam ignorantie error obrepserit, vestra sententia corrigatur.* Sextò, quod erronea ista libelli verba Zozimus præclarum Celestii ingenium miseratus, noluerit statim ex abrupto damnare. Septimò, quod idcirco ipsa non probaverit. Etenim non falsitatem dogmatis, sed solam emendationis voluntatem probavit, ideoque ad tempus, hominem devium ad

ad rectas studens reducere vias, dispensatoria pietate dissimulavit. Octavò, quod istum, licet secundo errore scabiosum, libellum Zozimus rectè dixerit catholicum. Quia nempè non corrigi paratus error, sed sola pertinacia facit hæreticum. Nonò, quod Apostolicis Innocentii ad Carthagenensem ac Milevitanam Synodos Rescriptis Celestium se assentiri responderit in suo examine, ac promiserit ipsa solemniter profiteri. Decimò, quod ex hac responsione creditus fuerit esse plenè conversus. Ita namque Rescripta manifestissimè profiterentur originale peccatum. Undecimò, quod Zozimus à Celestio circumscripti ac deludi timens, istam ejus solemnem fidei professionem noluerit præcipitare. Primò de ejus moribus instrui per Africanos Episcopos voluit, & adesse Paulinum Accusatorem. Duodecimò, quod Africani Episcopi vestrum hominis ingenium exposuerint Pontifici, ideoque ad ipsi credendum suggererint non suffecturam qualemcumque professionem, qua profiteatur se consentire laudatis Rescriptis, sed quod insuper præfata sui libelli verba debeat diserte anathematizare, atque ita auferre omnem ansam suspicionis, aut scandali. Decimo tertio, quod ista Afrorum postulatio fuerit fundata, ac justa. Etenim nisi istud fieret, erroneum Celestii libellum, quem Apostolica Sedes esse catholicum scripserat in Africam, simplex Populus crederet approbatum potius, quam emendatum, aut reprobatum. Decimo quarto, quod Zozimus sanis Africanæ Ecclesiae consiliis acquirere, atque ita constituerit certum diem, in quo exactè examinatus Celestius cogeretur ad lucidas responsiones, ad diserte ejuranda sui erroris verba, ac rectam fidem lucidè profitendam. Debebat secundum Africanam Rescripta, ipsa omnino de hac questione verba commemorare, & anathematizare quæ in libello posuit. Decimo quinto, quod adveniente isto die Celestius non comparuerit. Ausugerat enim ex alma urbe, nolens talia profiteri, aut anathematizare. Delisit Pontificem, atque ita ejus varities & hæresis omnibus manifestò apparuerunt. Decimo sexto, quod hæc videns Zozimus censuerit procedendum ad definitivam sententiam. Et rectè. Etenim abundè tunc patebat dolosa hominum perversitas ac pertinacia, ideoque non amplius ipsorum infirmitati & correctioni, sed orthodoxæ veritati & fidelibus Christi Domini Populis erat prospiciendum. Tunc ergò Zozimus condidit, ac edidit solemnem istam, ac veraciter Apostolicam Traactoriam, qua Pelagii & Celestii damnavit errores, atque personas: Quam confirmari curavit Imperiali lege, quam subscribi solemniter iussit, primum à suo Clero, deinde ab omnibus sub caelo Episcopis. Grandi Christianæ eruditionis damno latet, aut perit ista epistola: Habemus tamen quædam istius hinc inde fragmenta. Decimo septimò Augustinus docet, quod in cunctis his circa Celestium Gestis & Rescriptis Zozimus nec Antecessoris sui Constituta, nec proprias interlocutiones, aut Acta, nec Apostolicam veritatem fuerit praevaricatus. Et insigniter ista demonstrat. Decimo octavò docet eandem

Crisp. Lupi Opera T. VIII.

esse rationem Romani Cleri: Utpotè qui se Episcopo per omnia conformaverit, ideoque sit plenè purus à praevaricatione. Ita adversum Juliani calumnias demonstrat Apostolicam Sedem non fuisse lapsam in Zozimo, sed circa fidem esse infallibilem ac insuperabilem. Hinc adversus Julianum concludit: *Adhuc insuper flagitant audientiam, cum damnati debeant agere poenitentiam.* Cum sarcasmo affirmat Juliani appellationem esse frivolum, & ab omnibus contemnendam. Etiam in aliis locis constantissimè ac lucidissimè docet istam Apostolicæ Sedis infallibilitatem. Hinc admirandum est, quod quidam se ejus profiteantur fideles discipulos, & non vereantur adversus istam Romanæ Ecclesiae dignitatem vana disputare.

Marius Mercator non sine causa scribit, quod Zozimus suam Traactoriam, unaque Imperialem legem miserit etiam ad Orientales Ecclesias, hoc est, ad Orientalem Diocèsim, seu Patriarchatum Antiochenum, & nominatim ad Ecclesiam Hierosolymitanam. Nempè propter Praylium, qui sui Antecessoris Joannis vestigia sequens, totus favebat Pelagio. Favebant & plures alii. Porro Pontificis cura non caruit fructu. Ejus Traactoria & Praylio, & Theodoto Patriarchæ Antiocheno ostendit, ac persuasit, quod Sanctus Hieronymus non sine rationibus scripserit Synodum Diospolitana fuisse miserabilem. Ambo fecerunt, quod in tertio sui Commonitorii capite scribit Marius Mercator: *Pelagius postmodum evidenter deprehensus, insistentibus accusatoribus, à posteriori Synodo, cui sanctæ memoriæ Theodoti Antiochiæ præsedit Episcopus, atque detectus, à sanctis quoque & venerabilibus Hierosolymorum locis, est deturbatus. Quod ejusdem Sancti Theodoti ad Reverendissimum Urbis Romæ Episcopum, & sanctæ recordationis Praylii Hierosolymorum Episcopi missa Scripta restantur, quorum exemplaria ad documentum habemus in manibus.* Dolendum est, quod Marius Mercator cuncta ista exemplaria non adjunxit suis Commonitoriis. Sic illa magno damno non fuissent perdita. Isto tempore Theodoretus Cyrensis Episcopus frequenter agebat, & concionabatur Antiochiæ. Hinc certum fit istos hæreticos etiam ab ipso fuisse damnatos. Hinc illi desperati perrexerunt Constantinopolim ad fidem sui Magistri Theodori Mopsuestiensis Episcopi discipulum, Patriarcham Nestorium. Et invenerunt suo patello aptissimum coopertorium.

Africani Episcopi Zozimo rescripserunt non pauca. Lucet ex Papali ad ipsos Rescripto: *Misse per Marcellinum Sub-Diaconum vestrum epistola omne volumen voluimus, quo aliquandò perlecto, &c. Marcellinum hunc fuisse Carthagenensis Ecclesiae Sub-Diaconum, testatur in suo ad Pontificem libello Paulinus Diaconus. Addit se Papale Romanæ evocationis Mandatum accepisse quarto Nonas, id est, secunda die Novembris, & concludit: Hunc autem libellum direxi Beatitudini tuæ per Marcellinum Ecclesiae Carthagenensis Sub-Diaconum. Datum sexto Idus Novembris.* Hoc est, die octava. Quare aut ista ipsa die, aut paulò post Marcellinus cum Basilisco navigavit. Notandum

A a dum

dum est, quod Paulinus in eodem libello exprimat & diem factæ sibi insinuationis, & diem sui Responsi. Eodem modo Papale ad Africanos Episcopos Rescriptum habet hanc subnotationem: *Datum duodecimo kalendas Aprilis, Honorio Augusto duodecies Consule. Acceptum tertio kalendas Majas.* Hanc posteriorem partem omnino adjecerunt Astorum Episcopi, atque ita subnotatam epistolam remiserunt Romam. Nempè agebatur de retractatorio appellatæ causæ Judicio, & de Papali Astorum ad ipsum evocatione. De negotio tunc acerrimè controverso inter utramque Ecclesiam. Hinc Zozimus istos Judiciales apices voluit per omnia observari. Ità insuper os clausit Scriptori Anonymo.

Astorum litteræ perierunt, aut latent. Eorum aliquod Contentum colligi possit ex Rescripto Pontificis: *Quamvis Patrum traditio Apostolica Sedi auctoritatem tantam tribuerit, ut de ejus judicio disceptare nullus auderet, idque per Canones semper regulasque servaverit, & currens adhuc suis legibus Ecclesiastica disciplina Petri nomini, à quo ipsa quoque descendit, reverentiam exsolvat, tantam enim huic Apostolo Canonica antiquitas super sententias omnium voluit esse potentiam, & ipsa quoque Christi Dei nostri promissio, ut & ligata solveret, & soluta vinceret, par. potestatis data conditio in eos, qui Sedis hereditatem ipso annuente meruissent. Habet enim cum omnium Ecclesiarum, tum hujus maxime, ubi sedit, curam, nec patitur aliquid amittere privilegit, aut aliqua titubare aura sententiæ, cui vi ipsa sui nominis firma, & nullis hæcenus acta motibus constituit fundamenta, & quæ sine suo periculo temerè nullus incesset. Cum ergo tantæ auctoritatis Petrus caput sit, & sequentia omnium Majorum studia servaverint, ut tam humanis, Divinisque legibus, & disciplinis omnibus firmiter Romana Ecclesia, cujus locum nos regere, & potestatem nominis obtinere, non latet vos, sed nostris Fratres charissimi, & quemadmodum Sacerdotes scire debent. Tamen cum tantum nobis esset auctoritatis, ut nullus de nostra possit retractare sententia, nihil egimus quod non ad vestram notitiam nostris ultrò litteris referremus, dantes hæc Fraternalitati, ut in commune consulentes, non quia quid deberet fieri nesciremus, aut faceremus aliquid quod contra utilitatem Ecclesiæ veniens displiceret, sed pariter vobiscum volumus habere Tractatum de illo, qui apud nos, sicut ipsi per litteras dicitis, fuerit accusatus, & ad nostram, qui se assereret innocentem, non refugiens Judicium ex appellatione pristina, venerit Sedem, Accusatores suos ultrò deposcens, & quæ in se crimina per ruiorem, falsè dicebat illata, condemnans. Affirmat sibi ex Africa transmissum fuisse integrum litterarum volumen, & pergit: *Quo perlecto, ita totum litterarum comprehendistis textum, quasi nos Celestium commodaverimus in omnibus fidem, verbisque ejus non discussis ad omnem, ut ita dicam, sillabam præbuerimus assensum. Nunquam temerè, quæ sunt diù tractanda, finiuntur: Nec sine magna deliberatione statuendum est, quod summo debet disceptari judicio. Idcirco noverit vestra Fraternalitas nihil nos post illas, quas vel superius, vel nunc accepimus, litteras vestras immutasse, sed in eodem**

*cuncta reliquisse statu, in quo dudum fuerant, & hoc nostris litteris vestræ indicavimus Sanctitati, ut illa, quæ à vobis ad nos missa erat, obestatio remaneret.* Docet plura, spectantia ad præsentem materiam. Primò, quod nullus Apostolicæ Sedis Judicium possit sine temerario ausu retractare, immò nec de ipso disceptare. Auctoritatem hanc affirmat stabiliri per Canones, per Patrum traditionem, per perpetuam consuetudinem, inchoatam à primo Romanorum Episcopo, Sancto Petro Apostolo, qui ipsam à Christo Domino accepit. Addit hanc dignitatem sciri, aut certè sciri debere ab Africanis: *Utpotè qui sunt Episcopi, ideoque non permittantur talia ignorare.* Nempè Africani Episcopi post, & propter Zozimi circa Celestium Acta & Scripta coegerant Synodum, & licet non retractassent, tamen disceptarant. Suspiciati fuerant Pontificem, uti in Apiarii causa, ità in hoc longè majoris ponderis negotio limites excedere. Et istam fiduciam Zozimus in ipsis notat ac arguit. Secundò affirmat tantam Sancto Petro, ideoque & ejus Successoribus esse non solummodò per Canonicam antiquitatem, sed insuper à Christo Domino super omnium gentium Synodales sententias potentiam; ut omnium ligata solvere, omnium soluta valeat vincire. Quorumcumque ad Apostolicam Sedem appellationes asseverat esse Divini Juris. Addit Sanctum Petrum omnium suorum privilegiorum esse adeò strenuum Zelatorem, ut ipsorum nihil pariat amitti, nihil titubare, nihil temere incesse. Et ipsis esse firma, multisque hæcenus impedita motibus, & tamen inconcussa semper, fundamenta. Porro adversùs hanc Celestii appellationem, quod in Dogmatica esset materia, nemo Astorum obstrepuit. Nullum exstat vel minimæ intercessionis vestigium. Quin immò Paulinus Diaconus, qui tunc non ex Italicis, sed ex Africanis vivebat regulis, in suo ad Papam libello appellationem Celestii est omnimodo veneratus. Proindè Pontifex studio hæc intertexuit adversùs Astorum contentionem de causa Apiarii. Tertiò affirmat nullam Afris fuisse causam disceptandi de suis Actis circa Celestium: *Quoniam peritus sit sui Papalis Officii, ideoque nihil egerit contra utilitatem Ecclesiæ, aut quod possit alicui displicere.* Nempè Afritalia scripserant, aut certè apud suos mussitarant. Quartò affirmat, quod Celestius potuerit dormientem appellationem resumere, & suos Accusatores ad retractatorium in alma urbe Judicium postulare. Quintò, quod hac in re voluerit Afris deferre singularem reverentiam. Quod ipsos non ut Reos, aut Accusatores audire voluerit, sed simul cum ipsis causam retractare. Ipsos in retractatorio Judicio admittere ad omnem Synodalem honorem. Sextò, quod ipsos dignatus sit & alia gratia, nempè quod post elapsos duos citationis menses non processerit in causa, sed usquè huc omnia in priori statu reliquerit, gratiosè deterrans ipsorum obestationi. Insinuatio fuerat facta anno decimo septimo istius sæculi, die secunda Novembris; at verò hæc epistola anno sequenti fuit data die vigesima prima Martii, tradita die vigesima

firma nona Aprilis. Afris adesse debuerant secunda die Januarii.

Notanda est ista Astorum obestatio. Etenim Romanam Celestii appellationem omnino comprobavit, aliud non postulans, quàm ut Pontifex non nisi post plenam instructionem dignaretur ad definitionem procedere. Eandem appellationem confirmavit Paulinus Diaconus, Celestium defrens de novo crimine: *Nempè quod ab Africana Synodo de hæresi damnatus ante purgationem ac reparationem præsumpsisset consecrari in Presbyterum.* A Romano tamen accessu se excusavit: *Ubi tunc nihil agere potuit, quia is, qui ad Sedem Apostolicam provocaverat, defuit, quem oportuerat utiquè merita suæ appellationis adstruere, maxime cum nihil agente appellatore, secundùm etiam humanas leges, superior est semper ille qui vicit.* Affirmat se perfunctum omni accusatoris officio, ideoque causam deinceps ad se non spectare. Fuisse perfunctum, & solutum, dum Celestius appellationem deseruit. Interim Pontificem de peccati originalis fide, ac de dolosis Celestii artibus abundè instruxit. Quod ipsum Synodaliter fecerunt Africani Antistites. Coegerunt ducentorum & quatuordecim Episcoporum Synodum, & ex ipsa ad Zozimum scripsere: *Constituimus in Pelagium atquè Celestium per Venerabilem Episcopum Innocentium de Beatissimi Apostoli Petri Sede prolatam manere sententiam, donec apertissima confessione fateantur gratia Dei per Dominum nostrum JESUM-CHRISTUM, non solum ad cognoscendam, verùm etiam ad faciendam Justitiam nos per actus singulos adjuvari, ita ut sine illa nihil verè, sanctæque pietatis habere, cogitare, dicere, agere valeamus.* Hæc in Synodo fuisse tot Episcopos, & istud Zozimò fuisse Rescriptum, testatur Sanctus Prosper in libro contra Collatorem. Et istud consilium probans Zozimus perrexit ad causam finiendam: *At Celestius aufugit.* Hinc prodit solemnissima Pelagianæ damnationis Tractoria. Et ipsam promulgaturi celebrantur famosam denuò Synodum ducentorum septemdecim Episcoporum, in qua ediderunt insignes istos Canones de originis peccato, & de adjutorio Divinæ gratiæ. Vulgata Conciliorum editio ipsos adscribit Milevitanae Synodo. At certum est ipsos esse à Carthaginensium. Et esse approbatos, & confirmatos per Sedem Apostolicam. Disertè utrumque asseverat septimus articulus istorum, qui passim subnectuntur post Sancti Celestini Pontificis Apostolicam epistolam pro doctrina Sancti Augustini. Eadem à Synodo prodit Canon Romanam appellationem interdicens soli inferiori Clero. Nempè suprema Africanæ Ecclesiæ in suum inferiorem Clerum potestas usquè tunc constabat sola consuetudine. Et ipsam Romana Ecclesia per Zozimum Pontificem potenter arietabat. Hinc ista numerosa Synodus statuit stabiendam Canone, atquè ità perpetuò contra alios forsitan insultu armandam. Ediderunt Canonem adversùs nuperam epistolam, qua Zozimus scripserat: *Tantam Petro Apostolo Canonica antiquitas super sententias omnium voluit esse potentiam, & ipsa quoque Christi Dei nostri promissio, ut & ligata solveret, & soluta*

Cap. 10.

*vinceret.* Affirmarunt etiam à se intelligi Evangelium. Ipsam Africanæ consuetudini non contraire. Nec jota, aut apicem protulerunt de Episcoporum appellationibus. Quod nempè illa liberis semper ambulassent passibus, & salva Ecclesiæ unitate non possent tangi. Sola item hæc Synodus aliquid sanxit de fide. Nempè Africanè Episcopi norant regulam, quam postmodò ad Faustinum Magistrum scripsit Gelasius Pontifex: *Quantum ad Religionem pertinet, non nisi Apostolicæ Sedi, juxta Canones, debetur totius Summa judicii.* Hinc ista Synodus aliud non fecit, quam confirmare Decreta Zozimi. Eadem de causa Afris semper permiserunt inferiorem etiam Clerum in fidei materia Romam provocare.

## CAPUT XXXII.

*Exponitur Africana controversia circa Sardicenses Canones.*

PRIMA quæstio est, Ex quo factum sit, quod Astorum Antistites ignoraverint Canones Sardicenses? Quod ipsos harum quæstionum tempore penitus ignoraverint, ex supradictis est manifestum. Quod ipsum patet ex litteris Sancti Augustini ad Eleusium & Glorium, Episcopos Donatistas: *Fortunius, Tuburicensis Donatistarum Episcopus, protulit quoddam volumen, ubi volebat ostendere Sardicense Concilium ad Episcopos Astros, qui erant communionis Donati, dedisse litteras. Quod cum legeretur, audivimus Donati nomen inter ceteros Episcopos, quibus illi scripserant. Itaque flagitare cepimus, ut doceretur, utrum ipse esset Donatus, de cujus parte illi cognominantur: Fieri enim potuisse, ut alicui Donato alterius hæresis Episcopo scripserint, cum maxime in illis nominibus nec Africa mentio facta fuerit. Quomodo ergo possit probare Donatum patris Donati Episcopum nomine illo accipiendum esse, quando ne id quidem probare possit, utrum ad Africanarum specialiter Ecclesiarum Episcopos ille litteræ missæ fuerint. Quamquam enim Donati nomen Afrum esse soleat, non tamen repugnaret à vero, ut vel partium illarum aliquis vocaretur nomine Afro, vel aliquis Afer in illis partibus constitueretur Episcopus. Nequè enim in eis vel diem, vel Consulem invenimus, ut saltem consideratis temporibus certi aliquid eluceret. Sanè quoniam nescio quando audieramus Arianos, cum à communione Catholica discrepassent, Donatistas in Africa sibi sociare tentasse, ad aurem mihi hoc ipsum Frater Alipius subsuggestit. Tunc accepto ipso volumine, ejusdem Concilii Statuta considerans, legi Athanasium Episcopum Alexandrinum Catholicum, cujus maxime adversum Arianos acerrimarum disputationum con-*

Epist. 163.

filium emittit, & Julum Romanæ Ecclesie Episcopum, nihilominus Catholicum; illo Concilio Sardicensi fuisse improbatos. Unde apud nos constitit Arianorum fuisse Concilium, quibus isti Episcopi Catholici vehementissimè resistebant. Itaque ad diligentiorum etiam temporum discussionem volumus ipsum voluminem accipere; atque auferre nobiscum. Qui noluit dare, dicens ibi nos habere illud, quando aliquid in eo considerare vellemus. Rogavi etiam, ut manu mea notari permitteret, fateor, timens ne mihi forte causa exigente, cum petendum esset, pro illo aliud proferretur. Neque hoc voluit.

Istud Sardicense Concilium erat manifestè Synodalis Epistola Philippo-Politani Conventiculi. Et ex istis Sancti Augustini, qui suam, & Collegæ Alipii cum præfato Fortunio disputationem describit, verbis discimus plura. Primò, quod iste Fortunii Codex fuerit mutilus. Etenim non habebat Episcoporum, ad quos epistola dirigebatur, adscriptas civitates. At verò nos hodie habemus: Gregorio Alexandria Episcopo, Amphiboni Nicomedia Episcopo, Donato Carthagini Episcopo, &c. Secundò, quod ista epistola videatur nunquam habuisse adscriptum diem, & Consulem. Etenim uti Fortunii Codex istis caruit, ita carent & omnes nostri. Tertiò, quod Donatus esset nomen Afris familiare, & proprium. Existimo processisse ex Sancto Donato, proximo Antecessore Sancti Cypriani. Quartò, quod Sanctus Augustinus nullam tunc haberet notitiam aut Sardicenses Concilii, aut etiam Philippo-Politani Conventiculi. His de rebus nihil noverat, nisi quod incerto rumore aliquando audisset, quod Arianis, cum à Catholica communione se palàm segregassent, tentassent suæ Factioni adjungere Donatistas. Et rectè audierat. Etenim usque ad istud Philippo-Politani schisma Eusebiana Factio Episcopis Catholicis communicaverat, & ambo fuerant utrumque unum. Ita secessio ipsos discrevit in adversas communiones. Quintò discimus, quod S. item Alipius circa istas Synodos nihil tunc novisset, nisi istam eandem ex auditu in memoriam. Porro istud Eusebianæ Factionis tentamen non caruit omni effectu. Etenim de ipso Sanctus Augustinus scribit ad Comitum Bonifacium: *Ut breviter insinuem Dilectioni Tuæ, inter Arianorum & Donatistarum quid intersit errorem, Ariani Patris, & Filii, & Spiritus Sancti diversas substantias esse dicunt, Donatistæ autem hoc non dicunt, sed unam Trinitatis substantiam consentunt. Et si aliqui ipsorum minorem Filium esse dixerint, quam Pater est, ejusdem tamen substantiæ non negarunt.* Loquitur de antiquis temporibus. Nempe de tempore Philippo-Politani Conventiculi. Affirmat quosdam Donatistas cum Arianis quidem fuisse locutos, non tamen sensisse. Et non nisi aliquos. Nempe sunt artes hæreticorum. Et Augustinus non ampliùs dubitanter, sed definitè loquitur. Quia nempe hæc epistola est ista alia longè posterior, atque ita Augustinus erat tunc instructor.

Eadem de re Sanctus Augustinus scribit in tertio libro contra Cresconium Donatistam: *Sed Orientales, quos modò nos vos esse concedis non lauisse hoc facinus dicit. Atque ut hoc probes, inseris*

Epist. 50.

principium epistolæ Concilii Sardicensis, ubi Donatus Cap. 34. Carthagini Episcopi vestri nomen invenitur adscriptum. Quod idè factum putas, & affirmas, quod videlicet Orientalibus, qui de Concilio suo hæc Scriptura miserunt, facinus displicerit Traditorum, & ab eorum se communione retraxerint, & propterea Donato vestro communicabant. Discite ergo quod nescitis: Sardicense Concilium Arianorum fuit, quod notum est jam diu, ut habemus in manibus, contractum maximè contra Athanasium, Episcopum Alexandrinum Catholicum, qui eorum errorem, ex ipsa civitate ortum, præ cæteris acriter arguebat & refellebat. Non igitur mirum, si illi hæretici Donatum sibi adscribere tentaverint, quos per totum Orbem Catholica damnabat Ecclesia. Quamquam nos sine civitatum nominibus Episcopos, ad quos hæc litteræ datæ sunt habeamus. Aut ergò aliqui Donatus fuit non in Africa Episcopus, cujus nomini Carthago à vestris est addita, aut, ut dixi, Africanam hæresim Orientalis hæresis sibi tentavit adjungere. Quod hinc maximè credibile est, quod ad Carthagini Episcopum, Romano prætermissio, nunquam Orientalis Catholica scriberet. Et in quarto libro: *Inseris principium Sardicenses Concilii, unde probare conaris, quod Orientales Episcopi, cognito crimine Traditorum, partim Donati communicaverint, hoc uno, magno scilicet documento, quod inter Episcopos quibus scribunt, Donati nomen inventum est. Nec tamen ibi legitur aliquid eos de Afris Traditoribus cognovisse. Quod quidem Concilium, ne te lateat, Arianorum est, quos jam tu inter alios hæreticos nominasti. Nec additis civitatum nominibus legi solet. Quia nec ipse mos est Ecclesiasticus, quando Episcopi Episcopis scribunt epistolam. Unde nescio quis ille Donatus, miror si non in vestris litteris Carthaginiensis factus est. Omisso enim dicere, quod fortasse Orientalis hæreticis aliquo modo se sociare tentaverint.*

Cap. 51.

Hinc iterum discimus varia. Primò, quod etiam Cresconius habuerit exemplar Philippo-Politani Conventiculi. Secundò, quod ejus exemplar à Fortunii exemplari fuerit non modicè diversum. Etenim ad Episcoporum nomina unum habebat, aliud non habebat adscripta nomina civitatum. Quæ diversitas refundi debet in varios Descriptores. Quidam civitatum nomina aut spernebant nosse, aut ipsorum adscriptionem censebant adversam consuetudini Ecclesiasticæ. Quia nempe talis consuetudo non vigeat in Africa. Passim omnes laboramus ista philantia Patriarum consuetudinum. Hinc & Sanctus Augustinus Fortunii Codicem censebat fideliorum. Et haud dubiè ipsum sibi curaverat describi. Ex eodem principio non ampliùs dubitanter, sed definitè asserit Sardicenses Synodum fuisse Arianorum. Tertiò discimus, quod isto adhuc tempore Sanctus Augustinus, adeoque & cæteri Afrorum Episcopi ignoraverint discrimen inter Sardicenses Synodum, & Conventum Philippo-Politani. Discimus, quod sola istius Conventus Acta, immò sola Synodalis epistola esset in Africa apud Donatistas, verè autem Sardicenses Synodi Acta aut perierant apud omnes Africanas Ecclesias, aut latebant in alta oblivione. Et ex ista ignorantia Sanctus Augustinus sibi persuadere non

non poterat, quod Philippo-Politani Conventus scripsisset ad Donatum: Fuit magis propensus, ut crederet esse Donatum alium, à Donatistarum vafritie transmucatum in Carthaginensem. Quartò discimus, quod Donatistæ istius Conventiculi litteras, solius Eusebianæ Factionis facinus, transcripserint in totam Orientalem Ecclesiam. Quod ipsum hoc nostro seculo fecit Petrus de Marca. Isti, ut suam Factionem per totius istius Ecclesie communionem & auctoritatem firmarent; hic ut Romanæ Ecclesie dignitates per eandem auctoritatem mutilaret. Quintò discimus, quod Catholica Orientis Ecclesia olim ad Carthaginensem, aut alios Occidentis Episcopos nunquam scriberet prætermissio Romano. Nempe Synodales litteras. Est regula bene notanda. Ex eadem, dum ad Papam scriberent, passim addebant ejus Synodum, omnes Italiae Episcopos, aut etiam totius Occidentis. Quod nempe Papa esset isthuc omnia. Quod Papæ Judicium non posset non esse omnium. Eadem de causa Orientales Episcopi, dum ad Papam appellabant, quandoque addebant eosdem Episcopos.

Cap. 52.

Secunda quæstio est, Quomodo in Africam pervenerit ista ignorantia Canonum, & Actorum Sardicensium? Est res admiranda. Etenim non solus Africanæ Ecclesie Archi-Episcopus Gratus, sed insuper plures istius gentis Episcopi adfuerant, & subscripserant Sardicensi Concilio. Nec est dubitandum, quin cuncta Synodalia Acta, nominatim Canones, secum deportarint. Quin immò idem Gratus ad suam, cui etiam Numidiæ ac Byzacii aderant Episcopi, Carthaginensem Synodum dixit: *Hæc observantia pacem custodit. Nam & meminimus à Sanctissimo Sardicensi Concilio similiter statutum, &c.* Deinde Hosius Cordubensis Episcopus, Sardicenses Concilii Præses, fuit Afris insigniter familiaris, ideoque non est dubitandum, quin istam ipsi Synodum commendaverit. Respondeo hæc omnia esse verissima. Interim certum etiam est hanc Synodum postmodò fuisse isthuc penitus ignotam. Immo nullum penitus exemplar fuit inventum in omni Africa. Etenim Episcopi, dum cum Zozimo Pontifice contendebant, lustrarunt omnes Bibliothecas, omniaque Ecclesiarum scrinia: Et nullos repererunt Sardicenses Canones, sed solos viginti Nicænos. Quare Gratus, & alii Episcopi videntur istos secum non detulisse. Hinc forsitan ille dixit: *Memini à Concilio Sardicensi statutum.* Insinuat Codicem non fuisse ad manum, sed se loqui ex sola memoria. Accessit Donatistarum in Africanam Ecclesiam rabies. Etenim etiam tunc non destiterunt Episcopis, Presbyteris, ac Diaconis Catholicis violenter injicere manus poenitentiae, atque ita reddere irreparabiliter irregulares. Hinc isthuc nata est summa Clericorum inopia ac ignorantia. Præsertim ignorantia sacrorum Canonum. Nam & Sanctus Valerius, dum Sanctum Augustinum promovit sibi in Collegam, ignorabat Nicænos Canones, vetantes eidem civitati esse duos simul Episcopos. Et ad vitium curandum postmodò prodiit hic Canon: *Ordinatis*

Christ. Lupi Opera T. VIII.

*Episcopis, vel Clericis prius ab Ordinatoribus suis Placita Conciliorum auribus eorum inculcentur, ne se aliquid contra Statuta Concilii fecisse putent.* Canonis Author fuit Sanctus Augustinus, qui in aliis fieri noluit, quod in se factum doluit.

Quæstio tertia est, Qua ratione Zozimus Canones Sardicenses scripserit esse Nicænos? An studuerit Africanos Episcopos circumscribere? Hoc enim censent non hæretici soli, sed & quidam hodiè Catholici. Respondeo Zozimum rectissimè & simplicissimè scripsisse ex more suorum Antecessorum. Scripsit ex Codice Romanæ Ecclesie, in quo primum caput habet hunc titulum: *Canones Nicæni Concilii sub titulis quadraginta sex.* Et continet Nicænos & Sardicenses Canones: Sub eadem consequentia. Et ipsos distribuit in quadraginta sex numeros. Proinde Codicis Author utriusque Synodi Canones appellavit Nicænos. Nec sine fundamento. Etenim Constantinopolitanum Symbolum Ecclesie semper dixit Nicænum. Etiam ejus auctrix Constantinopolitana Synodus dedit ipsi hunc titulum in primo suo Canone: *Trecentorum decem & octo Patrum, qui Nicæa convenerunt, fidem non abrogari, sed firmam ac stabilem manere oportere, &c.* Iam confirmavit & auxit quibusdam vocibus, quibus grassantes tunc hæreses evertentur. Hinc edixit suum ita adauctum Symbolum esse ac permanere Nicænum. Rectissimè. Eodem modo Sardicenses Canones non sunt aliud, quam Nicænorum expositio & confirmatio adversum schismaticas novitates Eusebianæ Factionis. Non sunt aliud, quam quædam ad Nicænos additamenta. Hinc ipsos pro Nicænis semper habuit Romana Ecclesia. Et istud iudicium secutus est auctor Codicis. Auctor insigniter antiquus. Etenim Codex à modico incepit, & paulatim per assidua incrementa pervenit ad plenitudinem. Itaque Zozimus ex ipso scripsit, ideoque ab omni dolo aut arte est purissimus. Nemo hæc melius novit, quam Reverendus Pater Paschasius Quesnellus, qui Codicem, magnum Ecclesiasticæ eruditionis thesaurum, è tenebris produxit in lucem.

Quæstio quarta est, An Zozimus Pontifex sit primus author istius tituli aut phrasios? Hoc enim ipsi passim imponitur à novis Dogmatistis. Respondeo non esse. Etenim in libello, quem adversus Hincmarum Laudunensem Duziacensi Synodo exhibuit, Hincmarus Remensis Episcopus laudat verba Innocentii primi Pontificis in litteris ad Sanctum Victoricum Episcopum Rothomagensem: *Si majores causæ in medio fuerint devolutæ, sicut Synodus statuit, post Episcopale Judicium referantur.* Et subjungit: *De quibus Canonibus Innocentius hoc dicit, manifestissimè claret, scilicet de Sardicensibus.* Certum est, quod Innocentius laudet Nicænam Synodum, & tamen adducit Sardicenses Canones: Quod nempe utraque Synodus haberetur pro eadem, & indifferenter appellaretur Nicæna. Idem Hincmarus alio in loco scriptum istud Victoricio Capitulum affirmat esse partim ex Nicænis, partim haustum ex Sardicensibus Canonibus, & tamen ab ipso appellari Nicænum. Utique ex eodem principio. Hæc ma-

A a 3 nifesta



nifesta veritas olim fuit professio constantissima totius Gallicanæ Ecclesiæ. Quod eandem in prima sui operis parte profiteatur Petrus de Marca, est ostensum in superioribus. Unde igitur nunc docet aliud, & se præbet Ducem inconditæ novitatis? Idem Innocentius in litteris ad Ecclesiæ Constantinopolitanæ Clerum ac Populum gravissimè damnat Theophili Alexandrini Synodum, quod Sancto Joanni Chrysostomo appellanti superordinasset alium Episcopum, & adjungit causam: *Nunquam sanè Patres nostros talia ausos fuisse, sed potius vetuisse cognovimus, ne cui in locum viventis illum per consecrationem substituerentur potestas. Hæc contra Canonum observationem sunt. Canonibus porro obsequendum scribimus, qui Nicææ sunt decreti. Quos solos consecrari docet Ecclesiæ Catholicam, & juxta eos judicare.* At verò quis Canon appellanti Episcopo vetat superordinari alium? Certè nullus, nisi Sardicenis. Et ecce ipsum Innocentius disertè inscribit Nicænum. Et statim infra appellat etiam Sardicensem. Eiusdem Synodi Canones manifestè laudat in litteris, quibus Theophilum, redditurum sui iudicii rationes, mandat proficisci ad Synodum Thessalonicensem, & disertè affirmat esse Nicænos. Eadem phrasi utitur Palladius Helenopolitanus Episcopus in Dialogo, quem de Sancti Joannis Chrysostomi persecutionibus habuit cum Theodoro Diacono Romanæ Ecclesiæ. Quin & plena Constantinopolitana Synodus scribit de suo secundo Canone: *De administrationibus singularum Ecclesiarum tum veteris lex obtineat, tum sanctorum Patrum in Concilio Nicæno decisa, ut videlicet singularum Provincialium Antistites una cum finitimis, modo ipsi ita visum fuerit, Episcopis ad Ecclesiarum commodum habeant Ordinationes.* Laudat quartum & sextum Nicænum Canonem. Verùm nec hic nec iste permittit aut mandat ullo in casu invitari Episcopos vicinæ Provinciæ. Facit id quintus Sardicensis. Proinde laudata Synodus suam ex utriusque Concilii Canonibus mixturam affirmat esse conflamen Nicænum. Nempè in relatione ad Romanam Ecclesiam loquitur Romano more, atque ita constat istam loquendi speciem non esse inchoatam à Zoizimo, sed apud omnes Ecclesias fuisse multò antiquiorem. Ex quibus lucet insigniter exorbitare hæc verba Petri de Marca: *Non dum recepti erant Canones Sardicenses tempore Innocentii primi.*

Longè pejus exorbitant hæc: *Primus omnium Zoizimus Papa Canones Sardicenses protulit, contulitque ut in Occidente vim legis obtinerent, Arbitror autem eum id consilium cepisse, quod Honorius & Arcadius Imperatores paulò ante abjecissent jus concedendi Rescripta pro retrahendo iudicio Episcoporum depositorum, quemadmodum supra ostendi Capite secundo, adductis verbis legis.* Existimavit itaque Zoizimus gratum Episcopis futurum, si revisiones non omninò abolerentur, sed contra decernerentur auctoritate Sedis Apostolicæ. Tentatum id in Africanis ingenis voluit Pontifex. Laudatæ legis, in secundo Capite adductæ, verba sunt hæc: *Quicumque residens in Sacerdotibus fuerit Episcopatus loco detrusus & nomine, si aliquid vel contra sen-*

*tentiam, vel contra quietam moliri fuerit deprehensus, rursusque Sacerdotium petere, à quo videtur exclusus, procul ab omni urbe, quam indignus interfecit, secundum legem Divinæ memoriæ Gratiani, centum millibus vitam agat.* Et infra: *Sit huiusmodi personis tenore presentis legis illicitum sacra nostra adire Secreta, & impetrare Rescripta. Omnia deestis per culpam Sacerdotio personis, quæ impetrata sunt, infecta permancant.*

Error, quo Petrus de Marca affirmat Sardicenses Canones à Zoizimo fuisse primùm prolatos, est abundè revictus. In adductis verbis sunt & alii. Primus est, quod Romani Imperatores aliquandò habuerint jus dandi Rescripta ad retrahenda iudicia degradatorum Episcoporum. Etenim erat mera, per Donatistas intrusa in Mündum, Regia usurpatio, quam juxta Canones agentem tolerabat, ab ipsis autem deviantem constantè repudiabat Ecclesiæ. De hiscè ad Bonifacium Diaconum, suum Apocrifarium apud Imperatorem Phocam, scripsit Magnus Gregorius: *L. 12. ep. 3. Dilectio tua pietati Clementissimi Domini Imperatoris cuncta diligenter insuet, atque constantè adstruat hoc omninò illicitum, omninò prævum, omninò iniustum, & sacris esse Canonibus valde inimicum. Et idèd huiusmodi peccatum temporibus suis introduci in Ecclesiæ præjudicium non permittat.* Antiquum de cunctis istis sacris Rescriptis, Delegationibus, ac iussionibus Ecclesiæ sensum exponit idem Gregorius in litteris ad Anatolium, Diaconum Constantinopolitanæ Ecclesiæ: *Quod Imperator L. 8. ep. 41. fecerit, si Canonicum est, sequimur, hoc est, patienter obedimus; si verò Canonicum non est, quantum sine peccato nostro valeamus, portamus.* Plurima sunt istiusmodi testimonia, & ejusdem Gregorii, & aliorum Patrum, Latinorum, & Græcorum. Proinde nullum fuit Principi jus: Fuit mera conniventia.

Secundus error est, quod Arcadius & Honorius istam consuetudinem abjecerint. Etenim contrarium licet ex adductis Sancti Gregorii testimoniis. Consuetudo hæc sub istis Imperatoribus adeò invaluit, ut Africana Ecclesiæ ipsorum tempore emiserit hunc Canonem: *Quicumque ab Imperatore cognitionem iudiciorum publicorum petierit, honore proprio privetur; si autem Episcopale iudicium ab Imperatore postularit, non ei obstit.* Duravit usque ad finem, & lapsum Romani Imperii. Quin immò Petrus Archi-Episcopus contendit istud sacrum Jus ab Imperio transiisse ad Reges Christianissimos. Unde plurimum miror, quomodo hic sui oblitus scribat fuisse abjectum ab Arcadio & Honorio? Quando igitur, & quomodo mos iste exoleverit, docet Anastasius, Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarius, in præfatione ad octavum Concilium: *Græcorum Imperatores, Occidentis amisso Imperio, Romanis Pontificibus, quibus jubere nequeunt, suadere nituntur.* Et Leo tertius Carolum Magnum, dum Occidentis donavit Imperio, compulit ad cunctis istiusmodi violentiis renunciandum. Porro Arcadius & Honorius per memoratam legem, qua similem Gratiani Imperatoris adversum solos Ursicini Antipapæ schismaticos Fautores, eorundemque Degradatorum

torum turbulentias datam constitutionem extendunt ad omnes legitime Degradatos, ac adversus istud iudicium tumultuantes Episcopos, nequaquam abjiciunt istam consuetudinem, sed solummodò cogunt ad meliorem usum, ac sacris Canonibus viciniore terminos. Sanciunt ut ista sacrarum Delegationum Rescripta deinceps non dentur istiusmodi turbiniibus. Et omnia jam data circumducunt. Sanciunt turbines relegandos ad centum millia ab ista civitate, quam malè gesto Episcopatu fœderaverant.

Tertius error est, quod istas ab Arcadio & Honorio in compita projectas sordes Zoizimus, uti dilectas gemmas, collectas levarit, & ipsis studuerit ornare Sedem Apostolicam. O miserabilem Sancti Petri Cathedram, quæ indignitè fucari fœdis istiusmodi pigmentis. Petrus Archi-Episcopus in superioribus docuit, quod ante Sardicensem Synodum Romana Sedes in Canonica Provincialium Synodorum iudicia nihil potuerit per appellationem, aut retractionem, coacta esse contenta solis relationibus. Docuit quod tunc iniquè damnati Episcopi nequiverint perfugere ad Romanos Antistites, sed ab Imperatore supplicare Judices Episcopos, qui causam retraherent. Docuit, quod primus in Sardicensi Synodo Hostius studuerit honorare memoriam Sancti Petri Apostoli, atque ita Imperialem delegandi retrahendos Judices auctoritatem communicaverit Romanis Pontificibus. Nempè pauper Sanctus Petrus supra Provincialium Synodos nihil potestatis acceperat à Christo Domino, atque ita per Hostii indultiam debuit aliquid mendicare ab Imperatoribus. Hic verò Petrus Parisiensem Archi-Episcopus docet, quod Arcadius, & Honorius istud suum jus projecerint, atque ita rebus suis attentus Zoizimus ipsum collegerit, existimans gratum Episcopis futurum, si revisiones non omninò abolerentur, sed contra decernerentur auctoritate Sedis Apostolicæ. Nempè nisi Zoizimus istas faces collegisset, miserandi Episcopi, dum iniquè à suis Synodis degradabantur, nec ad Principem, nec ad Papam potuissent confugere. Quare Zoizimus credit à se agi non suam rem, sed Episcoporum. An hæc Dogmata sapiant Evangelium, judicent alii Sapientiores. Certè Zoizimus in superius adducta ad Africanam Ecclesiam epistola affirmat Romanam suscipiendarum appellationum auctoritatem, & supremam super quascumque Synodos potentiam esse à Canonica antiquitate, à traditione Patrum; à Sancto Petro Apostolo, ac ab ipso Christo Domino, qui Petro dedit potestatem ligandi, ac solvendi omnia.

Quartus error est, quod primum huius suæ novæ potestatis experimentum Zoizimus tentare voluerit apud ingenia Afrorum. O imprudentem Pontificem, qui istud tentamen non inchoaverit apud Gallos. Certè ipsorum aures & mentes reperisset longè faciliores ad credendas istiusmodi fabellas. Saniora sunt hæc ejusdem Archi-Episcopi verba: *Quæri potest, quamnam ob causam Zoizimus protulerit Canones Sardicenses sub nomine Concilii Nicæni? Quæstio hæc acriter, & animosè tractatur à Novatoribus, qui Zoizimum arguunt falsitatis,*

*& imposturæ. Contra nostri id ex eo profectum ajunt, quod ea tempestate Canones Nicæni & Sardicenses in eodem volumine descripti essent, nullo discrimine adhibito, sub titulo Canonum Nicænorum. Probabilis quidem conjectura, si vetusti Codicis auctoritate niteretur, qui nondum emerit à tenebris. At verò jam emerit. Ipsum cum summo Ecclesiasticæ eruditionis fructu & gaudio produxit Reverendus Pater Paschasius Quesnellus. Proinde jam cesset omnis ista contentio. Adhæreamus Romanæ Ecclesiæ, quæ istam nomenclaturam etiam post Africanas lites constantè retinuit. Etenim Magnus Leo, dum ab Imperatore Theodosio ad Sancti Flaviani Constantinopolitani Episcopi, qui ab Ephesini Latrocinii iudicio appellarat, retrahendam causam postulavit novam Synodum, suis litteris adjecit: *Quam autem post appellationem Epist. 1. 40. interpositam hoc necessariè postuletur, Canonum Nicæni c. 3. c. 6. habitorum Decreta testantur, quæ subter adnexa sunt.* Et adnexuit Canonem Sardicensem. Quod etiam Gelasius, Gregorius, aliique Pontifices istam phrasim usitaverint, variis in locis demonstrat Hiacmarus Remensis.*

## CAPUT XXXIII.

*An hæc Africanæ quæstiones inter Romanam & Africanam Ecclesiam causaverint schisma durans usque ad Pontificatum Bonifacii secundi?*

**A**ffirmat famosa Bonifacii secundi Pontificis ad Eulalium Alexandriæ Patriarcham Epistola: *Aurelius Carthaginensis Ecclesiæ olim Episcopus, cum Collegis suis, instigante Diabolo, superbiore temporibus Antecessorum nostrorum Bonifacii atque Celestini contra Romanam Ecclesiam cepit, sed videns se modò peccatis Aurelii Eulalii à Romanæ Ecclesiæ communionem segregatum, humiliter recognovit se peccasse, pacem & communionem Romanæ Ecclesiæ petens, subscribendo cum Collegis suis damnavit Apostolica auctoritate omnes scripturas, quæ adversus Romanam Ecclesiam privilegia quoquo ingenio factæ fuerant.* Et confirmare videtur liber Pontificalis in vita ejusdem Pontificis Bonifacii: *Eodem tempore venit relatio ab Episcopis Afris de Constitutione, & ut cum Consilio Sedis Apostolicæ omnia Carthaginensis Episcopus faceret.*

Respondeo epistolam esse imperitam, ac manifestè spuriam. Etenim nec Alexandrina, nec Carthaginensis Ecclesia inter suos Episcopos unquam habuit aliquem Eulalium. Isto tempore apud Carthaginem sedebat Reparatus. Et quod ob

Cap. 7.

ob memoratas Aurelii lites nulla unquam inter Romanam ac Africanam Ecclesiam fuerit communionis dissociatio, est exploratissimum. Et enim proximus Aurelii Successor fuit Capreolus, de quo Liberatus, Carthaginensis Ecclesiae Archidiaconus: *Capreolus Archi-Episcopus, propter impetum Vandalorum Africanas Regiones obsidentium, uniuersale non valens congregare Concilium, Bessulam Diaconum suum misit Ephesum ad Concilium Legatum. Erat non solius Capreoli, sed etiam totius Africanæ Synodi Legatus: Attamen non per expressum, sed per implicitum, ac præsumptum Mandatum. Nam & eo tempore, quo Tyrones tumultuabantur in Africa, atque ita impediabant Legatos electuram Numidiæ Synodum, taliter plenarium Carthaginis Concilium accesserant: Alipius, Augustinus, ac Possidius. Et uti tunc ipsos Aurelius, ita Bessulam Ephesi admisit Præses Cyrillus. Ei Capreolus addiderat insignes litteras, continentes suum, ac suæ Synodi suffragium. Et de ipsis ad Ephesinam Synodum dixit Petrus, Alexandrinæ Ecclesiae Presbyter, ac Synodaliū Notariorum Primicerius: *Reuerendissimus, ac piissimus Metropolitanus, & Episcopus Carthaginis Capreolus per Bessulam Diaconum ad sacram hanc Synodum epistolam scripsit. Si vestra Pietas iusserit, recitabo. Et post recitam dixit Synodi Præses Sanctus Cyrillus: Hæc Reuerendissimi, ac piissimi Carthaginis Episcopi Capreoli quæ lecta est epistola, cum dilucidam sententiam in se contineat, fidei Gestorum inseratur. Vult enim antiqua fidei Dogmata confirmari; nova verò, & absurdè excogitata, & impiè divulgata reprobari; ac proscribi. Et omnes Episcopi simul exclamarunt: Hæc omniū voces, hæc omnes asserimus, hoc omniū est votum. Quæ omnia altissime clamant Capreolum fuisse integerrimum Catholicæ communionis, & magnæ apud omnem Ecclesiam authoritatis Episcopum. Hinc ista omnia suo secundo Commonitorio inseruit Vincentius Lerinenfis. Et certè Capreolus ab Imperatore Theodolio, tanquam magnus Orthodoxæ fidei Doctor, ac Defensor, fuerat ad Synodum invitatus.**

De ejus Successore Quod-vult-Deus scribit in primo libro de Vandalica persecutione Victor Vitenfis Episcopus: *Geizericus Carthaginis Episcopus, Deo & hominibus manifestum, nomine Quod-vult-Deus, & maximam turbam Clericorum, nauibus fractis impostam, nudos atque expoliatos expelli præcepit. Quos Deus miseratione bonitatis suæ, prospera navigatione Neapolim Campaniæ perducere dignatus est civitatem. Victor Vitenfis omnino fuit Orthodoxus Episcopus. Creditur enim esse ille Byzaceniæ Provinciæ Primas, ad cujus Mandatum Ferrandus Diaconus scribit Sanctum Fulgentium fuisse consecratum in Episcopum Ruspensem. Et ejus testimonium in suis Sanctorum tabulis confirmat Romana Ecclesia: *Quod-vult-Deus Episcopus Carthaginensis, unâ cum Clero à Geizerico Rege Ariano in nauibus fractis, absque remigiis & velis impostus, præter spem Neapolim appulit, ibique in exilio positus, Confessor occubuit. Et istorum Clericorum unus creditur fuisse San-**

ctus Gelasius, qui Romanæ Ecclesiæ Clero inordinatus, per assidua virtutum incrementa profecit in summum Pontificem, & grande lumen totius Ecclesiæ. In eodem Sanctissimorum Confessorum consortio fuit Sanctus Gaudiosus Abitunensis Episcopus, de quo ad Nicolaum secundum Pontificem scripsit Sanctus Petrus Damiani: *Gaudiosus Abitunensis Episcopus, Vandalis Africam devastantibus, cum Sancto Quod-vult-Deus, & cæteris Præsulibus fugit, & in Parthenope civitate Monasterium condidit. Non fugit, sed fuit eiectus. Et ista sunt prima Augustiniani Ordinis extra Africam exordia. Quod-vult-Deus Episcopo Sanctus Deo-gratias, huic Sanctus Thomas, Thomæ Sanctus Eugenius, Eugenio Bonifacius, Bonifacio successit Reparatus, quos omnes constat fuisse insigniter Sanctos, & Romanæ Ecclesiæ cum plena obedientia communicasse.*

Quod-vult-Deus, ac Deo-gratias, dum Carthaginensis Ecclesiæ adhuc erant Diaconi, erant viri doctissimi, & familiarissimè uniti cum Sancto Augustino. Lucet ex epistolis & libris, quos ipsorum rogatu scripsit, & ipsorum nomini Sanctus Augustinus inscripsit. Eadem est ratio Capreoli. Duas ejus habemus adversus Nestorium epistolas: Alteram ad Ephesinum Concilium, alteram ad Vitalem, & Constantinum, Hispaniæ Monachos, scriptam post laudatam Synodum. Ambas sanctissimas, ac eruditissimas. Prior insuper Sanctum Augustinum, nupertimè tunc defunctum, eximie laudat, atque ita demonstrat Capreolum fuisse insignem illius veneratorum. Et omnes isti tres Episcopi optime noverant avitas Africanæ Ecclesiæ consuetudines. Hinc defuncti Aurelii lapsum, ac temeritatem improbarunt, Romanas Episcoporum appellationes permiserunt ambulare per antiquas vias, atque ita non redierunt, sed semper sine interpolatione permanferunt in consueta gratia ac benevolentia Sedis Apostolicæ. Ista ex causa Lupicinus Episcopus è Cæsaraensi Mauritania appellavit ad Sanctum Leonem: Et nemo intercessit. Et de Sanctis Monachis Martiniano ac Saturiano, qui Gentilem ac Barbaram Provinciam converterant ad Christum Dominum, scribit laudatus Victor Vitenfis: *Tunc deinde cogitatur quid fieret, ut ager jam cultus, & ingraminatus vomere predicationis, Evangelicum susciperet semen, & imbre sacri Baptismatis rigaretur. Etenim ambo isti Prædicatores erant Laici, ideoque non poterant solemniter baptizare. Mittunt Legatos per itinera disenta Desertum. Pervenit tandem ad civitatem Romanam. Rogatur Episcopus, ut Presbyterum ac Ministros credenti Populo destinaret. Explet cum gaudio quod petebatur Pontifex Dei. Construitur Ecclesia, baptizatur multitudo maxima Barbarorum, & de lupis grex fecundus multiplicatur agnorum. Tanta tunc erat Afrorum cum Romana Sedè communitio, ut suis Neophytis maluerint ab ipsa, quam à suis Episcopis postulare ministros. Tanta illic erat istius Sedis autoritas, ut etiam contra istud ipsius opus nemo præsumpserit intercedere.*

Eodem tempore in Africa floruit Fulgentius Ferrandus, Archidiaconus Carthaginensis Ecclesiæ.

cap. 59. 60.

lesiæ. Ipse est qui Sancto Fulgentio retulit quaestiones de Æthiopiis Baptismo, & ad cujus instructionem Sanctus Fulgentius scripsit istum eruditissimum libellum. Ipse item scripsit vitam Sancti Fulgentii. Creditur esse author Breviarii Canonum, in quo habet sequentia: *Ut adjudicatus Episcopus ad Apostolicam Sedem, si voluerit, appellet. Ut si appellaverit, alius in Cathedra ipsius non ordinetur. Et discretè adjungit hos esse Canones Sardicenses. Laudat & adducit plures Canones istius Synodi. Et istud Breviarium haud dubiè scriptum ad instructionem Africanæ Ecclesiæ. Forsitan ad abolendum & proscribendum priorem istius Ecclesiæ Codicem, in quo litigiosa ac devota Acta erant alpha & omega. Quidquid sit ex Breviario lucet & Romanas Episcoporum appellationes, ac item Sardicenses de ipsis Canones fuisse tunc in Africa notissimos ac firmissimos. Eorum unus est ille ipse, quem suorum Legatorum Commonitorio Zozimus Pontifex inseruerat. Nempè venerabilis Capreolus ac ejus Successores non solam Aurelii circa Romanas Episcoporum appellationes temeritatem circumdlexerant, sed insuper probaverant, ac in Africanæ Ecclesiæ usum admiserant Canones Sardicenses. Attamen Ferrandus de Romanis Clericorum appellationibus non loquitur: Nec pro ipsis, nec contra ipsas adducit ullum Canonem. Nempè Capreolus, omnem istam litem cupiens evulgam, supra adductos de ista re Carthaginenses Canones circumdlexerat, & vigere iusserat solam antiquam consuetudinem. Ita quidam opinantur. Verùm ipsis obstitit Cresconius Episcopus, qui Carthaginensem contra istas appellationes Canonem inseruit suo Codici. Quare verius est, quod venerandus Capreolus non solam avitam consuetudinem, sed retentos voluerit istos etiam Canones. Interim idem Cresconius suo Codici præter alios plures Sardicenses Canones inseruit etiam illos, qui firmant Romanas appellationes Episcoporum. Quod nempè laudatum Capreoli Decretum, aut Mandatum esset solemne per omnem Africam. Et istum contra Romanas inferioris Cleri appellationes Canonem affirmat esse non Milevitanum, sed Carthaginensem. Nempè quinti sæculi anno decimo octavo editum in superius laudata Synodo.*

Hæc omnia palam colliguntur etiam ex relatione ac Legatione, quam post eiectos ab Imperatore Justiniano Vandalos, atque ita avitæ libertati redditam Africanam Ecclesiam, ad Joannem secundum Pontificem misit Reparatus Archi-Episcopus Carthaginensis. Ad restaurandam Africanæ Ecclesiæ disciplinam coegit ducentorum ac septemdecim Episcoporum Synodum, & Romam ex ipsa legavit Cajum ac Petrum Episcopos, ac Liberatum Ecclesiæ suæ Archi-Diaconum. Retulit tria. Primò, An ad Ecclesiam redeuntes Arianorum Episcopi possent admitti in suo honore? Secundò, An apud ipsos in infantia baptizati possent evehi ad Clerum? Tertia relatio fuit hæc: *Petimus ut quicumquid forsitan Episcopus, aut Presbyter, sive Diaconus, aut cujuslibet inferioris Ordinis Clericus, sine nostra epistola venerit, & non*

*approbaverit se pro utilitate sanctarum Ecclesiarum fuisse directum, similis hæretico judicetur. Nequè vestra communionis dignus existat. Ut in omnibus & per omnia Beatitudinis vestræ disciplina laudetur. Est secundus præfati Commonitorii articulus. De primo & tertio, nempè de Romanis Episcoporum, aut Clericorum appellationibus Reparatus nec verbum fecit: Quod nempè isti articuli altissima in pace conquiescerent. At ecce dum Legatio procedit & ob longiorem istius anni hystem hæret in portu, exspectans navigandi opportunitatem, Joannes Pontifex obiit, ac ejus in locum consecratur Agapetus. Hinc novas litteras Reparatus adjecit, quibus novo Pontifici ex more gratulatus est, & supplicavit confirmari omnia suæ Sedis, & Gentis privilegia, lapsa aut læsa à barbaris temporibus, & calamitatibus. Et Agapetus ad tertium relationis articulum respondit: *Illud quod Catholicos, qui præsumunt aut militant Ecclesiæ, sine Sacerdotum suorum litteris suscipi à nobis minime debere mandatis, & Canonibus est congruum, & disciplinæ prodesse judicamus. Notanda sunt verba: Est congruum Canonibus. Edicunt nihil, quod non sit congruum, à Romana Ecclesia permittendum. Possit Pontifex Romanas inferioris Cleri appellationes respicere. Etiam respondit ad Reparati preces: *Universa, quæ inimicorum peruersitas invaserat, Charitati Tuæ Metropolitanæ Jura reparantes hortamur, ut ea quæ tuo, vel aliorum nomine rescripsimus, uniuersis debeas innotescere. Innovat, & confirmat non quæcumque, sed illa sola Carthaginensis Ecclesiæ Privilegia, quæ Barbarorum peruersitas mutilarat: inter quæ non est inferioris Cleri prohibitio à Romanis appellationibus. Etiam Bonifacius Primas in suis Synodis innovavit solos Aurelii Canones contra appellationes Clericales; Episcopales permittit liberè ambulare.***

## CAPUT XXXIV.

*Demonstratur quod Magni Gregorii tempore non soli Afrorum Episcopi, sed etiam inferior Clerus Romam liberè appellaverit.*

Quod Afrorum Episcopi tunc Romam liberè appellaverint, demonstrant plura exempla. Primum Sanctus Gregorius exponit in litteris ad Columbum Numidiæ Episcopum: *Judicamus Sanctitati vestræ, venisse ad nos quemdam hominem, Petrum nomine, qui se asserit fuisse Episcopum, atque causæ suæ à nobis remedium postulasse. Et prius quidem retulit quæ digna esse miseratione potuissent: Sed requirentes, postea*

Lib. 5. Epist. 36.

scia multo aliter, quam indicavit, invenimus, & vehementer nos ejus actio contristavit. Sed quia causa ipsius interna subtiliter nequaquam addiscere tam longo itineris intervallo disjuncti potuimus, eam, incerti quippe, definire nequivimus. Nunc vero quoniam remeans Rogatianus Diaconus secum eum relaxari poposcit, & ipse ad vos se petit debere transmitti, scientes Sanctitatem vestram zelum, sicut daret, fidei, & amorem habere Justitiae, nobis gratum fuit, & ea quae petiverunt concessimus. Quia ergo praesentes causam subtilius potestis scire, hortamur ut eidem Petro ita servare quicquid justum, Canoniceque fuerit debeatis, quatenus & rectitudinis vigor à vobis in omnibus impletur, & causa ipsius secundum Dei timorem, & Ecclesiae videatur regulas judicata. Si quis vero conscius, vel participi praefato Petro in his, quibus accusatur, dicitur existisse, subtiliter requirendum est, & veritate cognita similiter Canonice judicandum. Res est lucida, nec indiget commentario.

Lib. 5. Ep. 62. 63.  
L. 6. Ep. 2.

Secundum exemplum est Paulus Episcopus, quem Gregorius evocavit, & per Gennadium Africae Patritium iussit transmitti. De ipso scriptum ad praefatum Episcopum Columbum: *Epistolam Fraternalitatis vestrae suscepimus, in qua nobis de persona Pauli Episcopi, quae apud vos acta sunt, indicastis. Quod tam sanctum factum est, ut persona ipsa hic jam valuisse minime reperiri. Nam & vir excellentissimus filius noster Gennadius Patritius suum ad nos pro eadem causa Cancellarium destinavit. Sed dum fecissemus inquiri, utrum cum eo nobis coram positis vellet inire consilium, respondit ad haec se minime fuisse transmissum, sed solummodo tres quosdam hic de ejus Ecclesia deduxisse, qui contra eum plurima dicere debuissent. Dum ergo neque illum ad inferendas actiones paratum invenimus, neque personarum illarum nos qualitas movit, quod in accusatione Episcopi valuisse idonei reperiri, Paulo Episcopo ad urbem se Regiam relaxari debuisset precibus speranti, non potuimus contradictionis moras afferre, sed mox eum secundum petitionem suam cum aliis duobus secum deductis Episcopis ambulare permisimus. Si quae ergo fuerit, quae contra eum dici rationabiliter poterant, mox eo huc veniente vestra debuit, quod nunc fecit, Fraternalitatis cuncta fideliter indicare.*

Causa fundum Gregorius aperit in litteris ad Imperatorem Mauricium: *Qualiter Pietatis vestrae Serenitas, contra Donatistarum flagitiosissimam pravitatem consideratione Justitiae, & sincerissimae Religionis zelo commota sit, directarum lucidissime tenor insinuat Iussionum. Sed venientes viri Reverendissimi ex Africana Provincia Episcopi asserunt ita esse incauta dissimulatione postpositas, ut nec Dei illud iudicium haberetur in metu, nec principales haereticus Iussiones sortirentur effectum. Hoc etiam subjungentes, quod in praefata Provincia, Donatistarum praemissis praevaleantibus, fides Catholica publice venundetur. At contra gloriosus vir Gennadius de uno eorum familia questus est, qui talia querebatur. Cui etiam duo alii certi in eadem re testimonium ferebant. Sed quia causa ipsa secularis Iudicis intererat, eosdem Episcopos ad Pietatis vestrae existimavi esse vestigia dirigendos, ut per semet-*

iplos Serenissimis auribus suggerant, quae fatentur pro fide Catholica pertulisse.

Paulus Episcopus, & duo cum ipso alii Collegae Gennadium Patritium, ac ejus praesertim Cancellarium accusarunt, quod Donatistarum auro corrupti poenales Mauricii leges suspendere, omnem istis permitterent libertatem, atque ita venderent Catholicam fidem. Et e contrario Gennadius ejusdem criminis accusavit Paulum Episcopum, & in testes adduxit duos nescio quos ex ejus Ecclesia. Actio inchoata fuit in Numidia Synodo: At Gennadium ista metuens non administravit justitiam. Immo videtur afflixisse Paulum, aut certe ejus afflictionem permisisse. Hinc ille provocavit ad Romanam Ecclesiam. Sed ecce Gennadius obstitit, & ipsum non permisit Africa excedere. Hinc Gregorius severe iussit Romanum permitti accessum, & impetravit. Quare Gennadius contra Paulum transmisit suum Cancellarium, & cum ipso tres testes ex Pauli Parochia. Columbus Episcopus transmisit etiam Synodalia Afrorum Acta, sed serò. Nihilominus Gregorius perrexit in causa. At ecce Cancellarius noluit Accusationem agere, & adducti in testes non habebant qualitates idoneas ad accusandum Episcopum. Nempè Cancellarius premebatur à conscientia, ideoque metuebat tribunal Gregorii. Hinc Paulus, & cum ipso praefati duo Episcopi postularunt Principem accedere, isthuc acturi non solummodo contra Cancellarium, sed etiam contra Patritium. Et propter adductas rationes Gregorius permisit. Gregoriana ad Columbum epistola debebat praecedere epistolam ad Mauricium. Etiam alia evincunt in aliis similiter epistolis non servari ordinem temporis, ideoque opus esse revisione & correctione.

Eadem de re Gregorius scripsit in alia ad praefatum Columbum epistola: *Frater & Co-Episcopus noster Paulus, praesentium portitor, quantis illic fluctibus, quantisque adversitatibus quatitur, Sanctitatem vestram memorat non latere. Qui quoniam querelas, quas de eo ad vos pervenisse signastis, non veras esse, sed instigatione adversantium contra se asserit excitari, & omnia se fidei, patrocinante veritate, vobis cognoscentibus, Authore posse Domino superare, hortamur, dilectissime Frater, ut ei, in quibus fuerit Justitiae ratio manifesta, manum decenter praebere solati, atque Sacerdotali eum debeas compassione adjuvare. Nulla ergo vos res ab aequitatis studio, nulla suspendat potentia personarum, sed Praeceptis Dominici immitens, omnia, quae sunt verituti adversa, contemne. In defendendis partibus Justitiae constanter insiste. Odia pro veritate, si qua sunt, sustinere non renuas: Ut tantò majorem in adventu Redemptoris nostri fructum mercedis invenias, quantum ejus Mandata non negligens, in favorem Justitiae, & defensionem impenderit.*

Hac epistola deberet omnium circa hanc materiam esse prima. Est enim scripta statim post factam à Gennadio accusationem, ante Africanam Synodum. Et docet plura. Primum, quod Paulus fuerit quassatus multis adversitatum fluctibus. Utique ob accusationem Gennadii Patritii, activam & passivam. Secundò, quod Adversa-

Lib. 7.  
Ep. 16.

rii Paulum accusaverint apud Columbum, quem tunc quidam credunt fuisse Primatem Numidia. Verum ignosco falli, infra docebimur. Videtur igitur à Gregorio habuisse aliquid vicis Apostolicae. Hinc epistola docet tertio, quod Paulus, Columbus cognoscens, & veritate patrocinante, speraverit superare omnes calumnias. Hinc Pontifex Columbum hortatur ad constantem in iudicio Justitiam: Ad nullius personam metuendam potentiam. Quod nempe Pauli Accusator esset ipse Praefectus Praetorio Africae. Hinc Papa scriptis etiam ad Adeo-Datum & Maurentium, Episcopos Numidia: *Paulum Fratrem, & Co-Episcopum nostrum Fraternalitati vestra commendantes hortamur, ut idoneè charitatem vestram debeat experiri, quam praedicat. Nempè Paulus etiam istis Episcopis rogatur per Pontificem commendari pro Justitia constantiam. Verum hæc virtus non fuit reperta apud omnem Synodum, ideoque Paulus ante iudicii finem fuit compulsus Romam provocare.*

Epist. 14.

Epist. 15.

Tertium exemplum est in litteris ad Victorem & Columbum, Numidia Episcopos: *Praesentium Portitoris Cresconii Fratris & Co-Episcopi nostri querela ad nos insinuante pervenit, quod nulla exigente culpa, vel Concilii deficiente sententia, Ecclesiae ejus Parochia antiquitus deputata à Valentino Fratre & Co-Episcopo nostro ante quindecim fere annos sint irrationabiliter occupatae, atque dum insuper res Decessoris ipsius ad suum, quod dici grave est, arbitrium abstrulisse. Quod si ita veritas se habet, quam perversum, quamque execrandum sit, praesertim Religioso Praeposito, dicere non valeamus. Hac igitur in re quia nec lenitas, nec aliqua debet esse dilatio, Fraternalitatem vestram praesenti epistola commonemus, ut sollicitius requiratis. Et si querela ejus manifesta esse constiterit, ablatarum rerum, & occupatarum Parochiarum restitutione Dilectio vestra sine mora succurri provideat, & ita omnia, vobis solatiis, cessante excusatione, Justitia faventur recipiat, ut nec hunc labor observantibus officiat, nec de ejus damno aliquid lucri invasor acquirat. Valentino quaedam Cresconii Parochias affirmabat ad suam spectare Diocesim, ideoque vacante Sede ipas invasit. Etiam res defuncti Episcopi. Quas nempè adquiserat, vel habuerat in istis Parochiis. Etenim defuncti Episcopi supellex per antiquos Canones spectat ad Successorem. Valentino ista violenter ex arbitrio, sine auctoritate Synodi fecerat, ideoque manifestè impegerat in centesimum vigesimum Canonem Africani Codicis. Hinc Cresconius confugit ad Gregorium, & obtinuit Justitiam. Confugit in prima instantia. Proinde potiori jure poterat appellare. Notanda sunt verba: *Nulla exigente culpa.* Demonstrant Afris fuisse morem, ut Episcopi ob culpam suis Parochiis truncarentur. Nam & ita truncatus fuit Antonius Fusfalensis.*

Lib. 7. In-  
dict. 2.  
Epist. 65.

Quartum exemplum est Clementius Byzacena Provinciae Primas, de quo Gregorius in litteris ad Joannem Syracusae Episcopum: *In quodam crimine Byzacenus Primas fuerat accusatus, & piissimus Imperator eum juxta Statuta Canonica per nos voluit judicari. Sed acceptis decem auri libris tunc*

*Theodorus Magister militum obstitit, ut minime ferret. Tamen piissimus Imperator admonuit ut transmitteretur, & quicquid esset Canonice faceremus. Sed videntes contrarietates hominum, eandem causam inire nolimus. Nunc autem idem Primas aliqua de Concilio suo loquitur, & valde dubium est, utrum pure; an certe quia à Co-Episcopis suis impetitur, modò talia loquatur. Nam quod se dicit Sedi Apostolicae subiecti, si qua culpa in Episcopis invenitur, nescio quis ei Episcopus subiectus non sit. Cum verò culpa non exigit, omnes secundum humilitatis rationem aequales sunt. Eadem de re Gregorius scripsit ad omnes Episcopos Byzacena Provinciae: *Ante multum temporis quaedam ad nos de Fratre nostro Clementio, Primato vestro, perlata sunt, quae cor nostrum non modico more transigerent. Sed praesentibus diversis tribulationibus, & maxime circumstantibus hostibus, ea nobis non fuit spatium requirendi. Et quoniam ita sunt gravata, ut transire indiffusa nullo modo debeant, Fraternalitatem vestram his hortamur assatibus, ut cum omni sollicitudine ac vivacitate veritatis indagare substantiam debeatis, ut aut, si ita sint, ut audita sunt, ultione Canonice refecerentur; aut si falsa, Fratris nostri innocentia diu sub nefandae opinionis dilaceratione non jaceat.**

Lib. 10.  
Epist. 36.

Clementius apud suae Synodi Episcopos laboravit mala fama, ideoque ab ipsis deferri timuit ad Primatem Carthagenensem. Hinc juxta Africanos Canones ab Imperatore Mauricio supplicavit alios Ecclesiasticos Judices. Et Princeps ipsum juxta Canones universales transmisit ad Gregorium. Africani enim Primates erant veri Metropolitanæ, ideoque juxta Imperatoris Gratiani legem, & consummatum ab ipsa Apostolicum Canonem, illorum prima instantia spectabat ad Papam. Sed nec istud Tribunal Clementio placuit. Quare ad ipsum evadendum seduxit, & auro corrupti Theodorum, Magistrum Africanæ militiæ. Verum Mauricius persistit, & iussit Clementium transmitti ad urbem. Hinc ille quaesivit aliud effugium. Protestatus est se subiectum Sedi Apostolicae, at praetexit alias contrarietates. Opinor praetextuisse primam de Africanis Primatibus instantiam spectare ad Carthagenensem Archiepiscopum, ideoque non debere usurpari à Papa. Longobardi tunc grassabantur, & saeviebant circumcirca urbem, & ipsam affligebant multis tribulationibus, atque ita Gregorium distraxerunt ad alia: Hinc ille noluit inire causam. Verum Clementius non se correxit: Et sinistra ejus fama non decrevit. Hinc Gregorius resumpsit causam, curavit se instrui à Byzacenis Episcopis, & haud dubiè definivit.

Circa hoc exemplum scribit Petrus de Marca: *Id unum ad conservandam auctoritatem suam contendit Gregorius, ut Clementius Primas Provinciae Byzacena Romam veniret, responsurus de quodam crimine et obiecto. Quoniam verò ejus Imperium detestabatur Clementius, Gregorius Rescriptum imperavit à Principe. Sed quoniam Theodorus Magister militum, id est, Gubernator Africae, acceptis decem auri libris, executioni hujus Rescripti superfederat jussu, aliud deus imperavit Gregorius. Postea Primas*

Primas ille Pontifex significat velle se subiecti Sedis Apostolicae, adeoque illum permulsi, ut tandem obtineret causam suam iudicari à Concilio Provinciali, iuxta Præceptum Pontificis. Horum plura non sunt firma. Primum est, quod Papalis evocationis Præceptum Clementius detrectavit, ideoque Pontifex impetravit Rescriptum. Etenim in Papatibus litteris nullus est apex, qui insinuet Clementium fuisse Romæ accusatum aut delatum. Et nullatenus apparet, quod primam instantiam, de qua palam agitur, Gregorius suo motu inchoasset. Quare mea assertio est longè verisimilior.

Secundum est, quod Gregorius contra fordidam Theodori Magistri violentiam impetravit secundum Rescriptum. Etenim ad se transmissi & presentis Clementii contumacitibus, seu intercessionibus permotus noluit inire causam, nequaquam ita acturus, si ipsam per duo Rescripta ambiisset. Tertium est, quod Clementii blandimentis permulsi Pontifex non luerit causam inire. Ex ipsius Pontificis verbis jam audivimus longè aliud. Etenim & ista subiectionis professio non in primo est facta congressu, sed in secundo. Quartum est, quod permulsi Gregorius causam Synodo delegaverit. Etenim contrarium disertè aiunt ejus verba ad Episcopos Byzacii: Eis delegat solam veritatis inquisitionem, & causæ instructionem, nullatenus definitionem. Quidquid sit, Clementius Romæ comparuerat, secundum Statuta Canonica. Et Gregorius poterat denuò evocare. Si non fecerit, fuit dispensatoria commiseratio.

Quod Romanæ etiam Clericorum appellationes tunc apud Afros liberè ambularint, similiter docent plura exempla. Primum est in litteris ad Hilariū Monachum: Felicitissimus atque Vincentius, Diaconus Ecclesie Lambegensis, suggererunt ab Argentio ejusdem civitatis Episcopo gravem se injuriam pertulisse, & accepto premio Donatistas in Ecclesiis fuisse præpositos, eumque inter alia non leve aliud facinus, quod dici nefas est, commississe commemorant. Propterea Experientia tuæ presentis pagine Præcepto duximus injungendum, quatenus præfatum Episcopum idoneæ satisfactioni committere non omittas, tuaque instantia in illis locis fiat ex more Concilium, & omnia secundum oblatæ petitionis textum Canonice coram positæ partibus subtili indagatione perquirantur. Et quæcumquæ eorum iudicio fuerint terminata, te exequente modis omnibus compleantur.

Petrus de Marca vult ab Episcopi iudicio semper fuisse Clericis appellandum, non ad Pontificem, sed ad Synodum Provinciae: At ecce hic aliud exemplum. Argentius Episcopus Donatistarum Clericos admiserat in suo honore, & pretio corruptus dederat locum ante seniores, & semper Orthodoxos Clericos: Contra Apostolicum Canonem. Hinc illi deculerunt ad Gregorium. Quare videtur fuisse prima instantia. Etenim Argentius videtur sine sententia patraffe istam injuriam. Etiam accusatio de nefario quo nefando crimine fuit prima actio. Et tamen Gregorius admisit, ac delegavit Synodo. Non qua-

licumquæ, sed indicandæ, celebrandæ, ac exequendæ per Legatum Hilariū. Et nemo intercessit.


Secundum exemplum est in litteris ad Columbum Episcopum: Porrecta petitione insinuaverunt nobis presentium latores, Constantius & Mustellus, Ecclesie Pudentianæ Diacones, in Numidia Provincia constitutæ, Maximianum ejusdem Ecclesie Antistitem in loco, quo degit, corruptum premio Donatistarum Episcopum nova licentia fieri permulsi, cum est hoc anterior usus permulsi, manere atque persistere fides Catholica prohiberet. Ob hoc ergo Fratritatem tuam scriptis presentibus necessariò duximus adhortandam, ut veniente ad te Hilario Carthulario nostro, adjuncto Episcoporum universali Concilio, habito præ oculis terrore venturi iudicis, causa eadem subtili ac solerti debeat indagatione perquiri. Et si capitulum hoc à presentium Latoribus prædicto Episcopo fuerit documentis idoneis approbatum, à dignitate officioque, quo fungitur, omnimodis degradetur. Plures Afrorum Ecclesie etiam tunc habebant duos Episcopos: Orthodoxum & Donatistam. Et hocce apud Pudentianam Ecclesiam defuncto Maximiano pecunia corruptus permulserat ordinari Successorem. Hujus criminis primam sibi delatam cognitionem Gregorius delegavit simili Concilio. Et rursus nemo intercessit.

Tertium exemplum est in litteris ad eundem Columbum: Qualiter Fratrem nostrum Paulinum, Regens civitatis Episcopum, Clerus suus, vel hi qui in sacro sunt Ordine constituti, in se perhibeant corporaliter excessisse, audire non indiges. Quippe quia priusquam hæc ad nos querela pertingeret, tibi jam factum est sicut eis asserentibus didicimus, manifestum. Et quoniam Præpositos in subiectionum penam esse non debet seviendi, Victori Fratri & Co-Episcopo nostro, qui Primatis inter vos locum tenet, curavimus scribendum, ut unà cum tua Fratritate, vel cum aliis Fratribus & Co-Episcopis nostris, quos adhibere prospexeritis, inter memoratum Fratrem nostrum & Clerum ipsius causa subtili debeat investigatione cognosci. Et idè dilectio tua imminet, atque sollicitudinem gerat, ut ea quæ ad nos perlata sunt inaudita non transeant, ne discordia in Ecclesia; unà magnoperè pellenda, nutrietur, & si quidem contra eum Clericorum suorum querela est vera, culpam suam, quam emendare despexit, in Ecclesiæ vigoris definitione cognoscat, ut & de presenti sentiat, quam sit grave quod fecit, & discat de futuro nihil se plus agere posse, quam licet. Eadem Gregorius scribit ad Victorem Primatem, atque adjungit: Nec loci tui, sicut dicitur, à Paulino postponi ordinem patiaris, ne illi despectus tuus ad periculum & tibi fiat ad culpam. Nam ad personam in priori loco postam respicit, quidquid à minori committitur, nisi sollicitè corrigatur. Ex his litteris discimus non Columbum, sed Victorem tunc fuisse Primatem Numidiæ. Quare mendosa est posterioris epistolæ epigraphe, Victorem appellans Episcopum Panormitanum. Et hæc quidem tria sunt exempla primæ Clericalis instantiæ. Evincent etiam Clericales appellationes licuisse.

Et non caremus talis appellationis exemplo. Exstat

Exstat in alia ad eundem Columbum epistola: Quam gravis & auditu ipso intolerabilis Dona-Dei Latoris presentium, qui se offerit fuisse Diaconum, sit querela, ab eo data petitio, quæ tenet in subditis, Fratritati vestrae faciet manifestum. Sed quia pervenit ad nos, quod pro corporali peccato fuisse depositus, dilectio vestra subtili hoc inquisitione perquirat. Et sita est, in penitentia retrudatur, ut commissi flagitii vinculum lachrymis possit absolvere. Si verd insons ab hujusmodi perpetratoe claverit, unà cum Primato Concilii, vel aliis Fratribus Co-Episcopisque nostris omnia, quæ petitio ejus continet, diligenti à vobis examinatione querenda sunt. Et si querela ejus veritate fulcitur, & in Episcopo ejus Victore, qui contra Deum & Sacerdotale Propositum committere tantum nefas non metuit, Canonici vigoris à districtio teneatur, ut ex definitione vestra, quam sit iniquum quod fecit, intelligat, & hic suo Ordini referretur: Quia satis perversum, & contra Ecclesiasticam probatur esse consuram, ut frustra pro quorumdam voluntatibus quis privetur, quem sua culpa vel

facinus ab officio, quo fungitur, gradu non dejicit. Dona-Dei ab Episcopali in se iudicio non ad Provinciae Synodum, sed immediate provocavit ad Papam. Et nemo intercessit. Et videtur non dubitandum, quin isto tempore fuerint insuper alia Clericalium appellationum exempla. Porro tantæ mutationis originem, tempus, causam ignoro. Forsitan cœperit sub Bonifacio secundo, ad quem ex Africa venit relatio, ut deinceps Carthagenensis Episcopus omnia ageret cum beneplacito Sedis Apostolicæ. Quidquid sit, Africanam Ecclesiam, dum per Divinam clementiam reparari contigerit, isto jure oportebit vivere. Ita olim gloriosa, nunc miseranda Ecclesia summos & plurimos protulit Doctores, Martyres, plurima omnis sanctimonie exempla ac ornamenta: Omnes pro ejus reparatione altis animæ gemitibus clamemus ad Dominum. Ex his interim abundè liquet, quam infeliciter quorundam hodie imperitia aut malitia abutatur antiquis istius Ecclesie moribus.





DISSERTATIO TERTIA  
DE  
ROMANA HÆRESIARCHÆ  
EUTYCHETIS  
APPELLATIONE.

CAPUT PRIMUM.

An Eutyches appellaverit ad Sanctum Leonem Pontificem?



Et series est compendio exponenda. Sanctus Flavianus Constantinopolitanus Episcopus, seſtatus veſtigia Sancti Joannis Chryſoſtomi, retinuit & exercuit Patriarchalem poteſtatem in Aſiaticam, immò in tres olim Autocephalas Diceceſes. Hinc ad judicandam cauſam inter Florentium Sardenſem Episcopum, Lydiæ Metropolitam, & ejus Com-Provinciales Suffraganeos indixit Synodum ex advenis Episcopis. Erant numero triginta duo, & plures Archi-Mandritæ. Quidam Episcopi magnarum virtutum. Aderant enim Sanctus Seleucus, Amasenus Episcopus, Heleno-Ponti Metropolitica, Baſilius Seleuciensis Episcopus, Metropolitica Iſauriæ, & alii non diſpares. Eodem tempore in Regia civitate erat venerabilis Eusebius, Dorylæi in ſalutari Phrygia Episcopus, zelosiſſimus vindex Catholicæ fidei. Etenim ipſe primus, dum omnes ob metum conticeſcerent, revelata facie accuſavit Patriarcham Neſtorium. Et ex iſta forſitan occaſione inſeruit cum Eutycheſe amicitiam. Et quidem Eutyches erat vir ætate, & Religioſa vita famoſus, ac apud omnes in magna reverentia. Erat enim opulenti, ac numeroſi Cœnobii Archi-Mandrita, & Chryſaphium Eunuchum, qui in Aula poterat & agebat omnia, ex ſacro Fonte ſuſceperat. Interim horum nihil timens Eusebius ipſum accuſavit apud præſatam Synodum, exhibuit accuſatorios libellos, inſcripſit ſe ad talionem, demonſtravit ab ipſo reſumi Apollinarij, aut Valentini, vel neſcio quam ſimilem Hæreſim, atque ita impetravit hanc Synodalem ſententiam: *Lachrymantibus, & gementibus perfectam Eutycheſis perditionem, decrevimus per Dominum noſtrum JESUM-CHRISTUM, ab eo blaſphematum, extraneum eum eſſe*

ab omni officio Sacrodotali, & à noſtra communione, & à Primatu Monasterii. Et ab iſta ſententia Eutycheſes appellavit.

Attamen appellandi modus non fuit per omnia legitimus. Hinc circa ipſam in ſubſequenti Synodali Actorum reſiſione eſt inter Patres orta non modica contentio. Etenim Conſtantineus, Eutycheſis Monachus, Diaconus, ac Legatus, conſtanter dixit ad plenam Synodum: *Eutycheſes, dum legereſtur damnatio, appellavit ſanctum Concilium ſanctiſſimi Episcopi Romani, & Alexandrini, & Hieroſolymitanum, & Theſſalonicenſis. Et dum omnes ad hæc ſtuperent, Magnificentiſſimus Patritius Florentius, qui ex Imperatoris Theodoſij juſſu interſuerat Synodo, reſpondit: Turba facta, & diſſoluto Conventu, Eutycheſes dixit ad me ſtenter, appellans Romanum, & Egyptium, & Hieroſolymitanum Concilium. Et ego arbitratus indecens eſſe, latere hoc ſanctiſſimum & Reverendiſſimum Archi-Episcopum Flavianum, abſcedens dixi ei. Et Sanctus Flavianus eſt ipſum conſeſſus: Non auctivi ego ab illo, Eutycheſe, ſed à viro Magnificentiſſimo & glorioliſſimo Ex-Conſule & Patritio, adſcendente me in ſuperiora domus, poſt ſolutam Synodum. Hinc Magnificentiſſimus Florentius adjunxit: Si cognoverint appellantem virum Religioſum Monachum ceteri ſanctiſſimi Episcopi, dicant. Et Julianus Coenſis Episcopus ſtatim reſpondit: Coram Deo dico, nihil tale ab Eutycheſe Monacho auctivi in conſeſſu. Et Sanctus Seleucus, Amasenus Episcopus, Heleno-Ponti Metropolitica: Dum eſſet Concilium, & inqueſtito proveniret, nihil tale cognovimus dictum ab Archi-Mandrita Eutycheſe de appellatione. Et reliqui omnes Episcopi conſtituarunt: Et nos eadem conſitemur. Baſilius Seleuciensis Episcopus, Iſauriæ Metropolitica, addidit: Jam in veritate dico, adhuc ipſo in Conventu ſedente, & proponente hoc ſancta Synodo, ut diceret iſte duas naturas inſeparabiles, & inconfuſas*

Epist. 20.

in uno Domino, & poſt adunationem, ſcio quia dixit Religioſus Archi-Mandrita Eutycheſes; Si præceperint mihi Patres, Romanus, & Alexandrinus, dico ipſum. Hoc autem non quaſi appellans dixit, ſed dicens: Non ſum auſus dicere propter Patres.

Hac contentione non obſtante, Eutycheſes eſt ſuam appellationem generoſe proſecutus. Non Theſſalonicæ apud Anaſtaſium, nec Hieroſolymis apud Juvenalem, nec Alexandriæ apud Dioſcorum Patriarcham, ſed Romæ apud Sanctum Pontificem Leonem. Lucet ex Papalibus litteris ad Sanctum Flavianum: *Cum Chriſtianiſſimus, & Clementiſſimus Imperator, ſancta & laudabili fide pro Eccleſiæ Catholicæ pace ſollicitus, ad nos ſcripta tranſmiſerit de his, quæ apud vos perturbationis ſtrepitum commoverunt, miramur Fraternitatem tuam, quid illud ſcandali fuit, nobis flere potuiſſe, & non potiùs procuraviſſe, ut primitiùs nos inſinuatione relationis inſtrueret, ne de rerum geſtarum fide poſſemus ambigere. Accepimus enim libellum Eutycheſis Presbyteri, qui ſe queritur, accuſante Eusebio, immeritò communionem privatum: Maximè cum ſe vocatum adſuiſſe teſtetur, nec ſuam præſentiam denegaſſe, adeò ut in ipſo judicio libellum appellationis ſuæ ſe aſſerat obtuliſſe, nec tamen fuiſſe ſuſceptum. Qua ratione compulſus ſit, ut conſeſſatorios libellos in Conſtantinopolitana urbe proponeret. Quibus rebus intercedentibus, necdum agnoſcimus, qua Juſtitia fuerit à communionem ſeparatus. Sed reſpicientes ad cauſam, Facti tui noſſe volumus rationem, & uſquè ad noſtram notiſſimam cuncta deſerri. Quoniàm nos, qui Sacerdotum Domini maturo volumus eſſe Judicia, nihil poſſumus incognitis rebus, in cuiuſquam Partis præjudiciùm deſeruire, priuſquam univerſa, quæ geſta ſunt, veraciter audiamus. Et ideò Fraternitas tua per idoneam maximè, aptamque perſonam pleniſſimam nobis relatione ſignificet, quid contra antiquam fidem novitatis emerſerit, quod ſeſteriori ſententia dignum fuerit vindicari. Nam & Eccleſiaſtica moderato, & Religioſi Principis fides multam nobis ſollicitudinem Chriſtiana pacis indicunt: Ut amputatis diſſenſionibus fides Catholica inſervata ſervetur, & his, qui prava defendunt, ab errore revocatis, noſtra auctoritate, quorum fides probata fuerit, muniantur. Nec aliqua potuit ex hac parte diſſcultas adſerri, cum memoratus Presbyter libello proprio ſi proſeſſus ſe paratum eſſe ad corrigendum, ſi quid in ſe inventum fuerit, quod reprehenſione ſit dignum. Decet enim in talibus cauſis hoc maximè provideri, ut ſine ſtrepitu concertationum & charitatis cuſtodiat, & veritas defendatur. Et ideò quia Dilectio tua de tanta cauſa nos videt neceſſario eſſe ſollicitos, quàm pleniſſimè & lucidè nobis univerſa, quod ante facere debuit, indicare ſeſtinet, ne inter aſſertiones Partium aliqua ambiguitate fallamur, & diſſenſio, quæ in ſuis initiis abolenda eſt, nutriatur: Cum in corde noſtro ea obſervantia, Deo inſpirante, permaneat, ne Conſtitutiones venerabilium Patrum Divinitùs roborata, & ad ſoliditatem fidei pertinentes, prava cuiuſquam interpretatione violentur.*

Epist. 21.

Eadem de re Pontifex reſcripſit ad Imperatorem Theodoſium: *Quantum præſidii Dominus Eccleſiæ ſuæ in fide Clementiæ veſtræ præparavit, his etiam litteris, quas ad me miſiſti, oſtenditur, ut Chriſt. Lupi Opera T. VIII.*

robus non ſolum Regium, ſed etiam Sacerdotalem animum ineſſe gaudeamus. Si quidem præter Imperiales & publicas curas, piſſimam ſollicitudinem Chriſtiana Religionis habetis, ne ſcilicet in Populo Dei aut ſchiſmata, aut hæreſes, aut ulla ſcandala convaleſcant. Quid autem in Conſtantinopolitana Eccleſia perturbationis acciderit, quod ita Fratrem & Co-Episcopum noſtrum Flavianum potuerit commovere, ut Eutycheſem Presbyterum communionem privaret, nondum potuimus evidenter cognoscere. Quamvis enim prædictus Presbyter ad Sedem Apoſtolicam per libellum doloris ſui querimoniam miſerit, brevitè tamen aliqua prælibavit, aſſerens ſe Nicæne Synodi Conſtituta ſervantem, fruſtrà in fide diverſitate culpatum. Eusebii autem Episcopi, accuſatoris ejus, libellus, cujus exemplaria ad nos prædictus Presbyter miſit, de obſeſtionum evidentia nihil habebat. Et cum Presbytero Hæreſos crimen intenderet, quem tamen in eo ſenſum argueret, non evidenter expreſſit: Quamvis & ipſe Episcopus Nicæne fidei proſeſſeatur ſe inherere Decretis. Propter quod non habuimus, unde aliquid diceremus. Et quia cauſe meritum, fidei ratio, & laudabilis ſollicitudo veſtræ Pietatis exigit, neceſſe eſt jam locum ſubreptionibus non patere, ſed priuſ de quibus cum eſt imat arguendum, inſtrui nos oportet, ut poſſit de benè cognitis judicari. Ad prædictum autem Episcopum litteras dedi, quibus mihi diſplicere cognosceret, quod ea, quæ in tanta cauſa geſta fuerant, etiam nunc ſilentio detineret, cum ſtudere debuere primitiùs nobis cuncta reſerare. Quem credimus vel poſt admonitionem omnia ad noſtram notiſſimam relaturum, ut in lucem ductis his, quæ adhuc videntur occulta, id quod Evangelicæ & Apoſtolicæ doctrine convenit, judicetur.

Ex his diſcimus varia. Primò, quod Eutycheſes Magno Leoni in ſuis litteris impoſuerit duo ſplendida mendacia. Nempe ſcribens, quod vocatus adſuiſſet Sancti Flaviani Judicio, & ſuam non denegaſſet præſentiam: Et quod in ipſo Judicio obtuliſſet libellum appellationis. Secundò diſcimus, quod è Judicibus Episcopis quidam videantur appellationem, quam ille Florentii Patricii auribus ſtatim poſt Judicium ſecreto inſuſurravit, licet improbarent, tamen fuiſſe reveriti, & cenſuiſſe ipſi deſerendum. Etenim dum ipſam urgeret Conſtantineus Monachus, & Sanctus Seleucus, & Baſilius Seleuciensis, & ipſe Magnificentiſſimus Florentius Eutycheſem cœperunt appellare Religioſum Archi-Mandritam, Religioſum virum, Archi-Mandritam. Tractarunt ut Abbatem, non ut degradatum. Tertio diſcimus, quod iſtud ipſum prætenderit Eutycheſes. Etenim permansiſt in Præfectura ſui Monasterii. Nempe clamans ſe appellari, ideòque per Sardiſſenſes Canones in ſuſpenſo manere omnia. Quarto diſcimus, quod Sanctus Flavianus iſta omnia contempſerit, volueritque ad executionem procedere. De ſui Judicii juſtitia fuit adeò ſecurus, ut nec Romam ſtatim retulerit. Quinto diſcimus, quod à Sancti Flaviani conſtantia executionem timens Eutycheſes propoſuerit libellos conſeſſatorios. Per propoſitos publicè libellos ſolemniſter ad omnem Regiam civitatem proteſtatus eſt ſe & appellari, & adhuc appellari Romam, B b 2 appel-

appellationi suæ debere suspensivum effectum, ideoque se adhuc esse Presbyterum atque Archi-Mandritam, & Flavianum violenter in se agere contra regulas. Sexto discimus, quod Eutyches inter hæc innovaverit suam Romanam appellationem, & ejus libellum seu instrumentum transmissit ad Pontificem. Unà transmisit accusatorium Eusebii libellum, aliaque omnia necessaria ad retractatorium Judicium. Et in suo appellationis libello adjunxit se paratum ad corrigendum, si quid in se inventum fuerit, quod reprehensione sit dignum. Suas etiam litteras adjunxit Imperator Theodosius, querens per hæc litigia turbatam esse omnem Regiam civitatem, & culpam manifestè referens in Sanctum Flavianum. Eunuchus enim Chrysofaphus plenè, & palàm studebat Eutycheti. E contrario Sanctus Flavianus tacuit, & non retulit. Hinc anxius Pontifex hæsitavit, & egit frequentia. Primò, Flavianum negligentiam graviter arguit, & jussit quàm primùm plenissimè ac lucidè referri. Secundò, usque ad factam relationem jussit suspendi omnia, admisit appellationem, & cuncta disposuit ad retractatorium Judicium. Lucet ex his verbis: *Respicentes ad causam, Facti tui nosse volumus rationem, & usque ad nostram notitiam cuncta deferri. Quoniam nos, qui Sacerdotum Domini matura volumus esse judicia, nihil possumus, incogitatis rebus, in cujusquam partis præjudicium definire, priusquam universa, quæ gesta sunt, veraciter audiamus.* Hinc tertio jussit sibi transmitti non Synodalia dumtaxat Acta, sed insuper idoneam, ac aptam personam, quæ in retractatorio Judicio sustineret Flaviani personam.

Proindè Magnus Leo usque tunc propendebat in Eutychem. Erat enim vir senex, honorabilis, humilitatis Proposito, id est, regulari vita laudabilis, utpotè Archi-Mandrita trecentorum Monachorum. Et anno elapso Pontificem monuerat, quod Nestoriana hæresis quorundam rusticum studis, in Regia etiam civitate pullularet. Hæc Pontifex timuit. Nec sine fundamento. Etenim Antiochena Ecclesia, ex quo per Paulum Samo-fatensem fuerat infecta, ista pessima scabie nunquam caruit. A Paulo in Lucianum, à Luciano in Diodorum, à Diodoro in Theodorum, à Theodoro descendit in Nestorium. Nestorius Antiochia scabiem traduxerat Constantinopolim: Hinc ejus propaginem Leo timuit. Et quia non solus Nestorius Sanctum Cyrillum, sed etiam Diodorus ac Theodorus veritatis Sectatores de Apollinario accusaverant, Papa hæsitavit, an istud ipsum forsitan cecidisset in Flavianum. Imperatoris Theodosii litteræ plurimum auxerunt suspicionem. Hinc Leo scripsit ad Flavianum: *Decet in talibus causis hoc maxime provideri, ut sine strepitu concertationis, & charitas custodiatur, & veritas defendatur.* Timebat ne fortè fuisset amara concertatio, ideoque suavitè componi per charitatem.

At Flavianus Apostolicis litteris statim respondit, ac retulit. Omnem Eutychetis errorem, omniaque suæ Synodi Acta exposuit, atque adjunxit: *Eutyches passus justam & Canonicam damnationem, cum debuisset secundis salvere priora, &*

*per poenitentiam placare Deum, non solum hoc non fecit, sed etiam per omnia conturbare sanctam, quæ apud nos est, Ecclesiam festinavit, propositiones injuriarum publicè ponens, & maledictionibus plenas. Super hæc & preces offerens pissimo, & Christi amantissimo nostro Imperatori, & eisdem arrogantia & petulantia plenas, per omnia Divinas regulas concutere conatus. Sed his ita gestis, litteræ nobis datæ sunt vestræ Sanctitatis per admirabilem Comitem Panfophium, per quas sumus edocti, quia idem Eutyches libellos direxit nobis plenos omni fallacia atque calliditate, dicens judicii tempore libellos se dedisse appellationis, & nobis & hic convenienti Sancto Concilio, & appellasse vestram Sanctitatem: Quod nequaquam ab eo factum est. Sed etiam in hac parte mentitus est, tanquam per fallaciam mendacii subreperere se sanctis vestris auribus putans. Commotus itaque, Sanctissime Pater, in his omnibus, quæ ab eo presumpta sunt, & ob ea quæ in nos & Sanctissimam Ecclesiam facta sunt atque fiunt, pro consueta solutio fiducialiter age, secundum quod Sacerdotia competit, propriamque faciens communem causam, & Sanctam Ecclesiarum disciplinam, simul decernere damnationem adversus eum regulariter factam, & per propria Scripta dignare, confortare autem & pissimi, & Christi amantissimi nostri Imperatoris fidem. Causa eget solummodò vestro solatio, atque defensione, qua debeatis consensu proprio ad tranquillitatem & pacem cuncta perducere. Sic enim hæresis quæ surrexit, & turbæ quæ propter eam factæ sunt, facillimè destruentur, Deo cooperante, per vestras sacratissimas litteras. Removebitur autem & Concilium, quod fieri divulgatur: Quatenus nequaquam Sanctissima ubique turbentur Ecclesie.*

Etiam hæc epistola nos docet varia. Primò, quod Contestatorius Eutychetis libellus fuerit plenus injuriis, ac maledictionibus. Utique in Sanctum Flavianum. Hoc enim edicunt hæc verba: *Quæ in nos facta sunt atque fiunt.* Non est dubitandum, quin ipsum proclamaverit Nestorianum. Secundò docemur, quod Eutyches suum Contestatorium libellum, suamque Romanam appellationem adjuverit amico sibi brachio Principis: Nempè Divali Justione, quæ mandabat ejus appellationi deferri effectum suspensivum. Et hoc ipsum Theodosius haud dubiè scripsit ad Pontificem. Tertio discimus, quod Leo suas ad Sanctum Flavianum litteras non proximè ad ipsum, sed direxerit ad Imperatorem Theodosium, qui ipsas per Comitem Panfophium curavit tradi in manus proprias. Haud dubiè ex præfata suspitione, quam & ipse Eutyches, ac præfertim Princeps Pontifici contra Flavianum impresserant. Quarto discimus profundam Sancti Flaviani reverentiam in Apostolicam Sedem. Etenim Sanctum Leonem non Fratrem appellat ex more istius temporis, sed Sanctissimum Patrem. Ab ejus nutu proficetur pendere hæc omnia. Etiam voluntatem Principis. Aureis litteris merentur scribi hæc verba: *Causa eget solummodò vestro solatio atque defensione, qua debeatis consensu proprio ad tranquillitatem & pacem cuncta perducere. Sic enim hæresis quæ surrexit, & turbæ quæ propter eam factæ sunt, facillimè destruentur, Deo cooperante, per vestras sacratissimas litteras.* Proficetur omnem

omnem hanc controversiam solius Apostolicæ Sedis Judicio posse ac debere finire: Nempè per sacratissimas litteras, quæ dignentur decernere factam ab ipso Synodaliter Eutychetis damnationem esse factam regulariter. Hoc est, quæ dignentur ejus Synodale Judicium confirmare. Hanc confirmationem humillimè supplicat. Et adjungit rem maximi ponderis. *Removebitur autem & Concilium, quod fieri divulgatur.* Nempè Chrysofaphii Eunuchi favore, & ejusdem in Sanctum Flavianum odio accensus & tumidus Eutyches palàm jactabat à se, si Flaviani judicium non circumduceretur à Romana Ecclesia, postulandam generalem Synodum, & à Principe omninò concedendam. Quin immò jam dicebatur concessa. Hinc in Synodali sub Sancto Flaviano Actorum revisione Meliphongus, Julio-Politanius in Arabia Episcopus, dixit: *Quia Imperator universalem præcepit fieri Synodum, necesse est majores causas in illud referre Concilium.* Et Eusebius Dorylænsis Episcopus: *Conjuro vos per Sanctam Trinitatem, futuro Concilio universali, secundum sanctionem Christi amicum Principum, hoc negotium reservari.* An Regia Sanctio ex tunc emanasset, non possum affirmare. Quidquid sit, ista fama volitabat per omnem Constantinopolim, immò per omnem Orientem. Et Flavianus affirmat etiam ipsam per sacratissimas Apostolicæ confirmationis litteras esse penitus suffocandam. Proficetur ad Eutychanæ hæresis plenam damnationem sufficere Apostolicam Sedem, nec esse opus Generali Concilio. Tanta tunc apud Orientales Ecclesias erat auctoritas istius Sedis.

Sanctus Flavianus rectè scripsit ad Pontificem: *Quæ in nos facta sunt, atque fiunt.* Etenim Eutyches optimum Episcopum apud Imperatoris Theodosii à callidissimo Eunuchò circumobfessam simplicitatem reddidit adeò suspectum de Nestoriana lue, ut sacra Justione compulsus fuerit ad solemnem in Scriptis fidei professionem, & quasi ad Contestatorius etiam libellos. In isto fidei libello proficetur se esse verum Nicænæ fidei, & omnium in Ephesina Synodo Decretorum custodem ac veneratorem, atque adjungit: *Et animam quidem Verbi Dei naturam, incarnatam tamen & inhumanatam, dicere non negamus, eo quod ex ambabus unus sit atque idem Dominus noster JESUS-CHRISTUS. Eos verò, qui aut duos filios, aut duas hypostases, aut duas personas annunciant, & non unum & eundem Dominum JESUM-CHRISTUM Filium Dei vivi prædicant, anathematizamus, & alienos esse ab Ecclesia judicamus. Et ante omnes Nestorium.* Nempè Eutyches sanctissimum Episcopum de his omnibus apud Principem reddiderat suspectissimum. Hinc ille fuerat jussus libellum propria manu subscribere. Et Sanctissimus Antistes subscripsit hoc modo: *Domine Christe adjuva nos Deus.* Et infra: *Hæc scripsi meâ manu ad satisfactionem vestræ Pietatis, & ut confundantur calumniam facientes nostræ bonæ & simplici in Christo conversationi.* Quæ omnia evincunt, quod Theodosius Romanæ Eutychetis appellationi iustè adscribi suspensivum effectum. Hinc enim in Chalcedonensi Concilio Orientales Episcopi clamaverunt: *Flavianus ut damnatus Christi Lupi Opera T. VIII.*

ingressus est. Hoc est, tanquam Reus ad dandas rationes de suo in Eutychem Judicio. Ità ingredi compulsus fuit in Ephesino Latrocinio. Nihilominus constans Flavianus, sciens Episcopalis Judicii suspensionem non ad Laicum Principem, sed ad solum spectare Pontificem, intrepidè stetit pro autoritate suæ Synodi. Etenim in laudatis suis ad Papam litteris scripsit: *Ab Eutyche Monacho. Iste Eutyches. Idem Eutyches.* Et in alia ad Papam epistola: *Eutyches quondam Presbyter & Archi-Mandrita.* Hæresiarcham constanter tractavit ut legitime degradatum. Et ut sua hac quasi contumacia Principem non offenderet, suo fidei ad ipsum libello indidit laudem etiam Constantinopolitanæ Synodi, scribens non solum Nicænâ, ac Ephesinam, sed insuper istam, id est, istius ad Nicænâ Symbolum additamenta religiosè à se sevari. Rationem in Chalcedonensi Synodo adduxit Diogenes, Cyzici Episcopus, Helles-Ponti Metropolitâ: *Eutyches dolosè præposuit Synodum sanctorum Patrum, quæ in Nicæa facta est. Accepit enim additamenta à sanctis Patribus, propter perversum intellectum Apollinaris, & Valentini, & Macedonit, & qui eis similes sunt. Hæc prætermissit Eutyches, sicut Apollinarista. Nam etiam Apollinaris suscipit sanctam Synodum, quæ in Nicæa facta est, secundum propriam perverstatem intelligens verba.* Hoc ipsum compendio allegavit in suo libello Sanctus Flavianus. Allegavit non sufficere ad rectam fidem, quod Eutyches Nicænâ & Ephesinam Synodos, & Sancti Cyrilli Capitula jactaret, sed insuper necessum esse, ut profiteatur etiam Constantinopolitana ad Nicænâ Symbolum additamenta. Hoc enim semper refutavit Eutyches, ideoque se demonstravit scabiosum ex Apollinario.

Interim tota Hæresiarchæ spes erat in Romana Ecclesia: In sua ad ipsam provocacione. Ipsam speravit autoritate Principis inclinandam ad sua desideria. Devium hominem animabant etiam benignæ litteræ, quas nuperimè nescio quos, haud dubiè etiam Sanctum Flavianum, de resuscitata Nestorii lepra accusans, à Sancto Leone acceperat: *Non ambigimus Authorem Catholicæ fidei Dominum tibi in omnibus adfuturum. Nos autem cum plenius, quorum hoc improbitate fiat, potuerimus agnoscere, necesse est auxiliante Domino providere quatenus nefandum virus, dudumque damnatum, radicitiùs possit extinguere. Deus te custodiat incolumem, Dilectissime Fili.* Non est dubitandum, quin hæc litteras ubique buccinaverit, & forsitan annexerit suis libellis Contestatoriis. Item dubitandum non est quin Flavianum violentiùs accusaverit apud Pontificem, quàm apud Principem. Litteræ omnes, si exstarent, nos plura docerent. Ravennatem Ecclesiam, immò omnem Christianitatem tunc illustrabat Sanctus Petrus Chryso-logus, apud Leonem Pontificem potens opere & sermone. Quare & hunc Eutyches est aggressus. Etiam isthic Sanctum Flavianum diffamavit de Origene, de Nestorio, de neglecto judicio, de pravè intellecto symbolo Nicæno. Haud dubiè rogarit suam causam per ipsum adjuvari apud Sedem Apostolicam. Verum prudentissimus Antistes hominem remisit ad Pontificem, & adjunxit

xit: *Hoc breviter respondi, Frater, litteris tuis, plura rescripturus, si ad me Frater, & Co-Episcopus meus Flavianus aliqua de hac causa scripta misisset.*

Sanctus Flavianus insuper aliam relationem fecit ad Pontificem, scribens inter cetera: *Sunt quidam vesse sua oves significantes interius autem lupi rapaces, quos ex fructibus eorum debemus agnoscere.* Notat Monasticam Eutycheis professionem, cuius revera primum fundamentum est simplicitas atque integritas orthodoxæ fidei. Et prosequitur: *Talis inter nos Eutycheis, quondam Presbyter, & Archi-Mandrita cuiusdam Monasterii Constantinopolitani apparuit, qui sui nominis heresim condidit. Hic enim Dominum nostrum JESUM-CHRISTUM sic asserbat natum ex Maria semper Virgine Matre, ut nihil in eo confiteretur humanæ naturæ. Qui Synodali invitatus colloquio Constantinopoli congregato, cui Sanctus presuit Flavianus, ejusdem civitatis Episcopus, dum nollet Christum in duabus confiteri naturis post naturam ex Virgine, & nobis secundum carnem esse consubstantialem, damnationem cum errore proprio suscepit, quam Sanctus Leo Romanus Antistes Apostolica autoritate firmavit.* Proinde Eutycheis & appellavit & non appellavit ad solum Sanctum Papam Leonem. Non appellavit in ipso Synodali iudicio, nec item post ipsum ad aures Magnificentissimi Patricii. Appellavit autem postmodum per litteras. Et quidem per formales libellos. De hisce scribit in Chronico Idatius Lemicensis Episcopus: *De Gallis epistolæ deferuntur Flaviani Episcopi ad Leonem Episcopum, missæ cum scriptis Cyrilli Episcopi Alexandrini ad Nestorium Constantinopolitanum, de Eutycheis Ebionita heretico; & Leonis Episcopi ad eundem Responsa. Quæ cum aliorum Episcoporum & Gestis & Scriptis per Ecclesias diriguntur.* Quæ hæc Gestis & Scripta? Certè non alia, quam de causa & Romana appellatione, Romanaque damnatione Eutycheis. Tantæ tunc certitudinis & autoritatis erant hæc in omni Gallia, ut per Ecclesias dirigentur. Existimo hæc facta ex Magni Leonis Mandato post Ephesinum Latrocinium: Ut nempe Gallicana Ecclesia in antiqua fide contra istius Latrocinii autoritatem armaretur.

Sola igitur prior relatio, & adjuncta ipsi alia documenta Pontificem instruxerunt, ideoque ab ipso meruerunt hoc Rescriptum: *Letis dilectionis tuæ litteris, quas miramur fuisse tam seras, & Gestorum Episcopatum ordine recensito, tandem quid apud vos scandali contra integritatem fidei exortum fuisset, agnovimus. Et quæ primò videbantur occulta, nunc nobis reservata patuerunt. Quibus Eutycheis, qui Presbyterii nomine honorabilis videbatur, multum imprudens, & nimis imperitus ostenditur, ut etiam de ipso dictum sit à Propheta: Noluit intelligere, ut bene ageret. Iniquitatem meditatus est in cubili suo. Quid autem iniquius, quam impia sapere, & sapientioribus doctioribusque non credere? Sed in banc insipientiam cadunt, quicum ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad Propheticas voces, non ad Apostolicas litteras, nec ad Evangelicas auctoritates, sed ad semetipsos recurunt: Et ideò Magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuerunt. Quam enim eruditionem de sacris novi & veteris Testamenti paginis acquisivit, qui ne ipsius quidem Symboli initia comprehendit? Et quod per totum Mundum omnium*

Regenerandorum ore depromitur, istius adhuc sententia non capitur. Sanctus Leo affirmat ab homine, licet sene, & Doctorem ostentante, nec ipsum, quod etiam pueri intelligunt, Apostolicum capi Symbolum, ideoque longè minùs, quod semper buccinabat, Nicænum: Longè minùs sacras litteras. Esse senem imprudentem, imperitum, cerebrosum, insipientem. Omnem Sancti Flaviani de ipsius errore ac persona sententiam confirmavit.

Hac de re eleganter in Chronico scribit Victor Episcopus Tonnonensis: *Eutycheis Presbyter & Archi-Mandrita cuiusdam Monasterii Constantinopolitani apparuit, qui sui nominis heresim condidit. Hic enim Dominum nostrum JESUM-CHRISTUM sic asserbat natum ex Maria semper Virgine Matre, ut nihil in eo confiteretur humanæ naturæ. Qui Synodali invitatus colloquio Constantinopoli congregato, cui Sanctus presuit Flavianus, ejusdem civitatis Episcopus, dum nollet Christum in duabus confiteri naturis post naturam ex Virgine, & nobis secundum carnem esse consubstantialem, damnationem cum errore proprio suscepit, quam Sanctus Leo Romanus Antistes Apostolica autoritate firmavit.* Proinde Eutycheis & appellavit & non appellavit ad solum Sanctum Papam Leonem. Non appellavit in ipso Synodali iudicio, nec item post ipsum ad aures Magnificentissimi Patricii. Appellavit autem postmodum per litteras. Et quidem per formales libellos. De hisce scribit in Chronico Idatius Lemicensis Episcopus: *De Gallis epistolæ deferuntur Flaviani Episcopi ad Leonem Episcopum, missæ cum scriptis Cyrilli Episcopi Alexandrini ad Nestorium Constantinopolitanum, de Eutycheis Ebionita heretico; & Leonis Episcopi ad eundem Responsa. Quæ cum aliorum Episcoporum & Gestis & Scriptis per Ecclesias diriguntur.* Quæ hæc Gestis & Scripta? Certè non alia, quam de causa & Romana appellatione, Romanaque damnatione Eutycheis. Tantæ tunc certitudinis & autoritatis erant hæc in omni Gallia, ut per Ecclesias dirigentur. Existimo hæc facta ex Magni Leonis Mandato post Ephesinum Latrocinium: Ut nempe Gallicana Ecclesia in antiqua fide contra istius Latrocinii autoritatem armaretur.

Compendio hæc omnia refert in Nestorianæ ac Eutycheianæ heresis Breviario Liberatus, Carthaginensis Ecclesie Archi-Diaconus. Exponit Constantinopolitanam Sancti Flaviani Synodum, ac pergit: *Quibus Gestis jungens epistolam suam venerabilis Flavianus Leoni Papæ direxit, & quid in Concilio gestum fuerat, allegavit fideliter. Et Eutycheis de sua damnatione Papæ Leonis scribens, posuit Edicta apud Constantinopolim, & iniustitiam se fuisse passum, Populum contestatus est. Leo verò direxit Flaviano Tomum, sanam Incarnationis Christi doctrinam continentem, & mirificè permentem Eutycheis assertiones. Eutycheis verò obtulit preces Imperatori, quæstus de falsitate Gestorum, quasi aliqua à Notariis superaddita fuissent, aliqua verò dicta, nec Gestis inserta. Et postulavit, ut sub presentia Thalassii, Cæsariensis in Cappadocia Episcopi, & Florentii Patricii rursus in Palatio, Flaviano occurrente, ipsum congregaretur Concilium, & ex interrogatione personarum veritas panderetur.* Expo-

Exponit hoc examen, & pergit: *Postea expetit Imperator à Flaviano fidei ejus confessionem, manu ejus scriptam & subscriptam. Scripsit ergò Flavianus fidem suam manu propria, & Imperatori in hoc themate direxit. Adducit Flaviani libellum, & adjungit: Postquam ergò nihil probatum est Notariis de falsitate Gestorum, Eutycheis petiit Dioscorum Alexandrinum Episcopum, ut quæreret quæ de illo acta sunt, & causam examinaret. Agebat apud Principem universalem fieri Synodum, ut probaretur iudicium Flaviani. Scripsit ergò Dioscorus Theodosio Imperatori, quia aliam fieri Synodum generalem oportet. Et ut fieret, persuasit Eutycheis. Annuit Imperator. Et dirigens Sacram Dioscoro in Alexandriam, præcepit ut cum decem Metropolitanis Episcopis, quos voluisset ipse eligere, veniret Ephesum, & congregato universali Concilio, Eutycheis causam discutere.*

Non servat rerum ordinem. Etenim post Sancti Flaviani Synodum Eutycheis ipsam ante omnia falsare studuit, ideoque postulat, ac impetravit memoratam revisionem. Et quoniam res non succedebat ad votum, se appellasse est protestatus, atque ita conatus est suspendere iudicium. Ast probare non potuit, ideoque nec invenit fidem. Hinc novam formavit appellationem, non ad omnes Patriarchas, sed ad solum Papam Leonem. Et mox transmisit appellationis libellum, accusatorium libellum Eusebii Dorylænsis Episcopi, & plura instrumenta. Et Imperator Theodosius ipsum potenter adjuvit suis ad Papam litteris. Verùm nec huic appellationi Flavianus detulit, afferens sententiam transisse in rem iudicatam, & plura alia. Hinc Eutycheis proposuit libellos Contestatorios. Et denuò cum litteris transmisit ad Pontificem. Et à Theodosio obtinuit suæ appellationi suspensivum effectum. His motus, & anxius Pontifex solatus est Eutycheis per ambigua & ad ipsum, & ad Principem Rescripta, & S. Flavianum arguit de neglectu relationis. Hinc Flavianus statim reulit. Et hujus rei conficius Eutycheis non quievit. Flavianum apud Principem traduxit de Nestorio, & adeò impressit, ut optimus Antistes sacra Iustione compulsus fuerit propria manu scribere libellum fidei, atque ita se de Nestorio purgare. Dubitandum non est, quin hæc omnia reulerit ad Sedem Apostolicam. Quæ coepit rem capere, & novum hæresarcham averfari. Quod ipsum rescivit Eutycheis. Hinc statuit etiam à Papa appellandum ad Generale Concilium. Et de hoc momentoso negotio consulturus abiit Alexandriam ad sibi fidelissimum Dioscorum. Quod ipsum apud Franciscum Combesis scribit antiqua narratio de rebus Armeniæ: *Eutycheis à Sancto Flaviano damnatus, adit Dioscorum, rogans ut peccat ab Imperatore Synodum celebrari Ephesi, qua Flavianus condemnatur, ipse autem Eutycheis iudicio absolvetur. Dioscorus autem atque Eutycheis immani odio occupantur, haud secus atque corvus in nemore, & ucytorax in petrinis ac rudibus. Duæ hæc pessimæ viperæ ibi conceperunt etiam Leonem Papam accusandum de Nestorio, ab ipso appellandum ad Generalem Synodum, sistendum ab ipso jam corruptum impetum, ejus agendis capistrum injiciendum à Principe, ipsum excludendum à*

Præsidentia futuræ Synodi, & hanc devolvendam in Dioscorum. Et omnia per Chrysaphium Eunuchum à simplici Theodosio obtinuerunt.

De Romana Eutycheis appellatione dixit in Synodali sub Sancto Flaviano Actorum revisione Sanctus Seleucus, Amasenus Episcopus, Heleno-Ponti Metropolitæ: *Anticipans Reverendus Diaconus Eleusinus dixit libellum obtulisse sancto Conventui Reverendissimum Archi-Mandritam, in quo dicebat Expositionem fidei contineri. Quoniam verò ante paucos dies litteræ sanctissimi Archi-Episcopi Romanorum insinuatæ sunt nobis, continentes quæ quæstus est Reverendissimus Archi-Mandrita Eutycheis, & appellavit in tempore examinationis nostram audientiam per dationem libelli. Et ideò post damnationem cum Archi-Mandritam renominaverunt. Quomodo nunc instans, & dicens de fide esse libellum, apud sanctissimum Episcopum Romanorum reculationem in Synodo appellationem nominavit? Et hinc doceri debetis, quoniam non in eisdem permanet Reverendissimus Archi-Mandrita. Et postulo epistolam prolatam relegi.*

Discimus hinc varia. Primò, quod ante inchoatam hanc revisionem Eutycheis Romam appellavit; affirmans se in ipsa etiam Synodo appellasse. Et quidem per datos libellos. Se appellasse audientiam Romani Pontificis. Secundò, quod quæstus fuerit istum libellum fuisse rejectum à Sancto Flaviano, ideoque ipsum graviter accusavit. Tertiò, quod Sanctus Leo hac de re scripserit non ad solum Flavianum, sed etiam ad omnem ejus Synodum. Hæc litteræ perierunt. Quartò, quod Pontifex videatur appellationem admisisse, & ipsi adscripsisse suspensivum effectum. Hoc innunt ista verba: *Et ideò post damnationem cum Archi-Mandritam renominaverunt.* Uti que Romani. Quintò addiscimus, quod istum ipsum libellum, quem Eleusinus, Eutycheis Monachus & Legatus, jam dicebat fuisse fidei, continentem Nicænum ac Ephesinum de fide Decretum, ipse Eutycheis in litteris ad Sanctum Leonem scripserit fuisse appellationis. Libelli hujus, quoniam à Sancto Flaviano nec admittus nec lectus fuerat, nesciebantur contenta: Hinc Eutycheis apud Pontificem potuerat securè mentiri. At ecce ejus Monachus in revisione per imprudentem loquacitatem prodidit mendacium. Quare Sanctus Seleucus meritò dixit ad omnem hunc Conventum: *Hinc doceri debetis, quoniam non in eisdem permanet Reverendissimus Archi-Mandrita Eutycheis.* Et postulavit proferri epistolam, ac legi. An Eutycheis ad Leonem, an Leonis epistolam ad Synodum, est ambiguum: Forsitan utramque. Utraque est perdita. Hinc plura ignoramus. Interim sextò discimus fundamentum, ex quo Eutycheis Pontifici scripserit se ad ipsum in ipsa Synodo per libellum appellasse. Etenim sine furo mentiri fuisset in tanto Archi-Mandrita nimis impudens. Septimò discimus, quod hæc Romana appellatio aliquem temporis tractum habuerit, & varias ultrò citroque transivisset litteras; Harum carentia facit, ut istius originem & decursum distinctè ac plenè non sciamus.

Certè oportet Eutycheis fuisse hominem insipienter impudentem. Etenim in suæ, ad Ephesinum

num Latrocinium factæ, appellationis libello hæc posuit: Ego timens prævaricari prolatam definitionem à sancta Synodo, quæ hic Dei voluntate prius congregata est, & ea quæ definita erant de fide à Sanctis Patribus, qui in Nicæa convenerunt, rogabam innotescere Sancto vestro Concilio, ut his quæ à vobis approbarentur, acquiescerem, paratus in his permanere. Et hoc dicenti, subidè contra me, longè ante scripta, damnatio legebatur, nullum verbum Reverendissimo Episcopo Flaviano, nequè meos erubescere canos, &c. Eam ipsam appellationem, quam ad & contra sententiæ prolationem Sancti Leonis scripserat à se factam ad Sedem Apostolicam, hic dicit factam ad futurum generale Concilium. Utròque impudenter mentitus. Audacia stupenda. At magis stupenda Episcoporum ignavia. Etenim libellum hunc legi audierunt omnes illi Episcopi, qui in nupera Synodali sub Sancto Flaviano Actorum revisione fuerant uno ore contestati se istius appellationis nihil prorsus audivisse: Et in Ephesino Latrocinio nullus ad tanta mendacia vel verbulo intercessit. Eutyches in suo ad Latrocinium libello addidit adversus Sanctum Flavianum: In diversis Oratoriis, memorisque Sanctorum, post appellationem fecit in me prolatam legi sententiam. Et anathematizabat me, & eos qui conveniebant ad me, & colloquebantur mecum. Credo ita fuisse. Etenim Sanctus Flavianus noverat appellationem esse mendacem, ac manifestè frivolam, ideòque & spernebat. Præsertim post acceptam, quam à Victore Tononensi Episcopo laudari audivimus, Apostolicæ Sedis confirmationem.

## CAPUT II.

### Expediuntur aliquæ quæstiones circa Romanam Eutychetis appellationem.

Prima quæstio est, an Eutyches ad Generalem Synodum appellaverit adversus & post confirmatorium Sancti Leonis Judicium, an ante illud? Respondeo provocasse ante ipsum. Etenim famosus, quem Leontius Scholasticus Byzantinus in libro de Sectis rectè affirmat esse istud confirmatorium Judicium, Magni Leonis Tomus est datus quinti sæculi anno quadagesimo nono, Idibus junii, id est, die decima tertia; at verò ejusdem Pontificis, eodem anno die vigesima quinta Maii scripta ad Imperatorem Theodosium, epistola habet inter cætera: Quod à me, atquè ab omnibus Catholicis Sacerdotibus Evangelicæ fidei pietas defendatur, satis plene ac lucidè literis meis, quas ad Clementiam vestram jam dudum per famulum vestrum Epiphanium Tribunum, qui pro hac causa missus est, arbitror accepisse, referatum est. Nec ambigi potest, hoc nos purissimè credere, hoc constanter asserere, quod etiam venerandi Patres,

quondam apud Nicæam congregati, secundum fidem symboli credendum & consentiendum sacratissima auctoritate sanxerunt. Nos enim, venerabilis Imperator, sicut Nestorii Dogma perversum merito anathematizavimus, ita iustè etiam horum impietatem, qui veritatem carnis nostræ negant à domino JESU-CHRISTO susceptam esse, damnamus, gloriosissime. Unde si Pietas vestra suggestioni & supplicationi nostræ dignetur annuere, ut intra Italiam haberi jubeatis Episcopale Concilium, citò auxiliante Domino poterunt omnia scandala, quæ in perturbationem totius Ecclesiæ sunt commota, rescari, ut per universum Regnum vestrum Catholicæ fidei integritate servata, & pacem Christi manere, & vestram apud Deum gloriam crescere gaudeamus. Facinorosus Eutyches statim à sua ad Magnum Leonem interjecta appellatione jactavit generalem Synodum: Eam, si Pontifex Flaviani judicium non circumduceret, est comminatus. Nec ignorabat Flaviani ad Leonem verba: Causa eget solummodò vestro solatio atquè defensione, qua debeatis consensu proprio ad tranquillitatem, & pacem cuncta perducere. Removebitur & Concilium, quod fieri divulgatur. Noverat verba niti firmis anchoris. Hinc ubi audivit Leonis animum aversum à suo dogmate, etiam adversus ipsum interjecit appellationem, sperans isto obice sententiam sistere. Sperans illi istud ipsum suspensivi effectus capistrum per Principis auctoritatem injicere, quod violenter injeceat Sancto Flaviano. Quin immò speravit ipsum ab appellatæ Synodi Præsentia excludere, atquè ita ipsam devolvere in Dioscorum. Et obtinuit. Etenim Apostolici Legati in Ephesino Latrocinio sunt passi istam injuriam, atquè Dioscorus isthuc egit omnia. Illæ ipsæ artes, quæ adversus Flavianum, hæc obtulerunt adversus Leonem. Facinorosus Turbo etiam Pontificem accedavit de Nestorio, & de nescio quo adversus fidem Nicænam. Notanda sunt Pontificis verba: Venerandi Patres secundum fidem symboli sanxerunt. Utique Apostolici Symboli. Ipsum adversus delirium hunc senem scribens Pontifex frequenter laudat. Orientalis Ecclesia post Nicænam Synodum desit suis Competentibus Apostolicum, & cœpit tradere Symbolum Nicænum. At verò Romana Ecclesia ex causis permansit firma in sua priori consuetudine. Hoc videtur notasse Eutyches: Simplici Theodosio impressisse, quod Romana Ecclesia non veneraretur Nicænum Symbolum, ideòque ejus dogma averfaretur. Hinc Magnus Leo ad eundem Principem scribit, quod Nicæna Synodus credendum sanxerit juxta Apostolicum Symbolum: Quod suum ex Apostolico formavit. Quidquid sit, & semetipsum, & Romanam Ecclesiam purgare debuit de Nestorio, & scribere: Nos, venerabilis Imperator, Nestorii dogma perversum merito anathematizavimus. Utique non ab heri, aut biduo, sed ab exordio semper. Et supplicat jam addictam Eutycheti Synodum fieri in Italia. Non supplicat non fieri, sed fieri intra Italiam. Quod nempè addictio esset firmissima. Supplicat in Italia fieri ex variis causis. Ipsarum una fuit, quod isthuc à præsidendi auctoritate non posset excludi, Leo enim ex tunc noverat artes

Ep. 24. c. 6. artes Dioscori, atquè hujus Veteratoris. Et nullatenus fuit exauditus. Hinc in data idibus Junii epistola, qua Sancti Flaviani Synodum plenè confirmavit, ad finem hæc ponit: Ad omnem causam piè & fideliter exsequendam Fratres nostros, Julium Episcopum, & Renatum Presbyterum Tituli Sancti Clementis, sed & filium meum Hilarum Diaconum, vice nostra direximus. Ad Ephesinam Synodum.

Quæstio secunda est, Quomodo Sanctus Leo post interjectam ab Eutyche, & generalis Synodi indictione stabilitam à Principe appellationem poterit, vel ausus fuerit procedere ad confirmandam Sancti Flaviani Synodum, & ad damnandum Eutychem? Ad damnandam non solummodò doctrinam, sed & personam? Respondeo Romani Pontificis auctoritatem per interjectas ad generale Concilium appellationes nullatenus suspendi. Causa dumtaxat devolvitur. Immo nec devolvitur, nisi ex beneplacito Pontificis. Quare in ista Synodo ipsi permanent jus præfidenti, relatio, suffragii Prærogativa, alique omnia. Etenim Arelatensi Synodo, quæ datum à Melchiade Pontifice in Donatistas judicium retractabat, pleno jure præfedit Legatio Sancti Sylvestri. Et Sardicensi Concilio, quod retractabat Sancti Athanasii, & aliorum Orientalium Episcoporum factas à Julio Pontifice revestiones, præfedit Hosius Episcopus, Legatus ejusdem Julii. Etiam Ephesina Synodus fuit retractatoria datæ à Cælestino Pontifice in Nestorium damnationis: Etenim & ipse ab isto judicio appellaverat. Et tamen præfedit per ejusdem Pontificis vices Sanctus Cyrillus Patriarcha Alexandrinus. Et primus articulus, quem discussit & castigavit Chalcedonenis Synodus, fuit Ephesina Dioscori audacia in Legatos Sancti Leonis. Et ipsi præfederunt magno huic Concilio, & illum ex invaso Judicis Throno dejecerunt ad reos. Porro Magnus Leo, dum Eutychetis appellationem & sacras Imperatoris Theodosii iussiones nihil moratus, constanter processit in ejus dogma ac personam, secutus est regulam, ex qua postmodò Magnus Gregorius, de Maximi Archi-Episcopi Salonitani causa agens, scripsit ad Imperatricem Constantinam: Priusquam hæc cognoscantur, Severissimus Dominus discurrere iussione præcepit, ut Maximum venientem cum honore suscipiam. Valdè grave est, ut vir, de quo tanta & talia nuntiantur, cum ante requiri ac discuti debeat, honoretur. Et si Episcoporum causæ mihi commissorum apud piissimos Dominos aliorum patrocinis disponuntur, infelix ego in Ecclesia ista quid facio? Sed ut Episcopi mei despiciant, & contra me refugium ad seculares Judices habeant; omnipotenti Deo gratias ago, peccatis meis depuro. Hoc tamen breviter suggero, quia aliquantum exspecto, & si ad me venire diu distulerit, in eo exercere districtiorem Canonicam nullo modo cessabo. In omnipotenti autem Domino confido, quia longam Piissimis Dominis vitam tribuet, & nobis sub manu vestra non secundum peccata nostra, sed secundum gratiæ suæ dona disponet. Magnus Leo consuit non crastinandum, sed Canonicam districtiorem statim exercuit. Et ejus Factum Chalcedonenis Synodus plenè comprobavit.

Quæstio tertia est, Quomodo Sanctus Flavianus in secunda ad Sanctum Leonem epistola scribat Eutychem in sua contra Nestorium pugna militasse pro Nestorio, ac ejus impietatem confirmasse? Etenim Nestorius & Eutyches adversantur non minus capitaliter, quàm Sabellius & Arius. Respondeo Sanctum Flavianum scripsisse rectissima. Etenim palmare Eutychetis fundamentum fuit, quod natura & hypostasis essent unum & idem. Subjuxit Dominum nostrum JESUM CHRISTUM esse unicam hypostasim, ac inde conclusit esse similiter unicam naturam. At verò istud ipsum fuit palmare fundamentum Nestorii. Etenim hic subjuxit Christum Dominum esse duas naturas, ac inde conclusit esse duas, sola auctoritatis ac dignitatis communione conjunctas, hypostases seu personas. Quapropter Eutyches contra Nestorium malè pugnando fortissimè pro ipso militavit. Quod ipsum Nestorius malè contra Apollinarium pugnando fecit pro Apollinario, ideoque & pro Eutyche. Eodem in luto hæsit Paulus Samosatensis, etiam Sabellius, atquè Arius. Ex isto devio principio alter in Divina Majestate finxit tres naturas, alter abnegavit tres personas. Unde etiam ipsi & invicem hostilissimè invadunt, & invicem fortissimè stabiliunt. Proindè unicum devium principium nobis peperit quatuor pessimas hæreses, invicem pugnantes, & invicem adjuvantes. Videantur Sanctus Anastasius Sinaita in erudito opere contra Nestorianos & Eutychianos, Rufinus Romanæ Ecclesiæ Diaconus, Leontius Scholasticus Byzantinus, & alii antiqui istarum hæresion Impugnatores.

Quæstio quarta est, Cur Eutyches in sua, quam ad Florentii Patritii aures fecit, appellatione, exprimens Thessalonicensem Episcopum, omiserit Patriarcham Antiochenum? Etenim Thessalonicensis Episcopus non erat Patriarcha. Immo nec Exarchus. Respondeo istius omissionis causas rectè exponi à R. Patre Paschasio Quæsnello. Palmarem rationem addiscimus à Facundo Hermianensi Episcopo: Venerabilis Domus Antiochenus, sui Decessoris Joannis, aliorumque præcedentium Collegarum sententiam tenens, Eutychie Apollinaris Hæresiarche impietatem renovare tentavit, & ob hoc Diodorum atquè Theodorum anathematizare præsumenti, primus resistit, ad Imperatorem Theodosium scribens. Domnus id fecit Synodaliter. Synodalem epistolam nobis custodivit idem Facundus: Vestram docere cogimur Pietatem, quoniam Apollinaris Hæresiarche impietatem Eutyches Presbyter renovare pertentat, & Apostolicas labefactare doctrinas, Myserii Incarnationis dogma corrumpens, & Divinitatem Unigeniti ac humanitatem vocans unam naturam, commixtionemque & confusionem asserens factam, & salutarem passionem ipsi incommutabili Deitati adnectens, & hos qui columnæ veritatis, & propugnatores pietatis fuerunt, & adversus omnem hæresim clarè virtutem exercuerunt, Diodorum & Theodorum anathematizare præsumit, & in hoc Apollinaris similis vanitati.

Discordia videtur exordium duxisse ex Theodoro Cyrensi Episcopo, qui Antiochiæ sub Joanne



Joanne Patriarcha, ac ejus nepote & Successore Domno egit omnia. Etiam Sancto Cyrillo post initam Ecclesiarum pacem, immo & post ejus mortem est hostiliter adversatus. Præsertim postquam apparere cœperunt prima Eutychnianæ blasphemix exordia. Apparuerunt ex perperam intellectis Sancti Cyrilli Capitulis. Præsertim ex malè intellecta famosa ejus propositione: *Christus Dominus est una natura Dei verbi incarnata*. Porro Orientales Episcopi, dum cum Sancto Cyrillo ac ejus Diœcesi pacem inierunt, nullatenus probarunt ejus Capitula, quin immo sunt semper averfati. Præsertim Theodoretus perpetuum ac apertum etiam tunc indixit illis bellum, & pertinaciter accusavit de hæresi. Quidam existimant, quod suos Dialogos adversum illa scripserit, & quod per Eranisten intelligat Sanctum Cyrillum. Quidquid sit, illa damnavit, ac insuper Domnum Patriarcham permovit ad eadem Synodalicè damnanda. Eundem, uti & ejus avunculum ac Præcessorem Joannem, induxit ad celebrandas æquæ Synodos, & in ipsis comprobanda opera Diodori Tarsensis in prima Cilicia Archiepiscopi, ac Theodori in secunda Cilicia Episcopi Mopsuestiensis. Quæ omnia acerbissimè momorderunt non solum Eutychem, sed etiam Dioscorum Alexandriæ Patriarcham, & omnes ipsorum affectas. Hi enim Sancti Cyrilli Capitula venerabantur ut Spiritus Sancti Dictamina; & Dioscorum ac Theodorum averfabantur ut Nestorianæ hæresis fontes. Et certè Dioscorus Theodorum, Theodorus docuerat Nestorium.

Hæcigitur discordiæ excitarunt tragœdiam, de qua Theodoretus scribit ad Eusebium Ancyra Episcopum, Metropolitanam primæ Galatiæ: *Sperabam me crebras hoc tempore Sanctitatis tuæ litteras accepturum. Manifestissimam quippè calumniam cum passi essemus, Fraternali egebamus consolatione. Et enim qui Marcionis, & Valentini, & Manetis, aliorumque Docitarum hæresin hac nostra tempestate renovant, agrè ferentes hæresim à me suam apertè confutari, Imperatoris aures circumvenire conati sunt, hæreticos nos appellantes, & unicum Dominum nostrum JESUM-CHRISTUM, Incarnatum Deum Verbum, in duos filios dividere calumniantes. Et infra: Ipsi & Alexandriam contra nos concitarunt, omnium auribus per dignos ipsi ministros ingerentes, nos pro uno duos filios prædicare. Palàm agit in Factionem Eutychem. Hæc omnes Orientales Episcopos, præsertim Theodoretum, oderat, ideoque & Constantinopoli apud Imperatorem Theodosium, & Alexandriæ apud Dioscorum Patriarcham clamabat illos Nestorianos. Et quidem apud Principem verbis suis, ut sperabant, non statim persuaferunt. Nihilominus Theodoretum censuerunt quovis modo separandum à suo Patriarcha Domno. Hinc ipsum accusarunt turbulentia: Eum Synodos frequenter apud Antiochiam convocare, & ea re offendere nonnullos. Eum impetrarunt circumscripto intra suam Cyrensem civitatem exilio ligari. Ante damnationem Eutychemis. Hinc ille pergit: Omnium Moderator non obscurè ostendit, quantum oppressorum etiam in hac vita curam gerat. Nam cum quieti ageremus Patriæ finibus circumscri-*

*pti, atque Orientales omnes moverent, & in acerbis luctu essent, sed flere ob insectum metum cogebantur, Dominus ipse de caelo prospexit, & calumnie Auctorum calumniam redarguit, atque impiam illorum mentem patefecit. Per calumnie auctores omnino intelligit Eutychem, & gratulatur illum nuperrimè fuisse detectum ab Eusebio Episcopo, & à Sancto Flaviano damnatum. Proinde Eutychem per Dioscorum ac Chrysofium Eunucho fuit author istius in Theodoretum tragœdiæ.*

Eutychem non fuit solus. Etenim Theodoretus scripsit etiam ad Patriarcham Dioscorum: *Hæc ut scriberem, coactus sum, cum Sanctitatis Tuæ litteras legissem ad Dei amantissimum, Sanctissimumque Archi-Episcopum Dominum Dominum scriptas. Hoc in illis enim continebatur inter cætera, quosdam ad maximam urbem, que à Sanctitate Tua regitur, cum venissent, accusasse nos quasi in duos filios divideremus unum Dominum nostrum JESUM-CHRISTUM. Idque cum apud Antiochiam differeremus, ubi multe myriades Auditorum ad concionem conveniunt. Dioscorus asseruit Theodoretum fecisse istud ipsum coram Domno, quod Dorotheus Martiano-Politanus Episcopus Constantinopoli fecerat coram Nestorio. Et quidem in solemnè adeo Populi Conventu, ut adessent multæ myriades Auditorum. Quare rogavit compesci, aliquin pasturum quod passus fuerat Dorotheus. Etenim Dorotheus fuerat exclusus à pace inita inter Patriarchas Cyrillum ac Joannem. Dioscorus minatus est etiam Theodoretum ab ipsa jam facta, uti ejus prævaricatorum, extrudendum. Hinc Theodoretus fuit compulsus facere, quod scribit ad Sanctum Flavianum Episcopum Constantinopolitanum: *Rati nos adjuvorem & socium ad ea, que contra fidem Apostolicam moventur, habituros Deo carissimum Alexandriæ Episcopum Dominum Dioscorum, missimus unum ex Religiosissimis Presbyteris, prudentia insignem, cum litteris Synodicis, Pietati ejus suggerentes, nos in fædere, quod sub beatæ memoriæ Cyrillo initum est, permanere, scriptamque ab eo epistolam amplecti. Notanda sunt verba: Cum litteris Synodicis. Demonstrant non solum Theodoretum, nec solum Patriarcham Domnum, sed omnem Orientalem Synodum legasse, & ista scripsisse ad Dioscorum. Theodoretus pergit ad Flavianum: *Verum abiens hinc quidam illorum, qui contraria sentiunt, & tumultus istos cient, cum aliquos ibi decepisset, & sexcentas contra nos calumnias texuisset, nefandas contra nos vociferationes suscitavit. Deo autem carissimus Episcopus Dioscorus epistolam ad nos scripsit quam ab eo scriptam non decuit, qui ab universorum Deo didicerat mendacii vocem non suscipere. Fidem enim is habens, que contra nos dicta fuerant, quasi accuratè singula examinasset, ac veritatem per tormenta expressisset, ita nos condemnavit. Sed nos calumniæ forti animo pertulimus, eique blandis litteris rescripsimus, & Pietati ejus ostendimus falsa esse hæc omnia, nullumque Deo carissimorum Orientis Episcoporum ab Apostolicis dogmatibus dissentire. Quod & Religiosissimis, qui ab eo venerant, Clericis ipsa verum experientia demonstratum est. At ille omnibus valere jussit, & calum-***

Epist. 86.

*niantibus aures tradens, rem aggressus est, que credi nullatenus queat, nisi restem haberet Ecclesiam. Tulit enim illos, qui nobis anathema dicebant, surgensque & acclamans eorum voces confirmavit. Prima mali radix fuit Diodori ac Theodori causa. Eam Domnus, sui Antecessoris judicium secutus, cum Theodoro ac omni sua Diœcesi defendebat, Dioscorus verò ac Eutyches, non dumtaxat Rabbulæ Edeffeni & Melitenensis Acacii, sed etiam Sancti Cyrilli ac Sancti Procli tenentes vestigia, atrociter anathematizabant. Cunctos eorum Patronos proclamabant Nestorianos. Dioscorus eò usque suæ iræ laxavit habenas, ut per nescio quos Orientis transfugas jufferit in plena sua Synaxi cunctis istius Diœcesios Episcopis inclamari anathema, & ipse acclamans confirmaverit. Eadem de re Theodoretus in suo Romanæ appellationis libello scripsit ad Magnum Leonem; *Alexandrinus Antistes anno etiam superiore, cum eò profecti essent duo viri Apollinaris morbo infecti, & calumnias in nos texuissent, consurgens in Ecclesia nos anathemate confixit. Dioscorus eos accusavit, quod violassent Sancti Cyrilli pacem, ac resuscitassent Nestorium. Uti què ex tunc habebat clandestina Pacta cum Eutychem, Et conjuncti hi Turbines Domnum ac omnem ejus Patriarchatum fecerunt adeo fœtere etiam apud Principem, ut ad Antiochum Præfectum scribat Theodoretus: *Magnos in Ecclesiis suis excitarunt, qui contra nos calumnias commenti sunt. Qua de causa & Deo carissimi Episcopi, & itinerum longitudine, & virium infirmitate, & simili etate contempta, Gregibusque suis sine Pastore destituitis, longam istam peregrinationem susceperunt, constatum in nos mendacium resellere properantes. In litteris ad Celerinam Diaconam addit, quod etiam hæc asperitatem contempserint. Nempe à Domno Patriarcha Legati Constantinopolim. Verum dolosus Eutyches omnes illis observavit non solum portas Palatii, sed & rimas. Hæc Dioscori in Domnum, Theodoretum, ac alios Orientis Episcopos inimicitia continet plura spectantia ad Ecclesiasticam eruditionem, ideoque digna est suo tempore & loco enucleari. Hæc pauca demonstrant causam, ex qua Eutyches noluit ad Domnum ac ejus Concilium provocare.***

Epist. 113.

Epist. 95.

Epist. 101.

In laudata ad Sanctum Flavianum epistola Theodoretus adducit & aliam amaram radicem, quæ Dioscorum momordit, ac impulit adversus Domnum: *In Regia urbe congregati Beati Patres, cum eis qui apud Nicæam convenerant conspirantes, Diœceses distinxerunt, & sua unicuiquè Diœcesi assignarunt, apertè interdicens ex altera quemquam Diœcesi alteram invadere, sed Alexandriæ Episcopum tantummodò res administrare Ægypti, & sua singulas Diœceses. Dioscorus verò legibus istis non vult acquiescere, sed sursùm ac deorsùm Beati Marci Sedem obtendit. Idque cum manifesto intelligat Megalopolim Antiochiam B. Petri Sedem habere, qui B. Marci Magister erat, ac Apostolorum Chori Princeps & Coryphaeus. Verum nos Sedis sublimitatem novimus, nos verò ipsos agnoscimus & metimur. Humilitatem enim Apostolicam à principio didicimus. Tuam porrò Sanctitatem obsecramus, ut nequè sanctos Canones procul-*

*tos despiciat, & sanctæ fidei defensionem alacri animo suscipiat. In hac namque positam habemus spem salutis, & per eam nos veniam adepturos confidimus. Ut autem hoc quoque Sanctitas tua non ignoret, scito Domine, hanc illum adversum nos pusillanimitatem gerere, ex quo Synodicis vestris sub beatæ memoriæ Proclo factis, sanctorum Patrum regulis inheverentes, adhaesimus. Ac de hoc nos semel atque iterùm increpasse, quasi & Antiochenorum, ut ait, & Alexandrinorum jura prodiderimus. Horum memor, tempusque, ut ei visum est, nactus, inimicitias patefacit.*

Constantinopolitana Synodus per suum secundum Canonem Episcopo Constantinopolitano dedit secundum in Ecclesia locum. Verùm nulla fuit facta executio: Nec sub Nestorio, nec sub Sancto Joanne Chrysofomo, nec sub aliis usquè ad Sanctum Proclum Successoribus. Hic ergò executionem obtinuit ab Imperatore Theodotio, atquè ita Synodicam suam misit & Alexandriam & Antiochiam, mandans admitti Canonem & observari. Sanctus Flavianus fuerat Sancti Procli Presbyter, ideoque omnino cooperatus: Et Domnus Antiochenus, sub quibusdam tamen conditionibus & Pactis, admisit. Ejusque Synodus comprobavit. Theodoretus jam dedit causam: *Sedis sublimitatem novimus, nos verò ipsos agnoscimus & metimur. Humilitatem enim Apostolicam à principio didicimus. At verò Dioscorus constantissimè noluit acquiescere, sed sursùm ac deorsùm Beati Marci Sedem obtendit. Clamans ipsam nec per Constantinopolitanam Synodum, nec per sacram Principis jussionem potuisse, aut posse humiliari. Et Domnum semel atquè iterùm increpuit, quod non solius Antiochenæ, sed etiam Alexandriæ Cathedralis jura prodidisset. Hinc in ipsum ac item Sanctum Flavianum concepit odium, dicens apud semetipsum: *Cum accepero tempus, ego justitias judicabo. Hoc autem tempus advenit, dum Domnus cœpit Sancti Cyrilli damnare Capitula, & Diodori ac Theodori dogmata & Scripta synodaliter commendare. Omnino ante Eutychemis damnationem. Tunc ergò Dioscorus Domnum, ac omnes ejus Episcopos damnavit de Nestorio, ac solemniter anathematizavit.**

Hinc intelliges Acta Chalcedonenfis Concilii. Dioscorus in Ephesino Latrocinio primum invasit locum, secundum Juliano Coenfi Episcopo, Sancti Leonis Papæ Legato, tertium Juvenali Hierosolymæ Episcopo, quartum Domno Antiocheno, quintum detulit Sancto Flaviano. Dum ergò hæc Chalcedone legerentur, Orientales Episcopi intercesserunt, & clamarunt: *Flavianus in proprio loco quare non sedit? Constantinopolitanum Episcopum quare quintum posuerunt? Nempe Dioscorus & Constantinopolitanum Canonem, & Principis jussionem, & Procli cum Domno Pacta sprevit: Obtinere voluit antiquam Ecclesiæ Hierarchiam. Et adversus istam ejus fiduciam Orientales Episcopi, quoniam Pacta ista probaverant, consurrexerunt. Et Sanctus Paschasius, Lilybeti Episcopus, Chalcedonenfis Synodi Apostolicus Præses, illis favit: Ecce nos, Deo volente, Dominum Anatolium primum habemus,*

mus, *bi quintum posterunt Beatum Flavianum.* Est admiranda interlocutio. Quoniam certum est Paschasium à Sancto Leone habuisse alia Mandata. Etiam Theodoretus non scripsit ex fide. Etenim Constantinopolitani Canonis non secundam, quam solam abjecit Dioscorus, sed primam tantummodo adduxit partem, Dioscorum accusans, quasi se non contineret intra limites Ægyptiæ Diocesis. Deinde scripsit Canonem, quem impugnabat Dioscorus, fuisse conformem Nicæno. Quæ omnia sunt manifestò devia. Unde & Magnus Leo ista Domni ac Procli Pacta, licet per Chalcedonensem Synodum confirmata circumduxit potentissimè ac penitus abolevit. Et ejus judicium Romana Ecclesia defendit, & custodivit per multa secula.

Porrò Sanctum Flavianum Dioscorus & Eutyches oderant etiam ex alia causa, quam edicit in Ecclesiastica historia Cardinalis Anastasius, Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarius: *Pensè Alexandriam promotus ad Episcopatum Dioscorus confestim Cyrilli cognatos in primordiis suis devastat, & horum patrimonia deprædat, filium autem fratris ejus Athanasium Presbyterum sine culpa deposuit. Hæc autem faciebat rectè Cyrilli fidei adversatus, cum esset hæreticus, & ex mollibus unguis ea que sunt Origenis sentiret. Irascebatur autem & Flaviano, eò quod modicum quid opis Beati conferret Cyrilli cognatis. Cum autem Chrysaphius, Theodosii Imperatoris Eunuchus, esset impius, videre non ferens Ecclesiarum concordiam, operam dabat ut conturbaret eas, & diversis modis agebat, ut Flavianum ab Episcopatu depelleret, volens Eutychem quemdam, sui sensus Archi-Mandritam, ad Episcopatum ejus provehere.* Porrò Flavianum odebat, quod ei ob delatum, cui apud Principem cooperatus fuerat, Episcopatum Xenia postulanti noluisse impartiri pecuniam. Hæc igitur hominum inimicitia pepererunt Ecclesiæ foedissimam hæresim, devastatricem totius Orientalis Ecclesiæ. Propter ipsas Eutyches, Dioscorus, Dominus, & plures alii sese mutuo accusarunt de hæresi, & hæresis tandem erupit. Hac igitur de causa Eutyches nunquam voluit ad Dominum provocare.

Quæstio quinta est, Quare Eutyches in Sancti Flaviani Synodo, dum circa fidem discuteretur, dixerit: *Si preceperint mihi Patres, Romanus & Alexandrinus, dico hoc ipsum?* Cur Dioscorum invocaverit pro suo dogmate, est manifestum ex jam dictis. Quæstio est, cur etiam invocaverit Sanctum Leonem? Deinde cur in sua, quam Florentio Patrio ad aures dixit, appellatione adjunxerit Hierosolymitanum Episcopum, ac Theffalonicensem? Respondeo Romanum fuisse invocatum, quod Hæresiarcha sciret circa Christianam fidem nihil posse stabiliri sine Episcopo Romanorum. Hominem ipsius animabant humanissimæ, ac nuperrimæ Pontificis ad ipsum litteræ. Hierosolymitanum credo invocatum ex arte. Etenim Juvenalis, tunc Episcopus, in Ephesina Synodo, dum suam aliquot Provinciarum, Antiocheno Patriarchatu ablatarum, rapinam firmare studuit, graviter offenderat Antiochenam Ecclesiam: Et licet isthuc

fuisse rejectus, permanebat in rapina. Hinc Eutyches ejus animum speravit aversum à Domino, ideòque sibi facillè inclinandum. An Anastasium Theffalonicensem invocaverit, est incertum. Etiam in hoc articulo videtur per suum Monachum fuisse mentitus. Hoc fortiter suadent adducta superius verba Magnificentissimi Florentii: *Turba facta, & dissoluto Conventu, Eutyches dixit ad me sileter, appellans Romanum, & Ægyptium, & Hierosolymitanum Concilium.* Quare aut Eutyches non adjunxit Theffalonicensem, aut Florentius ista verba non audivit. Certè audita non tacuisset.

### CAPUT III.

#### Discutiuntur Asserta Petri de Marca circa Romanam Eutychetis appellationem.

Petrus de Marca in septimo libro, licet Romanas appellationes circa disciplinæ quæstiones teneret auferre, volens talia Provincialium Synodorum Judicia esse suprema, attamen ipsas admittit circa dogmaticas fidei quæstiones, & adjungit causam: *Quoniam conservatio veræ Religionis spectabat ad Sedem Apostolicam Romæ, hinc factum, ut quoties Orientales Episcopi litteras Episcopi Romani in Orientem deferrent, in quibus contineretur eos in communionem fuisse receptos, Sedibus suis restituerentur ab Episcopis Catholicis, cujus rei exstant exempla valdè illustra. Non loquor de Athanasio, aliisque Orientis Episcopis, quorum supra mentionem feci, quoniam causa eorum examinata fuit tanquam ad disciplinam pertineret, tamen sitendum est habitam quoque fuisse ab Occidentalibus rationem oppressionis, quam Episcopi illi patiebantur ob causam fidei. De Eustasio Sebasteno Episcopo loquor, Flaviano, & Theodoro.* Hos profitetur ad Apostolicam appellasse Sedem, & secundum Canones potuisse appellare. Certè Theodoretus affirmat etiam Julium Pontificem, dum Sancti Athanasii & aliorum Orientalium Episcoporum appellationem admisit & executus est, egisse secundum Canones.

Interim præfatus Archi-Episcopus pergit: *Locus inter appellationes ad Episcopum Romanum non tribuo ei, que sub nomine Eutychetis circumfertur post damnationem ejus à Flaviano Episcopo Constantinopolitano peractam, tamen ea vulgò obtrudatur, quoties controversiæ de causa Religionis agitantur. Nolim tamen negare, quin Pontificem Romanum appellaverit, sed tamen contendo non ad solum Romanum Pontificem provocasse. Exemplum hoc variis in locis Replique sue laudat Illustrissimus Cardinalis Perromius, & appellationem illam Eutychetis probare se putat autoritate epistolæ Sancti Leonis ad Flavianum. Adducit epistolæ verba, & prosequitur: Verum quia appellatio illa non dicitur facta esse ad Apostolicam Sedem, ut probationem impleat Perromius,*

romulus, addit autoritatem Flaviani, Leoni respondentis. Adducit superius item laudata Sancti Flaviani verba, & pergit: *Sed ex verbis illis colligi non potest appellatas non fuisse reliquas Sedes. Sanè dissimulanda non est veritas. Appellavit enim Eutyches Synodos, Romanam, Alexandriam, Hierosolymitanam, & Theffalonicensem, sed clanculum, & in aurem Patrii Florentii, post Judicium factum, & post solutam Synodum. Unde colliguntur duæ egregiæ regulæ. Prima, causam fidei, cum communis sit & generalis, judicandam esse à Synodis Ecclesiæ universæ, præcipuè verò à Romana, que omnium prima est. Tum depositionem hæretici, quæ sequitur ex decisione fidei, definitivo Decreto judicandam esse ab omnibus, si nova sit hæresis, nequè habendus damnata fuerit ab Ecclesia. Secunda verò regula hæc est, appellationes factas ad Patriarchas censuræ factas ad eorum Synodos, ut constat ex formula appellationis Eutychetis. Non appellavit autem ad Synodos Orientis, quod Patriarcha Antiochenus subscripsisset sententiæ Flaviani: Et quod plures Metropolitanæ Dioceson, Asiæ, Ponticæ, & Thraciæ, adessent in Concilio Constantinopolitano.*

An Eutyches ad solum Leonem Pontificem appellaverit, aut non appellaverit, nihil facit ad dignitatem Sedis Apostolicæ. Satis est quod Petrus Archi-Episcopus confiteatur ipsum secundum Canones potuisse appellare. Attamen quædam intermiscet, quæ prætermitti non possint sine examine. Intermiscet errores. Primus est, quod Illustrissimus Cardinalis Perronius Romanam Eutychetis appellationem non rectè probet ex Magni Leonis epistola ad Sanctum Flavianum. Etenim Leonis verba sunt lucidissima: *Acceptimus libellum Eutychetis Presbyteri, qui se queritur immunitate communionis privatum. Quem libellum, nisi appellatorum? Et per ipsum Eutyches omnino postulabat retractatorium Judicium, ideòque & sibi restitui sui gradus communionem.* Hinc Pontifici misit etiam libellum Eusebii accusatoris, aliaque documenta ad retractationem necessaria. Eadem de causa Sancto Flaviano mandavit Pontifex, ut Synodalia Acta referret, unaque transmitteret aptam & idoneam personam.

Secundus error est, quod laudatus Cardinalis istam appellationem non rectè etiam probet ex Sancti Flaviani relatione, & Rescripto ad Pontificem. Etenim Sanctus Flavianus per ea ipsa verba, quibus Eutychem appellasse negat, appellasse confirmat. Quæstio erat de duplici appellatione. Eutyches se, & quidem per libellum, affirmabat appellasse tempore Constantinopolitano Concilii, statim à data sententiæ, & jam de novo appellabat. Et de novo mittebat libellum, aliaque necessaria. Primus articulus erat splendidum mendacium: Secundus autem erat clara veritas, patens ad oculos. Proinde hanc posteriorem appellationem nequaquam negavit Flavianus, sed studuit evertere. Per tria principia. Primò per suæ sententiæ transitum in rem judicatam. Secundò per caducum ipsius appellationis fundamentum. Eutyches enim non quasi novam inchoabat appellationem, sed asserbat se facere prosecutionem & introductionem illius, quam

Christ. Lupi Opera T. VIII.

in ipsa Flaviani Synodo præsens per libellum fecerat, atque ita mendacio destruebat semetipsum. Tertio per evidentem caducitatem causæ. Flavianus asserbat dogma Eutychetis esse manifestam Apollinarii aut Valentini, in ipso etiam Ephesino Concilio nuperimè damnatam hæresim, ideòque ipsi pœnitendum esse, non appellandum.

Ex quibus lucet, quod Sanctus Flavianus, licet contra Factum meritò contenderit, omnino tamen agnovit Jus Romanæ appellationis. Nec enim scripsit istam refugii portam nemini patere, sed dumtaxat quod eam sibi ipsi clausisset Eutyches. Evangelicam istam portam est adeò veneratus, ut etiam ipse postmodò in Ephesino Latrocinio fuerit ingressus, à Dioscori, & omnis istius Factionis violentia appellans ad Romanam Ecclesiam. Porrò Eutyches ad Florentiæ Patrii aures fecit istud ipsum adversus justissimam sententiam, quod adversus Theophili Alexandrini violentias fecit Sanctus Joannes Chrysostomus, *contestans paratum se ad delinquenda crimina, & ad innocentiam declarandam coram centum, vel mille Episcopis.* Ità ipse scripsit ad Sanctum Innocentium Pontificem. *Omni homini familiare est, dum manifestam accipit injuriam, provocare ad totum Mundum, vel ad totam Ecclesiam. Ità igitur & Eutyches, Sancti Flaviani, cui se æmulum noverat, ideòque & ipsum sibi talem suspicabatur, sententiæ percussus, per subitum impetum appellavit ad generalem totius Ecclesiæ Synodum, excludens tamen Patriarcham Romanum. Isthæc appellandi forma operabatur illum ipsum effectum, quem hodiè operatur appellatio ad quemvis competentem Judicem. Faciebat potestatem eligendi quodvis Tribunal competentem. At verò mille Episcopos, aut quamvis generalem Synodum impetrare aut adunare fuit semper summi moliminis: Porrò Romanæ Ecclesiæ portus omnibus semper patuit. Hinc Sanctus Joannes Chrysostomus suam appellationem coram ista sola Sede introduxit, & apud ipsam solam est profecutus. Istud ipsum fecit Eutyches, atque ita manifestum est, quod Romam appellaverit. Et forsitan ex imitatione Sancti Joannis. Nam omnem istam tragædiam propriis oculis conspexerat.*

Tertius Petri de Marca error est, quod causa fidei, dum nova est hæresis, judicanda ac definienda sit à Synodis universæ Ecclesiæ. Et quod ab eisdem decernenda sit depositio novi hæretici. Etenim Pauli Samosatensis, Montani, Novatiani, Apollinaris, Joviniani, Heluidii, Priscilliani, Pelagii, & plurium aliorum novos errores ac personas damnavit sola Romana Ecclesia, & omnis Christianitas usquè hodiè omni cum veneratione acquievit. Quartus error est, quod Eutychetis hæresis fuerit nova. Etenim Sanctus Flavianus disertè scripsit ab ipso refuscitari Apollinaris hæresim, aut Valentini. Alii crediderunt innovari errorem Manichæi. Delirus enim senex nesciebat quid diceret. Pertinaciter negabat duas naturas, ideòque cogebatur labi in aliquam vetustam hæresim. Ejus Sensa inquirere non est hujus loci. Quintus error est,

C c

quod

quod ad Patriarcham facta appellatio censetur facta ad eundem Synodum. Etenim cuncti Patriarchæ plurimas appellatas causas retractarunt ac definiturunt in Synodo solius suæ Provinciæ. Sunt plurima exempla. Nam & ad retractandam Eutychetis appellationem Magnus Leo ne vel cogitavit convocare omnem Occidentis Ecclesiam. Quis unquam Pontifex ad talem causam evocavit Africanos Episcopos, aut Illyricianos? Quin & tales causas quandocumque deciderunt in suo Presbyterio. Sextus error est, quod ducit ista regulæ rectè statuatur ex Facto Eutychetis. Etenim Eutyches fuit imperitus Monachus, obnoxius paræmiæ: Imperitia est mater audaciæ. Hinc ejus facta fuerunt inepta ad statuendas regulas. Septimus error est, quod Eutyches non appellaverit ad Orientales Synodos, quoniam Patriarcha Antiochenus subscripsisset sententiæ Flaviani. Etenim Dominus isti sententiæ nunquam subscripsit. Nescio quis codex possit circumscriptisse Parisiensem Archi-Episcopum. Octavus error est, quod Asiatica, Pontica, ac Thracica Dioceses tunc spectarent, aut nunquam spectaverint ad Synodos Orientis. Olim fuerunt Autocephalæ. Porro ad ipsas non provocavit Eutyches, quod eas tunc subjugasset Constantinopolitanus Episcopus, & compulsisset ad suam Synodum.

#### CAPUT IV.

*Discutiuntur quedam Asserta Reverendi Patris Paschafii Quesnellii.*

Paschafius Quesnellus in Dissertatione de causa Eutychetis ad vigesimam & vigesimam primam Sancti Leonis epistolam agit Apologum sui dilectissimi Petri de Marca adversus Joannem David. Proficitur Romanas Orientalium Episcoporum & Clericorum appellationes esse excellentem Apostolicæ Sedis Prærogativam, & adjungit: Absit ut ego invideam, cujus potius Auctoritatem, Eminentiamquæ, sacrosanctis firmatam Canonibus, toto animo tueri ac propugnare velim. Veram ut immota & inconcussa manent fundamenta verba, quibus Apostolici Primatus moles incumbit, sic per se ruere necesse est infirma illa & fucata argumenta, quibus præpostero quorundam studio fulciri solet, quorum inanitatem quisquis reterege satagit, is profectò non minimam à Sede Apostolica gratiam interit. Zelofus Apostolicæ Sedis Dilector per Galliam, per Hispaniam, per Africam, per omnem Orientem quærit Romanæ appellationis, adeoque & Romani Primatus exempla, ac fundamenta, & non invenit, nisi infirma, & fucata: Præpostera quorundam studia, inania fulcimenta. Permittat uti verbis Sancti Cyrilli ad Patriarcham Nestorium: *Equid nunc, obsecro, consilii captam? Namque à tua Pietate consilium potere compellor.* Certè opinabor, quod Reverendus Pater Paschafius Quesnellus istum Primatum non credat.

Hinc enim pergit: *Hoc igitur cenfeo nihil ex hac utraqûe Leonis epistola haberi, quo validè comprobetur Romanum Pontificem seorsim, ac separatim ab aliis Patriarchis, Majorumque Diocesium Episcopis, ab Eutyche fuisse appellatum.* Istud probat ex supra adductis Juliani Coenensis, & aliorum Episcoporum testimoniis, atque adjungit: *Est autem falsum sit Eutychem appellasse, dum legeretur damnatio, veri tamen aliquid ex ejus mendacio elicimus.* Dum enim suggerit Constantino Monacho verba, quæ appellationis suæ formulam contineret, non alia suggestisse credendus est vir sagacissimus, quam quibus appellatio concipi solita erat. Confirmat Petrus de Marca, qui ex clandestina, ac præcipitata Eutychetis appellatione vult colligi duas egregias totius Ecclesiæ directivas regulas. Insuper ut Romanam Ecclesiam spoliaret, Eutychem transformavit in virum sagacissimum. Verum longè aliis coloribus hominem exhibet Sanctus Leo. In dogmaticis ad Sanctum Flavianum litteris scribit esse *multum imprudentem, nimis imperitum, lapsum in insipientiam.* In litteris ad Anastasium Thesalonicensem Episcopum appellat *imperitissimum senem.* In litteris ad Sanctum Paschasium Lilybeti Episcopum scribit esse *dementem & hominem stultissimum.* Et ecce, ut Romanæ Ecclesiæ Primatum arietare adjuvet, fucatur in virum sagacissimum. Porro Eutychetis appellatio fuit duplex, aut certè iterata. Quidquid fuerit, imperitus senex omnem & hæresi & mendacio reddidit frivolam atque inurilem.

De ipsa, post variè percussum Joannem David, Paschafius Quesnellus pergit: *Jam verò quod ad Sancti Flaviani verba attinet, & quæ verbis Constantini opponuntur, & in quibus præter unum Leonem nullus alius nominatur, ad quem Eutyches appellavit, non est operosum respondere. Id enim non aliam ob causam factum est, quam quod solum Leonem tunc alloqueretur eundemque solum nominaret hæresiarcha cum ad eum scriberet, tanquam per falsitatem mendacii subreperere se Sanctis Leonis auribus putans, ut scribit ipse Flavianus ad Sanctum Leonem. Et quia inter Patriarchas ac Metropolitanos, ad quorum Concilium appellatum esse prædicabat, emingebat sine controversia, idque jure multiplici, Sanctus Leo: Ut qui & Primatum in Ecclesia tenebat, & totius, ad quam appellabatur, Synodi caput erat.*

Respondeo dandam esse rationem, ex qua Eutyches appellationem suam, quam ad tres Patriarchas interjecerat, introduxerit coram solo Papa Leone. Nec enim tunc postulavit generalem Synodum, sed cum omnibus suæ appellationis Solemnibus processit ad solum Papam. Etiam Sanctus Flavianus nec de generalis Synodi necessitate, nec de invocatis pluribus Patriarchis, sed intercessit, & excepit de Eutychetis, qui se in ipsa Synodo per libellum provocasse allegarat, dumtaxat mendacio, & manifesta hæresi. Ex his solis principiis præterdit suum Synodale Judicium esse firmum, & non posse concuti. Similiter ipse Magnus Leo, post interjectam à suo etiam Tribunali appellationem, assidue ad Imperatorem Theodosium, ad Dominam Pulcherram, & ad alios Imperii Primates clamavit huic

quæ-

questioni non esse necessariam Œcumenicam Synodum, ideoque suam Sedem sufficere. Et ante istam appellationem Sanctus Flavianus ad ipsum scripserat: *Sanctissime Pater, pro consueta fiducia fiducialiter age, secundum quod Sacerdotio competit. Decernere damnationem adversus eum regulariter factam per propria Scripta dignare. Et confortare nostri Imperatoris fidem. Causa eget solummodo vestro solatio, atque defensione, qua debeatis consensu proprio ad tranquillitatem, & pacem cuncta perducere. Sic hæresis, & turbæ facillimè destruentur per vestras sacratissimas litteras. Removebitur & Concilium, quod fieri divulgatur.* Adeo Flavianus credebatur Leoni ad istius causæ retractationem non esse opus Œcumenica Synodo. Proficitur sufficere solum Sanctus Sacerdotium. Ab illo supplicabat decerni suum judicium fuisse regulariter factum. Hoc est, confirmari. Certè talia ad ullum Patriarcham nec scripsit, nec scribere potuit. Proinde hæc omnia fundantur non in Eutychetis ad solum Leonem alloquio, sed in Leonis Sacerdotio: In ejus Romano Primatu.

Redeo ad Eutychem. Cur ipse appellationem, quam ad tres Patriarchas interjecerat, coram solo Leone studuit introducere? Cur, dum Alexandriam accessit, non postulavit causam suam retractari à Dioscuro, ac sibi per ipsum reddi communionem? Quare Dioscorus istud non attentavit? Quia noverat Acta sui Decessoris Cyrilli, qui grassante Nestorio, & per Dorotheum Martiano-Politanum Episcopum, coram se in plena Synaxi dicentem, *Si quis Mariam Deiparam dixerit, anatema sit, anathematizante omnem Ecclesiam, Constantinopolim scripserat ad nescio quem Amicum: Quid vetabat & nos quocumque vocibus illius contraria scribere, & dicere anatema, si quis Mariam Deiparam esse negaverit? Verum id habens propter illum facere nolui, ne sint qui Episcopum Alexandrinum, Egyptianæ Synodum anatematizantem in Nestorium tulisse dicant.* Quod nempe Alexandrinus Patriarcha nihil potestatis habeat in Thracicam Diocesim. Exstat epistola in prima parte Ephesini Concilii. Dioscorus item noverat Acta sui Prædecessoris Theophili, qui ad Sanctum Joannem Chrysoftomum, suæ causæ cognoscendæ delegatum ab Imperatore Arcadio, scripsit: *Arbitror te non ignorare, quid præcipiant Nicæni Canonis, sancientes Episcopum non judicare causam citrà terminos suos. Si autem ignoras, discite: Et libellos contra me suscipere desino.* Et Sanctus Joannes acquievit. Et eadem exceptione postmodò usus fuit adversus Theophili Attentata in Synodo ad Quercum. Ista epistola exstat in Dialogo Palladii Helenopolitani Episcopi cum Theodoro Diacono Romanæ Ecclesiæ. Similiter Eutyches noverat, & suis oculis viderat, quod laudatus Joannes suam ad mille Episcopos interjectam appellationem postmodò introduxerit coram solo Papa Innocentio. Etiam noverat, & viderat Patriarcham Nestorium fuisse damnatum à solo Papa Cælestino. Et damnatos ab ipso Clericos ad hunc solum provocasse, & fuisse solemniter, ac plenè reparatos. Noverat Primatum Romanæ Ecclesiæ. Noverat & averissimum Leonis à Nestorio an-

Christi. Lupi Opera T. VIII.

num. Ad ejus enim, Archi-Diaconi tunc Romanæ Ecclesiæ, jussu Joannes Cassianus, Constantinopolitanæ olim Ecclesiæ sub Sancto Joanne Chrysofomo Presbyter, composuerat septem eruditissimos libros contra Nestorium: Et propter ipsos Leo illum, à Semi-Pelagianis avulsit, reddiderat plenæ gratiæ Romanorum Pontificum. Eutyches item non dubitabat de Sancto Leonis in se benevolentia. Propter nuperas ad se litteras. Etiam noverat generalem Synodum esse rem magni moliminis: Faciliorem invocari, quam impetrari. Hæc igitur sunt rationes, ob quas Eutyches debuit, ac maluit suam appellationem introducere ad Tribunal solius Leonis. Sperabat & se, & Flavianum ab ipso tractandos, quomodò & Nestorium, & damnatos ab ipso Clericos tractari viderat à Sancto Cælestino. Porro Romanum Primatum profiteri oportet non verbo & lingua, sed opere & veritate. Quid sibi volunt hæc verba? *Leo eminebat sine controversia. Idque jure multiplici. Tenebat Primatum Ecclesiæ. Erat caput totius Synodi.* Etenim si à Synodis ad Papam appellari non possit, & ipse super eas non habeat potentiam, est Primas & Caput sine auctoritate: Primas & Caput solo loco & honore. Et hoc est Dogma Eusebianæ Factionis, Phoriani schismatis, & Marci Antonii de Dominis.

Paschafius Quesnellus prosequitur: *Licet idem Pontifex totam ad se causam pertraxisse videatur, cum & de singulis instrui postulat, & de Flaviani silentio conqueritur, non ita tamen est re ipsa. Similiter enim aliorum Episcoporum quilibet, ad cujus sententiam per appellationis libellum provocaretur, & de negotio instrui postuleret, & de silentio querelas moveret. Meritò ergo & potiori jure totius Factionem ac notitiam volebat sibi Leo deferri. Et quidem primitus: Ut potè Primati, cui de eo cum ceteris, ac præ ceteris decernendum erat, si appellationi locus datur. Quoniam, inquit ipse Pontifex ad Flavianum, nos qui Sacerdotum Domini matura volumus esse judicia, nihil possumus, incognitis rebus, in cujusquam partis præjudicium definire, priusquam universa, quæ gesta sunt, veraciter audiamus. Hæc verba sunt hominis non sibi uni jus ferendæ sententiæ arrogantis, sed præsentis, oculati, æquissimi que Judicis, qui suam, causa incognita, temerè nolit conferre suffragium. Sed quid solventis hujusmodi argumentis ex ipso Leone petitis tempus verimus? Non querimus in hac præsentis causa, an Leo sibi Prærogativam illam vindicavit, sed utrum de Facto Eutyches appellavit? Et utrum ad solum Romanum Pontificem? Quod quidem si egisset, ut actum esse ab eo existimavit Sanctus Leo ex ejus callido mendacique libello, non esset quod miraremur Eutychem Romanam Sedem appellantem à Romano Pontifice ultrò esse susceptum: Præsertim cum de Nicæna fide agi videretur, cui tam Eutyches ipse, quam ejus Accusator, se indivulsè profitebatur in hæreses. Romani enim Præsulis, tanquam Capituli Episcopalis Coronæ, hæc sunt præcipue partes, ut à prima Cathedra, tanquam à specula, confirmationi Canonum invigilet, fideique Catholicæ custodiam agat.*

Errores varii. Primus est, quod Sanctus Leo

C. C. 2

to

totam causam ad se non pertraxerit. Etenim appellatorio Eutycheis, & accusatorio Eusebii libello, aliisque per Eutychem adjunctis causae documentis non contentus Flavianum arguit de non facta relatione, idque iussit mox fieri, & simul transmitti idoneam personam. Utiq; Responsum in retractatorio iudicio. Secundus error est, quod etiam a libello Eutycheis potuerit ab Eutyche per appellationis libellum invocari. Etenim doceri veliam exemplum, in quo damnatus à sua Synodo Episcopus provocavit non ad Papam, sed ad alium Metropolitam, aut Patriarcham. Exemplum, in quo quis Patriarcha alieni Diocesis appellatorem admiserit, retractavit, definitur. Tertia sermo est, quo aliorum Episcoporum quilibet, dum per appellationem invocatur, possit postulare instructionem causae, ac de relationis silentio movere querelas. Palam hoc demonstrat ipse Hierarcha Nestorius, quem Julianus Eclanensis, aliique istius facis per Romanam Ecclesiam degradati, ac extra Italiam proscripsi Episcopi invocabant assiduis gemitibus ac flexibus, jurantes se temporibus Christianis pati persecutionem, atque injuriam. Erat Regiae civitatis Episcopus, ideoque ex officio debebat curam advenam Episcopum introducere ad Principem, & ante introductionem discutere personam & causam. Proinde habebat aliquid juris, ex quo postulare de Juliano, & affectis instrui. Et tamen literis, per quas à Caestino Pontifice doceri supplicabat, adjunxit: *Rebus ostendimus, quia Fratrem amare nego, illum eorum nosse cupimus, non desiderio curiositate in partem.* Et in alia epistola: *Considera quid patet à nosse sit Regiae civitatis Episcopum, si negotium praedictorum virorum nesciat, tamenque utrum, ad adiamentum hereticorum per ignorantiam sit. Unde rogo, ut undique sitis ista sita ad me donare notitiam praedictorum virorum, & mandata litterarum sequestrari Valerius Cubicularius possit Beatitudini tuae per se exponere eorum nosse sitis.* Non jubet, non exposcit, sed huic illi me supplicat, atque clamat nullam tibi posse relationis silentio esse querelam. Insuper studiosè se purgat de curiositate. Quae omnia longe fortis iure cadunt in aliarum, etiam Patriarchalium, Ecclesiarum Episcopos. Etenim Apostolica tractatio ad nullam Ecclesiam ab omnibus sub caelo aliis referri iussit, nisi ad solam Romanam. Alia in Hierarchiam in Christi Ecclesia usque haec vidimus. Isthaec fabelula, nisi mea peccata sciant me mente caecum, omnes Episcopos palam facit aequales, & nos cogit ad Marcum Antonium de Dominis.

Quartus error est, quod Sanctus Leo non solus, sed cum ceteris Patriarchis, ac Episcopis debuerit hanc causam retractare, ac definire. Etenim hesternatone, quae omnis sub caelo comprobavit Ecclesia, Sancti Caestini Pontificis adversus Nestorium Acta demerstrant, & clamant oppositum. Post acceptas Haereticarum Exegeset, ejusdemque ac item Sancti Cyrilli de ipso litteras, laudatus Pontifex Cyrillo rescripsit: *Quantobrem 22088 Sedis auctoritate adscita, nostraque vice, & loco cum potestatis, ejusmodi non absque requisita servata auctoritate exequeris. Nempè*

*ut nisi decem dierum intervallo, ab hujus nostrae admonitionis die numerandorum, nefariam doctrinam suam conceptis verbis anathematizet, illico Sanctitas tua illi Ecclesiae prospiciat.* Utiq; procedendo ad creationem novi Episcopi. Notanda sunt verba: *Nostrae Sedis auctoritate. Nostra vice & loco cum potestate.* Caestinus ista fecit ad has Synodales preces Sancti Cyrilli: *Non prius Nestoris communionem palam aperteque deserimus, quam haec ipsa Pietati tuae indicaremus. Digneris proinde quid hinc sentias perscribere. Quod liquidò nobis constet, an communicare nos cum illo oporteat, an verò et denunciare, neminem cum eo communicare, qui ejusmodi erroneam doctrinam fovet, ac praedicat. Porò tuae Integritatis mens, & super hac re sententia piissimis, ac Deo devotissimis Macedoniae Episcopis, necnon totius Orientis Antistitibus perspicue per litteras exponi debet. Ut omnes uno animo in una sententia persistant, rectaeque fidei, quae jam impugnatur, opem ferant.* Non agit de judiciali damnatione, sed de sola desertione communionis: Et tam ipse, quam ejus Synodus tantam Apostolicae Sedi deferunt reverentiam, ut nec hanc inchoare praesumpserint, aut praesumant, nisi ex ejus iudicio. Et spondent non solum sese, sed insuper Macedoniae Episcopos, ac omnem Orientis Patriarchatum isti iudicio promptè parituros. Hinc suis litteris Papa subjunxit: *Eadem haec ad Sanctos quoque Fratres, & Co-Episcopos nostros, Joannem Antiochenum, Rufum Thessalonicensem, Juvenalem Hierosolymitanum, & Flavianum Philippensem, perscripsimus, quo nostra, immò Domini nostri JESU-CHRISTI sententia pluribus de eo sit manifesta.* Epistola insuper habet hanc subnotationem: *Haec epistola in Synodo Ephesina lecta est post depositiones contra epistolam Nestoris factas. Quae & relata est in Commentariis.* Ut potè probata per omnem Synodum. Ex quibus patentissimè lucet, quod omnis tunc sub caelo Ecclesia firmissimè crediderit, ac docuerit Apostolicae Sedi esse plenam auctoritatem, ex qua possit sola sine generali Synodo damnare novas haereses, & ipsarum Authores, licet Patriarchas, degradare. Etiam in prima instantia. Quanto magis in retractatorio iudicio? Quare notanda sunt haec Paschasii Quiesnelli verba: *Si appellationi locus datur.* Videntur edicere, quod Magnus Leo ne quidem appellationis merita solus discutere, & ipsam admittere potuerit, longè minus retractare, ac definire. Verum longè aliud sensit Magnus Leo. Discussit, ac definiit omnia per suum Dogmaticum Tomum, quem veneratur omnis sub caelo Ecclesia. Et quis dicat laudata ejus ad Flavianum verba esse hominis sibi soli non adscribentis ius ferendae sententiae? Certè oporteret de istiusmodi nugamentis pudeferi. Porò libenter fateor parum referre, an Eutyches Romam appellaverit. Paschasius Quiesnellus candidè profiteatur istam Romanam Ecclesiam dignitatem, & libens tacuero de Eutyche.

Non libet inania verba describere. Adducam sola detegendis erroribus necessaria. Paschasius itaque Quiesnellus de facta tandem per Sanctum Flavianum ad Pontificem relatione, & transmissis Synodalibus circa Eutychem Actis plurima lo-

qui-

quitur, & quaerit: *Sed quo sine, quo consilio? An ut relationis necessariae debitum persolveret? Hoc ex ejus verbis non elucet. Et quidem est hoc in majoribus causis, qualis est causa Haereticarum, novum errorem per Ecclesiam spargentis, praestari solitum esset ab Episcopis, necesse tamen non erat, cum de aliquo, seu Laico, seu Clerico, non novae haeresis auctore, sed antiquae, jamque proscripae Propagatore agebatur, qualis tunc existimabatur Eutyches, & postmodum etiam à Leone appellatus est.* Affirmat Flavianum non debuisse referre, ideoque immeritò fuisse à Pontifice reprehensum de negligentia. Eò quod Eutycheis haeresis esset, aut certè tunc crederetur esse antiqua, per Constantinopolitanam Synodum damnata in Apollinario.

Respondeo Apostolicam, à Sardicensi Synodo stabilitam, Romanae Relationis consuetudinem fuisse semper longè aliter intellectam ob omni Ecclesia. Etenim de Sancto Theodoto, Patriarcha Antiocheno, Pelagianam haeresim jam sepius damnatam denuò damnante, scribit in Commonitorio super Caestii nomine Marius Mercator: *Pelagius postmodum evidenter deprehensus, insistentibus Accusatoribus, à posteriori Synodo, cui sanctae memoriae Theodotus Antiochie praesedit Episcopus, atque detectus, à sanctis quoque & Venerabilibus Hierosolymorum locis est deturbatus. Quod ejusdem Sancti Theodoti ad Reverendissimum Urbis Romae Episcopum, & sanctae recordationis Praxii Hierosolymitani Episcopi missa scripta testantur, quorum exemplaria ad documentum habemus in manibus.* De eodem Pelagio, ac ejus praesertim discipulo Caestio, ad Nestorium Patriarcham Constantinopolitanum, qui de ipsorum causa rogaverat instrui, rescripsit Sanctus Papa Caestinus: *Cur ea, quae in vos tunc sunt acta, quaeruntur, cum certum sit illinc ad nos à Catholico tunc Antistite Attico Gestia directa? Pelagiana haeresis erat tunc omnino damnata. Exstat epistola in prima parte Ephesini Concilii. In litteris ad Orientales Episcopos Sanctus Papa Gelasius multis demonstrat omnes Episcoporum, etiam ob antiquam, ac damnatam haeresim damnationes debere, ac semper debuisse referri Romam, & adjungit: Quos si à fide integra, communioneque Catholica putaveris errare, ad Apostolicam Sedem, secundum Scita Majorum, & sicut semper factum est, referre debuisse, sicut de Petro Alexandrino, vel de Antiocheno Petro, de Joanne, & Paulo, fecisse monstratur Acacius. Constantinopolitanus Episcopus, qui adhuc Orthodoxus Petri Mogi, & Petri Cnaphaei, aliorumque ob jam pridem à Chalcedonensi Synodo damnatam haeresim Episcoporum damnationem retulerat ad Sedem Apostolicam. Secundum Scita Majorum. Et sicut semper fuerat factum. Et in litteris ad Dardaniam Episcopos laudat, quod idem Catholicus adhuc Acacius omnia Imperatoris Basilisci pro Eutycheana Haeresi tentamina Sedi Apostolicae retulisset. Et affirmat sic oportuisse. In prioribus litteris adjungit rationem: *Cum nova causa, & nova rerum facies appaerent.* Prior post Theodosiani Codicis appendicem, posterior epistola existat in antiquo Canonum Codice Romanae Ecclesiae.*

At verò quis nesciat, quod Eutyches Apollinarius erroribus dederit novam faciem? Quin immò eructavit nova additaementa, quae vicinam quidem, diversam tamen fecerunt haeresim ab erroribus Apollinarii. Homo imperitus nescivit quid garreret. Non ipse, sed ejus Sectatores quid simile fecerunt circa Apollinarium, quale quid fecit Nestorius circa Paulum Samosatenum. Eusebius Scholasticus, qui postmodò fuit Dorylaei Episcopus, adversus Nestorium, aperta jam facie insanientem, Constantinopoli posuit Contestatorium libellum, in quo asseruit, ac demonstrare studuit ipsum per omnia errare cum praefato Paulo. Quod ipsum senserunt plures alii. At verò de Romana Sancti Caestini adversus Nestorium Synodo scribit ad Joannem Antiochia Patriarcham Sanctus Cyrillus Patriarcha Alexandrinus: *Synodus palam asseruit Nestorium novam, eamque perversissimam, & à nullo veterum hereticorum antea unquam excogitatum haeresim esse molitum.* Epistola existat in prima parte Ephesini Concilii. Cap. 21. At verò longè major est distantia inter Apollinarium & Eutychem, quam sit inter Paulum & Nestorium.

Quidquid sit non solum novarum haeresion Auctores, sed etiam veterarum, jam extinctarum, Resuscitatores sunt omnino, etiam secundum istam Paschasii Quiesnelli caducam regulam, referendi ad Sedem Apostolicam. Porò de Apollinarii Secta scribit in Ecclesiastica Historia Theodoretus: *Antiochie Domino Alexandro, qui Eustathianum, id est ex Ariana contra Sanctum Patriarcham Eustathium rebellionem natum schisma extinxerat, vita defuncto, Theodotus, continentiae velut margarita, Ecclesiae Praesulatum obtinuit. Vir mansuetudine insignis & accurata vitae institutione egregiè exornatus. Qui Sectam Apollinarem, oratam ut se cum reliquo Christi grege jungeret, ceteris Ecclesiae Orbibus aggregavit. Eutyches igitur, licet novam forsitan non excitavit, tamen antiquam, plenè sepulvit, ac redactam in cineres, resuscitavit ac reformavit haeresim, ideoque ipsum omnis semper Ecclesia numeravit inter Haereticos. Et vit ulla haeresis ita turbavit & maculavit Ecclesias. Sanctus Anastasius Sinaita rectè affirmat fuisse bestiam decicornem, cujus unumquodque caput fuit venenosissima hydra.*

Quid opus multis? Licet Imperator Theodosius fuerit scientia modicus, ejus tamen Secretarii, & publicarum rerum Gestores fuerunt peritissimi. Non solarum legum, sed etiam sacrorum Canonum. Et hi judicaverunt Eutycheis causam referendam Sedi Apostolicae: Et Dominum suum permoverunt ad referendum. Et ipse Sanctus Leo Flaviano non supplicavit, nec se excusavit de curiositate, uti de Pelagianorum Actis instructionem postulans fecit apud Caestinum Nestorius, sed ex Sancti Petri Apostoli privilegio, ac sui Primatus auctoritate scripsit: *Facti tui nosse volumus rationem, & usque ad nostram notitiam cuncta deferri.* Et iterum: *Fraternitas tua per idoneam maximè, aptamque personam nobis Relatione significet, quid contra antiquam fidem novitatis emerferit, quod severiori sententia dignum fuerit vindicare.* Et rursus: *Quia Dilectio tua de tanta causa nos videt necessario esse sollicitos.*



titos, quam plenissime, & lucide universa nobis, quod antea facere debuit, indicare festinet. Et in litteris ad Imperatorem Theodosium: Ad Fratrem Flavianum Episcopum litteras dedi, quibus mihi displicere cognosceret, quod ea quae in tanta causa gesta fuerant, etiam nunc silentio reticeret, cum sturdos debuerit primitus nobis cuncta referare. Primitus: Statim post Episcopale Iudicium. Non dimittat ante Principem, sed etiam ante appellatorem Eutychem. Juxta Canones Sardicenses. Quis non videat haec esse verba Exarchi ad Subditum? Quis dubitare possit ab eis urgeri Relationis debitum, ac rigidissimam obligationem? Audi causam: Quoniam nos, qui Sacerdotum Domini natura volumus esse iudicia, nihil possumus, incognitis rebus, in cuiusquam partis praedictum definire, priusquam universa, quae gesta sunt, audiamus. Paschasius Quaesnellus commentatur: Haec verba sunt hominis non sibi uni jus omne ferenda sententiae arrogantis, sed prudentis, oculati, & quissimique Iudicis, qui suum, causa incognita, temere nolit conferre suffragium. Nugamenta. Pontifex palam dicit se solum velle audire, iudicare, ac definire. Nec enim ad generalem Synodum, in qua Relationem cum suffragii Praerogativa Pontifex habet, sed ad solam Apostolicam Sedem Eutyches tunc appellabat, ideoque Pontifex in solo suo Presbyterio, aut certe in sola sua Provincia Synodo poterat causam audire, & definire.

Pater Quaesnellus pergit: Fortè scripsit ad Leonem Flavianus eique Acta adversus Eutychem transmissit, ut ab eo confirmationis robur acciperent? At de hoc ne aperit quidem conspicitur. Et supra: Censuit Flavianus Concilium sui de Eutyche sententiam ad Leonem mittendam, necessarium esse, ut si ab eo comprobaretur, maneret; si reprobaretur, evanesceret? Nihil certe tale apparet in utraque eius epistola. Nihil ab eodem actum legitur, quod huic opinioni vel minimum suffragetur. Et probat haec ex Sancti Flaviani epistola: Gesta, quae dudum de Eutyche confecta sunt, missimus ad vestram Beattitudinem, in quibus cum de talibus convicium, & à Presbyterio, & à Monasterii administratione, & à communione nostra abiecerimus, ut Sanctitas vestra cognoscens quae circa illum acta sunt, omnibus Episcopis sub Beattitudine vestra degentibus manifestare dignetur illius impietatem. Ne nescientes aliqui quid ille fecerit, & de quibus convicium, quasi cum consorte fidei, vel per litteras, vel per aliquod aliud commercium agere videantur. Et concludit: Res plana est, nec Interprete indigens. Decretorum quippe novorum Concilii Constantinopolitani, cui praesueverat, sententiam, nec operosa inquisitione opus esse, cum declarandum tantum esset, bonum unionem istum, impii Apollinaris & Valentini dogmata, & in Ecumenica jam dudum Synodo damnata renovantem, à communione Ecclesiae, & ministerio esse segregatum.

Respondeo dolendum esse, quod Reverendus Pater Paschasius Quaesnellus in tanti momenti articulo non agat ex fide, sed Lectoris simplicitatem studeat circumferbere. Nisi tamen ipse sit circumscriptus. Etenim habemus duas Sancti Flaviani ad Magnum Leonem epistolas: Et utraque est suo tempore assignanda. Posterior, cuius hic verba laudantur, scripta est post retractatum, &

confirmatum Sancti Flaviani à Pontifice iudicium, ideoque confirmationem non supplicat, sed executionem. Supplicat super Eutychem nomine, & super suo circa ipsum jam confirmato iudicio fieri Tractoriam, & dirigi ad omnes Ecclesias Romani Patriarchatus. Prior epistola seu Relatio omnino supplicavit confirmationem. Verba sunt plana, & non indigent Interprete: Cominus utique, Sanctissime Pater, in his omnibus, quae ab Eutyche praesumpta sunt, & ob ea quae in nos, & sanctissimam Ecclesiam facta sunt atque sunt, pro consueta fiducia age fiducialiter, secundum quod Sacerdotio competit, propriamque faciens communem causam, & sanctarum Ecclesiarum disciplinam, simul decernere damnationem adversus eum regulariter factam & per propria Scripta dignare. Confortare autem & piissimi nostri Imperatoris fidem. Causa enim indiget solummodo vestro solatio atque defensione, qua debeat consensu proprio ad tranquillitatem & pacem cuncta perducere. Sic enim haecis surrexit, & turbae quae propter eam factae sunt, facillime destruentur, Deo cooperante, per vestras sacratissimas litteras. Removebitur autem & Concilium, quod fieri divulgatur. Quid est communem causam facere propriam, & per propria Scripta decernere Eutychem damnationem esse factam regulariter? Certè non est aliud, quam Flaviani Synodum confirmare. Hoc est ex consueta fiducia agere, secundum quod competit Romano Sacerdotio. Hoc est Apostolicæ Sedis solatium atque defensio. Ista sacratissimas Apostolicæ confirmationis litteras spondere fore tantae auctoritatis, ut Imperatoris, Eutychem palam faventis, fidem confortent, & ab Haereticis divertant; ut Constantinopolitana Ecclesia reddant priorem tranquillitatem & pacem; ut haereticum & eius turbas destruant; ut removeant Generale Concilium, quod Haereticis ferebatur à Principe esse promissum. Et quod Sanctus Leo postulatam confirmationem dederit, demonstrant dogmaticus eius Tomus, & authenticum testimonium Victoris Episcopi Tannonensis. Accedit authenticum testimonium Leontii Scholastici Byzantini in libro de Sectis: Eutyche ab officio remoto, Flavianus ad Leonem Romanum Episcopum de huius depositione perscribit. Respondet Leo ritè depositionem illam esse factam. Quae quidem epistola Tomus Leonis appellari solet.

Imperitus Eutyches per mendacem suam Romanam appellationem speraverit Sanctum Flavianum, & se ab ipso degradatum, tractandos à Sancto Leone, quomodo Nestorium, ac damnatos ab ipso, ac civitate eiectiones Clericos, tractari viderat à Sancto Pontifice Caesestino, adeoque speraverat rescribi ad Flavianum, quod ad Nestorium Caesestino rescripserat: Audio vim maximam sustinere Clericos Catholicè sentientes, quibus nos communicamus. Letamur eos praemiam confessionis acquirere, sed dolemus quod Episcopo persequente. At ejus spes lapsa est in contrarium latus. Hinc & ipse vela vertit. Nestorium imitatus provocavit ad Generale Concilium, & suo Dioscuro impetrare studuit istud ipsum, de quo etiam per Nestorium tentato scripsit ad suos in Regia civitate diversantes Clericos Sanctus Cyrillus:

lus: Nequè tamen miser ille, licet complures & graves viri ejus opera nos accusaturi essent, verum nostrarum iudicem fore se speret, quamvis iure Amphictyonum hoc sibi demandari faciat. Nos enim istuc venientes ab ejus iudicio provocabimus, & si Deo placuerit, ipse de suis blasphemis in iudicio respondere cogetur. Facinorosus Eutyches non solummodo Sanctum Flavianum, sed etiam Pontificem Leonem per complures & graves viros apud Imperatoris Theodosii ignaviam curavit accusari, atque ita per Amphictyonum artes extorsit tantum Pontificem excludi à futura Synodi Praesidentia, ac ipsam devolvi in suum Dioscorum. Quae omnia videns Leo, pro sua consueta fiducia, secundum quod competeat Romanæ Sedis Sacerdotio, fiducialiter egit, & non obstant haereticis appellatione, Flaviani iudicium confirmavit. Et haec fiducia animatus Flavianus exposulavit aliam: Nempe ut Pontifex pro communi jam iudicio formaret Tractoriam, & transmitteret per omnem suum Patriarchatum. Verum haec consilia non placere Pontifici. Haud dubie ob reverentiam Principis. Ne pravi ministri ipsum ardentem ad sciendum in Flavianum, sicut antea pro Nestorio circumscriptus fuerat in Sanctum Cyrillum. Leo itaque Flaviano rescriptit rem esse lucidam, ipsum animavit ad aliquo patienter, & concludit: Si hi, qui in senectute carnis suae sunt mento parvult, deposita imperitiae suae vanitate respiciunt, omnique errore damnato fidem veram singularemque suscipiunt, misericordiam eisdem benevolentia non negetur, mansuro iudicio, quod praecessit, si impietas merito condemnata in sua pravitate persistit. Postulatam à Flaviano executionem censuit suspendendam usque ad eventum Synodi. Notanda sunt verba: Mansuro iudicio quod praecessit. Impietas merito condemnata. Palam laudant Flaviani iudicium, & ipsum denuò confirmant. Hic est verus causae decursus, vera Sententia Leonis ac Flaviani.

Paschasii Quaesnelli fabula sibi ipsi non cohaeret. Lucet ex his ejus verbis: Jam verò monitus à Leone Flavianus quid extremam epistolam suae parte responderit, opera pretium est contemplant. Intellexit ex ejus verbis ipsum, Eutychem appellatione cognita, novo se examini, iudicioque accingere. Quod omnino superfluum cum agnosceret, hoc ipsum & persuadere satagit Romano Pontifici. Disertè profertur, quod Magnus Leo ad retractatorum appellationis examen ac iudicium se accinxerit. Aut igitur istud ex sua Sedis privilegio potuit, aut non potuit. Si potuerit, Sanctus Petrus obtinuit causam; si non potuerit, necesse est ut Paschasius Quaesnellus cum Marco Antonio de Dominis denuò scribat tantum Pontificem fuisse alieni juris pervasorem. Certè Sancto Flaviano nihil tale cecidit in cogitatum. Et ipse Eutyches, iterum repeto, ea ipsa spe invocavit Magnum Leonem, ex qua degradati per Nestorium Clerici nuperimè invocaverant Sanctum Caesestinum. Ex spe obtinendi à Sancti Petri privilegio solutionem injectorum vinculorum.

Paschasius Quaesnellus profequitur: Flavianus ergo Leonem monet primo, ne se hominis callidissimi rebus, & fraudibus circumveniri sinat. Tum in-

luit non minus ardenti zelo adlaborandum esse Romano Pontifici, ut sententia Orientalium Episcoporum plenum sortiatum effectum, quam si eam ipse tulisset. Cum enim Ecclesiae, quae una est, Episcopatus quod sit unus, qui uni quoque fidei ubique invigilet, omnium longè latèque positarum iudicia Ecclesiarum sua facere quemque Episcopum debere, probè intelligebat, si nimirum nihil contra regulam, receptosque Canones perpetratum est. Tertio postulat, ut damnationem Eutychem omnibus notam faciat suarum partium Sacerdotibus. Quarto, cum ea regulariter & canonicè facta sit, retractationi seu iterato examini locum non esse, causamque egere non nova disceptatione, novoque iudicio, sed Pontificis solummodo apud Imperatorem sollicitudine & corroborazione, ne Ecclesiarum pax turbaretur, aut aliquod crearetur ab eo contra fidem praedictum, si Eutychem patrociniis, Aulicorum quorundam impulsu, incautus susciperet. Adducit superius à me laudata è prioribus Sancti Flaviani litteris verba, & commentatur: Postulat ergo Flavianus Leonis non iudicium, sed solatium; non sententiam, sed litteras; defensionem, non confirmationem; propria Scripta, non Synodalia Decreta. Quia intorto semel in Eutychem anathemate per Episcopale iudicium, finita causa erat, nisi universale Concilium huius cognitionem ad se vellet pertrahere, vel ad Occidentale ultrò deferretur: Quod removendum in hac occasione reclusimè censebat Constantinopolitanus Antistes.

Errores varii. Primus est, quod Sanctus Flavianus affirmet Orientalium Episcoporum iudiciis debere eundem effectum, qui debetur iudiciis Romani Pontificis. Etenim supplicat, ut Leo hanc communem Ecclesiae ac fidei causam faciat suam, decernendo Eutychem damnationem esse factam regulariter, hoc est, ipsam confirmando. Hac enim via Synodales aliorum sententias Romana Ecclesia facit suas. Secundus est, quod per omnem, quae una est, Ecclesiam Episcopatus sit unus, ideoque quisque Episcopos omnium Synodorum iudicia debeat facere sua, si nimirum nihil contra Ecclesiasticam Regulam, receptosque Canones sit perpetratum. Est dolosus articulus. Et possit esse verus. In senem, quem magnus Gregorius tradit in litteris ad Joannem Syracusæ Episcopum: Quod Clementis, Byzacena Provinciae Primas, se dicit Sedi Apostolicæ subiecti, si qua culpa in Episcopis invenitur, nescio quis ei Episcopus subiectus non sit; cum verò culpa non exigit, omnes secundum humilitatis rationem aequales sunt. Eadem est ratio Synodorum. Dum nihil contra Ecclesiasticam regulam perpetrant, sunt inconcussa; dum autem de vero aut dubio accusantur excessu, opus est retractatorio examine, quod per Divinas ac humanas leges ipsa natura dicitur non faciendum, nisi à superiori auctoritate. Hanc Christus Dominus non in sola Generali Synodo posuit, sed praefertim in Ecclesia Romana. Apostoli posuerunt etiam in Patriarchis. Quoad proprias ipsorum Dioeceses. Quare Paschasius Quaesnellus, dum Provinciarum Synodos vult esse supremas, non solam Papalem, sed invadit Patriarchalem etiam potestatem. Excedit Eusebium Nicomediensem, ac

Epist. 34.

Act 4.

Lib. 7.  
Indict. 2.  
Epist. 65.

ac facinorosum Photium, & se transfert ad Marcum Antonium de Dominis.

Ad ravim inclamat, ac inculcat Sanctum Cyprianum, scribentem in libro de unitate Ecclesie, *Beatus Apostolus Paulus Sacramentum unitatis ostendit dicens; Unum corpus, & unus Spiritus, una spes vocationis nostrae, unus Dominus, una fides, unum Baptisma, unus Deus. Quam unitatem firmiter tenere, & vindicare debemus, maxime Episcopi, qui in Ecclesia praesidemus, ut Episcopatum quoque ipsum unum atque indivisum probemus. Nemo Fratritatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfida praevagatione corrumpat. Episcopatus unus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur. Audienda sunt verba: Nemo Fratritatem mendacio fallat, Uti què mendacio pravæ interpretationis. Etenim Cyprianus adjungit. Loquitur Dominus ad Petrum, Ego tibi dico quia tu es Petrus, & super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam. Et iterum eadem post resurrectionem dicit: Pasce oves meas. Super illum unum aedificat Ecclesiam, & illi pasce oves suas. Et quamvis Apostolis omnibus post resurrectionem suam tribuat parem potestatem, & dicat, Sicut misit me Pater, & ego mitto vos, tamen ut unitatem manifestaret, unam Cathedram constituit, & unitatis ejusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit. Hoc erant utique & ceteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio praeditus & honoris & potestatis, sed exordium ab unitate proficiscitur. Primatus Petro datur, ut una Christi Ecclesia, & Cathedra una monstraretur. Et Pastores sunt omnes, sed grex unus ostenditur, qui ab Apostolis omnibus unanimi consensione pasceatur. Et infra: Episcopatus unus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia quoque una est, quae in multitudinem tantum incremento fecunditatis extenditur. Quomodo Solis multi radii, sed lumen unum. Et rami arboris multi, sed robur unum tenaci radice fundatum. Et cum de fonte uno rivus plurimus defluit, numerosas licet diffusa videatur exundantis coepae largitate, unitas tamen servatur in origine. Avellæ radium Solis à corpore, divisionem lucis unitas non capit. Ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit. A fonte praecide rivum, praecisus arefcit. Sic & Ecclesia Domini luce perfusa per Orbem totum radios suos porrigit, unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur. Ramos suos in universam terram copia ubertatis extendit, profuentes largiter rivus expandit, unum tamen caput est, & origo una, & una mater, fecunditatis successibus copiosa. Omnes Episcopatus, omnes Episcopales Cathedras, omnesque Ecclesias affirmat esse unum unitate originis ac radicis: Ad modum radorum, ramorum, ac rivorum. Et istam originem atque radicem esse Episcopatum, Cathedram, atque Ecclesiam Sancti Apostoli Petri. Ipsam profiteretur in omnes Episcopatus, Cathedras, atque Ecclesias influere ad istum modum, quo Sol in radios, radix in ramos, fons influat in rivos. Tradit regulam, quam in funebri Fratris sui Satyri encomio laudat Sanctus Ambrosius: *Qui Romanae Ecclesiae non communit, non est Catholicus.* Eandem regulam Sanctus Gregorius septimus inferuit suo Dictatui. Hanc*

doctrinam Sanctus Cyprianus tradit in pluribus locis.

Tertius error est, quod Sanctus Flavianus statim à Sancto Leone postulaverit, ut damnationem Eutychetis notam faceret omnibus suarum partium Sacerdotibus. Etenim istud non postulavit; nisi post factam damnationis retractationem, & datam confirmationem: Omnia confundere non est levis error. Quartus est, quod Sanctus Flavianus Sancti Leoni scripserit suum de Eutyche iudicium fuisse regulariter factum, ideoque locum non esse retractationi, novae disceptationi, aut novo iudicio. Etenim Flavianus rogavit Pontificem, ut factam à se damnationem dignaretur per propria Scripta & sacratissimas litteras decernere factam esse regulariter, quod Leo praestare non poterat sine retractatione, novaque disceptatione, ac novo iudicio. Quintus est, quod per Pontificem Princeps esset hortandus, ne Eutychetis Patrocinium incautus susciperet. Etenim Princeps jam istud susceperat, & scriptis ad Pontificem litteris jam adjuverat mendacem Hæresiarchæ appellationem. Longè igitur aliud Flavianus scribit. Rogat confirmari suum Synodale iudicium, & spondet fore, ut ista confirmatio Principem ab Hæresiarcha diverteret ac separaret. Sextus est, quod laudata Flaviani verba pessimè interpretetur, scribens illum postulasse non iudicium, sed solatium; non sententiam, sed litteras; defensionem, non confirmationem; propria Scripta; non Synodalia Decreta. Etenim Flavianus postulabat non suæ personæ, sed Ecclesiasticæ causæ solatium ac defensionem, qua Pontifex omnia per suæ Sedis auctoritatem perduceret ad tranquillitatem ac pacem. Postulabat sacratissimas litteras, quarum auctoritas & novam hæresim, & factas ob eam turbas destrueret. Postulabat Scripta, quibus Pontifex dignaretur decernere Eutychetis damnationem esse factam regulariter. Scripta, quorum pondere removeretur etiam iactatum Concilium. Et impetravit Dogmaticum Magni Leonis Tomum. Dixi factis. Quis non videat ista omnia esse factæ Synodi confirmationem?

Septimus error est, quod quodvis Episcopale iudicium finiat controversam fidei causam, nisi universale Concilium velit illius cognitionem ad se pertrahere. Etenim Carthaginensis sub Sancto Cypriano, Iconiensis sub Sancto Firmiliano, & plurium aliarum de hæreticorum Baptismo Synodorum cognitionem nulla ad se retraxit generalis Synodus, & tamen illæ non finierunt causam: Propter intercessionem solius Sedis Apostolicæ. Eadem est ratio Ephesinæ Synodi, quam circa Paschalis festivitatis diem celebravit Asiaticæ Ecclesiæ Exarchus Polycrates. Quin immò Carthaginensem Primatis Agrippini Synodum nec Apostolica Sedes cognoscendam voluit, sed transit sine quovis obice. Et tamen abijt, ut causam finierit. Plurima sunt istiusmodi exempla. Et ad tales Synodorum excessus frenandos Apostolicus Canon sanxit omnia quorumvis Conciliorum Sancita referri ad Sedem Apostolicam. Quocirca hic error evertit fundamentalem Ecclesiæ disciplinam, quæ etiam Patriarchales Synodos

## CAPUT V.

## Discutiuntur alia Asserta Paschastii Quæsnelli.

Paschasius Quæsnellus pertinaciter persistit Eutychem nunquam ad Sanctum Leonem, sed provocasse ad plenam Generalem Synodum, & conatur evincere: *De congreganda tamen huiusmodi Synodo jam tunc cogitabatur. Unde certissimè evincitur Orientales de Occidentalium ore tunc temporis non pependisse. Vel enim ante monitum, consultumque Leonem de Eutyche damnatione istud consilium fuit initum: Et sic perspicuum est ad ejus sententiam revocatum non fuisse Flaviani iudicium, cum omisso illius Tribunali, aliud superius pararetur. Vel post datas ad eum litteras, receptumque ejus consensum conceptum est universalis Synodi consilium: Quod evidentiùs adhuc ostendit etiam post Leonis consensum necessariam Synodum existimatum esse, ut priorum iudiciorum sententia recenseretur, ac, si opus esset, reformaretur. Vel denique decernendæ Synodo ex solius appellationis Eutyche libello, seu vero, seu mendaci, color quæsitus est: Quod evincit certum apud Orientales fuisse, Eutyche appellationem non ad unum Romæ Episcopum esse devolutam, sed ad ceteros quoque Patriarchas, eorumque Synodos in universale Concilium convocandas.*

Respondeo verum esse, quod Eutyches statim à sua Romana appellatione cogitaverit de generali Synodo. Et forsitan ante ipsam. Etenim ante inchoatam Synodalem sub Sancto Flaviano Actorum revisionem jam impetraverat talem à Principe Synodum. Superbus ac delirius senex fuit imitatus Nestorium, de quo Sanctus Cyrillus ad præfatam Patriarcham Joannem: *Consulueram Nestorio per litteras ut pravus illis, perversissimisque questionibus dimissis, sanctorum Patrum fidem sectaretur. Verum ratus hæc me ex odio scripsisse, tantum abfuit, ut ullam omnino illius rationem habuerit, qui hæc ex charitate ad pietatem ejus perscripserat, ut ita sentiens, & ita dicens, in Romanorum quoque aures insinuare se posse, easque præoccupare speraret. Etenim prolixa epistola quadam absurda dogmata complexus, eaque ad Dominum meum Celestinum, piissimum Romanæ Ecclesiæ Episcopum missa, inter cetera adversum illos, qui ab eo dissentiant, hæc quoque adiecit, &c. Statim ac audiit Cyrillum in sua dogmata agere, suas Exegesies cum epistolis misit ad Sedem Apostolicam, quasi certus ea placitura, & conquerens Cyrillum adversus ea ex odio agere. Rei series habetur in exordio Ephesini Concilii. Eodem modo Eutyches clamavit Flavianum moveri ex odio, & ad S. Leonem appellando, & Sanctissimum suum Episcopum accusando, speravit Apostolicas aures præoccupare. Insuper tamen minatus est, si Romanum tentamen non succederet, provocare ad Generalem Synodum, & ipsam ab amico sibi Principe postulare. Immo videtur utrumque simul egisse. Ità non obscure colligitur ex præfata revisione Constantinopolitanæ con-*

dos vetat sine tali relatione circa fidem definire. Ex ipsa ad Eutychem rescriptis Sanctus Petrus Chryzologus, Metropolitæ Ravennæ: *In omnibus hortamur te, Frater honorabilis, ut his, quæ à Beatissimo Papa Romanæ civitatis scripta sunt, obedienter attendas, quoniam Beatus Petrus, qui in propria Sede & vivit, & praesidet, praestat quærentibus fidei veritatem. Nos enim pro studio fidei & pacis, extra consensum Romanæ civitatis Episcopi, causas fidei audire non possumus. Non Flavianum, aut ejus Synodum, sed solum mandatum audiri Leonem. Nempè quod Flaviani, Romana Eutychetis appellatione excussum, iudicium confirmasset Sanctus Leo, & suum fecisset. Petrus Chryzologus fuerat Sancto Flaviano responsurus eadem, si in Paschastii Quæsnelli vias declinasset.*

Octavus error est in his verbis: *Vel ad Occidentale ultra deferretur.* Affirmat Provincialia, ut quævis alia Orientalium, Synodorum iudicia potuisse per ultroneam submissionem deferri ad Romanum Tribunal, sed per Canones non debuisse. Ne quidem ad iudicium totius Occidentis. Est ipsissima Eusebianæ Fædionis schismatica contumacia. Etenim apud Philippopolitani Conventiculum hæc fuit Sancti Julii Pontificis, & Occidentalium cum ipso Episcoporum prævaricatio: *Novam legem introducere putaverunt, ut Orientales Episcopi ab Occidentalibus iudicarentur.* At longè aliud sensit Sanctus Cyrillus Patriarcha Alexandrinus. Etenim de Sancti Celestini Pontificis, qui Hæresiarcham Nestorium, nisi intra decem dies solemnem in pleno Ecclesiæ Conventu cantaret erroris palinodiam, communiōe & gradu privaverat, Synodali ex solis adveniens Episcopis iudicio scripsit ad Joannem Patriarcham Antiochenum: *Sancta Romana Synodus disertam in illum sententiam tulit. Qua de re & ad rursus quoque Pietatem perscripsit. Horum proinde Decreto modis omnibus parendum est illis, qui à totius Occidentis communionem excidere noluerint. Scripserunt namque expositæ sententiæ exempla, cum ad Rufum piissimum Thebaisiense Episcopum, tum ad alios quoque nonnullos Religiosissimos Mæcedoniæ Episcopos, qui ab illius, Romani Pontificis, sententia nunquam discedere solent. Scripserunt nihil fecerit & ad Juvenalem quoque piissimum Hierosolymorum Episcopum. Jam tuæ Pietatis fuerit, quid in rem futurum sit, diligenter expendere. Nos enim sequemur, quæ illi iudicaverunt. Veremur namque, ne à tantorum communionem excidamus. Nestorius fuerat Joannis Presbyter ac dilectus filius, ex ejus Ecclesia evocatus ad Cathedram Constantinopolitanam. Hinc sinistri aliquid Cyrillus ab ipso metuebat. At sine eventu. Etenim Joannes Romanæ sententiæ promptissimus obediit, & Nestorium potenter urisit ad obediendum. Etiam Juvenalis Hierosolymæ Episcopus, omnisque ejusque Patriarchatus. Hæc est antiqua & Apostolica circa Romanæ Cathedræ Primatum fides à nemine unquam excussa, nisi à damnatis Eronibus.*



era ipsum Synodi. Hinc statim post appellationem abiit Alexandriam, consultaturus cum suo fidei Dioscuro. Hinc item Sanctus Flavianus in prima sua ad Sanctum Leonem relatione scripsit jam divulgatam esse famam de futuro Concilio.

Huic veritati Paschasius Quenellus admiscet varios errores. Primus est, quod ex sparsa futuri Concilii fama certissimè evincatur Orientales tunc non pendisse ab ore Occidentalium. Etenim contrarium certissimè evincit totius Orientis plenissima reverentia erga sententiam, quam Sanctus Cælestinus Pontifex ex sola suæ Sedis auctoritate pronuntiavit, & per omnes Orientis Ecclesias publicari iussit in Hæresiarum Nestorium. Aliam sententiam insuper, quam pro damnatis à Nestorio, & civitate ejectis, ac suam Sedem appellantis, Clericis & Episcopis tulerat, ipse Pontifex laudat in litteris ad Clerum & Populum Constantinopolitanam: *Ne tamen ad tempus Nestorii videatur valere sententia, qui in se jam Divinam sententiam provocarat, aperit Sedis nostræ sanxit auctoritas nullum, sive Episcopum, sive Clericum, sive professione aliqua Christianum, qui à Nestorio vel ejus similibus, ex quo talia prædicare cœperunt, vel loco suo, vel communione dejecti sunt, vel dejectum, vel excommunicatum videri, sed hi omnes in nostrâ communione & fuerunt, & hic usque perdurant. Quia neminem vel deicere, vel removere poterat, qui prædicans talia titubabat.* Et supra: *Habetis vos, quicumque Ecclesia estis ejecti, pendè nostrorum temporum Beate recordationis Athanasii, Alexandrinæ Ecclesie prudèntissimi Sacerdotis, exemplum.* Compendio enumerat Sancti Athanasii calamitates, & pergit: *Fugatus illinc & in nostris partibus roboratus est. Denique hic ei redintegratus est status, & in hac Sede quietem communionis invenit, à qua semper Catholicis subvenitur.* Et hanc etiam Cælestini sententiam totus Oriens est cum summa obedientia veneratus. Quare Paschasius Quenellus certissimè non solum errat, sed etiam Orientalem Ecclesiam horrendè calumniatur. Et Eusebianum schisma calumniosè affricat, sperans ipsum ita intrudere etiam in Gallicanam Ecclesiam. Non ista dumtaxat omnia, sed etiam validos Romanæ Ecclesie pro Thessalonicensi Œcumenica Synodo ad Sanctum Joannem Chrysostrum reparandum conatus & motus, nec non ejus jam defuncti plenissimam à Sede Apostolica peractam reparationem Eutyche viderat propriis oculis, ideoque noverat Sancti Petri Apostoli dignitates, & privilegium Romanæ Ecclesie. Viderat & noverat Orientales pendere ab ore Occidentalium. Hinc istud privilegium ante omnia censuit appellationem tentandum.

Tertius error est in his verbis: *Vel enim ante monitum, consultumque Leonem, &c.* Etenim bicornè enthymema non habet adæquata membra, & ex ipsorum neutro sequitur intentum. Eutyche ad generalem Synodum provocatio nec ante monitum & consultum de illius damnatione Pontificem fuit acta, nec post datas ad eum litteras, & receptum ejus consensum: Facta fuit statim post Romanam ejusdem Hæresiarum appellationem, dum impius senex audivit aut timuit

nutare Pontificem, & propendere in stabilitam à Flaviani Synodo veritatem. Duxit non expectandam Romanam suæ damnationis confirmationem, sed ulteriori potius appellatione præveniendam. Et hoc nequaquam ostendit etiam post Leonis consensum fuisse existimatum necessariam Synodum. Etenim consensus Papæ semper quidem ostendit Synodum esse utilem, non tamen semper necessariam. Quin immò in Synodum, quam nequè necessariam, neque utilem judicat, possit Pontifex ex causis consentire. Non cogor extranea exempla quærere: Magnus Leo in Ephesinam Synodum, quam Imperator Theodosius ad Eutyche gratiam fieri jubebat, consensit invitatus, proclamans nec necessariam esse, nec futuram. Et eventus demonstravit protestationis veritatem. Attamen non nego generalium Synodorum necessitatem. Profiteor quibusdam casibus non solummodò expedire, sed insuper necessarias. Dumtaxat affirmo per ipsarum necessitatem non everit aut mutilari dignitatem Sedis Apostolicæ. Porro si ante Sanctum Leonem monitum & invocatum Eutyche invocasset Generalem Synodum, perspicuum est quod causa ad ipsum non fuisset devoluta. Potuisset tamen Eutyche ab ista appellatione recedere, & converteri ad solam Romanam Ecclesiam. Et quidem si ad Florentii Patritii aures Generalem Synodum invocavit, ita omninò fecit. Et à Pontifice rursus se convertit ad Synodum. Arista omni vento agitata.

Quartus error est in his verbis: *Vel denique decernendæ Synodo ex solius appellationis Eutyche libello, &c.* Etenim factam ad Florentii Patritii aures appellationem Eutyche non coram Generali Synodo, sed coram solo Papa Leone studuit introducere, ideoque hujus virtute non potuit Generalem Synodum prætere. Proinde Ephesini Latrocinii originem supra audivimus à Liberato Diacono. Exponit Romanam Eutyche appellationem, ejusdem libellos Contestatorios, Sancti Flaviani à Principe compulsionem ad se purgandum de Nestorio, atque prosequitur: *Eutyche petit Dioscorum Alexandrinum Episcopum, ut quærat que de illo acta sunt, & causam examinet.* Agebat apud Principem universalem Synodum fieri, ut probaretur, id est, discerneretur, *judicium Flaviani.* Scripsit ergo Dioscorus Theodosio Imperatori, quia aliam fieri Synodum Generalem oportet. Et ut fieret, persuasit Eutyche. Confirmat Prosper Tyro: *Eutyche, fidens amicitia Regia, & Alicorum favore, ab universali Synodo se poposcit audiri, annuente Imperatore Theodosio, qui ob hujus causæ retractationem omnes Episcopos iussit Ephesum convenire.* Eadem scribunt Sanctus Theophanes, ac Anastasius Bibliothecarius. Leontius Scholasticus Byzantinus in libro de Sectis loquitur lucidiùs: *Eutyche ab officio remoto, Flavianus ad Leonem Romanum Episcopum de hominis depositione perscribit. Respondet Leo viidè depositionem illam esse factam. Quæ quidem epistola Tomus Leonis appellari solet.* Eutyche ausum ab officio remotus Imperatorem adire crebrò, sibi que factam à Flaviano injuriam dicere. Quapropter Imperator Theodosius Generale Concilium Ephesum coire ju-

Cap. 12.

A. R. 4.

bet, in quo cognoscetur, rectène Flavianus Eutychem deposuisset, an non: *Universam verò causæ cognitionem Dioscuro Episcopo Alexandrino mandat.* Itaque Eutyche, videns Romanam appellationem non succedere, sed Leonem in adversa inclinari, ad Dioscorum abiit, & communi isthuc consilio conclusum est deferri appellationem istam, & urgeri aliam ad Generale Concilium.

Nec ibi stetit istorum, qui jam pridem cornu conjunxerant, taurorum iniquitas. Etiam Magnus Leonem sanxerunt infamandum de Nestorianæ Hæresis Patrociniò, atque ita excludendum à postulantæ Synodi Præsidentia, quæ tunc suo jure cadebat in Patriarcham Alexandriam. Et ipsorum rationes cogebant ad istam temeritatem. Etenim adversum Romani Episcopi judicium, aut sanctiones interjecta appellatio devolvit solummodò, nec ipsum excludit à retractatorii examinis Præsidentia: Hinc quò excluderetur, omninò erat accusandus de hæresi. Et consilium successit, Omnia Postulata fuerunt imperata, Leonius videtur asserere, quod Eutyche non nisi post Sancti Flaviani confirmatam à Sancto Leone Synodum appellaverit ad Generale Concilium. Compendio loquitur, ideoque est benignè intelligendus. Etenim Magnus Leo in ipso suo Dogmatico Tomo, quo istam confirmatam Synodum, laudat suos ad Ephesinum Concilium Legatos, & affirmat jam directos. Proinde clarum est Eutychem ante datam, & adversus dandam confirmationem appellasse. At Magni Leonis constantia sprevit ista terculamenta. Hæc est radix & modus Eutycheianæ provocationis ad Generale Concilium.

Quintus error est in his verbis: *Quod evincit certum apud Orientales fuisse, &c.* Continent duplicem errorem. Primus est, quod Orientales Episcopi Ephesinum Latrocinium crediderint provenisse ex clandestina Eutyche appellatione ad aures Patritii Florentii. Etenim istud Hæresiarum tentamen omnes habuerunt pro furo nullius ponderis. Istorum Patrum de hoc articulo sensum supra exposui. Alter in adductis verbis error est, quod Orientales Episcopi ad finiendas Eutyche lites crediderint necessariam Generalem Synodum. Etenim de hac Ephesina Synodo ad Irenæum Tyri Archi-Episcopum scripsit Theodoretus Episcopus Cyrensis: *Non est, ut appareat, quod boni quidquam expectemus. Non modò enim non sedatur Ecclesia procella, sed fastigiatur, ut ita dicam, & in cacumen attollitur. Venerunt autem & qui Synodum convocarunt, & evocatorias litteras tum aliis quibusdam Metropolitanis, tum nostro reddiderunt. Litterarum porrò exemplar ad te misi, ut cognoscas malum malo, quod ait Poeta, confirmatum esse, solaque nobis opus esse Divina bonitate, ut sedet tempestatem. Facile namque hoc illi est, sed nos tranquillitate sumus indigni.* Eadem de Synodo Theodoretus scripsit ad Domnum Antiochiæ Patriarcham: *Cessasse tristitia speravimus, cum indicassent nobis quidam extindam esse victoris Imperatoris pusillanimitatem, factamque inter ipsum & Deo carissimum Episcopum reconciliationem, ac Synodi quidem convocationem desisse; Ecclesiarum verò pacem rediisse. Sed quæ modò à sanctitate Tua*

Epist. 16.

Epist. 112.

scripta sunt, graviter nos contristarunt. Nihil enim boni ex jactata Synodo expectare licet, nisi miseri-cors Dominus, solita utens providentia, turbulenterum Demonum machinas destruat. Per turbulentos Demones omninò intelligit Dioscorum & Eutychem, qui Sanctum Flavianum de variis, præsertim de Nestoriana hæresi, accusando, Imperatoris Theodosii animum ab ipso divulerant, atque ita impetraverant Ephesinam Synodum, quæ gravissima vulnera toti Ecclesie minabatur. Et non ex sui solius, sed etiam ex Domni sui Patriarchæ, ac omnium Orientalium Collegarum judicio Theodoretus ista scripsit. Ad damnandam, ac sepeliendam Eutyche impietatem cuncti censabant sufficere Sancti Flaviani Synodum, confirmatam à Romana Ecclesia. Sufficere Tomum Sancti Leonis. Hoc postmodò omnes non solum Orientis, sed totius Ecclesie Episcopi solemnissimè fuerunt professi in Chalcedonensi Synodo, ad lectum Tomum una voce exclamantes: *Hæc Patrum fides, hæc Apostolorum fides. Omnes ita credimus, Orthodoxi ita credunt. Anathema ei, qui non ita credit. Petrus per Leonem ita locutus est. Apostoli ita docuerunt. Pater & verus Leo docuit. Cyrillus ita docuit. Leo & Cyrillus similiter docuerunt. Anathema ei, qui sic non credit. Hæc vera fides. Catholici ita sapimus. Hæc Patrum fides. Hæc in Epheso cur lecta non sunt? Hæc Dioscorus occultavit. Lucidè professi sunt ad damnandas Eutyche blasphemias nec Ephesinum Latrocinium, nec Chalcedonense Concilium fuisse necessarium, sed solum Leonis Tomum per omnia sufficere. Quod ipsum omnis Oriens nuperrimè adversus Nestorium fenerat circa litteras, & Decreta Sancti Pontificis Cælestini.*

Paschasius Quenellus prosequitur: *Ex consensu autem Leonis requisito ne quis cavillandi ansam arripat, nemo est qui nesciat à summo etiam Pontifice aliorum Episcoporum consensum requiri solitum fuisse similibus in causis. Sicut ab ipso Leone factum est post Ephesinum Latrocinium, litteris ob eam rationem in universum penè Orbem directis. Est obsecurus sermo. Videtur persistere in errore, qui Eutycheianæ blasphemie quæstiones censet non à solo Pontifice potuisse, sed debuisse definiiri à Generali Synodo. Videtur ipsum stabilire ex quorundam Romanorum Pontificum exemplo, qui ad similes definitiones postularunt consensum ac instructionem ab aliis Episcopis. Affirmat istud ipsum factum à Magno Leone in Eutyche causa, ideoque etiam ipsum fuisse confesum suæ Sedi non esse istam auctoritatem.*

Est manifestus error. Etenim Pontifices isti non definiendi consensum, aut facultatem petierunt, sed fecerunt quod à Sancto Bonifacio Pontifice circa Pelagianas controversias fuisse factum scribit in libro contra Collatorem Sanctus Prosper: *Sanctæ memoriæ Papa Bonifacius, cum esset doctissimus, adversum libros tamen Pelagianorum Beati Augustini Episcopi Responsa poscebat. Romanus Pontifex, uti hodiè suos Theologos adhibet & Qualificatores, ita olim dogmaticas quæstiones decideret consulebat doctiores Synodos, aut clariiores Episcopos. Attamen Bonifacius non ad definiendum, sed ad factas à suis Antecessoribus*

Cap. 41.

sibus definitiones contra nova Pelagianorum machinamenta & argumenta defendendas postulavit Responsa Sancti Augustini. Hoc ipsum fecit Magnus Leo. Dogmaticum suum Tomum, quo Sancti Flaviani Synodum, ac ejus de Eutyche judicium confirmavit, miserat Ephesum, ipsum isthic esse volens Prærogativam sui suffragii. At ipsum nec audiri vel legi sustinuit Dioscorus, & omnis Eutycheana Factio non desit ipsum de Nestorio infamare. Leo interim firmus erat se in ipso non recessisse à confessione sanctorum Patrum. Hinc ipsum denuò voluit in Chalcedonensi Synodo esse suum suffragium. Porro suam Patriarchalem Synodum congregare non permittebat ratio temporum. Quare consulendas duxit principales sui Patriarchatus Synodos: Præsertim viciniores, Mediolanensem, & Gallicanam. Eis transmissit suum Tomum, & iussit examinari. Tunc etiam ab ipso factum putatur, quod in Prato spirituali scribit Sanctus Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus: *Habetur scriptum in Ecclesia Romana de Sanctissimo ac Beatissimo Leone Pontifice, quod cum scripsisset epistolam ad Sanctum Flavianum Constantinopolitanum Episcopum contra impios Eutychem ac Nestorium, posuerit eam super tumulum Principis Apostolorum Petri, & orationibus, ac vigiliis, & jejuniis vacans, oraverit ipsum summum Apostolum dicens: Si quid ut homo vel minus cautè posui, vel etiam omisi, tu cui à Damino Deo Salvatore nostro Jesu Christo & Sedes hæc, & Ecclesia commissa est, emenda. Post quadraginta verò dies apparuit ei Apostolus oranti, & dixit ei: Legi, & emendavi. Sumensque epistolam de sepulchro Beati Petri aperuit eam, & invenit Apostolica manu emendatam. Alii tamen malunt factum, antequàm ipsam Leo publicaret, & transmitteret Sancto Flaviano. Quidquid sit, Magnus Leo per hæc nequaquam falsus est suæ Sedi non esse definiendi potestatem, sed exercuit, & suos Successores docuit avitum ac legitimum procedendi modum in formandis ac emittendis fidei definitionibus.*

Et hanc Apostolicæ Sedis dignitatem amplissimè tunc professæ est omnis Gallicana Ecclesia. Etenim venerabilis Ravennius, Metropolitæ Arelatensis, adunavit quadraginta quatuor Episcoporum Synodum cum ipsa discussit laudatum Tomum, & Pontifici rescripsit: *Exultavimus, Christo propitio, lectis Beatitudinis tuæ litteris, & omni instructione patefacta, omnes intra Gallias constitutos exultare mox fecimus, dolentes pariter pro his vobiscum, qui fidei lumine derelicto, errorum tenebras inciderunt. Quæ Apostolatus vestri scripta, ita ut Symbolum fidei, quisquis redemptionis Sacramenta non negligit, de tabulis cordis adscribit, & tenet, quod ad confundendos hereticorum errores paratior sit, memoriæ commendavit. Multi itaque in ea gaudentes pariter & exultantes recognoverunt fidei suæ sensum, & ita se semper ex Traditione Patrum tenuisse ut vestri Apostolatus exposuit, jure lætantur. Nonnulli sollicitiores facti Beatitudinis vestre admonitione percepta, modis omnibus se gratulantur instruetos, datamque sibi occasionem gaudent, qua liberè ac fiducialiter, suffragante etiam Sedis Apostolicæ auctoritate, eloquantur & asserat unusquisque quod cre-*

Cap. 147.

*dit. Quis autem Apostolatus vestro pro hoc tanto munere, quod non solum Gallias, sed totum Mundum velut quibusdam preciosissimis gemmis ornavit, dignas aestimet gratias posse persolvere? Doctrinæ post Deum vestra debet quisque fidelis, ut constanter teneat quod crederet: Debet etiam infidelis, ut à perfidia sua, agnita veritate, decedat, & Apostolicæ Institutionis luce perfusus erroris sui tenebras derelinquat, magisque sequatur & credat, quod per os vestrum Dominus noster JESUS-CHRISTUS de Sacramento Incarnationis suæ docet, quam id teneat, quod Diabolus humane salutis ad veritatis inimicus instillat. Leonis Tomum in eodem autoritatis gradu locant, quo & Apostolicum Symbolum. Affirmant dictatum à Christo Domino. Palam profitentur infallibilem Apostolicæ Sedis in dirimendis fidei quæstionibus firmitatem.*

Ejusdem pietatis ac sententiæ fuerunt Ceretius, Salonius, ac Veranus, Gallicani Episcopi: *Beatissime Pater, & Apostolica Sede dignissime Papa, magna præterea, & ineffabili quadam nos peculiare cui gratulatione succresimus, quod illa specialis doctrinæ vestre pagina ita per omnium Ecclesiarum conventicula celebratur, ut verè consona omnium sententia declaratur, meritò illic Principatum Sedis Apostolicæ constitutum, unde adhuc Apostolici Spiritus Oracula referuntur. Idcirco, si dignanter admittitis, deprecamur, ut opus & præsentibus & futuris temporibus profuturum, quod nos ad servandam studio solis mandare curavimus, Sanctitas vestra percurrere, & si quid Librarij errore defuerit, emendare dignetur, vel si salutare lecturis omnibus paginam aliquo studij vestri accumulatis augmento, id ipsum addi libello huic sollicita pietate jubeatis: Ut non solum plures Sancti Episcopi Fratres nostri per Gallias, verum etiam multi ex Laicis Filii vestri, qui epistolam istam magnopere pro veritatis manifestatione desiderant, remissam ad nos, & sancta manu vestra emendatam transcribere, legere, & tenere mereantur. Hæc haud dubiè sunt epistolæ, quas unà cum Sancti Leonis & Sancti Flaviani Scriptis è Gallia in Hispaniam fuisse missas, & omnibus in Ecclesiis celebratas, scribit Idatius Episcopus Lemnicensis.*

Eandem veritatem disertissimè docet in laudato contra Collatorem libro vir Gallus, Sanctus Prosper: *Venerabilis memoriæ Pontifex Cælestinus, cui ad Ecclesiæ Catholicæ præsidium multa Dominus gratiæ suæ dona largitus est, scilicet damnatis non examen Judicii, sed solum poenitentiae remedium esse præstandum, Cælestium, quasi non discussio negotii audientiam postularent, totius Italiæ finibus iussit extrudi. Ad eò & Prædecessorum suorum Statuta & Decreta Synodalia inviolabiliter servanda censebat, ut quod semel meruerat abscondi, nequaquam admitteret retractari. Cælestinus tantam reverentiam atque auctoritatem esse voluit Rescriptis, quibus Innocentius Synodalia Africanorum Antistitum contra Pelagianos Decreta confirmaverat, & solemnissimè Zozimi contra eosdem Tractoriæ. Porro laudata verba habet in litteris ad Hæresiarcham Nestorium, qui Pelagianos suam appellationem ad Generalem Synodum Constantinopolitaneam profectus apud Imperatorem Theodosium, commendaverat Pontifici, & omni fomento ad-*

Cap. 41.

juva-

juvabat: *Desceant infelices se spe hominum fuisse deceptos, quibus jam potuit propter communionem sola poenitentia subvenire. Ipsa mutuatus est à Sancto Augustino, scribente ad Pontificem Bonifacium, quod isti ipsi Pelagiani præsumerent adhuc postulare audientiam, cum damnati deberent agere poenitentiam. Nestorius Cælestino commendaverat solos Ex-Episcopos, Julianum, Florum, Orontium, & Fabium: Adductum Sancti Prosperi testimonium demonstrat adfuisse etiam Cælestium. Demonstrat Apostolicæ Sedis de dogmaticis quæstionibus iudicium tunc apud omnes fuisse infallibile ac definitivum, & adversus ipsum interjectas ad Generalem Synodum appellationes fuisse frivolas, spernendas ab omnibus, & cogendas ad poenitentiam. Et huic suæ Sedis auctoritati non detraxerunt ipse Cælestinus aut noster Magnus Leo, dum ille in Nestorii, hic in talem Eutychetis audaciam condescendit. Fuit res dispensatoria: ab Regiam violentiam circumscripti Theodosii. Ista sunt antiqua & recta sensa Gallicanæ Ecclesiæ: Oranda est Divina Clementia: ut corda Patrum reducat in filios.*

Sancti Cælestini memoria persuadet redire ad Nestorii causam, penitus evertit fabellas Paschafilii Quænellii. Igitur in suæ hæresis exordio Patriarcha Nestorius per Comitem Antiochum scripsit ad Sanctum Cælestinum: *Et nos non modicam corruptionem Orthodoxiæ apud quosdam hic reperientes, & ira & lenitate circæ egros quotidie angimur. Est enim ægritudo non parva, sed affinis putredini Apollinaris & Arii. Eadem scripsit per Valerium Cubicularium. Agit in suos Orthodoxos Clericos & Laicos, quos ob Dominicæ Incarnationis mysterium rectè creditum atque prædicatum, Diodorum ac Theodorum æmulatus, arguebat de Apollinario atque Ario, & quos eadem de causa degradatos civitate ejecerat. Degradationis causam distinctè exponit in suis ad Imperatorem Theodosium precibus Archi-Mandrita Dalmatius: *Hoc ipso tempore, quo Nestorius palam in Ecclesia cepit insanire, quidam è Reverendissimorum Sacerdotum numero illum in publico consessu coram non infrequenter corripuerunt, & ab ejusdem communione desceverunt, & in hodiernum diem usque desceverunt. Nonnulli clanculum ab illius consortio se subdlexerunt. Alii ex Religiosissimis Presbyteris, quoniam in hac Sancta Ecclesia Irene maritima contra repullulans parvum dogma invehantur, dicendi facultate privati sunt. Suum ergo de ipsis Synodale iudicium Nestorius retulit Sedi Apostolicæ. Hujus Relationis etiam in scripta ad ipsum duodecim Capitulorum epistola meminit Sanctus Cyrillus. Nestorius, licet ab istis Presbyteris non novam procudi, sed solummodò vetustam, & jam damnatam hæresim judicaret resumere, suum tamen de ipsis iudicium censuit Apostolicæ Sedi omnino referendum. Quare Paschafilii Quænellus, dum Sancti Flaviani negligentiam affirmat non deviasse ab Ecclesiastico Canone, palam errat.**

Sanctus Cyrillus in eadem epistola adjungit: *Itaque cum omnibus, tum Clericis tum Laicis quoque, quos tu propter fidem excommunicasti, vel Ordine movisti, omnes communicavimus. Haud Christi Lupi Opera T. VIII.*

*enim par erat eos, qui rectam fidem tenere maluerunt, ob iniquam tuam sententiam pati aliquod derisum. Eis omnes communicaverunt, quod Sanctus Cælestinus per suæ Sedis auctoritatem cassasset Synodale Nestorii iudicium, & istos communioni & gradui reddidisset. Non erat opus plenissimam auctoritatem, quæ ejus Successores qualiacumque Synodorum iudicia firmare vel infirmare possint, in sua Romana Cathedra reliquisset. Et istud sciens, qui hæc omnia propriis oculis viderat, Eutyches appellavit ad Sanctum Leonem. Sanctus Cyrillus profectus: *Ad epistolam porro quod attinet, quas Alexandrina Ecclesia ad te misit, eas cum à sacra Romana Synodo, tum à nobis omnibus quoque, ab omni errore & vitio immunes iudicatas esse scias. Hiscè autem litteris nostris utraque subjunximus: Et ea quæ te oportet sapere & docere, & ea rursum, à quibus te convenit abstinere. Hæc enim est Catholica ac Apostolica Ecclesiæ fides, in qua universi Occidentis & Orientis Orthodoxi Episcopi consentiunt. Propter auctoritatem Romanæ Ecclesiæ, quæ istas epistolas confirmaverat. Proinde totus Oriens, totusque Occidens tunc crederet ad definitivè dirimendas Evangelici dogmatis controversias nequaquam esse opus generali Synodo, sed sufficere iudicium Romanæ Sedis.**

Audiamus quid de ejusdem Sedis auctoritate in Synodalibus ad eundem Nestorium litteris censuerit Joannes Patriarcha Antiochenus. Sanctus Cælestinus Nestorii Exegetes atque epistolas, & tradita in ipsis dogmata definitivè damnarat, & ipsum, nisi intra decem dies solemniter recantaret, degradandum iusserat, & degradationem novi Episcopi inthronizatione confirmandam. His Decretis ut pareat, ipsum acriter urget præfatus Joannes, & profectus: *Nam Occidentem, & Ægyptum, & ipsa forsitan Macedonia, ab ea omnino unione se abrumpere decreverunt, quam singularis Dei beneficentia per multos SS. Patrum, celebratumque Episcoporum, & præcipue per Sanctissimi, magnique Patris Acacii sudores atque molestias communi Ecclesiæ utilitati impartivit. Respicit lamentabilem communionis dissociationem, qua Antiochenam Ecclesiam, ac omnem ejus Patriarchatum Romana Ecclesia afflixerat propter Schismata Eustatianum, præsertim post perjuram promotionem Patriarchæ Flaviani. Fuerat res reverè lamentabilis. Remedium dederant professio magni magnorum Episcoporum labores, præsertim Acacii Berthæensis Episcopi, qui ætate & auctoritate gravis isto tempore per omnem Orientem erat quasi Pater omnium Episcoporum. Eandem calamitatem nuperrimè propter iniquam Sancti Joannis Chrysostomi degradationem sustinuerant Alexandrina, atque Constantinopolitana Ecclesia. Et liberari non potuerant, nisi per præstitam Romanis Mandatis plenam obedientiam. Excommunicatio, quam Sanctus Papa Victor Polycrati Ephesiorum Exarcho, & omni Asiaticæ Diocesi ob contumaciam circa Paschalem festivitatem inflixerat, non rectè cessit. Hinc ab isto supremo in totas Gentes, præsertim in totum Orientem, fulmine Romana Ecclesia*

D d

meri-



merito censuit deinceps abstinendum. Futuros Patriarcharum aut magnarum Ecclesiarum excessus censuit simplici communionis dissociatione frangendos. Et istam poenam Cælestinus Pontifex omnibus Orientalibus Ecclesiis, quæ sua contra Nestorii errorem & personam Decreta non venerantur atque exequerentur, fuit comminatus. Suprà audivimus Sanctum Cyrillum de sua Ægyptiaca Diocesi scribentem ad Joannem Antiochiæ Patriarcham: *Nos sequemur quæ illi iudicaverunt. Veremur namque, ne à tantorum communionis excidamus. Et adunxit causam: Qui non ob aliud, neque ob parvi momenti res commoti sunt, sanquæ sententiam tulerunt, sed propter ipsam fidem, universasquæ Orbis terrarum turbatas Ecclesias, & communem Populi ædificationem.* Loquitur de Cælestino Pontifice, & ejus Provinciali Synodo. Affirmat ipsius sententiam esse fundatissimam. Quare hæc omnia cum sua Synodo mature pendens Joannes Patriarcha, revelata facie Nestorium uris ad promptè obediendum, edicens alioquin fore, ut ipsum deserat, & salvet suam Ecclesiam. Nolebat esse contumax Apostolicæ Sedis, & sua contumacia omnem suam Patriarchatum precipitare in antiquas miseras, in antiqua pericula, immò in ruinam animarum. Quæ omnia lucidissime demonstrant Orientalem Ecclesiam tunc promptissimam pendisse ab ore Occidentalis. Demonstrant novorum hodie Dogmatistarum fabulas eò tendere, ut Eusebianum schisma fuscitetur ex Inferno, & plantetur in Latina Ecclesia.

Isto tempore nullus Orientalis Episcopus vel somniavit de Nestorio adversus Cælestini Sanctitatem adjuvando per appellationem ad Generale Concilium, Audaciam istam præsumpsit, à Juliano Eclanensi Episcopo, aliisque Pelagianis inductus ac seductus, unicus ipse Hærelarcha. Per ejus artes circumscriptus Imperator Theodosius scripsit ad Sanctum Cyrillum: *Oportet Sacerdotes eorundem scilicet statuere, uniuscujusquæ rei naturam, præsertim verò incorruptæ pietatis doctrinam, disquisitione potius, quam pertinaci animorum contentione inveniri. Etenim jam inde à primis usquæ temporibus non imperantis cujusquam, aut certe Imperium usurpantis interminationes aut proterviae, sed sanctorum Patrum & sacræ Synodi Decreta eam nobis constituerunt. Nam Religionem intelligentia magis, quam iussione firmari, nulli, opinor, dubium esse potest. Nunc igitur tua Pietas exponat, quid ita nobis, quibus Religionem tantoperè curæ esse non ignorabas, & Sacerdotibus, quotquot circumquaque degunt, quos utique in unum locum congregatos naturam de religione controversiam discutere, ac dirimere par erat, despectis hæc turbas ac discordias inter Ecclesias, quantum in te est concitatis. Quasi verò impetus temerarij pietatis doctrinam magis, quam sedula ac diligens veritatis inquisitio decere videatur: Plus apud nos valeat audacia, quam adhibita industria; aut perplexa nos magis hujusmodi rerum tractatio, quam simplicitas oblectet.*

Affirmat varia. Primò, quod Orthodoxa Christianæ fidei veritas non contentione, sed disquisitione inveniatur. Secundò, quod ista disquisitio non per unius Imperantis, aut Impe-

rium usurpantis interminationes aut proterviam, sed per Generalem Ecclesiæ Synodum fit facienda. Quod ista sit perpetua forma, & consuetudo Catholicæ Ecclesiæ. Cælestinum Pontificem, qui hæc quæstiones solus definiverat, & Nestorium ad sibi obediendum per severas degradationis interminationes compulerat, de imperio in Ecclesiam dominatu, ac invasa Generalis Synodi auctoritate; Sanctum Cyrillum, qui ista Decreta generosè publicaverat, arguit de protervia. Tertio, eundem Cyrillum, ac etiam Cælestinum arguit de contemptu sui Imperij, de temerario imperu, de varia turbulentia. Hæc ipsa, quæ hodie Paschasius Quesnellus suadet toti Ecclesiæ, turbida dogmata facinorosis Nestorius impressit simplici Theodosio. Verum sine fructu. Et cum suo rubore. Etenim de ista Synodo statim scripsit ad Pontificem: *Placuit piissimis Imperatoribus, Domino adjuvante, etiam Synodum inexcusabiliter totius Orbis terrarum indicare propter inquisitionem aliarum verum Ecclesiasticarum. Nam dubitationem verborum non estimo habituram inquisitionem difficilem, nec impedimento esse futuram ad Tractatum Divinitatis Domini Jesu.* Erubescit de sua appellatione, & Synodum mentitur indictam ad alias causas. Eam tamen censuit intimandam Pontifici, quo ejus in se Sancta fisteret, & ob Principis reverentiam obtineret suspendi.

Sed nihil penitus obtinuit. Etenim evenit quod ad ipsum nuperimè scripserat Joannes Patriarcha Antiochenus: *Cogita, si priusquam ullæ omnino litteræ missæ forent, multi contra nos existere infranes, penèque intolerabiles, tanta ex allatis litteris subministrata fiducia, quales futuri sint, qualique in posterum adversus nos audacia sint usuri.* Joannes est vera vaticinatus. Etenim Papalibus litteris animatus Populus non solummodò in ipsum Nestorium, sed insuper in Imperatorem declamare cepit: *Regem habemus, non habemus Episcopum.* Hoc est, habemus Regem, sed qui non faciat esse nobis Episcopum. Populus solemniter comminatus est Nestorium præcipitare in mare. Et vice versa ipse cepit in Populum & Clerum tyrannicè, ac hostiliter sævire. Hæc omnia in suis ad Principem precibus amplè exponit Archi-Mandrita Dalmatius, & adjungit: *Vestra proximè Majestas efficit, ut sacræ & Œcumenicæ Synodus primo quoque tempore hic coeat, quod hac præsepte Christi Ecclesiam uniat, Populumque in unum reducat, ac Sacerdotes sinceræ fidei Prædicatores, priusquam impia illa doctrina latius serpat, loco suo restituat. Illud etiam obtinere precamur ac petimus, quandoquidem Nestorius comminationibus, insectationibus, exiliis, callidis & pravis machinationibus perterrefacere molitur; & quod suam insaniam, suamque impietatem confirmatorem reddat, quæcumquæ excogitari possunt, sine discrimine aggreditur; non Deum timet, nullum hominem veretur, nullum Episcopum veneratur, nullum Sacerdotem aut Clericum, aut sanctum Monachum, aut Religiosum Laicum honorat; nullam poenam iniquis decretam formidat, nullam denique legem Ministrorum træ Divinæ in ejus Provocatores; sed superbia, qua omnes parvi pendit, elatus, pecuniisque, & quorundam corruptorum hominum potentia fretus, & ut liberè*

quod

quod res est dicamus, vestra quoque Dominatione fretus hæc facit: *Petimus, inquam, ne quidquam deinceps illi liceat, nisi primum Orthodoxæ fidei veritas enucleetur, ne quod enixius studet, hæc penitus dissipata, ac eversa, suam paulatim introducat.*

Hæc verba, *Vestra Dominatione fretus* palam evincunt hunc libellum, ac in ipso expressam Nestorii tyrannidem prodidisse post ejus appellationem. Ipsa, & ei per Theodosium violenter impartito suspensivo effectu fretus Nestorius nullum Popularem Episcopum: Nequidem Romanum. Hinc errores revocare noluit, sed majori cum impetu perrexit prædicare. Degradatos à se Presbyteros, quos Pontifex repararat, loco suo noluit reponere. Hinc Dalmatius supplicat duo. Primò, ut ipsi promissâ Synodus quam primùm fiat. Deindè, ut usquæ ad ipsam non sola Romana in Nestorium Decreta, sed etiam ipsius in Clerum & Populum tyrannica Attentata sint suspensa: Et præsertim, ut à suæ hæresis prædicatione cogatur cessare. Et conclusit: *Nos de Œcumenicæ Synodo cogenda vos rogamus, quæ aptissime possit constabere & erigere titubantia, sive etiam confracta. Quamquam per Dei gratiam, ejusdemque tutelam, quæ in vobis operatur, inferorum portæ, quæ sunt hæreticorum ora, adversus fidem nunquam prævalerunt, aut evertere illam poterunt.* Expostulat jam addictam Synodum non solummodò pro Nestorio fieri, sed & contra ipsum. Non admitti Hæresiarchæ fastum, quo sperabat & minabatur Synodo adversus Sanctum Cyrillum, ideòque & adversus Cælestinum Pontificem prædicare. Et istud Theodosius non potuit non admittere. Adductis per Dalmatium rationibus permotus Pontifex etiam consentit in Synodum. Etenim dum Hæresiarchæ furor sustinetur ac fovetur, ideòque nec Deum reveretur aut homines, Generalis Synodus est non solummodò utilis, sed & necessaria. Eadem ob causas Synodi Postulator Nestorius ipsam adeo extimuit, ut de ipso post peractam Synodum Pontifex scripserit ad Constantinopolitanam Ecclesiam: *Quis Petiorem Synodi crederet Synodo abfuturum? Campum ad certamen exposcit; Sacerdotale postulat, cui non erat adfuturus, examen.* Et Synodus nihil egit, nisi Cælestini in ipsum Sanctitatem probare, stabilire, confirmare. Demonstravit se non ad definiendam fidem, sed dumtaxat ad superandas Hæresiarchæ violentias fuisse necessariam. Et hinc ejus Acta, tandem meliora edoctus, Imperator Theodosius amplissimè confirmavit. Et huc omnino alludit in datis ad ipsum, dum similem Hæresiarchæ Eutychetis appellationem deo circumscriptus admittit, litteris Magnus Leo: *Nos venerabilis Imperator, sicut Nestorij dogma perversum merito anathematizavimus, ita justè horum impietatem, qui veritatem carnis nostræ negant à Domino nostro Jesu-Christo susceptam esse, damnamus.* Hoc est, sicut nuper Cælestinus rectè damnavit Nestorium, ita & ego rectè nunc damno Eutychetem, ideòque sicut tunc non fuit, ita neque nunc Generalis Synodus est necessaria. Sicut tunc non fuit Nestorius, ita neque nunc Eutyches est contra Apostolicam Sedem defendendus.

Christi Lupi Opera T. VIII.

Hæc breviter dicta sint, quod Paschasius Quesnellus demonstrat circa Sancti Petri privilegia plurimum deviare.

## CAPUT VI.

*Discutuntur Reverendi Patris Paschasii Quesnelli Asserta contra nescio quem eximia eruditionis Virum.*

**H**æc sunt Paschasii Quesnelli verba: *Quod autem ab eximia eruditionis viro suggeritur, lectis scilicet Constantinopolitanæ Synodi Gestis adversus Eutychem, omnia sic à Sancto Leone fuisse probata & confirmata, ut ab indicenda Synodo Generali abstinere debere censuerit tam Sanctus Flavianus, quam Sanctus Leo, pace optimi viri dixerim, longissimè à vero abest. Removendum quidem existimavit Flaviani Concilium, quod fieri divulgabatur, ut scribit ad Leonem, sed quam ob causam? An quia, ut jam laudato Viro videtur, accepta Pontificis Romani confirmatione finita erat causa? At tantum abest, ut Sanctum Leonem approbantem aut confirmantem tunc haberet Flavianus, ut potius, penè iratum experiretur, propterea quod Eutychem severiori sententia, ut putabat percuterat, qui Statuti Nicænæ Synodi in hæbere videbatur. Cum enim hæc scriberet de Concilio Constantinopolitanus Antistes, Gestorum contra Eutychem exemplaria nondum acceperat Sanctus Leo, aut saltem nondum esse à se accepta & approbata, vel reprobatam rescripserat, sed sola Eutychem litteræ eum fuerant reddita.*

Hic eximia eruditionis vir rectè affirmat Eutychetis causam accepta Romani Pontificis ad Sancti Flaviani Synodum confirmatione fuisse finitam. Etenim loquitur cum Sancto Augustino, qui post Carthaginensem ac Milevitana contra Pelagiana dogmata celebratas, & ab Innocentio primo Pontifice confirmatas Synodos in Sermone secundo de verbis Apostoli declamavit ad suum Populum: *Roma Rescripta venerunt, causa finita est.* Propter eadem Rescripta, simulque propter famolam Zozimi Pontificis Tractoriam, in primo ad Sanctum Papam Bonifacium libro scripsit eisdem Pelagianis non esse sperandam aut postulandam Generalis Synodi audientiam, sed solam restare poenitentiam. Porro an eximius ille vir asserat, quod Sanctus Flavianus, dum Sancto Leoni priorem relationem fecit, habuerit approbantem aut confirmantem Pontificem, ignoro. Si asserat, est lapsus. Interim etiam Reverendi Patris Paschasii Quesnelli Asserta non carent erroribus. Primus est, quod Sanctus Flavianus non censuerit per Papalem suæ Synodi confirmationem posse aut debere abstinere à Generali Synodo. Etenim verba ejus sunt lucida: *Causa eget solummodò vestro solatio, atquæ defensione. Sic removebitur & Concilium, quod fieri divulgatur.* Sanctus Flavianus viderat omnem Nestorii tragœ-

D d 2

diam.

diam. Et fortè fuerat unus Presbyterorum, quos ille ob rectam in maritima Sancta Irene Ecclesia prædicationem degradatos civitate eiecerat. Sperabat Imperatorem Theodosium, qui tunc in admittenda adversus Romanam definitionem appellatione doluerat se deceptum, non permissurum, ut etiam à simili Eutychemis audacia circumscriberetur. Hinc cum fiducia scripsit ad Sanctum Leonem: *Sic removebitur & Concilium*. Secundus error est, quod etiam Sanctus Leo istud ipsum censuerit. Etenim aliud demonstrant frequentes ejus ad Theodosium litteræ, quibus assidue scripsit nullam esse necessitatem futuræ Synodi, immò nec utilitatem. Et quod nuperum in Nestorii causa Lapsum ipsi ad nares cum reverentia & constantia fricaverit, est supra ostensum. Tertius error est, quod Magnus Leo Synodale Sancti Flaviani Judicium non confirmaverit. Etenim confirmatio est lucida. Et licet non pateret ad oculum, esset potius Leontio apud Byzantinos Scholastico, & Victori Tonnonensi Episcopo credendum, quam Reverendo Patri Paschasio Quesnello.

Interim ille profequitur: *De confirmatione igitur Gestorum à se habitorum adversus Eutychem ne per somnium quidem cogitabat Flavianus, dum de removendo Concilio, quod parabatur, sermonem ad Leonem habebat. Hoc unum pro Sacerdotali sollicitudine verabatur, ne evocatis ad Œcumenicam Synodum Episcopis, Sanctissimæ ubique turbarentur Ecclesiæ. Ipsissima enim ejus verba sunt in prima epistolarum, quas ad Leonem scripsit. Et illam quidem minime necessariam Synodum existimabat, quia quicquid impij dogmatis Eutychem evomerat, in antiquis hæreticis, Apollinari, Valentino, & aliis jam pridem damnatum fuerat atque proscriptionem præcedentium Conciliorum vel Episcoporum sententiis: Et ea etiam proferebat, quæ sancti & universalis Concilii Ephesini doctrinæ adversabantur. Ac proinde ejusdem anathemati, sententiæque obnoxiū se faciebat. Cui pœnæ declarandæ quid opus erat, ut universi Christiani Orbis Episcopi suis Seditibus moverentur in Synodum cotinui. Probat hæc auctoritate Sancti Papæ Felicis tertii: *Facta semel Synodus abjecti cujuslibet erroris cunctos sequaces consequenter involvit*. Subsumit ex Sancti Gelasii epistola ad Faustum Magistrum: *Non solum Presulit Apostolico hoc facere licet, sed cunctumque Pontifici, ut quoslibet, & quemlibet secundum Regulam ipsius hæreticos ante damnatæ à Catholica communione discernant*. Hinc concludit etiam contra Eutychem non fuisse necessariam Synodum.*

Errores varii. Primus est, quod ad Magnum Leonem scribens Flavianus de Apostolica suorum Synodali Gestorum confirmatione nec per somnium cogitaverit. Etenim licet non cogitarit de confirmatione data, plurimum tamen cogitavit de danda. Ipsam exposulavit omnibus suæ eloquentiæ viribus. Secundus est, quod ad removendum Generale Concilium adduxerit hanc unicam rationem: *Ne sanctissimæ ubique turbentur Ecclesiæ*. Etenim adduxit duas rationes. Unam, liceat cum Philosopho loqui, à priori, alteram à posteriori. *A posteriori est jam dicta*. Etenim omnium Ecclesiarum turbatio est sequela Gene-

ralis Concilii, ideoque istud sine gravissima totius Ecclesiæ necessitate non est postulandum aut concedendum. Rationem à priori Flavianus expressit his sæpè laudatis verbis: *Per propria Scripta dignare decernere damnationem regulariter factam. Causa enim eget solummodo vestro solatio, atque defensione. Sic per vestras sacratissimas litteras hæresis, & turbæ destruentur. Removebitur & Concilium*. Tertius error est, quod Sanctus Flavianus scripserit Synodum non esse necessariam, eò quod Eutyches jam damnata Valentini aut Apollinaris hæresim resumeret, ac palàm impingeret in Sancta Ephesina. Etenim licet sint verissima, non tamen ita fuerunt adducta à Flaviano. Flavianus ea adduxit, quò demonstraret suum Synodale Judicium fuisse regulariter factum, ideoque omnino esse Apostolica auctoritate confirmandum. Et ut Papam fortius impelleret, addidit ista ejus confirmatione etiam removendum Generale Concilium, quod fieri iactabatur.

Gaudeo, & gratulor Reverendum Patrem Paschasium Quesnellum firmare sua Asserta per Sancti Gelasii Pontificis epistolam ad Faustum Magistrum. Hinc enim mihi spem facio, quod omnem veneretur epistolam, ac profiteatur. Confido ipsum non impingere in regulam, ex qua adversum Manichæos scripsit Sanctus Augustinus: *Manichæi, qui in Evangelio quod vultis creditis, quod vultis non creditis, non Evangelio, sed vobis creditis*. At verò Sanctus Gelasius in laudata epistola scribit adversum Sectatores Acaciani schismatis: *Nobis opponunt Canones, eum nesciunt, quid loquantur. Contra quos hoc ipso venire se produnt, quod primæ Sedi, sana, restaque suadent, parere fugiunt. Ipsi enim sunt Canones, qui appellationes totius Ecclesiæ ad hujus Sedis examen volvere deferri; ab ipsa verò nunquam appellari debere sanxerunt: Ac per hoc illam de tota Ecclesiæ judicare, ipsam ad nullius commutare judicium, nec de ejus unquam præceperunt iudicio judicari, sententiamque illius constituerunt non oportere dissolvi, cujus potius Decreta sequenda mandarunt*. Hæc Reverendus Pater Paschasius ex animo profiteatur, & nos ipsum ex animo reverebimur.

Audiamus sequentia: *Hæc erat genuina ratio, quæ Flaviani animum à cogenda Synodo deterrebat. Cui planè annuit Sanctus Leo, cum litteris, Gestisque Flaviani acceptis, de qua re ageretur intellexit, Et infra: Ità sensu Pontifex abstinendum à celebranda Synodo, cum totius negotii seriem benè perspectam habuit. Superfluum enim Synodum arguit, ut liquiddò apparet, non ex approbatione aut confirmatione Sedis Apostolicæ, sed ex inutilitate, ex causæ, quæ ventilanda erat, certitudine, ex questionis ipsius evidentia, quam in dubium revocare nefas ducebat*. Respondeo fabulam sibi ipsi iterum non cohærere. Etenim hæc verba, *Ità sensu Pontifex abstinendum à celebranda Synodo, cum totius negotii seriem benè perspectam habuit*, profitentur Flaviani Synodale Judicium fuisse omnino à Pontificè examinandum ac retractandum, & ex perspecta ejus legitimitate procedendum ac recusandam Generalem Synodum. Profitentur Flaviani iudicium fuisse à Pontifice examinatum, &

ac

ac retractatum, & ex perspecta ejus legitimitate recusatam Generalem Synodum. At verò per examen & retractationem perspecta legitimitas, & propter ipsam facta Generalis Synodi recusatio, quid est nisi confirmatio? Est istud ipsum, quod laudat quintus Nicænus Canon: *Inquiratur autem, ne similitate, aut contentione, aut aliqua alia molestia Episcopi sint excommunicati. Et si qui manifestè offenderint Episcopum, justè excommunicati ab omnibus esse videantur. Id est, hæc excommunicatio, quoniam justa, ab omnibus confirmetur*. Hæc enim confirmatio est scopus & fructus examinis ac retractationis. Proinde R. Pater Paschasius Quesnellus, licet Apostolicæ confirmationis rem abjicere non possit, delectatur tamen consueta abjicere vocabula, atque ita suæ ergà Sanctum Petrum pusillanimitati istud saltem solatium impartiri. Datam à se fuisse confirmationem Pontifex disertè affirmat etiam in litteris ad Faustum, Martinum, & alios Constantinopolitanæ Ecclesiæ Archi-Mandritas: *Sensum Eutychemis, qui sicut Gestorum lectione cognovimus, merito reprobatus est, etiam non detestandum esse decernimus, ità ut si Assessor insipiens in sua pravitate voluerit permanere, habeat cum his consortium, quorum est secutus errorem*. Sanctus Flavianus Pontifici supplicat, ut dignaretur per propria Scripta decernere Eutychemis damnationem esse factam regulariter: Et Leo hic disertè scribit se decrevisse. Ex Gestorum Synodali lectione. Hoc est, ex retractatione confirmasse.

Adducenda sunt & sequentia verba: *Sed antequam ea omnia nota essent Pontifici, & postquam etiam de rei totius serie à Flaviano instructus esset, non modò à rei Catholicæ utilitate Synodalem Convocatum esse existimavit, sed & pro eo impetrando supplices ad Imperatorem dedit litteras*. Adducit vigesimam tertiam Magni Leonis epistolam, & concludit: *Ex quibus, & ex sequentium aliquot epistolarum verbis elucet Leonem persuasum tunc habuisse, maximam utilitatem allaturam esse Synodum, idque multiplices ob causas. Ut evincat Romanæ Ecclesiæ non esse auctoritatem definiendi dogmaticas controversias, affirmat Generalem contra Eutychemianos errores Synodum etiam per Magnum Leonem fuisse à Principe postulatam. Respondeo virum denuò circumscribi, aut velle circumscribere. Etenim omnes per ipsum hic laudatæ Leonis epistolæ, si vel leviter inspiciantur, demonstrant illius animum fuisse à Synodo penitens aversum. At quoniam per Dioscorum & Eutychemem seductus Princeps persistebat, institit ut Synodus saltem in Italia fieret. Ex momentissimis rationibus. At neque istud obtinuit. Quare errorem continent etiam hæc verba: *Volum dum hæc Sanctus Leo in ancipiti postus meditatur, modò ad congregandam Synodum propensor, modò ad removendam, Theodosius Augustus eam apud Ephesum convocandam indixit inscio Romano Pontifice*. Etenim clarum est Leonem à Synodo semper & constanter fuisse aversum. Ad damnandam*

hanc hæresim censebat suum Tomum sufficere. Reverendus Pater Paschasius Quesnellus, post varia, quæ ad rem non faciunt, concludit: *Quatuor hujusmodi libelli in primis distinguendi sunt, ne cujusquæ vis & energia alteri tribuatur, unde & totum hoc negotium consequenter obscuretur. Fuit igitur primus libellus appellatorius ad Concilium. Secundus Contestatorius ad Constantinopolitanum Populum. Tertius Querimonialis, seu querela ad Sanctum Leonem. Quartus libellus Supplex ad Imperatorem. Primus commentitius erat, nec reverè datus, alii tres verè oblati. Quorum omnium libellorum mentionem facit Sanctus Flavianus in epistola prima ad Sanctum Leonem. Querimoniale libellum exponit per verba Juris-Consulti: *De Patris injuriis conquerentem filium audiri justum est, & iustitiam; eum ipsum accusantem vix quisquam ferat*. Respondeo fabulam denuò non cohærere. Etenim Eutyches de Flaviano non dumtaxat conquestus est, sed insuper accusavit. Etiam de Nestoriana Hæresi. Nec apud solum Pontificem, sed etiam Principem. Accusavit adeò crudeliter, ut Theodosius Sanctissimum virum coegerit ad solemnem, propria manu scriptam & subscriptam, fidei professionem. Nec his contentus Eutyches suis Contestatoriis libellis indidit gravissimas in optimum Antistitem contumelias. Quæ certè non sunt filialia. Et ad Leonem Papam transmisit libellum, quo Synodale Flaviani Judicium postulabat retractari & circumduci. Addidit eundem aut similem libellum à se exhibitum in ipsa Synodo: Et asseruit fuisse libellum appellationis. Proinde Paschasius Quesnellus denuò, quia rem abnegare non valet, ludit in vobis, atque ita devias suas cogitationes studet consolari. Etiam mei dignatus est facere memoriam: *Nil igitur contra antiquum Canonem & morem agebat Flavianus, qui eo nomine arguitur à CHRISTIANO LUPO, cum Synodi suæ Acta Romam non retulit*. Quod cum Magnus Leo arguerit, est manifestum. Et spero me non delinquere, si tanto potius Pontifici credam, quam hodiernis Commentis. Esse Commenta, est supra demonstratum, & in Scholiis ad Dictatum Sancti Gregorii septimi. Fateor plures Provinciarum Synodos quandoque non retulisse. At non quid fecerint, sed quid ab ipsis fieri oportuerit, est attendendum. Quid Gallicana olim Ecclesiæ acriter, demonstrat Sancti Innocentii primi Pontificis Rescriptum ad Sanctum Victricium Metropolitanam Rothomagensem. Et ad Viennensis Provinciae Episcopos scripsit Magnus noster Leo: *Nobiscum vestra Fraternitas recognoscat Apostolicam Sedem, pro sui reverentia, à vestra etiam Provinciae Sacerdotibus, innumeris relationibus esse consultam*. Lo-*

Cap. 2.



Christ. Lupi Opera T. VIII.



D d 3

DIS.

DISSERTATIO QUARTA  
DE  
ROMANA APPELLATIONE  
SANCTI FLAVIANI  
EPISCOPI  
CONSTANTINOPOLITANI,  
*Degradati per Ephesum Latrocinium.*  
CAPUT PRIMUM.  
*An Sanctus Flavianus appellaverit ad aliud  
Generale Concilium, an verò ad solam  
Romanam Ecclesiam?*



**D**e hac re scribit Reverendus Pater Paschasius Quenellus: *Appellationum, quæ ad Sedem Apostolicam delata dicuntur primis Ecclesiæ seculis, omnium celeberrima ea est, quæ data est à Sancto Flaviano Constantinopolitano Episcopo post latam adver-*

*sùm se à Dioscuro sententiam. Non enim tunc, inquit, à Provinciali, vel Diocesana Synodo, sed ab ea, quæ Œcumenicæ Synodi nomine gaudebat, ex omnibus videlicet Episcopis collecta, & cui tres præcipuè Ecclesiæ Primates & Patriarchæ, Occidentales per Legatos, Orientales per se ipsi intererant. Non malè. Proinde hoc exemplo magnificè demonstratur etiam à Generali Synodo posse provocari ad solum Romanorum Episcopum, adeoque ipsum ista Synodo esse omninò superiorem. Quoniàm ab ipso non solummodò supplicatur Synodalis iudicii revisio, sed propriissimè ad ipsum appellatur. Etenim non solum Dioscorus Alexandrinus, sed etiam Juvenalis Hierosolymitanus, Thalassius Cæsarensis in Cappadocia, Basilus Seleuciensis, & cæteri Primates, immò omnes Latrociniali Iudicio cooperati Epi-*

*scopi, in retractatoria apud Chalcedonem Synodo fuerunt demutati in reos, compulsi ad suorum operum rationes, & solemnem penitentiam. Excipe solos illos, qui per humilem penitentiam antè à Magno Leone supplicaverant veniam, ac impetraverant. Quorundam hodiernæ in Apostolicam Sedem contumeliæ interim nos cogunt in res lucidas tempus expendere. Quare nolim per easdem assidue lineas ferram ducere: Discutere volo sola necessaria aut utilia. Rei series est compendio exponenda.*

Dum Dioscorus Patriarcha Alexandrinus, ac Synodalis Præsidentis apud Ephesum invasor, in Sanctum Flavianum pronunciavit Latrocinalem sententiam, optimus Episcopus reposuit: *Appello à te.* Et Hilarus Romanæ Ecclesiæ Archidiaconus, ac Sancti Leonis Pontificis Legatus, adunxit. *Contradicitur.* Ita habent Acta Synodalia, Eadem de re scribit Eutychiæ hæresis Breviculus, seu Acta super nomine Acacii Episcopi Constantinopolitani: *Flavianus deicitur, contradicentibus Vicariis Romanis.* Reverà enim non solum Hilarus contradixit, sed etiam eius in Legatione Collega, Rhenus Romanæ Ecclesiæ ad Sancti Clementis titulum Cardinalis Presbyter. Lucet ex datis postmodò ad ipsum Theo-

Theodoretus Cirenensis Episcopi: *Cognovimus ardentem, justumque zelum Pietatis tuæ, & iustissimam ac legitimam libertatem, qua usus es, cum ea, quæ apud Ephesum remerè, ac licenter acta sunt, reprehenderes. Nec soli nos ista didicimus, sed in omnem terram rectæ mentis tuæ sonus exivit, & omnes iustitiam, zelum, libertatem, & adversus iniquitatem injectas à te minas decantant. Et hæc quidem egit Pietas tua, cum unicam eadem conspexisset. Nempe eadem Sancti Flaviani, quem sceleratus, & Episcopi nomine indignus Dioscorus coram se genuflexum invasit calcibus in conspectu totius Synodi, & infixit lethalia vulnera, ex quibus paucos post dies novus iste Abel migravit ad Dominum. Rhenus igitur non dumtaxat Latrociniali Iudicio contradixit, sed insuper est minatus Dioscuro: Et quidem cum zelo, ac libertate. Haud dubiè protestatus est ista omnia, quoniàm sine Apostolicæ Sedis auctoritate, immò contra ejus sacrosanctas Iussiones, & per invasum ejus privilegium acta, esse Latrocinialia Attentata: Et Dioscuro minatus est rationem. Quare mendosa sunt hæc laudati Breviculi de Romanis Legatis Ephesum proficiscentibus verba: *Presbyter Rhenus in Delo Insula morte prævenit est.* Julius Puteolanus Episcopus, Legatorum Primas, quoniàm nec in Synodo, nec post ipsam reperitur ulla ejus memoria, videtur isthuc obiisse. Quidquid sit, non unum, sed plures Romanæ Ecclesiæ Legatos isti iudicio contradixisse, testatur Victor Episcopus Tonnonensis. Eiusdem contradictionis meminit in Chronico Prosper Tyro: *In Ephesino Concilio Dioscorus Alexandrinus Episcopus, Primum sibi vindicans, absoluto Eutyche, in Flavianum Episcopum Constantinopolitanum damnationis sententiam tulit, reclamante Hilario, Diacono Ecclesiæ Romanæ, qui vice Sancti Leonis Papæ cum Julio Episcopo Puteolano à Sede Apostolica fuerat designatus. Nam cum omnes Episcopi in Concilio constituti, vi & metu Comitum, vel militum quos Dioscuro Alexandrinæ urbis Episcopo attribuerat Imperator, compellerentur huic hæresi accommodare consensum, memoratus Diaconus, inter tot vitæ pericula constitutus, voce contradictionis emissa, cum in ejus propterea perniciem severetur, relicto illic omnibus suis, latenter abscessit, ut præfato Papæ, vel cæteris Italiæ Sacerdotibus, qualiter ibi Catholica fides fuerat violata, sua declaratione promeret. Omnes suos Legatos contradixisse scribit in litteris ad Imperatorem Theodosium, ac ad ejus sororem Pulcheriam etiam Magnus Leo, singulariter tamen laudans Hilarum Diaconum. Porrò appellans Flavianus non expressit invocatum à se Iudicem. Hinc quæstio est, an ad solum Pontificem appellaverit, an verò ad aliam Generalem Synodum? Hoc enim placet Reverendo Patri Paschasio Quenello. Petrus de Marca hic deseritur à suis Symmisticis.**

Ep. 40. 41.

Respondeo Sanctum Flavianum appellasse ad solum Pontificem Leonem. Lucet ex eisdem Magni Leonis testimonio in litteris ad Imperatorem Theodosium: *Quia Dominicæ Incarnationis Sacramento impiè nunc à paucis imprudentibus obviatur, omnes partium nostrarum Ecclesiæ, omnes*

*Mansuetudini vestræ cum gemitibus & lacrymis supplicent Sacerdotes, ut quia & nostri fideliter reclamant, & eisdem libellum appellationis Flaviani Episcopus dedit, Generalem Synodum jubetis intra Italiam celebrari, quæ omnes offensiones ita aut repellat aut mitiget, ne ultra aliquid sit, vel in fide dubium, vel in charitate divisum. Quam autem post appellationem interpositam hoc necessario postuletur, Canonum Nicææ habitorum Decreta testantur. Eadem verba Leo repetit in alia ad eundem Principem epistola, & adjungit de Nicænis Canonibus: *Quæ subter adnexa sunt.* Et subter adnexit Sardicensem Canonem de Romanis appellationibus damnatorum Episcoporum. Per quam adnitionem altè clamavit Sanctum Flavianum appellasse ad suam Sedem. Affirmavit enim ipsum appellasse ista appellatione, quam laudant & stabiliant, & ejus prosequendæ ac exequendæ modum præscribunt isti Canones. At verò istorum fundamentalis vox est: *Sancti Petri memoriam honoremus.* Palam laudant ac stabiliant appellationes Romanas. Alia ipsorum palmaris vox est de invocato per appellantem Romano Episcopo: *Faciet quod sapientissimo consilio judicaverit.* Leo permansit constans in suo, quod ante Ephesinum Latrocinium placuerat, consilio. Uti tunc censerat retractatorium Eutychiæ appellationis Iudicium debere fieri in Generali intra Italiam Synodo, ita nunc istud ipsum censet de appellata causa Sancti Flaviani. Addit hæc suas preces esse fundatas in Nicænis, seu Sardicensibus Canonibus, ideoque sibi non posse denegari. Quod nempe ad se esset facta appellatio, ideoque in suo, quod isti Canones sapientissimum prædicant Beneplacito haberet omnia. Sanè non ad ejus Sedem, sed ad Generalem Synodum interjecta appellatio ei non faciebat istam exoptulandi fiduciam.*

Affertio lucet etiam ex his verbis: *Eisdem libellum appellationis Flaviani Episcopus dedit.* Proinde non sola voce appellavit Flavianus, sed etiam per libellum. Utiquè post Latrociniale Iudicium, antequàm coniceretur in carcerem, vel certè antequàm in exilium propelleretur. In ipso iudicio appellavit voce, postmodò appellationem redegit in libellum, & tradidit Legatis Apostolicis. Nempe portandum & tradendum Pontifici, & ab ipso discutiendum in retractatorio Iudicio. Quin Leo Pontifex, & Apostolica Sancti Petri Sedes fuerint in ipso expressa, non est dubitandum: Attamen quia sacrum istud instrumentum est à nobis perditum, per ipsum non possumus obstruere os loquentium iniqua. Ipsum obstruit Magnus Leo in litteris ad Imperatricem Pulcheriam: *Scriptimus de hac re, Actis Ephesini Latrocinii, & appellatione Sancti Flaviani, ad gloriosissimum Principem, ut fidem, in qua renatus per Dei gratiam regnat, nulla sinat novitate corrumpi, quoniàm Flavianus Episcopus in nostra omnium communione persistit, atque hoc, quod factum est sine consideratione iustitiæ, & contra omnem Canonum disciplinam, ratum haberi ratio nulla permittit. Et quia dissensionis scandalum non abstulisset Ephesina Synodus, sed auxisset, habendo intra Italiam Concilio & locus constitueretur & tempus, omnibus*

Ep. 40. C. 3.

Epist. 41.

querelis & præjudicis partis utriusque suspensis, quò diligentius uniuersa, qua offensionem generauerunt, retractentur. Admittit Sancti Flavianus appellationem, ipsum reuocavit Episcopatu, firmat in Episcopali, ad omnes Ecclesias communionem, ejus appellationi dat effectum suspensivum, ad retractatorium sine Latrociniali violentia peragendum examen postulat concedi Synodum in Italia, ei præfigi tempus & locum, & hæc omnia per Theodosium ratificari. Hæc omnia postulat virtute Canonum Sardicensium. Omnia sunt vana & frivola, immò & violenta attentata, si Romana Sedes à Flaviano non fuit invocata.

Epist. 45. Hæc eadem lucent ex litteris ad Clerum & Populum Constantinopolitanum. Affirmat Flavianum fuisse à Dioscoreo & ejus Latrocinio inique damnatum & prosequitur: *Sed hos ausus confidimus Christianissimo Principi minimè placituros. Nunc quia Ecclesiam vestram hac ratione cognovimus dissipatam, consolandos & hortandos vos esse credidimus nostris epistolis, ut pro Catholice fidei defensione persequentium nequitia resistatis. Nolumus enim Dilectionem vestram hoc morore percilli, cum major gloria vestram sit subsuetura constantiam, si à probabili Sacerdote vestro nulle vos minæ, nulla formido diuulserit. Quisquis enim incolum atque superstitum Flaviano Episcopo vestro fuerit ausus Sacerdotium invadere, nunquam in communionem nostram habebitur, nec inter Episcopos poterit numerari. Nos enim sicut Nestorium in sua peruersitate anathematizavimus, ita eos qui veritatem carnis nostræ in Domino JESU-CHRISTO denegant, pari execratione damnamus.* Epistola videtur scripta ante confirmatum ab Imperatore Theodosio Latrocinium. Ante Ecclesie Constantinopolitanæ ordinatum Anatolium. Saltem scripta est, antequam Leo ista feceret. Interiori noverat machinas Dioscorig, qui degradato Flaviano studebat statim superintrudere suum Archi-Diaconum Anatolium, in Regia civitate suum nuperimè Apocrifarium. Tentabat agere adversus Flavianum, quomodo ejus Prædecessor Theophilus egerat adversus Sanctum Joannem Chrysostrum: Qui ejecto statim superordinaverat Arsacium. Contra has machinas Magnus Leo potentissimè intercedit: Clerum & Populum ex pectore animat ad constantiam, qua neminem vivo Flaviano permittant superordinari, addens ipsum, qui se intrudi permiserit, à se irreparabiliter degradandum, & habendum indispensabiliter irregularem. Et perficit firmus in suo verbo. Etenim Anatolium, licet nonnisi post Flaviani mortem videatur ordinatus, agnoscere non voluit, nisi post multam poenitentiam ad instantissimas preces optimi Imperatoris Martiani. Leo hæc omnia egit juxta Sardicenses Canones. Et omnia sunt vana, si Flavianus ad ipsum non provocaverit.

Epist. 42. Eadem veritas liquet ex Pontificis Rescripto ad Sanctum Flavianum: *Quæ & quanta Dilectio tua pro Catholice fidei defensione patitur, per Diaconum, qui ab Epheso furim est elapsus, agnovimus. Et licet magnificemus Deum, qui te gratiæ suæ virgine confortat, necesse est tamen nos dolere eorum ruinas, per quos veritas impugnatur, & ipsa totius Ecclesie fundamenta quatuntur. Quia verò Provi-*

*dentia Dei semper suis necessarium præstat auxilium, scire debet Fratertitas Tua nos à communi causa nihil eorum, quæ agenda sunt, præterire: Ut primitiis ad ea, quæ uniuersitati Fidelium profint, pervenire mereamur. Superest ut fortiter interim Dilectio tua toleret, quæ sibi ad æternam gloriam non dubitet profutura. Perlator sanè brevis hujus epistolæ fidei sermone poterit enarrare, quidquid illud est, ad quod, adjuvante Domino, studio fidei & charitatis intendimus.* Brevis hæc epistola est omnino Papale Rescriptum ad appellationis Instrumentum, quod Flavianus destinaverat per Hilarum Romanæ Ecclesie Archi-Diaconum. Affirmat varia. Primò, quod Pontifex omnem tragœdiam abundè intellexerit ex laudato suo Diacono. Secundò, quod Sancti Flaviani calamitatibus ex animo compatiatur. Tertiò, quod Catholicæ fidei, quæ est causa totius Ecclesie, debeat ante omnia providere. Quartò, quod exinde statim intendet rebus singularibus Flaviani. Ei promittit ferriam causæ retractationem, interim admittens ejus appellationem, ipsum reuocans, & omnia suspendens. Hæc sunt quæ epistolæ Perlator ei debebat fidei enarrare Sermone. Etenim & brevis hæc epistola, & epistola ad Imperatorem Theodosium, & epistola ad Imperatricem Pulcheriam, per quas Papa Flavianum reuocavit, & ad retractandam ejus causam postulat in Italia Synodum, datæ sunt eodem die, tertiò Idus Octobris. Hinc pluribus ad Principes, paucis ad Flavianum scripsit, plura illi exponi mandans per Tabellarium. Eadem die scripsit ad Julianum Coensem, & ad Anastasium Theflalonicensem Episcopum: Forfan & ad alios. Hinc breviter ad Flavianum. Interim hæc omnia simul juncta lucidè demonstrant Sanctum Flavianum appellasse ad solum Pontificem.

Quid opus multis? Valentiniani III Imperatoris ad Collegam Theodosium epistola est lucidissima: *Cum advenissem in Urbem Romanam ad Divinitatem placandam, sequenti die ad Basilicam Apostoli Petri processi, & illic post venerabilem noctem diei Apostoli, & à Romano Episcopo, & ab aliis cum eo ex diversis Provinciis congregatis, rogatus sum scribere vestræ Mansuetudini de fide, quæ cum sit conservatrix omnium fidelium animarum, dicitur perturbata, quam nos à nostris Majoribus traditam debemus cum omni competenti devotione defendere, & dignitatem propriæ venerationis Beato Apostolo Petro intemeratam & in nostris temporibus conservare: Quatenus Beatissimus Romana civitatis Episcopus, cui Principatum Sacerdotii super omnes Antiquitas contulit, locum habeat ac facultatem de fide & Sacerdotibus judicare, Domine sanctissime Pater, & Venerabilis Imperator. Hujus enim rei gratia, secundum solemnitatem Conciliorum, & Constantinopolitanus Episcopus cum per libellos appellavit, propter contentionem, quæ orta est de fide. Hinc itaque postulanti & conjuranti salutem nostram communem, annuere non negavi, quatenus ad tuam Mansuetudinem meam petitionem ingerebam, ut prædictus Sacerdos, congregatis ex omni Orbe etiam reliquis Sacerdotibus intra Italiam, omni præjudicio submoto, à principio omnem causam, quæ vertitur, sollicita probatione cognoscens, sen-*

*sentiam ferat, quam fides & ratio veræ Divinitatis exposcit.*

Affirmat varia. Primò, quod Romanæ civitatis Episcopo Sacerdotii super omnes Principatum Antiquitas contulerit. Secundò, quod ex hujus Principatus causa ad ipsum spectet de fide & omnibus Episcopis judicare. Tertiò, quod hæc non dumtaxat in antiquitate, seu antiqua consuetudine fundentur, sed etiam in solemnitate Canonum. Quartò, quod ex istis fundamentis Constantinopolitanus Antistes, utique Sanctus Flavianus, ad ipsum per libellos appellaverit. Non sola voce in ipso Latrociniali Judicio, sed etiam post ipsum per libellos. Non ad totius Ecclesie, aut totius Occidentis Synodum, sed ad solum Episcopum Romanorum. Quintò, quod totius Mundi Episcopos in Generalem Synodum congregare spectet ad eundem Pontificem. Sextò, quod in ista Synodo etiam ad ipsum spectet omnem causam à principio retractare, & definitivam ferre sententiam. A pravis Ministris circumscriptus Theodosius in litteris, quibus palam laicit Nestorio, & Sanctum Cyrillum per duras minas coegit ad Ephesinam Synodum, Sanctum Cælestinum Pontificem tacito nomine reprehendit, quod istas quæstiones definiisset solus, adjungens istas ex Majorum more spectare ad Œcumenicam Synodum. Haud dubiè familia scripserat etiam pro Eutychete. Hunc ejus errorem notat Valentinianus, asseverans omne de fide ac Episcopis, etiam in Generali Synodo, judicium spectare ad Episcopum civitatis Romanæ.

Eadem omnia confirmat in litteris ad eundem Theodosium Galla Placidia Augusta, Constantii Imperatoris vidua, Mater Valentiniani: *Non enim modicum detrimentum est ex his quæ gesta sunt, ut fides, quæ tantis temporibus regulariter custodita est à sacratissimo Patre nostro Constantino, qui primus Imperio splenduit Christianus, perturbata sit ad arbitrium unius hominis, qui in Synodo Ephesinæ civitatis odium & contentiones potius exercuisse narratur, milium presentia & metu impetens Constantinopolitanæ civitatis Episcopum Flavianum, eò quod libellum ad Apostolicam Sedem miserit, & ad omnes Episcopos harum partium, per eos qui directi fuerant ad Concilium à Reverendissimo Episcopo Romæ, qui secundum definitiones Nicæni Concilii sunt consuevi interesse, Domine Sacratissime Fili, venerabilis Imperator. Hac itaque gratia tua Mansuetudo, tantis turbis resistens, veritatem fidei Catholice Religionis immaculatam servari præcipiat, ut secundum formam & definitionem Apostolicæ Sedis, quam & nos tanquam præcellentem similiter veneramus, in statu Sacerdotii illeso manente per omnia Flaviano, ad Concilium Apostolicæ Sedis Judicium transmittatur, in qua primus ille, qui cælestes Claves fuit dignus accipere, Principatum Episcopatus ordinavit, quando scilicet decet nos huic maxime civitati, quæ Domina omnium est civitatum, in omnibus reverentiam conservare.* Dilertè affirmat Flavianum appellasse ad Leonem. Et ejus appellationi rogat donari suspensivum effectum: Secundum Canones. Insuper postulat retractatorium Judicium transmitti ad Concilium Sedis Apostolicæ. Non ad Œcumenicam Synodum; sed ad Synodum so-

lius Romanæ Provinciæ. Hanc judicat sufficere. Quod nempe ista Synodus essent Episcopi harum partium, ad quos Flavianus appellaverat. Si tamen appellaverit. Etenim penitus existimo, quod ipsi potius exposuerit suam causam, commendandam Sancto Leoni, Interim res cadit in idem. Quidquid fuerit, Galla Placidia istud ipsum postulavit à Sancta Imperatrice Pulcheria: *Clementia tua secundum Catholicam fidem conspirare dignetur, ut quidquid illo tumultuoso, miserrimoque Concilio constitutum est, omni virtute removeatur, ut omnibus integris permanentibus, ad Apostolicæ Sedis Judicium, in qua primus Apostolorum Beatus Petrus Sacerdotii Principatum tenuit, Episcoporum causa mittatur.*

Eadem omnia in litteris ad Pulcheriam Augustam insigniter exponit Hilarus Romanæ Ecclesie Archi-Diaconus, Exponit Latrociniale Dioscorig de Flaviano Judicium, suam contra illud generosam protestationem, suumque per multa pericula reditum ad Romanam civitatem, & prosequitur: *Vestra itaque veneranda Clementia cognoscat à Sancto Leone Papa cum omni Occidentali Concilio reprobari omnia, quæ in Epheso contra Canones per tumultus & odia secularia à Dioscorig Episcopo gesta sunt, & nulla ratione hæc in his partibus suscipi posse, quæ per potentiam prædicti, non sine læsione fidei, & præjudicio sanctissimi viri, innoxique Flaviani commissa sunt. Quæ verò constanti ac forti auctoritate pro fide à me nunciata sunt, superfluum credo narrare. Nam hæc ex litteris BB. Papæ poteritis agnoscere.* Per reducem Hilarum de appellatione instructus Leo mox coegit suæ ac vicinarum Provinciarum Synodum, & decrevit omnia superiora. Latrocinalem Synodum cassavit & circumduxit; admisit Sancti Flaviani appellationem; ipsum reuocavit, & firmavit in plena Episcopali apud omnes Ecclesias communionem; ipsi quemcumque superordinari rigidissimè vetuit; retractatorium Judicium voluit fieri in celebranda intra Italiam Synodo: Et hæc omnia per varias litteras scripsit ad Theodosium, ad Pulcheriam, ad Julianum Coensem Episcopum, ad Sanctum Flavianum, & ad alios. Omnis Occidens admisit promptissimè: Etiam ante datum auxilium ab Imperatore Valentiniano. Etenim omnes istæ litteræ sunt scriptæ tertiò Idus Octobres, & Valentinianus Romanam non venit, nisi ad sequens Festum Principis Apostolorum. At circumscriptus in Eutychetis patrocinium, ac in Sancti Flaviani odium Theodosius obedire non permittebat Orientalem Ecclesiam: Hinc ipsi per varios modos ac mediatores supplicavit Pontifex. Et licet non exaudiretur, uti non desit Principatu sui Romani Sacerdotii.

Etenim omnes Orientales Episcopos, qui Latrociniali in Sanctum Flavianum judicio adfuerant & confenserant, suspendit à suæ Sedis ac totius Occidentalis Ecclesie communionem. Romana Ecclesia Orientales Episcopos, dum ob Regiam præsentis Imperatoris violentiam aliter non poterat, sic olim fuit consueti punire & firmare. Lucent ista ex Sancti Leonis litteris ad Anatolium, propter Regias Martiani & Pulcheriæ preces



Epist. 60.

preces jam confirmatum in Episcopatu Constanti-  
nopolitano: De Fratribus vero, quos & epistolis  
rui, & Legatorum nostrorum relatione, communi-  
onis nostrae cupidos esse cognovimus, eod quod doleant  
se contra potentiam, contraque terrores non tenuisse  
constantiam, sed alieno scelere prebuisse consensum,  
cum eos ita formido turbasset, ut in damnationem  
Catholici atque Innocentis Antistitis, & in receptionem  
detestabilis pravitate trepido famularentur ob-  
sequio, illud quidem quod presentibus & agentibus  
nostris constitutum est approbamus, ut suarum inte-  
rim Ecclesiarum essent communionem contenti, sed cum  
Legatis nostris, quos misimus, participata tecum  
solicitudine volumus disponatur, quatenus hi, qui  
plenis satisfactionibus male gesta condemnant, &  
accusare se magis eligunt quam tueri, pacis & com-  
munionis nostrae unitate laerentur, ita ut digno prius  
anathemate, quae contra fidem Catholicam sunt rece-  
pta, damnentur.

Affirmat & docet varia. Primo, quod om-  
nes Latrociniali Iudicio cooperatos Orientis Epi-  
scopos removerit à sua communionem. Nempè in  
ista post Hilari Diaconi reditum Synodo, qua  
Flaviani appellationem admittit, ac ipsum reve-  
stivit. Processit ex antiqua Ecclesiae regula, lau-  
data ac stabilita per Africanum Canonem: *Pla-  
cuit ut à quibuscumque Iudicibus Ecclesiasticis ad  
alios Iudices Ecclesiasticos, ubi est major auctoritas,  
fuerit provocatum, non eis obstiti, quorum fuerit so-  
luta sententia, si convinci non potuerint vel inimico  
animo iudicasse, vel aliqua cupiditate, vel gratia  
depravati.* Isti Episcopi, licet non inimico ani-  
mo, tamen cupiditate & gratia depravati iudi-  
caverant, ideòque Magnus Leo ipsos merito cas-  
tigavit. Secundo discimus, quod isti Episcopi,  
dum vixit Imperator Theodosius, in patientia  
ac poenitentia siluerint. Etenim ille confirmavit  
Ephesinum Latrocinium, & adversus ipsum nec  
preces nec instructiones dignabatur admittere.  
At verò post ejus mortem Imperio adnotus Mar-  
tianus exaudivit Magnum Leonem, omniaque  
ejus Decreta ac Postulata veneratus est, & con-  
firmavit. Tunc igitur istorum Episcoporum plu-  
rimi agnoverunt errorem, & primo ad Julianum  
Coensem Episcopum, Leonis isthuc Legatum,  
deinde recurrerunt ad ipsum Pontificem, & suae  
infirmitati ac lapsui indulgentiam supplicarunt,  
recipere communionem cum Romana, adeoque  
& cum omni Orthodoxa Ecclesia. Et Leo per  
gradus processit. Primo ratam habuit factam eis  
à suis Legatis gratiam: Apostolicam communi-  
onem intra solam cujusque Ecclesiam. Deinde  
ipsis, dummodò Eutychemae perfidiae solemniter  
dicerent anathema, restituit plenam communi-  
onem.

Pontifex pergit in sua epistola: *De nominibus  
autem Dioscori Patriarchae Alexandrini, Juvenalis  
Hierosolymitani, & Eustatii Berytenis in prima  
Phoenicia Episcopi, ad Sacrum Altare non re-  
citandis Dilectionem tuam hoc docet custodire, quod  
nostris ibidem constituti faciendum esse duxerim, quod-  
que honorandae Sancti Flaviani memoriae non repu-  
gnet, & à gratia tua Christianae Plebis animos non  
avertat. Nam iniquum nimis est atque incongruum,  
eos qui innocentes & Catholicos sua persecutione ve-*

*narunt, Sanctorum nominibus sine discretione misce-  
ri, cum damnatam impietatem non deserentes, ipsi  
se sua pravitate condemnent: Quos convenit aut  
percelli pro perfidia, aut laborare pro venia.* Dio-  
scorus palam ex inimico animo in Sanctum Fla-  
vianum processerat, Juvenalis autem & Eusta-  
tius, qui ex officio debuerant compescere, sin-  
gulariter adjuverant: Hinc ipsos Pontifex cen-  
suit singulariter castigandos. Eos nec commu-  
nionem, nec gradu privavit. Etenim omnes tres  
Chalcedone comparuerunt ut Episcopi: Et in  
prima Adione Dioscorus accessit ut Patriarcha.  
Discedere & exire compulsus fuit, non quia de-  
gradatus aut excommunicatus, sed quia ex Ju-  
dice demutatus in Reum. Per Sancti Flaviani  
appellationem. Hanc igitur poenam Pontifex in  
istos tres valere voluit: Et insuper ipsorum no-  
mina non recitari ad Sacrificium. Ipsos suspendit  
à celebratione Missarum, immò ab omni percep-  
tione Sacrosanctae Eucharistiae. Nam quorum  
nomina recitari, seu Domino Deo ad Altare of-  
ferri non poterant, communicabant sine Obla-  
tione. Erant Consistentes, exclusi à Perfec-  
tione.

Et ex his addiscimus plura. Primo, quod  
Orientalis Ecclesia tunc plenè dependeret ab Oc-  
cidentalibus. Etiam à sola Romana. Secundo, quod  
Sancti Flaviani appellationem, & omnes ejus ap-  
pendices solus Leo administraverit, citrà omnem  
dependentiam à Generali Concilio. Hinc enim  
lapsi apud Ephesum Episcopi suam reparationem  
non distulerunt usque ad futuram Synodum, sed  
ipsam à solo Leone supplicarunt ac impetrarunt.  
Et istam reparationem probavit omnis Ecclesia.  
Omnes enim isti Episcopi fuerunt tanquam inte-  
gri admissi ad Synodum Chalcedonensem. Ter-  
tio addiscimus, quod Magnus Leo, Sancti Fla-  
viani appellationem in alia Generali Synodo re-  
tractatam volens, non ex Canonum necessitate,  
sed ex spontaneo juxta Canones Beneplacito vo-  
luerit. Ob rationes. Potuerat solus retractare ac  
definire. Sardicenses enim Canones sapientissi-  
mo ejus Beneplacito permittunt & credunt om-  
nia. Nempè super Sancti Petri Cathedram nihil  
auti consistere, scientes illi omnia concessa à  
Domino. Quarto discimus, quod haec omnia  
sciverit, & professus fuerit Galla Placidia, Theo-  
dosium rogans ut omnem Flaviani causam trans-  
mitteret ad Concilium Sedis Apostolicae. Ejus Secre-  
tarii erant peritissimi legum & Canonum. Quin-  
to, quod Pontifex possit sibi reservare varia, &  
Patriarcharum etiam manus constringere. E-  
tenim lapsos apud Ephesum Episcopos à se solo  
voluit reparari. Sexto, quod istam reservatio-  
nem ac reparationem possit ante ipsos Patriarcha-  
rum oculos per suos etiam Legatos exercere. Se-  
ptimo, quod Magnus Leo ista in re noluerit Pa-  
triarchas ex integro mutilare. Hinc addidit:  
*Participata tecum sollicitudine.* Octavo, quod  
Pontifex sit manifestè superior Generali Conci-  
lio. Etenim appellatio non fit, nisi ad Superi-  
orem.

Quod Sanctus Flavianus non ad Generalem  
Synodum, sed solam Apostolicam Sedem appel-  
laverit, disertè etiam testatur in Nestorianae ac  
Eu-

Cap. 12.

Eutychemae heresis Breviario Liberatus, Cartha-  
ginensis Ecclesiae Archidiaconus: *Hæc ergo secun-  
da Ephesina Synodo decernente, & restitente Eu-  
tychi Presbyteri dignitatem ac Ministerii Praesula-  
tum, Flavianus quidem & Eusebius, Dorylaenensis  
Episcopus, carceri mancipantur. Porro locum ob-  
tinentes Papae Leonis omnibus, quae gesta sunt,  
contradixerunt: Flavianus autem, contra se  
prolatà sententia, per ejus Legatos Sedem Apostoli-  
cam appellavit libello. Apostolicam Sedem in suis  
Legatis veneratus est, ideoque ipsis tradidit suae  
appellationis libellum. Liberatus disertè scribit  
non solum Hilarum, sed Apostolicos Legatos  
Latrociniali Iudicio contradixisse. Eidem debe-  
mus gratias, quod nos doceat Flavianum ac Eu-  
sebius fuisse apud Ephesum à Dioscoro carcera-  
tos. Comes Marcellinus addit Sanctum Flavia-  
num fuisse relegatum Hypeream Asiae. Et Prosper  
Tyro: *Sanctus Flavianus inter manus eorum, à  
quibus in exilium ducebatur, glorioso ad Christum  
sine transiit.* Etenim à Dioscoro fuerat impetu-  
tus calcibus, & graviter læsus. *Cælius Flavianus,  
& multis injuriis affectus, dolore plagarum migravit  
ad Dominum.* Sunt verba Liberati. Hæc est cau-  
sa, cur Magnus Leo Sanctissimum Episcopum  
non reposuerit in suam Sedem. Prosper subjun-  
git: *Martianus Augusti Edictis, Apostolicæ Sedis au-  
thoritatem secutus, Synodus Ephesina damnatur.  
Non per aliam Synodum, sed per solam autho-  
ritatem Magni Leonis.**

## CAPUT II.

Discutiuntur quadam Commenta Reve-  
rendi Patris Paschasii  
Quesnelli.

Epist. 40.

Paschasius Quesnelli laudat Magni Leonis ad  
Imperatorem Theodosium litteras, & com-  
mentatur: *Ex descriptis epistolæ verbis aliud nobis  
validissimum adest argumentum, quo à Flaviano  
Synodum appellatam esse constat, ac deinde Leonem,  
quasi Synodi Caput. Cum enim Leo ex appellatio-  
ne illius Episcopi congregandæ Synodi Ecumenicæ  
necessitatem arcessat, Sole clarus est appellatam esse  
Synodum, nec alterius auctoritatem pulsatam esse  
appellationis libello, ut de Ephesini Latrocinii sen-  
tentia iudicium fieret. Quam autem, inquit, post  
appellationem interpositam hoc necessariò postu-  
letur, Canonum Nicææ habitorem Decreta tet-  
stantur. Si enim ad unum ex Occidentalibus Epi-  
scopum cum Provinciali vel Diocesana Synodo provo-  
catum est, quidni solus cum suis Com-Provincialibus  
iudicium adornat? Ut quid omnium Ecclesiarum Sa-  
cerdotes à suis Sedibus demoveantur, si unius iudicio  
posse causa finire? Cur necessariò postulata Synodus  
Ecumenica, quando non Ecumenica Synodus appel-  
lata est? Si Sedes Primaria libello adita est, Sedi  
sue Pontifex litigantes sistat, rem discutiatur, Co-Epi-  
scoporum sententiam postulet, iudicium decernat:*

*Et causa finita est. Sed ideò necessariò postulari Ge-  
neralem Synodum post appellationem interpositam  
censuit Leo, quia illam à Flaviano postulatam esse  
ex ipsius libello, atque ex consuetudine Ecclesiastica  
intellexit. Nec suæ providentiæ, iudicioque existima-  
vit esse permittendum, an Synodo cogendæ super sedere-  
tur, an instaretur, sed ex necessitate & officii sui  
debito esse duxit pro ea impetranda etiam cum gemi-  
tibus ac lachrymis, ut ipse ait, & genibus pro-  
volutum deprecari, ut scribit Liberatus.*

Errores varii. Primus est, quod Flavianus  
non solam Apostolicam Sedem, sed Generalem  
Synodum invocaverit. Etenim disertè contra-  
rium jam audivimus ab Imperatore Valentiniano,  
ab ejus Augusta Matre Galla Placidia, & à Li-  
berato, doctissimo Carthaginensium Archi-Dia-  
cono. Secundus est, quod Sanctus Leo ex San-  
cti Flaviani appellatione arcessat necessitatem  
convocandæ Generalis Synodi. Etenim Ponti-  
fex ex ista appellatione arcessit necessitatem, non  
qua ipse istam Synodum obligetur postulare &  
celebrare, sed qua Theodosius ipsam à Pontifice  
postulatam obligetur concedere. Affirmat om-  
nem hujus appellationis administrationem ad se  
ac suam Sedem spectare per Nicænos, aut Sardic-  
enses Canones. Subsumit se iudicare Ecumeni-  
cam Synodum huic plenè auferendo scandalo esse  
necessariam, aut sanè expedientissimam: Hinc  
concludit Theodosio esse necessitatem, seu obli-  
gationem illius concedendæ. Hunc esse Papa-  
lium verborum sensum est omni luce clarius.  
Tertius error est, quod solus cum suæ Provin-  
ciæ Synodo Pontifex non potuerit hoc iudicium  
adornare. Etenim ipsum ad hoc faciendum ad-  
hortata fuit Galla Placidia, ac istud ipsum sua-  
dens Imperatori Theodosio disertissimis verbis  
supplicavit omne iudicium transmitti ad solum  
Concilium Sedis Apostolicæ. Istud ipsum professus  
est Imperator Valentinianus: *Predicatus Sacerdos,  
Magnus Leo; congregatis ex omni Orbe etiam reli-  
quis Sacerdotibus intra Italiam, à principio omnem  
causam sollicita probatione cognoscens, sententiam fe-  
rat.* Verba sunt altius consideranda. Magno  
Leoni non solam suffragii Prærogativam, sed ipsi  
soli adscribunt omne istud iudicium. Ipsi soli de-  
cisivum suffragium. Non quod in omni Ecume-  
nica Synodo sit Romano Episcopo ista potestas:  
Nullo modo. Sed quod ipsa illi sit in Ecumeni-  
cis Synodis, quas ejus arbitratu convocari con-  
tingit ad retractandas Romanas appellationes.  
Hæc appellatio recusato aut improbo Iudici li-  
gat omnes manus, & causam pleno jure devolvit  
ad solum Pontificem. Canones Sardicenses ipsi  
tradunt, aut potius declarant ac stabiliunt tradi-  
tam ipsi à Christo Domino facultatem, qua re-  
tractatorium Iudicium possit vel per semetipsum  
solus agitare ac definire, vel etiam delegare ei-  
dem Synodo, vicinæ Provinciæ, toti Diocesi,  
vel etiam toti Ecclesiae in Ecumenico Concilio.  
Prout sapientissimo suo arbitrio iudicaverit expe-  
dire. Quicumque autem aut qualicumque Dele-  
gatus iudicat ex sola auctoritate Delegantis, at-  
que ita in ipso solo est, & ex ipso solo procedit,  
omnis auctoritas decidendi, Hic est sensus Im-  
peratoris Valentiniani.

Quod

Quod sine generali Synodo solus Magnus Leo ad Sancti Flaviani appellationem retractandam ac definiendam suffecerit, evidenter euenit uniuersa Chalcedonenſis Synodus. Etenim ad ipſam omnes quatuor Apoſtolice Sedis Legati uno ore dixerunt: *Synodus, Latrocinialis Ephelina, profert non poteſt, in qua illa nefaria delicta reſecta ſunt. Si ergo & à Beatiffimo & Apoſtolico Romana Urbis Epifcopo omnia, que ibi geſta ſunt, vana ſunt habita, claret quia & Beatiffimus Epifcopus Antiochenſis ciuitatis extra hec eſt, quem poſt hec Beatiffimus Epifcopus in propria communione ſuſcepit.* Et Anatolius Conſtantinopolitanus Epifcopus confirmavit. *Definimus nihil horum valere, que in illa, que dicitur Synodus, ſunt conſecta, niſi illud circa Sanctiffimum Maximum, magne Antiochenſis ciuitatis Epifcopum. Quoniam & Sanctiffimus Leo, Romanus Archi-Epifcopus, cum in communionem recipiens, præſeſſe Antiocheuſum iudicauit Eccleſie. Quam formam ſequens & approbavi, & præſens ſanctum Concilium.* Et omnes Epifcopi illud ipſum unanimi ſuffragio comprobarunt. Stephanus Epheliorum Exarchus adiunxit: *Et ego iudico, ut que contra Canones in Ephelina Metropoli facta ſunt, infringantur, exceptis his, que geſta ſunt aduerſus Dominum Antiochenſis ciuitatis Epifcopum ob hoc quia Ordinatio Dei amantiffimi Epifcopi Maximi, facta pro eo Canonice in Antiochena Metropoli, à Sanctiffimo Archi-Epifcopo Leone, & hoc præſente ſancto & uniuerſali Concilio eſt ſuſcepta.*

Quod Dioſcorus Patriarcha Alexandrinus Dominum Antiochiæ Patriarcham ſemper oderit, eſt demonſtratum in ſuperioribus. Interim in Ephelino Latrocinio ſimulauit cum ipſo redire in gratiam, atque ita circumſcriptis & ſeduxit ad cooperandum & ſuffragandum in damnationem Sancti Flaviani. Infelix Dominus, ut ſuam pellem à Dioſcori furore redimeret, condemnavit non ſolummodo innocentiffimum, ſed inſuper ſibi amiciffimum Antifitem. Manifeſte contra confidentiam. Divina atque humana prævaricatus. Iſto obtento, Dioſcorus larvam depoſuit, reſumpſit odia, & ipſum etiam Dominum, quod duodecim Sancti Cyrilli Capitula nuperrimè damnaffet, degradavit. Et ejuſ in Sedem intruſit, aut intrudi curavit Maximum, Diaconum & Archi-Mandritam, fidelem amicum Sancti Cyrilli. Quare Dominus, ut potè ex vana cauſa, & contra omnem Canonum conſequentiam degradatus, cum aliis eandem injuriam paſſis Epifcopis invocavit Magnum Leonem. Verùm juſtus ille Pontifex Ephelina Acta caſſavit omnia, omnes degradatos ac ipſum invocantes Epifcopos reſteſtavit, excepto unico Domino: Ejuſ damnationem ſtabilivit, & tandem etiam Maximi creationem confirmavit. Domni damnationem nequaquam propter damnata Cyrilli Capitula, ſed propter adiutam Sancti Flaviani damnationem ſtabilivit, atque ita hominem quaſi de novo damnavit. Solus hanc cauſam retractavit ac definivit. Et omnis Orientalis Eccleſia comprobavit. Eodem igitur ſua Sedis Privilegio ſolus poterat retractare ac definire cauſam Sancti Flaviani.

Ejuſdem rei meminit quinta Synodus: *Chalcedonenſis ſancta Synodus Dominum Antiochiæ Epifcopum, eò quod ſcripſiſſe debere taceri duodecim Capitula ſanctæ memoriæ Cyrilli, & poſt mortem condemnavit, cum confirmaffet condemnationem ejuſ, & ſuſcepiffet Maximi Ordinationem.* Miſcet vera falſis. Etenim falſum eſt, quod Chalcedonenſis Synodus Domni damnationem confirmaverit propter damnata Capitula. Ipſam confirmavit propter authoritatem Magni Leonis. Et certum eſt, quod Magnus Leo ad ſolam Flaviani damnationem, non ad damnata Capitula reflexerit oculos, atque ideò Domni damnationem confirmaverit. Notanda ſunt verba: *Et poſt mortem condemnavit.* Firmant Paſchaſii Queſnellii opinionem, que cenſet Dominum Chalcedonenſis Synodi tempore fuiſſe defunctum, ideòque habitum iſthic de illo Actionem eſſe ſpurium additamentum. Græcus textus non reperitur, ideoque videtur eſſe additamentum Latini hominis. Ex quibus iterum diſcimus Apoſtolice Sedis authoritatem in Generales Synodos. Tanta eſt, ut poſſit, que voluerit ex rationibus, & infirmare & confirmare. Confirmare etiam perperam Geſta. Supplendo cauſas & defectus. Quis enim dubitet Domni damnationem, prout à Dioſcoro acta eſt, fuiſſe iniquam atque invalidam? Videatur Sancti Gelatii Pontificis Tomus de Anathematismo.

Laudata Apoſtolice Sedis circa Flaviani cauſam authoritas lucet etiam ex Magni Leonis epiſtola ad Clerum & Populum Conſtantinopolitanum: *De veſtra devotionis pietate gaudemus, & in ſanctæ Plebis acclamationibus, quarum ad nos exempla delata ſunt, omnium veſtrorum probamus affectum, quia vivit ac permanet apud bonos filios optimi Patris juſta dilectio.* Magni Leonis Decretum, quo appellentem ad ſe Flavianum reſteſtiverat, Conſtantinopoli lectum & publicatum, omnis Regia civitas fuit adeò venerata, ut uno ore Pontifici fauſta acclamaverit. Acclamavit Flavianum ſemper à ſe ut Epifcopum habendum & honorandum. Ex eadem reverentia Imperator Martianus fecit, quod Auguſta Pulcheria ſcripſit ad Pontificem: *Sciat tua Sanctitas, quoniam Præcepto noſtri Domini, & tranquilliſſimi Principis meo Conjugis, in glorioſam civitatem Conſtantinopolim ſanctæ memoriæ Epifcopi Flaviani corpus allatum eſt, & in Baſilica Apoſtolorum, in qua conſueverunt Prædeceſſores Epifcopi ſepeliri, competenter eſt poſitum.* Imperator Martianus reſteſtuit à Magno Leone Flavianum habuit pro integro & Canonico Epifcopo: Ejuſ interlocutionem habuit pro definitione. Flavianum honoravit ut plenè reparatum: Imitatus eſt Theodoſium, qui Parentum peccata cognoscens, eodem modo honoravit & Sanctum Joannem Chryſoſtomum, & Sanctum Pontificem Innocentium. Ab hoc factam illius reſteſtitionem habuit pro plena reparatione: Sancti Joannis cadaver, antequàm humaretur, Epifcopali Throno impoſuit, & uti integrum Epifcopum juſſit ab omnibus adorari.

Quartus error eſt in his Paſchaſii Queſnellii verbis: *Ut quid omnium Eccleſiarum Sacerdotes & ſuis Sedibus dimoventur, ſi unius iudicio poſſit cauſa ſuavi? Cur neceſſariò poſtulata Œcumenica Synodus, quando non Œcumenica eſt appellata? Cenſet Œcumeni-*

menica Synodi neceſſitatem, cum Sancti Flaviani ad ſolam Romanam Sedem appellatione, itemque cum iſtiſ Sedis ſufficienti in iſtam appellationem authoritate non cohære. Errat dupliciter. Primò, quod affirmet iſtam Synodi neceſſitatem à Magno Leone aſſeri. Etenim jam oſtendi Pontificem velle longè aliud. Secundò errat, quod à Synodi neceſſitate cenſeat everti ſupremam ac ſufficientem authoritatem Sedis Apoſtolice. Etenim Generalium Synodorum neceſſitas non ab iſtiſ authoritatis inſufficientia oritur, ſed ex difficultate executionis ob graſſantis erroris potentiam & contumaciam. Eadem de cauſa factas ad ſe appellationes Apoſtolice Sedes quandoque cenſuit retractandas in Œcumenica Synodo. Nempè ob partis violentas vires ex patrocinio circumſcripti Principis. Ità Innocentius primus Sancti Joannis Chryſoſtomi cauſam retractari voluit in Synodo Theſſalonicensi. Juxta Sardicenſes Canones, ſubmittentes hæc omnia ſapentiſſimo Beneplacito Epifcopi Romani. Hic manifeſtè eſt ſenſus laudati Innocentii, de retractanda Joannis cauſa ſcribentis ad Clerum & Populum Regiæ civitatis: *Sed quodnam remedium hiſce rebus in præſenti adferemus? Neceſſaria erit Synodalis cognitio. Ea quippè ſola eſt, que huiſmodi procellarum impetus retundere poteſt.* Non ob Apoſtolice authoritatis, que defunctum Joannem ſola reparavit, & cujuſ iudicium omnis etiam Oriens eſt veneratus, inſufficientiam, ſed ob violentas refragationes circumſcriptorum Principum. At verò poſt S. viri mortem ceſſavit invidia, & violenta contradictio. Innocentius addit ſe ab Imperatore poſtulaffe Synodum, & diſertè profuturum ſe agere ſecundum Canones Sardicenſes. Proinde iſtam epiſtolam vanè pro ſe adducit Paſchaſius Queſnellus.

Adducit etiam hæc Sancti Leonis verba ad Imperatorem Theodoſium: *Omnes partium noſtrarum Eccleſie, omnes ſupplicant Sacerdotes, ut quia & noſtri fideliter reclamarunt, & eiſdem libellum appellationis Flavianus Epifcopus dedit, Generalem Synodum jubeatis intra Italiam celebrari.* Et commentatur: *Ex quo conſequi neceſſariò mihi videntur duo maximi momenti. Alterum quidem, quod ſuperius diſcuſſimus, non ad unum Pontificem aliquem, ſed ad omnes Occidentis ſaltem Epifcopos devolutam eſſe Flaviani appellationem. Alterum, Legatos Sedis Apoſtolice non Romani ſolummodo Pontificis nomine Ephelina Synodo ſecundè interfuiſſe, nec aliàs intereſſe conſueviſſe Œcumenicis Conciliis in Oriente congregatis, ſed & omnium totius Occidentis Epifcoporum vice, quorum procuracionem gererant, cum per ſe intereſſe eidem non poterant. Hoc enim ſolemne erat Romano Epifcopo, ut cum primum Synodus uniuerſalis indicta erat, omnes ſui Patriarchatus Epifcopos ea de re admoneret, cogeretque ipſe Roma Synodum, ad quam invitati Occidentales conſuerent, ut in commune de negotio illic tractando diſſerent, deligerentque Legatos abſentium vicem impleturos. Nimirum qui ex illa Romana Synodo Legati mittebantur, non ſolus Pontificis Legati erant, nec ab ipſo ſolo mitti dicebantur, ſed ab uniuerſa Synodo miſſi erant. Ejuſdem agebant vicem, tametsi Legatorum Sedis Apoſtolice nomen ſemper retinerent: Chriſt. Lupi Opera T. VIII.*

Quia Occidentalium omnium Corypheus erat Pontifex. Hoc clariffimum evadit ex tertia Synodo Œcumenica Ephelina, ubi Cyrillus Legatorum Apoſtolice Sedis ſententiam reſumens, ſic loquitur: *Depoſuerunt ſupplentes locum Sedis Apoſtolice, totiuſque Synodi ſanctiſſimorum, Deoque dilectiſſimorum Occidentalium Epifcoporum. Idem manifeſtum eſt ex Concilio ſexti Actis, ubi Epifcopi, Portuenſis, Paternenſis, & Regitanus, locum tenere dicuntur Concilii antiquæ Romæ.*

Plures denuò errores. Primus eſt, quod laudatæ omnium Occidentalium Epifcoporum ad Theodoſium preces affirmant aut evincant Sancti Flaviani appellationem non ad ſolum Leonem fuiſſe devolutam, ſed ad omnes ſaltem Occidentis Epifcopos. Etenim Imperator Valentinianus, Galla Placidia Auguſta, ac Liberatus Diaconus diſertè ſcribunt ipſum provocaffe ad ſolum Leonem. Certè non video, quomodò tantæ authoritatis teſtimonia per iſtas plurium Epifcoporum preces evertantur. Earum ſcopus fuit non Flaviani appellationem huc aut iſtuc devolvere, ſed Theodoſii animum, à Flaviano durè averſum, ad juſtitiam per multiplicatos Interceſſores reducere. Et per verba, *Omnes partium noſtrarum Eccleſie*, Leo videtur non omnes Occidentales, ſed ſolas Italiæ Eccleſias intelligere. Cur Paſchaſius Queſnellus, qui tanto antè imperu aſſeveravit Flavianum ad Œcumenicam appellaffe Synodum, jam iſta vela contrahit ad ſolum Occidentem? Error non ſtat in firmo fundo.

Secundus error eſt, quod Romani Legati Ephelino Latrocinio adfuerint non ſolius Pontificis, ſed inſuper nomine & vice totius Occidentalis Concilii. Etenim Magnus Leo diſertè ac frequenter teſtatur oppoſitum. In Dogmatico ad Sanctum Flavianum ſcripto, & ad ipſum Latrocinium directo Tomo: *Julium Epifcopum, & Renatum Presbyterum, & Hilarum Diaconum vice noſtra direximus.* In litteris ad Imperatorem Theodoſium: *Julium Epifcopum, Renatum Presbyterum, & Hilarum Diaconum miſi, qui ad vicem præſentis meæ ſufficerent.* Et in litteris ad ipſam Ephelinam Synodum: *Julium Epifcopum, Renatum Presbyterum, & Hilarum Diaconum miſi, qui vice mea interſint.* Conſonat Proſper Tyro: *Hilarus Diaconus Romanæ Eccleſie, qui vice Sancti Leonis Papæ cum Julio Putcolano Epifcopo à Sede Apoſtolica fuerat deſtinatus.* Eodem Legatos laudat Liberatus Diaconus, & adjungit: *Locum obtinentes Papæ Leonis.* Etiam de Juliano Coenſi Epifcopo habent Acta Synodalia: *Julianus Epifcopus, tenens locum Leonis Sancti Epifcopi Romanæ Eccleſie.* Videtur fuiſſe ſuſſectus in locum defuncti Julii. Et certè ante Ephelinum Concilium Magnus Leo nullam celebravit Synodum, niſi ſolius ſuæ Provinciæ, ideòque certum & manifeſtum eſt laudatos Legatos fuiſſe ipſius ſolius Vicarios. Ità evaneſcit omnis aſa, ex qua Paſchaſius Queſnellus ſuadet Sanctum Flavianum non ad ſolum Leonem, ſed ad omnes Occidentales Epifcopos provocaffe.

Tertius error eſt, quod indicto Œcumenico Concilio Romanus Pontifex olim conſueverit ſuam Patriarchalem Synodum congregare, & illic

illic Legatos ad istud deligere. Etenim talis Synodus, talisque electio nec ad Nicenam, nec ad Ephesinam, primam aut secundam, nec ad septimam fuit facta, nec ad octavam, nec ad quintam, nec ad Chalcedonensem. Cælestinus Pontifex ista fecit durante Ephesina Synodo, ob natum isthic scandalum horreni schismatis. Et videtur convocasse Episcopos solius Italiæ. Etenim Africani propter Barbaros non poterant Romanam accedere, & Ephesi habebant suum singularem Legatum. Etiam Hispani, & Gallorum plures tenebantur à Barbaris. Ante Chalcedonensem Synodum Leo facere ista voluit, sed per causas fuit impeditus. Facta non sunt, nisi à Sancto Agathone ante sextum Concilium. Quare gravis error est scribere istum fuisse solemnem morem Romanæ Ecclesiæ.

Quartus error est, quod Sedis Apostolicæ Legati Œcumenicis in Oriente Conciliis interesse consueverint non solius Romani Pontificis nomine, sed Episcoporum totius Occidentis. Etenim nulli Concilio adfuit talis Legatio, ne quidem Ephesino. Adfuit sexto Concilio, sed divisa in alias & alias personas. Et dum in personis uniretur, nihilominus discerneretur autoritate atque officio. Primus locus, Relatio, & suffragii Prærogativa communibus Legatis non competent, nisi ex Privilegio ac Delegatione solius Pontificis. Libenter tamen admiserim hæc Paschali Quæsnelli verba: *Ejusdem totius Occidentalis Synodi, agebant vicem, rametsi Legatorum Sedis Apostolicæ nomen semper retinerent. Quia Occidentium omnium Coryphæus erat Pontifex. Reverà Coryphæus. Etenim ad suam Romanam Synodum dixit Felix tertius: Quoties intra Italiam propter Ecclesiasticas causas, præcipue fidei, colliguntur Domini Sacerdotes, consuetudo retinetur, ut Successor Præsulum Sedis Apostolicæ ex persona cunctorum totius Italiæ Sacerdotum, juxta sollicitudinem sibi Ecclesiarum omnium competentem, cuncta constituat, qui Caput est omnium. Papa isthic solus decedit. Alii non possunt, nisi solo consilio suffragari. Eandem autoritatem habet non in sola Primatiali Italiæ, sed etiam in Patriarchali Synodo totius Occidentis. Hoc sensu admitti possit Romanos ad Generalia intra Orientem Concilia Legatos esse Vicarios totius Occidentalis Ecclesiæ. Reliqua per Paschadium Quæsnellum adducta sunt aut refutata, aut ad rem non faciunt, ideòque non expedit in ipsa tempore expendere.*



## CAPUT III.

*Arvita Romanarum appellationum auctoritas demonstratur ex Orientalium Episcoporum ad Xixtum III. Pontificem appellatione adversus sacrosanctum Ephesinum Concilium.*

Sancti Flaviani appellationem confessus & professus sum esse sublime ac eximium Romanæ appellationis exemplum. Etenim non adversus alicujus Orientalis Provinciæ, immò nec adversus cujuspiam Patriarchalis Diocesis Judicium, sed adversus generale totius Ecclesiæ Synodum fuit interjecta, atque ita Sanctus Flavianus professus est etiam Œcumenicam Synodum esse sub Romano Pontifice, & posse per ipsum retractari, judicari, circumduci. Quod ipsum professum est omnis Chalcedonensis Synodus, probans & firmans omnia Magni Leonis Acta & Judicata, & pro Sancto Flaviano, & adversus istud Latrocinium. Ista, inquam, appellatio fuit interjecta adversus Synodum, quæ juxta Convocantium intentionem debebat esse Œcumenica, & quam Dioscori Patriarchæ Alexandrini rabida violentia transmutavit in particulare Latrocinium. Petrus de Marca istam metamorphosim vult per prævaricatoriam ac apostaticam Eusebianæ Fæstionis fugam evenisse etiam Sardicensi Concilio, atque ita ipsum, necnon ab ipso firmatam Romanarum appellationum autoritatem esse modici ponderis. Malè. Sine fundamento. Istam tamen eclipsum passa est secunda Ephesina Synodus. Isthic enim violenta ac lucida Dioscori turbulencia pro arbitrio non solum exclusit, vel ad iniqua coegit Episcopos, sed etiam fecit istud usque tunc sub cælo inauditum facinus, de quo ad Chalcedonensem Synodum dixit venerabilis Lucenrius, Eseculanus in Apulia Episcopus, Legatus ac Vicarius Magni Leonis: *Dioscorus, cum judicandi personam non haberet, præsumpsit, & Synodum ausus est facere sine auctoritate Sedis Apostolicæ, quod nunquam licuit, nunquam factum est.* A Synodi Præfidentia violenter extrusit Apostolicæ Sedis Legatos, & ipsam in se transtulit. Istiusmodi facinora inducunt eclipsum, & Synodum ex Œcumenica tranvertunt in particulare, immò & in Latrociniale Conventiculum. Nihilominus hoc cè Conventiculum fuit grande & numerosum: Quin & per Imperatorem Theodosium fuit donatum autoritate Synodi. Et licet Theodosii Decretum fuerit ab Imperatore Marciano, Magno Leone, ac Chalcedonensi Synodo circumductum, nihilominus in Cōstantinopolitana cum Severianis Episcopis Collatione Hypatius, Orthodoxus Ephesiorum Metropolitæ, istum qualemcumque Conventum appellavit universale Concilium. Hinc Sancti Flaviani appellatio demonstrat magnam

gnam & sublimem autoritatem Romanæ Ecclesiæ.

Christus Dominus noster est fidelissimus Adimpletor & executor sui Promissi: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Romana hodie Ecclesia violentos patitur insultus. Romanas appellationes, palmarem Sedis Apostolicæ Dignitatem, quidam machinantur evertere. Clamant antiquæ Ecclesiæ Episcopos non ad Romanum Antistitem provocasse, sed ad generales dumtaxat Synodos. Nec sunt hæretici aut homunculi, sed sublimia nomina: *Pastores & Doctores.* Deo laus, Catholicæ Matris Archiva habent authentica documenta, quibus redarguantur, & ex quibus dicamus: *Tace & obmutesce.* Et talia huc usque studui adducere. Christus Dominus, sui Promissi memor, subministravit & alia. Eminentissimus ac Reverendissimus Dominus Hieronymus Casanate, S. R. Ecclesiæ Cardinalis, Ecclesiasticæ Antiquitatis ac totius Christiani Dogmatis peritissimus, mihi benignissimè communicavit antiquum Cassinensis Monasterii Codicem, in quo reperi ultra ducentas Orientalium Episcoporum litteras, plu-

rimùm illustrantes Acta Ephesini Concilii, & Chalcedonensis. Præsertim contentiones & pacem, quæ post Ephesinum Concilium intercesserunt inter Ecclesias ac Episcopos Ægypti ac Orientis. Istas cum suis Scholiis epistolas suo tempore publica lux videbit. Hic interim do Helladii Tharsensis Episcopi, per primam Ciliaciam Metropolitæ, & Eutherii Thyranensis Episcopi, Metropolitæ per secundam Cappadociam, litteras ad Xixtum tertium Pontificem, Magni Leonis proximum Antecessorem, quibus illi suo & multorum Collegarum nomine ad hunc appellat adversus omnia Acta Ephesini Concilii, tunc ab ipsis improbat adhuc, & impugnati. Hæc epistola, licet circa materiam devia, est pro Divino Romanæ Sedis privilegio sermo longè firmior omni appellatione Sancti Flaviani. Clara & alta voce clamat non ad generale Concilium, sed adversus ipsum ad solum Papam Xixtum, atque ita demonstrat nobis duo: Orientales olim Episcopos provocasse ad solum Romanum Pontificem, & provocasse etiam adversum Acta generalium Conciliorum. Cassinensis itaque Codex habet sequentia.

*Epistola Deo Amicissimi Eutherii Thyranensis Episcopi, & Helladii Tharsensis, scripta ad magni nominis Romæ Episcopum Xixtum.*

Multam providentiam per singula tempora faciens Dominus Christus, alio tempore alia Luminaria præparavit ad eorum Ducatum, qui bonæ sunt voluntatis, convictionemque contrariorum. Et mendacii quidem destructionem, veritatis autem confirmationem. Sicut etiam sub illo majori Pharaone Beatum Moysen contra Jamnes & Mambre, & sicut super Simonem Magum Petrum bene vincentem, sic & contra eos, qui nunc insurrexerunt, inimicos tuam protulit Sanctitatem, per quam bonæ spei sumus & nos, quod Orbis terrarum ab Ægyptio liberetur errore, qui Moyses novus existens omnem quidem Ægyptium Hæreticum percuties, salvabis verò omnem Israelitam Orthodoxum. Igitur contra veritatem multis millibus gestis, & mundissima Orthodoxiæ Margarita multas excipiente inimicitias, & quantas nulla unquam tradit historia, ab his qui harum vocum novitatem contra Paternam fidem Apostolicam pepererunt, nostrum quidem est, qui triplices multiplicisque patimur tempestates, & penè in Pyratas incidimus, ad eum clamare, qui à Deo productus est Governator, eumque pro amore veritatis quanta possibile est edocere; tuæ autem Gratia, Sapientiaque est non despicere, neque otiosè transcurrere hujusmodi quæstionem,

nem, tantamque causam. Sed & perscrutari cum dilectione boni laboris, & imponere emendationem cum tota constantia, & Deo dilecta fiducia.

Et olim siquidem sapius jam ex Alexandria hujusmodi hæreticis Zizaniis insurgentibus, sufficit vestra Apostolica Sedes per universum tempus illud ad mendacium convincendum, impietatemque reprimendam, & corrigenda quæ necessarium fuit, muniendumque Orbem terrarum ad gloriam Christi, tam sub illo ter Beato, & inter Sanctos habendo Episcopo Damaso, quam sub pluribus aliis, gloriosis atque admirabilibus. Cujus rei gratia, & nos præsumimus has supplicationes offerre, ut adjuvetis Orbem terrarum: Et in illa parte quæ errat, & in illa quæ Tyrannidem sustinet. Quæque ad hoc impugnatur, ut ad ea, quæ non conveniunt, assensum præbeat: Eo quod nec velit, nec expedire judicet, ut Ægyptiorum Capitulorum varias vocum novitates excipiat.

Scribens enim Cyrillus Alexandrinus blasphemam vocum novitatem per bis-sena Capitula, universæ Divinitus inspiratæ Scripturæ contrariam, & anathematizantem legitimas & antiquas sanctorum Patrum Traditiones, & maximè illorum, qui excelsa quidem Christi Divinitati adscribunt, humilia verò humanitati ejusdem, nusquam unitione ejus intercidenda, proposuit ei qui tunc sanctam Sedem regebat magni nominis urbis, qui fuit à principio probatus, & notus circa fidem, circa vitam, circa doctrinam verbi, & circa universa, Nestorio, ut aut consentiret Capitulis ejus, atque subscriberet ea, & permaneret Episcopus, aut certè periclitaretur in gradu, & à sancta Ecclesia pelleretur. Ille autem propositioni nequam Dei timore prælato, elegit potius multis millibus periculis sibi injustè inferendis tradere semetipsum, quam dolis hæreticis præbere consensum, & confirmare totius Orbis errorem. Ad hæc Synodus convenit in Epheso: Et in nullo correptus, neque rationem reddere expetitus, antequam convenirent, qui sustinebantur universi, exactus est ultionem, dum illorum Capitulorum blasphemiam obviaverit, & omni crudelitate ei quæ dicitur damnationi, & aliis aliquibus subjectus est. Dum certè Cyrillus auctoritatem Judicis non haberet, sed ejus qui judicandus est ordinem, eò quod contra invicem moverint quæstiones. Et erat præsidens reus: Et sententiat Princeps, qui sustinebatur multis sententiis supponendus.

His gestis, aliis quidem cuncta, quæ acta sunt, lachrymis digna, aliis verò ridicula videbantur, ita ut & ille, qui Antiochenam tenebat Ecclesiam Dei, post hæc veniens Cyrillum quidem & Memnonem damnationi subjeceret, communi Decreto Deo Amicissimorum, Sanctissimorumque Episcoporum usque ad viginti duorum Metropolitanorum, cæterorumque qui pariter aderant, qui illos hæresios ac seditionis Principes judicarunt, & Ecclesiasticarum Æmulos sanctionum. Cæteros verò, qui eis ad omnia incongrua complices existerant, alienos à communione fecerunt. Sed illi egregii contra veritatem

simul

simul & regulas sibi metipsis indulgentiam relaxantes, terribilium Mysteriorum communionem irreverenter sibi continuo præsumpserunt. Alios verò communicare sibi periculosè fecerunt. Ita ut omnes Divinæ Regulæ Decreto subjaceant, quæ eos qui ita regunt, omnino perdamnat. Hæc addiscens Deo Amicissimus & bonus Victor Princeps continuo definivit vacare, quæ sic inordinate, inconsequenterque sunt gesta contra eum, qui in nullo convictus est, abruptè verò & furiosè addictus: Denuò autem de Dogmate cum veritatis amore fieri quæstionem, per interrogationem & responsonem, & demonstrationem, quæ omnibus suaderet, non quæ auctoritate Tyrannica imperaret.

Illi verò ad solutionem Canonum id quoque adjecerunt, ut nec his piis litteris obedirent. Et nihil de fide dicere vel audire acquiescentes ulterius, se ad solam universi pertinaciam contulerunt. Ad consensum cœperunt trahere iniqui judicii, alios quidem fraude, alios violentia, alios præmiis. Constudentes super his nos per multum tempus rogabamus, obtestabamur cum omni fiducia, provocabamus, ut nihil irrationabiliter fieret aut teneretur, sed de quæstione quidem Dogmatum, & de Cyrilli Capitulis communis proponeretur Tractatus atque Concilium: Et quod omnibus placuisset, una sententia firmaretur. De eo verò, qui Tyrannidem sic apertè pertulerat, judicium verax fieret atque legitimum, ut convictus quidem de corruptione veritatis adjudicationem consonè sustineret ab omnibus; si verò ex toto innoxius probaretur, in Scripto abdicaret illa nobiscum, quæcumque incongrua quidam, vel ex ejus persona, vel ex aliorum nomine, ex suspitione aut accusatione jactaverant.

Sed ista quidem displicebant his, qui ex sola auctoritate devincere, non autem vel suadere, vel suaderi volebant. Præcipiebant verò universis, ut abruptè anathematizarent, & damnationi subscriberent. Quicumque autem se integriori deliberationi servasset, damnabatur, ordinabatur ab eis, subjiciebatur calumniis, malæ doctrinæ vocabatur. Ordinabantur pro talibus alteri, quia consentire volebant: Laudare quidem damnatione digna Capitula, damnare verò eum, qui, quantum nos conscii sumus, nihil aliud dixit, nisi ea, quæ à Sanctis Prophetis, & Evangelistis, & Apostolis per Spiritum Sanctum manifestè sunt tradita. Volebant enim & Apostolos criminari, dum supervacue adjudicant illum, qui ea quæ ipsorum sunt, prædicabat. Talem namque & eorum, quæ dicuntur, Gestorum fecerunt actionem, ut inconsona & incerta adversus illum virum proferrent, & plerumque irreprehensibilia reprehenderet. *Cur, inquit, Nestorius dixit, quod passio non Deitatem, sed humanitatem Christi attigerit?* Interdum verò falsa scriberent, ponendo quod ab ipso dicta fuissent verba, quæ nec quicumque infidelium, immò nec agrestium Dæmonum dicere præsumpsisset. Id est, quod Christus esset Christi Dominus, sicut Saul, sicut David, sicut infidelis Cyrus. In quibus facile est convincere volenti calumniam.

Ea verò, quæ de Antiocheno Joanne sunt, si esset possibile, taceret

Christi Lupi Opera T.VIII.

E c 3

cere



cere velimus . Sic irrationabilis apud nos ejus mutabilitas facta est , & manifesta transgressio , & proditio veritatis , quæ ex improvise completa est , sive peracta . Ille enim , quia antequam veniremus ad Ephesum , hæreticam Capitulum reperit fraudem , plurimis per litteras indicavit . Per primam Cappadociam , secundamque , & per diversos locos , ut ab eis se observarent , admonuit , quasi Eunomio , & Ario , & Apollinario consonarent . Et qui acutè ac fervidè in Cyrilli damnationem proflavit , & ad hoc omnes hortatus est : Quippe adit & ipsam Regiam civitatem , ut huic impietati resisteret . Et idem nobis scripsit adhuc Ephesi constitutus , prius quidem dicens . Quia illum , id est , Nestorium dimissum cognoscentes ab Epheso , valdè doluerunt animæ nostræ : Eò quod illa , quæ sine judicio & iniquè sunt gesta , videantur interim roborari . Deinde , quia etiam illa blasphemia Capitula Cyrillus abjecerit , eum ne tunc quidem suscipere per sacramenta promissimus : Eò quod Princeps ipse sit factus iniquæ hæresis . Unde alterum cor accipiens ignoramus , omnibus motibus suis est adversatus , & Cyrilli communicator effectus , non repellentis quæ malè conscripserat , qui eum nunquam suscepturum , vel si ea refutasset in Scripto , juraverat . Et solus vinculum solvit , quod cum tantis Cyrillo & Memnoni noxiis consequenter intulerat . Et nullam securitatem his , qui pro pietate fuerant offensi , procurans , ipse quidem reconciliatus est ei , quem quidem sic amare notaverat . Permisit verò Ecclesias perturbari , & Præsules quosdam quidem manere depullos , alios autem adhuc multipliciter exturbari . Sed etiam litteras mirabiles fecit , in quibus ait damnatum se habere Nestorium , & anathematizare quicquid impiè dixit aut sapuit . Sic & accusatione ac demonstratione defecit , ut nec diceret : *Illam vel illam , sive illam anathematizato sententiam* . Sed ait : *Quidquid ab eo impiè dictum est* . Dum certè apertè dicere debuisset , ut ab eo sensu quisque cautior redderetur : Sicut clarè abominamur nos Cyrilli Capitula , & quæsumus universos , ut se ab insita illius malignitate custodiant , præconvincentes eas , quæ in ipsis sunt , blasphemias , & eas clarè omnibus publicantes .

Hæc pauca de plurimis cum multa abbreviatione conscripsimus , scientes quod horum malorum nimietas non solum Hieremiæ lamentationibus digna sit , sed & universam Tragædiam superaverit . Rogamus verò , & sanctis tuæ Religiositatis provolvimur pedibus , ut manum porrigas salutarem , & auferas Mundi naufragium , omniumque horum inquisitionem jubeas fieri , & his illicitis cœlestem superduci correctionem : Ut revocentur quidem Sancti Pastores , qui injustè sunt à suis Ovibus effugati , & reddatur Gregibus pristinus ordo , & antiqua concordia . Et ut non ultra lamentatus & mugitus pro votis offerantur & Psalmis : Dum multi dispersi sunt . Et ne quiquam periclitentur circa ea , quæ præcipua sunt , dum vitant ab hæreticis vel Lavacrum Regenerationis , vel Mysticam Communionem accipere , quæ ab Orthodoxis sumere ad salutem minimè permittuntur .

Quæ

Quæ ex parte quidem videntes , ex parte verò audientes olim cucurrissimus ad Sanctitatem tuam nos , qui è diversis Regionibus sumus . Id est , ex Euphratesia , ex utraque Cilicia , secunda Cappadocia , Bithynia , Thessalia , & Mœsia . Ut & fontes effunderemus lachrymarum , & publicè desleremus peregrina & insueta hujus vitæ mala , nisi detineret nos Luporum terror , insidiantium Gregibus ad rapinam , & ad errorem , omnemque adversitatem . Unde coacti sumus nostra vice dirigere Religiosissimos Clericos & Monachos , qui impleant locum nostrum . Quæsumus igitur , ut absque dilatione exurgatis , & fervido zelo magnum victoriæ Trophæum contra Amulorum cuneos erigatis , ante oculos habentes boni Pastoris diligentiam , simul & studium circa Ovem , quæ erraverat . Et non absque periculo deputetis , si quid fastidiosè circa tot Pastores & Oves agatur : Dum illæ quidem errent , illi verò Tyrannicam sustineant violentiam .

Imitamini potiùs & magnum pietatis Præconem Paulum , oculum Mundi , quem nos ut pignus familiaritatis nostræ habere erga vestram credimus Sanctitatem . Civis enim noster existens , errore totius Orbis extincto , illius Apostolicæ Sedis factus est ornamentum , & à Beato Petro dexteram societatis accepit , ut appareret ab utrisque æquam subtilitatem dogmatum custodiri . Etiam quæsumus , ne despiciamur à vobis nos , quos tot mala circumdant . Non enim de pecuniis , vel gloria , aut quolibet alio temporalium decertamus , sed pro pietatis possessione communi , pro Paterno fidei thesauro , pro spe communi fidelium , pro bona confessione Apostolorum , pro immortalis certamine Martyrum , & maximè pro adventu , clementiaque Dominica , cujus virtutem invincibilem invocantes sine cessatione clamamus : *Parce Domine Populo tuo , & ne dederis hæreditatem tuam in opprobrium* .

Eutherius Episcopus Metropolis Thyanensium subscripsi . Et quæso ut me ores incolumem , Deo Amicissime & Sanctissime Pater .

Helladius Episcopus Metropolis Tharsi subscripsi . Et rogo , ut me ores incolumem , Deo Amicissime & Sanctissime Pater .

Ita est authentica ad Xixtum tertium Pontificem epistola . Ducit exordium à Patriarcha ac Propheta Moysè , & ipsi Xixtum Pontificem comparat , quod agatur adversus Sanctum Cyrillum , Egyptiæ Diœcesis Patriarcham . Hunc Eutherius & Helladius , ipsisque consentiens Orientalium Episcoporum Factio , censebat non solummodò hæreticum , sed & Hæresiarcham , ideoque secundum ac minorem Pharaonem . Codex manuscriptus habet : *Sub illo Amore Pharaone* . Correxì , & posui : *Sub illo majore Pharaone* . Quod nempe Factio Cyrillum blateraret esse Pharaonem Juniores ac minorem . Forfitan oporteat legi : *Sub illo Achori Pharaone* . Ita enim juxta quosdam appellabatur Pharao persecutor Hebraici Populi . Quidquid sit , Factio Cyrillum comparat cum Jamnes & Mambre , & cum Simone Mago , Sixtum autem cum Moysè & Petro Apostolo . Non per novam Synodum , sed per hunc solum profitetur ac asseverat omnia posse ac debe-

re discutì , judicari , puniri , reparari , componi . Joannes Patriarcha Antiochenus cum Sancto Cyrillo ac ejus Episcopis pacem composuerat , atque ita studuerat pacificare Ecclesiam . Quam atrox discordia fuerit , vel sola docet famosa epistola Iba , Edeffeni Metropolitæ ad Marim Episcopum Persidis . Longè plura te docebunt hæc Cassinensis Codicis litteræ , dum prodierint in publicum . Pax habuit tres præsertim conditiones : Admittere Ephesinæ fidei Decretum , & anathematizare dogma Nestorii ; probare ac firmare ejus ab eadem Synodo factam degradationem ; & admittere factam ab eisdem Synodi Episcopis Ordinationem Successoris Maximiani . Hæc omnes conditiones Sanctus Cyrillus petiit ac impetravit . Vice versa Joannes inter cætera postulavit , ut Cyrillus damnaret sua duodecim Capitula , aut certè ipsis valediceret . At non obtinuit , Capitula permanferunt Capitula . Nec Joannes ipsa probare , nec Cyrillus voluit abolere , immò

immò nec circumferbere. Etiam omnes, qui Joanni adhaerant, Episcopi fuerunt soluti ab Ephesini Concilii sententiis, & admissi ad pacem. Ad plenam sui Episcopalis gradus communionem. Exceptis quatuor: Dorotheo Martiano-politano, Himerio Nicomediensi, Eutherio Thyanenfi, ac Helladio Metropolita Tharsensi. Ita habes in litteris Sancti Cyrilli ad Donatum Nicopolitanum Episcopum, Metropolitanam veteris Epyri.

Hæc omnia isti quatuor summa cum indignatione fuerunt admirati. Præsertim digerere nequiverunt vorabile sui Patriarchæ Joannis ingenium, qui omnia sua adversus Cyrilli Capitula, & adversus Ephesinam Synodum, & pro Nestorio pertinacissima Acta & Scripta recantaverat. Clamarunt Prævaricatorem, & se separarunt ab ejus communione. Et provocarunt ad XIXtum Pontificem: Non solummodò adversus pacem, sed etiam adversus Acta Ephesini Concilii. Omnia rogantur exsufflari, omnes apud Ephesum degradatos ac proscriptos Episcopos revestiri, & omnem causam Romæ apud solum Sedis Apostolicæ Tribunal retractari. Repetenda est ipsorum conclusio: *Rogamus verò; & sanctis tue Religioſitatis provolvimus pedibus, ut manum porrigas salutarem, & auferas Mundi naufragium, omniumque horum inquisitionem jubetas fieri, & his illicitis coelestem superduci correctionem. Ut revocentur quidem sancti Pastores, qui injustè sunt à suis Oribus effugati, & reddatur Gregibus pristinus ordo, & antiqua concordia.*

Repetendum quoque epistolæ exordium: *Notum quidem est, qui triplices multiplicesque patimur tempestates, & pendè in Pyratas incidimus, ad eam clamare, qui à Deo productus est Gubernator, cumque pro amore veritatis quanta possibile est edocere, &c.* Notanda sunt & verba: *Adjuvatis Orbem terrarum.* Omnis epistola est emphatica: Et lucida. Et se fundat in exemplo Sancti Damasi Pontificis, qui etiam exurgentia ex Ægypto Zizania correxit atque evulsit. Laudat Romanam Sancti Petri Alexandrini Episcopi appellationem, quem ab Arianis ejectum reparavit Damasus. Laudare possit & Maximi Cynici, etiam ex Ægypto enati turbinis, Romanam appellationem, quem primò quidem audivit & adjuvit, postmodò tamen compeſcivit idem Damasus. Et epistola adjungit: *Sub pluribus aliis, gloriosis atque admirabilibus.* Respicit Sanctum Papam Julium, qui ab Eusebiana Factione ejectos, & ad se appellantes plures Orientalium Episcopos revestivit, & per Sardicensem Synodum jussit plenè reparari. Notanda item sunt hæc verba: *Suffecit vestra Apostolica Sedes.* Difertè profiteorur ad hæc omnia retractanda & finienda, ad adjuvandum totum Orbem non requiri generalem Synodum, sed sufficere ac sufficisse Apostolicam Sedem. Hanc esse perpetuam consuetudinem ac fiduciam Ecclesiarum. Scio epistolam decertare pro mala causa: Ipsa tamen nos docet, quid circa Apostolicæ Sedis autoritatem, & circa Romanæ appellationis morem olim fenserit ac egerit Orientalis Ecclesia. Et omninò juxta ipsum ad proximum Sixti tertii Successorem,

Magnum Papam Leonem, appellavit etiam Sanctus Flavianus.

Porro ista appellatio non fuit solius Helladii ac Eutherii. Ei se adjunxerunt Alexander Hieropolitanus Episcopus, Euphratesiæ Provinciæ Metropolita, Theodoretus ibidem Cyrensis Episcopus, & omnes ipsorum Com-Provinciales. Plures item aliæ Provinciæ. Et quia ob gravia impedimenta non poterant Romam accedere, legaverunt Clericos & Monachos, ad retractatorum judicium instructos suis vicibus. Juxta Sardicenses Canonès. Ex quo lucet ipsos tunc fuisse in plena observantia Orientalis Ecclesiæ. Item lucet appellationem, quam adversus suam ab Ephesino Latrocinio factam degradationem idem Theodoretus fecit ad Magnum Papam Leonem, non fuisse ejus primam: Interim etiam hanc fecit juxta Sardicensem disciplinam. Porro præfens appellatio non fuit sine fructu. Etenim XIXtus III. licet nec Ephesinam Synodum, nec factam Ecclesiarum pacem circumducere voluerit, hanc tamen non modicè circumſcripſit. Ejus Rescriptum later aut perit, interim illius substantiam compendio habemus in Papalibus litteris ad Sanctum Cyrillum: *Non est, sicut Fratris & Co-Episcopi nostro Maximiano sapè jam scripsimus, etiam ipse, utique Joannes Patriarcha Antiochenus, redeuntibus difficilis aperire januam, ut verè nisi perditionis filius, sit perditus, sitque et major causa lugendi, quod meruit solus excludi.*

Maximianus Constantinopolitanus Episcopus præfatos quatuor Metropolitanas, Orientalis Factionis Coryphæos, in sua Synodo singulariter damnaverat, Ephesinæ ipsorum damnationi addiderat novum robur, & eandem validè studuerat in executionem mittere. Et ipsam Sanctus Cyrillus confirmaverat, eosdem quatuor constanter excludens ab omni pacis beneficio. Hinc Romanam illorum appellationem audiens Maximianus XIXto Pontifici frequenter supplicavit non solvi aut circumduci suam ac Sancti Cyrilli judicium. At non fuit exauditus. Pontifex ipsum solvit, & à pace nullam penitentem excludi voluit, nisi solum perditionis filium, hoc est, Hæresiarum Nestorium. Et adjunxit: *Sit et major causa lugendi, quod solus meruit excludi.* Eos ad pacem admitti, & in suo Episcopali gradu ac Throno stabiliri aut reparari voluit per solam rectæ fidei ac pacis professionem, citra omne vulnus boni nominis. Et fuit planè obeditum. Etenim Helladius valedixit schismati, admisit pacem, rediit in Joannis Patriarchæ communionem & gratiam, & permansit Episcopus. Quæ omnia amplissimè patebunt ex Cassinensis Codicis epistolis, quæ brevi apparebunt in publico.

Similè exordium Joannes VI. Patriarcha Constantinopolitanus dedit suis ad Constantinum Pontificem in simili negotio litteris. Imperator Philippicus, antiquus Monothelita, utpote Pseudo-Monachi Stephani, qui Macarium Antiochiæ Patriarcham seduxerat, pertinax discipulus, ejecto Patriarcha Cyro intravit istum Joannem, compulsi ad damnandam sextam Synodum, ac denuò turbandam omnem Orientalem Ecclesiam. Joannes ex violentia contra conscientiam

tiam egerat, ideoque ejecto per Orthodoxum Imperatorem Anastasium Philippico rediit ad mentem, egit penitentiam per litteras apud Constantinum Papam, supplicavit per dispensatoriam gratiam permanere Episcopus. In harum igitur litterarum exordio demonstravit caput in homine esse Principem ac Rectorem totius corporis, atque adjunxit: *His Apostolicam vestram Præsentiam ac Pontificium comparare habemus, vosque Sacerdotii Christi canonicè Caput reputantes, per vos querimus ut solatium aliquod à mæstitia ac animi languore, qui nostro huic Ecclesiæ corpori ex pestifera ac animabus exitiosa tyrannica potestate accidit, reportemus. Planè siquidem vos quoque ea Capituli proprietate inconsulto ac nihil volentes, laborantes nos hanc quaquàm desperaveritis, aut à vestra mansuetudine repuleritis. Supplicat, sibi fieri istam gratiam, quam lapsis in Ephesino Latrocinio Episcopis fecit per Chalcedonensem Synodum Magnus Leo: Et alia istiusmodi. Profitetur Romanum Episcopum esse supremum ac universalem Medicum totius Ecclesiæ, & omnia, quæ Orientalis etiam Ecclesia in Synodalibus judiciis, vel aliis actibus peccaverit, per Romanum esse Pontificem circumducenda, circumſcribenda, restauranda. Profitetur hæc non per generalem debere Synodum, sed omninò posse fieri per solum Pontificem. Addit Generalem Synodum hæc non nisi per Pontificis auctoritatem agere, & tandem concludit: *Vos itaque, à sacrum Caput, perspicaci illa in vobis virtute Spiritus, blanda in nos inclinationis extendentes manum, levit contactu reciprocè per litteras gratiæ, juxta Ecclesiæ legem, id est, missis vicissim Synodis, dilectionis remedium adhibentes, quod in nobis dolorem facit, ac subitus pulsat, festinate curare. Nulla siquidem anime remissio est, nec somnus oculis, aut requies temporibus, vel palpebris dormitatio aliqua infecerit, donec iterum universam Dei Ecclesiam videre liceat servantem unitatem Spiritus in vinculo pacis.* Donandam per auctoritatem ac Mandata Apostolicæ Sedis. Plurima sunt similia Græcorum Patrum testimonia. Et ecce quidam hodie Latini declamant ista omnia olim non fuisse facta, nec fieri posse, nisi per generalem Synodum. Res lamentanda.*

Quod duplices Romanæ Ecclesiæ Legatos, alios solius Cælestini Pontificis ac Apostolicæ Sedis, alios totius Occidentalis Concilii Vicarios, Ephesina Synodus habuerit, uno verbo sum supra inficiatus: Et rectè. Oppositum est penitus à vero devium. Uti Sanctus Cyrillus, ita etiam Arcadius ac Projectus Episcopi, necnon & Philippus ad SS. Apostolos Cardinalis Presbyter fuerunt Vicarii ac Legati solius Papalis Personæ & Cathedralis. Acta Synodalia hoc demonstrant lucidè & variè. Secundæ Actionis exordium habet: *Ingressis & confidentibus, qui ex Occidente venerant, Arcadio & Projecto, piissimis Episcopis & Legatis, necnon Dei amantissimo Philippo, Apostolica Sedis Presbytero & Legato.* Et statim post: *Philippus Apostolica Sedis Presbyter & Legatus. Arcadius Episcopus, Projectus Episcopus, & Romanæ Ecclesiæ Legatus.* Et in litteris, quas uti Apostolicam sui suffragii Prærogativam

transmisit per ipsos Cælestinus ad Synodum: *Præbatissimos viros, Arcadium & Projectum Episcopos, & Philippum Presbyterum nostrum, qui eis, quæ aguntur, interfint, & quæ à nobis antea statuta sunt, exsequantur.* Non quæ ab omni Occidentis Synodo, sed quæ à solis nobis, seu à sola Apostolica Sede sunt statuta. Actio III. habet: *Philippus Presbyter & Legatus Apostolicæ Sedis, Arcadius Episcopus, & Legatus Apostolicæ Sedis.* Et Memnon Ephesiorum Episcopus adjunxit: *Nihil prohibet, quò minus ex Postulatis Sanctissimorum Episcoporum Arcadii & Projecti, & Deo amabilissimi Presbyteri Philippi, Legatorum Apostolicæ Sedis magnæ Romæ, iterum legantur Acta in depositione Nestorii.* Et rursùm Acta: *Arcadius Episcopus, & Apostolicæ Sedis Legatus dixit.* Et iterum: *Philippus Presbyter, & Apostolicæ Sedis Legatus. Arcadius Episcopus, & Apostolicæ Sedis Legatus. Projectus Episcopus, & Apostolicæ Sedis Legatus.* Et istius Actionis ad Principes Relatio: *Cælestinus misit litteras per Arcadium & Projectum Episcopos, & Philippum Presbyterum magnæ Romæ, qui Cælestini sanctissimi Episcopi presentiam suppleant.* Et ad quintam Actionem dixit Sanctus Cyrillus: *Presentibus Legatis à magna Roma missis, videlicet Sanctissimi Episcopi Cælestini locum tenentibus.* Et ejusdem Actionis ad eundem Pontificem Relatio: *Fuerunt in Confessu nostro & illi quoque, qui à Sanctitate tua missi sunt, piissimi Episcopi Arcadius & Projectus, & cum ipsis Reverendissimus Presbyter Philippus, qui sua presentia tuam nobis exhibuerunt, Apostolicæque Sedis locum suppleverunt.* Et Mandatum, quod plena Synodus suis apud Constantinopolim adversus Joannis Patriarchæ Antiocheni Factionem Legatis dedit, habet hanc Epigraphen: *Philippo Presbytero Cælestini Episcopi Apostolicæ Sedis maxime Romæ locum tenenti.* Quod ipsum Synodus repetit in missis per istos Legatos litteris ad Augustum Theodosium.

Attamen quædam ejusdem Synodi Acta videntur affirmare aliud. Etenim ad tertiam Actionem dixit Sanctus Cyrillus: *Arcadius & Projectus Episcopi, nec non Philippus Romanæ Ecclesiæ Presbyter suppleant locum Sedis Apostolicæ, totiusque Synodi Sanctissimorum Occidentium Episcoporum.* Et quintæ Actionis ad Principes Relatio affirmat Synodo adfuisse ducentos ac decem Episcopos, & adjungit: *Quibus & universa Occidentium Episcoporum multitudo, & per ipsos reliquis terrarum Orbis consentit.* Certè ista multitudo non adfuit, nisi per hos suos Legatos. Et plena Synodus in laudatis, quas per suos contra Joannis Antiocheni Factionem Legatos misit, litteris scripsit ad Principem Theodosium: *Sanctæ Synodi Confessui adest & Cælestinus sanctissimus magnæ vestræ Romæ Archi-Episcopus, & universa Occidentalis Synodus per Sanctissimos Episcopos, quos ad nos misit totaque Africa ac Illyricum:* Respondeo hæc non concludere. Et insigniter exponi à tertie Actionis Relatione ad Principes: *Vestrum ergò pietatem studium Deus gratum habens, etiam sanctorum Occidentium Episcoporum animos zelo excitavit. Nam licet maximi itineris spatium universam illam Sanctissimorum Episcoporum multitudinem ad nos pervenire prohiberit, attamen illic simul con-*

gregati, Cælestino Sanctissimo Episcopo etiam præfente, & nunc nostram de fide sententiam magno consensu prædicarunt, eosque qui diversa sentiunt ab omni prorsus Sacerdotii sorte alienos esse definiunt. Et hæc quidem etiam antequam Sanctissima hæc Synodus conveniret, Cælestinus Episcopus per litteras suas judicaverat, & Cyrillo Episcopo, ut suas vices subiret commiserat. Sed & nunc demum alius etiam litteris sanctæ Synodo hæc significavit. Misit autem has litteras per Arcadium & Projectum Episcopos, & Philippum Presbyterum, qui Cælestini Episcopi præsentiam suppleant. Relatio affirmat duo. Primò, quod data in Nestorium sententia non sit solum Synodo præsentium Orientalium Episcoporum, sed etiam omnium Occidentalium. Licet enim horum multitudo ad Synodum non venerit, attamen ejus judicium omnino prædicavit ac præformavit. Et quidem Synodaliter. Et nequaquam in Ephesinæ Synodi gratiam: Quia ante ipsam. Nempè in ista Romana Synodo, in qua Cælestinus Nestorium, nisi intra decem dies suas Exegeset & alia recantaret, damnavit ac degradavit, & istius judicii executionem delegavit Sancto Cyrillo. Acta hæc sunt antequam quis vel cogitaret de Ephesina, aut alia generali Synodo, ideoque nulla isthic facta est Synodali Legatorum deputatio. Hinc Relatio secundò dicit, quod Cælestinus istud suum Synodale Judicium, uti antea Sancto Cyrillo, ita nunc Ephesinæ Synodo significaverit, ac demandaverit exequendum, idque per Arcadium & Projectum Episcopos, ac Philippum Presbyterum, qui ejus præsentiam supplebant Ephesi. Non istius Romanæ Synodi, sed solius Cælestini præsentiam. Synodus enim, quoniam futuri Ephesini conventus ignara, nullos Legatos creaverat. Proinde hi Legati istius quidem Synodi deferebant judicium, & ipsius firmandi ac exequendi habebant Apostolicum Mandatum, attamen solius Cælestini gerebant vices, ac supplebant præsentiam. Hinc quinta Actio rectè dixit, quod universa Occidentalium Episcoporum multitudo consentiret Synodo. Unica Sancti Cyrilli interlocutio videtur in speciem favere Paschasio Quæsnello. Est aliis testimoniis, à quibus certum est non discedere, conquadrandæ. Est res parum confers præsentis quæstioni. Censui tamen elucidandam. Ad plenè exsufflenda superiora Commenta ejusdem Paschasii.



## CAPUT IV.

Sancti Damasi circa Romanas  
appellationes Acta  
elucidantur.

istorum pleraque Damafus pergit in collecta ex vicinis & advenis Episcopis Synodo, de qua Hermias Sozomenus; Apollinaris hæresim ad multos serpere Damafus Episcopus Romanus, & Petrus Alexandrinus Episcopus certiores facti, primi omnium Concilio Romæ convocato eam alienam ab Ecclesia Catholica pronunciarunt. Famosa & efficax fuit ista Synodus. De ipsa etiam ipse Joannes Patriarcha Antiochenus cum præfato Himerio, Theodoro Cyrensi, & reliquis suæ Factionis Episcopis scriptis ad Rufum Archi-Episcopum Thessalonicensem: Beatissimus Damafus Apollinarium, Vitalem, ac Timotheum Hæreticos gradu movit. Epistola extat in tertia parte Ephesini Concilii. Vitalis Antiochenus, Apollinarius Laodicensis, Timotheus in ista Factione erat Beryrensis Episcopus. Hoc in quarto contra Nestorianos ac Eutychianos libro scribit Leontius Scholasticus Byzantinus. In tertio libro addit rem memorabilem. Adducit Apollinarii, de sua familiaritate cum Magno Athanasio litteraria communione gloriantis, litteras ad nescio quos apud Dio-Cæsaream congregatos Episcopos, affirmat quosdam ejus Discipulos adeò blasphemasse, ut Domini carnem crederent Deo Verbo contubstantialem, & concludit: Videtur quidem Timotheus esse, cui magis quam aliis, & fidentius Arcana illius impietatis & fraudulentia committerentur. Hac enim de causa potuit à Beato Athanasio litteras accipere commendatitias ad Occidentales, tanquam contra Arii impietatem pugnant, & ab illis rursum litteras tanquam ad Episcopum missas adferre. Sed non perpetuò latuit hæc illius insidiosa simulatio. Iterum enim post Athanasii obitum missus Romam depositus est ipse, & qui eum miserat Apollinarius. Leontius nos docet plura. Primò, quod Apollinarius, quoniam Arianos impugnabat, Sancto Athanasio placuerit, fueritque ei familiaris etiam per litterarium commercium. Secundò, quod insuper ab illo commendatitias litteras acceperit ad Occidentis Episcopos, præsertim ad Romanos Pontifices, nempè Julium ac Liberium. Tertio, quod cum hiscè Commendatitiis fidelem suum Discipulum Timotheum legaverit Romam, furaturus communionem Sedis Apostolicæ. Quarto, quod fraus successerit, ac Timotheus communicatorias Apostolicæ Sedis litteras ad Magistrum retulerit, uti ad Orthodoxum Episcopum. Quintò, quod fraus radices non egerit. Etenim post Athanasii mortem rediens Romam Timotheus fuit detectus, & unà cum Apollinario damnatus atque depositus. Nempè per Sanctum Damafum in laudata Synodo.

Apol-

Apollinaristarum, quorum author in exordio non fuit Episcopus, Episcoporum originem ac traducem exponit in litteris ad Illustrem virum Olympium Sanctus Gregorius Nazianzenus: Preter alia omnia eò etiam audacia proruperunt mali homines, ut Episcopos etiam quosdam, quibus dignitas ab Universalium Orientalium & Occidentalium Concilio abrogata fuerat, accersentes, aut transeuntibus abutentes, cuidam impio sui gregis Episcopi nomen impoſuerint. De damnante ipſos Damaso idem Gregorius scribit in secunda epistola ad Cleodanium, Presbyterum Iconiensis Ecclesiæ: Ne autem nos hoc nomine accuset, quod Vitalis, viri nobis charissimi, fidem, quam ita postulante Damaso, Romæ Episcopo, litteris consignatam edidit, prius quidem probaverimus, nunc verò repudiemus, de hac quoque re pauca disseram. Demonstrat Apollinaristas fuisse versutos in ovina lana lupos, qui ambidextris uti vocibus aliud apud suos, aliud apud nostros intelligerent, & profequitur: Quoniam igitur eadem voces, si rectè intelligantur, cum pietate conjunctæ sunt, si perperam exponantur, impietate non carent, quid mirum si Vitalis quoque verba nos quidem, ita suadente voluntate, in ipsum sensum accepimus, alii autem ad eorum quæ scripta sunt mentem exasperantur & inflammantur? Quod etiam in causa fuisse reor, cur ipse quoque Damafus, cum postea rectius fuisset edoctus, simulque in pristinis eos expositionibus persistere audisset, eos ab Ecclesiæ Cætu abdicavit, fideique libellum cum anathematismo deleverit: Tum etiam quod fraudem, in quam per simplicitatem inciderat, permolestè ferret. Eadem de re scribit ipse Damafus ad Paulinum Antiochiæ Patriarcham, communicantem Romanæ Ecclesiæ: Per filium meum Vitalem ad te Rescripta direxeram, tue voluntati & tuo iudicio omnia dorelinquens, & per Petronium Presbyterum breviter indicaveram me in articulo jam professionis ejus aliqua ex parte commotum. Unde ne aut tibi scrupulus versideret, & volentes forsitan Ecclesiæ copulari tua cautio probanda diserveret, fidem nostram misimus, non tam tibi, qui nobis fidei communione sociaris, quam his, qui in ea subscribentes tibi, id est, nobis per te voluerint sociari.

Vitalis, licet à nulla damnatus Synodo, tamen à multis defamatus & accusatus de hæresi, accessit Damafum, & suos Adversarios provocavit ad Tribunal Apostolicæ Sedis. Obtulit fidei libellum, ipsum Romæ est solemniter professus, & supplicavit ab infamia solvi, ac in Episcopatu & Romana Communione stabiliri. Supplicavit non quidem absolvi ab aliquo Synodali Judicio, sed adversum illam, quæ metuebat, Romana autoritate muniri. Eum Gregorius Nazianzenus appellat Virum sibi olim charissimum, quem fide crediderit Orthodoxum, ideoque dedisse possit Romæ invocandæ consilium. Forsitan & commendatitias ac testimoniales litteras. Uti Apollinarius Athanasium, ita Vitalis decepit Gregorium, & circumscriptis in ista sibi adiutoria. Hinc Damafus admisit causam, & judicavit tria. Primò, Vitalem Antiocheno Episcopatu exiit, aut sanè induxit ad deponendum. Etenim erat Paulino & Meletio superordinatus tertius, ideoque Episcopi fucus, non verus Epi-

scopus. Hinc ipsum Pontifex appellat Filium, non Fratrem. Secundò, ejus libellum judicavit Catholicum, ideoque ipsum absolvit ab omni infamia. Tertio, ipsum tamen Catholicæ Communioni noluit reddere, sed delegavit Patriarchæ Paulino, ejus voluntati ac iudicio permittens omnia. Ob duas præsertim causas. Primò, quod Paulinus isthic præfens omnia Vitalis nosset penitus, ideoque esset à circumscriptione securior. Secundò, quod cum suis Sequacibus Vitalem nollet in Meletii, sed in solius Paulini communionem adungi, ideoque per hunc voluit admitti & reconciliari. Et hæc omnia peregit solus Damafus. Et contra istud iudicium nemo unquam Græcus excepit ob defectum autoritatis.

Interim Damafus fuit circumscriptus. Neque mirum. Etenim per Vitalem oblati fidei libellus in proprio verborum sensu erat plenè Orthodoxus. Adeò Orthodoxus, ut ipsum, licet tunc plenè detectum, Sanctus Cyrillus in libro ad Reginas adduxerit inter authentica sanctorum Patrum testimonia, destruentia Nestorianas blasphemias. Ei dedit hunc titulum: Vitalis Episcopi, ex sermone de fide. Cyrillo debemus gratias, quod libellum nobis custodiverit. Ex ipso Nestorius sumpsit materiam & ansam calumniæ. Etenim mox post degradationem suam, adhuc existens Ephesi, ad Regii Cubiculi Præfectum Eunuchum scripsit prolixam querimoniam, Cyrillum accusans quod ad confirmanda sua dogmata adduxerit Basilii Ancyran, Ariani hominis testimonia, tanquam verba Magni Basilii, & Vitalis Hæretici Scripta pro verbis Catholici Vitalis: Abusus æquivoca similitudine nominum. Extat epistola in Cassinensi Codice. Porro Damafus non fuit circumscriptus ex integro. Etenim sub ipsum Vitalis ex urbe Regressum concepit scrupulos: Et propter ipsos voluit ab ejus in Ecclesiam redituris Sequacibus exigi non solius ab ipso oblato libelli professionem, sed aliorum insuper articulorum, quos habes in laudatis ad Paulinum litteris. Fraus paulatim se plenè aperuit.

Et tunc Damafus explevit quod jam audivimus à Nazianzeno Gregorio, & quod ipse Pontifex scribit ad Orientales Episcopos: Sciatis velim nos Timotheum illum prophanum Apollinarii Discipulum cum impio suo dogmate jam pridem abdicasse. Et exinde contentus non fuit doloſo Vitalis libello, nec factis ad ipsum additamentis, sed singularem, in qua omnes & singuli ipsorum errores damnarentur, professionem ipse composuit, & Paulino transmiſit, mandans sine ipsa nullum deinceps admitti in Ecclesiam. Similem ex ejus Imperio libellum confecit etiam Sanctus Hieronymus. An sit ille ipse, est quæstio alterius loci. Quidquid sit, de hac re scribit antiquus Synodorum Catalogus: Petrus Alexandriæ Patriarcha, ejectus ab Arianis, Romam contendit. Eoque recepto Damafus Romæ Divinam & Sanctam Synodum convocavit, quæ amentem illum Apollinarium, Stephanumque ejus Discipulum, & Latronem Lucium, Alexandriæ Sedis Arianum inavorem, anathemate notavit. Est tertia Romana Damasi Synodus, celebrata anno sexagesimo no-

no quarti sæculi. Et non solum Vitalem ac Timotheum, ipsumque etiam Apollinarium, sed & Lucium damnavit, contra cujus violentias Petrus provocaverat. Non damnatus ab aliqua Synodo, sed per Arianos violenter eiectus. Ex quo vides ipsos etiam tunc Patriarchas non solummodo adversum Synodalia judicia, sed insuper adversum quasvis violentias atque calumnias Sanctum Petrum invocasse. Hinc Dorotheus Thesalonicensium Archi-Episcopus ad Hormisdam Pontificem scripsit Romanam Cathedralam esse firmum omnium ad ipsam festinantium Portum. Sanctus Gelasius dixit *Portum omnium fluctuantium*. Est pharasis desumpta ex Sancto Hieronymo.

Quod ipsum cum omni sua Pontica Diocesi, immo cum omni Orientali Ecclesia disertè professus fuit Magnus Basilius. Etenim de Eustatio Sebasteno Episcopo, primæ intra suam Diocesim Armeniæ Metropolitæ, viro heretoclyto & vertumno, ac damnato per plures Synodos, idèoque provocante ad Papam Liberium, ac per ipsum revesitito, scripsit ad Occidentales Episcopos: *Eustatius Episcopatu eiectus propterea quod in Melitinenfì Synodo depositus esset, viam sibi ipse, per quam restitueretur, excogitavit, eam videlicet ut ad vos proficisceretur. Quæ verò sint illi à Beatissimo Episcopo Liberio proposita, & ad quæ consenserit, nobis clam est, nisi quod epistolam attulit, per quam restitueretur. Eam ubi Thyrenfì Synodo exhibuit, in suum locum restitutus est. Iste itaque jam fidem eam, in quam receptus est, depopulatur, cumque illis facit, qui Homoufion anathemate percellunt. Deinde & heresi patrocinatur eorum, qui Spiritum Sanctum Divinitate spoliant. Quoniam igitur isthinc vires accipit lædendæ Ecclesiæ, ac publicandæ impietatis suæ fiducia, quam vos vidistis, ad subversionem multorum usus est, necesse est ut isthinc quoque veniat malorum istorum correctio, scribaturque Ecclesiis, quibus quidem conditionibus sit ad communionem susceptus. Simul verò adjiciatur, quomodo jam mutata sententia gratiam à Patribus, qui tunc erat, acceptam reddat irritam.*

Affirmat varia. Primò, quod à Melitinenfì Synodo damnatus Eustatius non ad Cæsariensem suam Diocesis Exarchum, sed proximè Romam ad Liberium Papam appellaverit atque accesserit. Secundò, quod non per generalem totius Ecclesiæ, aut etiam totius Occidentis Synodum, sed per solum Pontificem fuerit restitutus. Tertiò, quod non temerè sit affectus hanc sententiam, sed ad professionem Orthodoxæ fidei, variarumque insuper conditionum. Quartò, quod Liberius Eustatio dederit restitutionis litteras, & ipsum cum eis securum remisit ad propria. Quintò, quod Eustatius hæc litteras exhibuerit Thyrenfì intra Cappadociam Synodo, & per ipsas postularit agnosci in integrum Episcopum, ac reponi in suum Thronum. Sextò, quod Synodus, Apostolicas litteras reverita, ipsum reposuerit. Certè fuit non modica reverentia. Etenim Basilius Liberium arguit, quod Eustatio solas restitutionis litteras tradiderit, non adjungens fidei libellum, aliasque ab ipso professas conditiones. Et non sine fundamento.

Cæsariensis namquè Exarchus, cujus erat Eustatium Throno ac Populo reddere, poterat ista omnia expostulare, cogniturus an versatilis Verturnus per obreptiones & circumscriptiones non esset furatus gratiosam sententiam. Basilius exhibuit plenam fidem Papalibus de sola restitutione litteris, supposuit omnia ritè exacta, & sine causæ cognitione est executus Apostolicum Judicium. At dignitati redditus homo rediit ad ingenium ac vomitum, & fidelium multos subvertit. Et ecce hic majorem Basilius reverentiam in Apostolicam Sedem. Non præsumpsit ejus, licet jam patenter emortuum, Judicium, immò nec relapsum hæreticum attingere, sed omnia retulit atque remisit ad suum principium. Propter appositam Apostolicam manum: Adeo antiquum est istud vinculum.

Avitum Gallicanæ Ecclesiæ de hac Apostolici Throni autoritate testimonium nobis tradit Sanctus Alcimus Avitus Viennensis Archi-Episcopus in litteris, per quas ab Hormisdæ Pontifice rogavit nosse successum primæ Legationis, pro extinguendo Acaciano schismate transmissæ ad Imperatorem Anastasium ac omnem Orientalem Ecclesiam: *Eutychem & Nestorium jam dudum per Beatissimos Prædecessores vestræ Sedis damnavit autoritas. Et Nestorius & Eutychem à Romanæ Sedis Judicio ad generalem Synodum appellaverant, & hunc Chalcedonenfì, istum damnaverat Ephesina Synodus: Et tamen Sanctus Avitus constanter affirmat utrumque fuisse damnatum per autoritatem Sedis Apostolicæ. Damnatum ab illa ipsa Sede, & ab isto illius Sedis Pontifice, adversum quem uterque provocaverat. Eutychem per Leonem, à Cælestino Nestorium. Nempè Chalcedonenfì non tam ad Eutychem adversum Leonem, quam ad Sancti Flaviani ad ipsum factam appellationem retractandam fuit indicta: Etiam Ephesina Synodus non ad solum Nestorii, sed præsertim ad degradatorem ab ipso Clericorum provocationem discutiendam convenit. Porro Sardicenses Canones istarum retractationum formam ac modum credunt sapientissimo Judicio Romani Episcopi: Et laudati Pontifices eas delegarunt præfatis Synodis. Hinc hæc egerunt illorum autoritate, atque ita ipsorum autoritas prostravit utrumque Hæresiarcham. Potuerant & ipsi vel in suo Presbyterio, vel retractare in suæ Provinciæ Synodo, atque ita generales istæ Synodi ad ista retractandi munia fuerunt ex sapientissimo eorum Beneplacito assumptæ, non necessariæ. Hæc est antiqua fides Gallicanæ Ecclesiæ.*



## CAPUT

## CAPUT V.

*Eadem Romanæ Ecclesiæ Autoritas demonstratur ex Romana appellatione Joannis Patriarchæ Alexandrini.*

L. 7. C. 10.

**H**Ac de re scribit Petrus de Marca: *Magni etiam momenti est appellatio Joannis Patriarchæ Alexandrini, quem Petrus Mogus Hæreticus, jubente Imperatore Zenone, & consentiente Acacio Constantinopolitano, Episcopatu deturbarat. Implovavit deiectus ille Calendionis Patriarchæ Antiocheni auxilium, ex cuius & Synodi Orientis sententia Papam Simplicium appellavit, ut scribit Liberatus Archi-Diaconus Ecclesiæ Carthagenfìs in capite decimo octavo Breviarii: Joannes ingressus est ad Calendionem Patriarcham, & sumptis ab eo intercessionis Synodicis litteris Romanum Pontificem appellavit, sicut fecit & Beatus Athanasius. Et suasit scribere pro se Acacio Constantinopolitano. Non solum autem summi Pontifices cognoscebant de appellationibus Episcoporum & Patriarcharum Orientis, quando agebatur de fide, sed etiam primam causam cognitionem ad se traherant, si forte in hæresim incidissent. Nam quia materia fidei est causa communis & generalis, quæ ad universam Ecclesiam pertinet, necesse est ut hæresis ab omnibus Episcopis damnetur, præcipuè verò à Romano, qui caput est unitatis, & qui cum primam Sedem obtineat, ferre debet primam sententiam: Cujus debet esse prima sententia, ut loquitur Facundus Hermianensis. At si jam hæresis in Synodo damnata fuisset, quemadmodum Eutychem in Concilio Chalcedonenfì, tum Patriarchæ, si communionem hæreticorum amplectebantur, deponi poterant à summo Pontifice, & Synodo Romana, nequè necessaria erat Synodus Œumenica. Eo enim casu Papa se tantum præstat executorem sententiæ latæ adversus auctores hæresos, & eorum Complices. Et fundamento innixus Gelasius Papa Acacii Patriarchæ Constantinopolitani, qui à Felice Papa deiectus fuerat in Synodo Romana, depositionem tueretur adversus exceptionem Euphemii Patriarchæ Constantinopolitani, qui agebat Decepsorem suum non potuisse damnari ab uno, id est, à summo Pontifice, absque congregatione Synodali.*

Affirmat varia. Primò, Orientales Episcopos, ipsosque Patriarchas in causa fidei potuisse vocari ad Tribunal Apostolicæ Sedis, non dumtaxat in retractatorio judicio, sed etiam in prima instantia. Proinde censet primam istiusmodi instantiam extra fidei materiam non licuisse: Et quidem quoad Episcopos, etiam Metropolitans, habet aliquid fundamenti; quoad Patriarchas autem manifestè habetur. Quod eorum circa quamcumquè materiam prima accusatio semper spectaverit ad Romanam Sedem, est supra demonstratum.

Christ. Lupi Opera T. VIII

monstratum. Secundò affirmat eosdem Episcopos & Patriarchas etiam in fidei materia non potuisse à solo Romano Pontifice damnari, nisi dum ipsorum scabies fuisset ante damnata per aliquam generalem Synodum. Tunc enim necessaria est sola executio: Et hanc solum permittit Sedi Apostolicæ. Proinde ipsi nihil permittit, nisi quod quadret omnibus generatim Episcopis. Etenim ipsi omnibus istam denunciandi, & exequendi autoritatem competere, disertè asseverat laudatus à Petro de Marca Gelasius. Sæpe Sedi adscribit, ac demonstrat longè sublimiora. Plenam autoritatem, qua Pontifex possit, etiam sine Synodo solus, damnare ac deicere Patriarchas.

Hæc omnia sunt alterius loci. Et ipsa omnia non faciunt ad rem Joannis Alexandrini. Etenim ut facerent, Joannes debebat fuisse accusatus de Hæresi, ac de lapsu in articulum jam damnatum ab aliqua generali Synodo. Aut certè debebat Petrum Mogum, per Chalcedonenfem Synodum damnatæ Eutychem perfidiam Sectatorem appellasse ad Sedem Apostolicam. At horum nihil substitit. Joannes ne quidem de Ecclesiastico, sed de solo civili crimine accusatus fuit, & non adversum aliquam Synodum, sed adversum solum Augusti Zenonis violentiam provocavit: Et quidem ad solum Sedem Apostolicam. Et ibidem Acacium Constantinopolitanum Episcopum nequaquam de præfata damnatæ hæresis communiione accusavit, sed solummodo de incensa & adjuncta Augusti Principis violentia. Quare hoc exemplum, uti & Liberati Archi-Diaconi testimonium, penitus evertit cogitationes Petri de Marca. Utrumquè demonstrat Orientales olim Episcopos etiam ob causas Canonicas provocasse ad Sedem Apostolicam. Etenim Liberatus disertè affirmat Joannem appellasse Romam, *Sicut fecit & Beatus Athanasius*. At verò exploratum est Athanasium & à Tyria, & ab Antiochena Synodo fuisse damnatum ob solas causas Canonicas. Affirmat Joannem appellasse ad solum Romanum Pontificem, idèoque & ad ipsum solum provocasse Beatum Athanasium. Affirmat Joannem provocasse ex consilio Calendionis Antiocheni Patriarchæ, ac ejus Patriarchalis Synodi: *Sumptis ab eo intercessionis Synodicis litteris*. Affirmat hujusmodi Romanas appellationes tunc fuisse constantem sensum totius Orientalis Ecclesiæ.

Quod Joannes ob causam Canonicam appellaverit, est demonstrandum. Veram & ejectionis & appellationis causam exponit Liberatus Diaconus: *Joannes Thalaja de Ordinatione sua neglexit suas Synodicas litteras Acacio Constantinopolitano Episcopo destinare. Habens enim amicum Ellum Magistrum, ei quidem de sua Ordinatione scripsit: Scribens etiam Principi, quatenus per Ellum Magistrum omnis ejus causa disponeretur, putans eum Constantinopoli manere. Mandavit ergo Magistro litteras Synodicas, delegans ei omnia cum illius facere voluntate. Contigit autem tunc Ellum Magistrum ab Imperatore Zenone mitti Antiochiam, ut teneret Leontium, qui illic ab Exercitu cum voto Verinæ Augustæ fuerat ordinatus. Cumque Magister, qui fuerat à Joanne missus, non invenisset Ellum Magistrum,*

Cap. 17.

F f strum,



strum; neque Acacio, neque Imperatori litteras obtulit, sed perrexit Antiochiam. Post hæc Acacius audiens de Ordinatione Joannis, & contristatus quia Synodicas epistolas non direxisset, & unâ faciens cum Genadio, majoris Hermopolis Episcopo, Parente Beati Timothei Salophacioli, ac Joannis Adversario, volentes ei nocere, detrabebant apud Zenonem, & accusabant eum, habentes adjuvatores Patronos Petri Mogi, quasi opportunus Episcopatus non esset Joannes. Hæc invidiæ scintilla impulit Acacium ad eiciendum Joannem, ad intrudendum Petrum Mogum, ad suscitandam flammam, quæ horrendo schismate dudum afflixit Ecclesiam.

Verùm ratio ista erat fræda, ideoque allegari non poterat apud Sedem Apostolicam. Hinc allegata sunt præsertim duæ aliæ. Primam adducit in Commonitorio, quod Fausto Officiarium Magistro dedit Sanctus Papa Gelasius: *An qui homini mentitus dicitur Imperatori; & qui Imperatorem lesisse perhibetur; depelli debuerunt, & in Deum, qui summus & verus est Imperator, Acacium delinquentem, sinceramquæ communionem Divini Sacramenti fœderentem misere cum perfidis, secundum Synodum, qua hæc est damnata perfidia, non oportebat excludi? Mendacium Joannem, laici Principis Majestatis Calendonem Antiochenum damnatum à priori Chalcedonensi Synodo crimen tangit Acacium, ideoque Gelasius palam affirmat Joannem fuisse immunem à tali crimine. Acacianam Factionem, quæ damnatum ex tali crimine Acacium clamitabat non debuisset damnari sine Synodo, & Joannem quod novum crimen, immò ob novi criminis calumniam sola ejecerat,*

Epist. 13. affirmat sibi ipsi non coherere. Unicum præfati mendacii crimen fuisse Joanni impositum, idem Pontifex scribit in litteris ad Dardaniam Episcopos, & in litteris ad Episcopos Orientales. Criminis feriem exponit Evagrius Epiphaniensis: *Joannes Presbyter quorundam impulsus consilio Constantinopolim venit Imperatorem precaturus, ut sibi Episcopum Alexandria migraret à vita, sibi liceret Antiochiam, quem vellet, civibus illius civitatis nominare. Qui quidem, ut Zacharias memorat, Episcopatum pro se ambire ab Imperatore deprehensus est. Et cum se jurejurando obstrinxisset se nunquam Sedem Episcopalem Alexandrinam petiturum, domum revertitur. Quapropter Zeno eum post mortem Timothei decrevit creandum Episcopum, quem Clerus & Laicorum multitudo deligerent. Non longo tempore post mortuo Timotheo, Joannes data pecuniæ Summa, quemadmodum ab eodem Zacharia traditum est, & jurejurando, quod Imperatori dederat, neglecto Alexandrinum deligitur Episcopus. Qua re cognita Imperator illum Alexandria exigendum mandat. Eum accusat de ambitu, perjurio, ac Simonia. Sunt profani Zachariæ mendacia, quæ Evagrius nimia temeritate sequitur. Quod enim Joannes non quorundam impulsus consilio, sed à Timotheo suo Episcopo jussus Constantinopolim accesserit; quod non à se nominandi, sed Canonice eligendi Catholici Episcopi facultatem postulerit; & quod tale juramentum non præstiterit, exploratum est, & possit facile demonstrari. Nam & ipsa accusatrix Factio de ambitu*

Epist. 15.

L. 3. C. 12.

& Simonia plenè tacuit apud Sedem Apostolicam, & declamavit solum mendacium.

Aliud Joanni impactum crimen adducit Liberatus: *Quod vivente Timotheo Catholico Joannes tractasset exire de Ecclesia, & ab ipso suasus fuisset idem Timotheus suscipere Diocorum in Dypticis. Et reverà Timotheus Salophaciolus fuerat nimium indulgens ac flaccidus: Et ex Eutythianorum metu rasum damnati Diocori nomen rescripserat in sacras tabulas. Liberatus pergit: Imperator putans quod Joannes Episcopus non rectè saperet de Chalcedonensi Concilio, sed omnia simulatè ageret, consilio Acacii scripsit litteras Pergamio Duci, & Apollonio Augustali, ut pellerent quidem Joannem Thalamam, Petrum autem Mogum imbronzarent. Hoc crimen tangit fidem: Spectat ad Eutythianam perfidiam, damnatam à Chalcedonensi Synodo, Etiam de ipso Acaciana Factio studuit Joannem infamare. At erat manifesta calumnia, ideoque per semetipsam defecit & evanuit. Nec in Papalibus litteris, nec in Acacianorum Actis aut Scriptis reperitur ulla ejus memoria. Etiam Zacharias erubuit ipsam producere. Accusatio perstitit ad solum mendacium ac perjurium. Proinde Romana Joannis appellatio non processit ob Catholicam fidem aut hæresim, sed ob solam causam Canonicam, immò civilem.*

Omnem rei feriem accuratissimè exponit antiquus Eutythianæ historiæ Breviculus. Exponit contumax ac triennale Acacii contra Simplicii Pontificis Apostolica Mandata silentium, & prosequitur: *Post omnia Joannem Presbyterum, Economum suum, Timotheus Salophaciolus, Orthodoxus Alexandrinæ Ecclesiæ Patriarcha, ad Principem misit, rogans ut si quid humanitatis sibi forte contingeret, juberet Pietas ejus Catholicum à Catholicis ordinari. Ad cujus petita responsum est, & tam ipsi quam Clericis scriptum. Atque in eisdem sacris Joannes Economus multis laudibus prædicatur, ut jam penè omnibus Alexandrinis Episcopalis putaretur Officii Candidatus. Defuncto isto Timotheo Episcopo, Joannes Economus Catholicus à Catholicis ordinatur Episcopus. Qui cum de consuetudine Majorum ad Apostolicam Sedem Synodica per Isidorum Presbyterum & Petrum Diaconum Scripta misisset, superveniente Urantio Sub-Adjova, & contra Joannem jam Episcopum Sacra Principis deferente, ab Episcopatus illius confirmatione Papa suspensus est. Et quia in eisdem sacris de restituendo Petro Mogo, quem ipse damnavit, fecerat mentionem, hæc pars omnino est abnegata. Unde videtur Clementissimus Imperator offensus. Cum ergo Sanctæ memoriæ Papæ Simplicii nihil toties ad Acacium directa propter Alexandrinæ Ecclesiæ quietem & Catholicæ fidei integritatem Scripta proficerent, supervenit idem Sanctus Joannes Episcopus, qui sicut decebat, ab Apostolica Sede susceptus est. Nam & Priores ejus similiter Romanæ Ecclesiæ suffugium tempore persecutionis poposcerant. Breviculus exponit Acacii facinora, & prosequitur: *Postquam ergò non solum nihil profecisse litteras Decessoris sui Sanctus Felix Papa cognovit, & ludibria quædam in eversorem totius Ecclesiæ Discipline ab Acacio fieri, electis Vitale Episcopo Trocinate ex Picena Regione, & Miseno Cumana Ecclesiæ Episcopo ex Regione Campaniæ, sub hac inscri-**

inscriptione direxit, ut Petrus de Alexandrina pelleretur Ecclesia, & ut libello Sancti Joannis Episcopi Alexandrini responderet Acacius, utque ipsi denunciaretur Acacio, ut anathema diceret Petro. Qui quamvis, hostili more detrusi in custodiam, chartas amiserint, tamen perfidis hæreticis atque damnatis accomodare non debuerunt, quæ sola negari potuit, voluntatem. Non solum ergò non egerunt quæ iusta sunt, aut quæ expedire poterant, sed etiam hæreticis communicaverunt, confirmationemque Petri Episcopatus, ad quem pellendum missi fuerant, deferentes, atque contumelias in Episcopum Joannem Acacio dirigente portantes. Quibus rebus, habita Synodo, commotus Beatissimus Papa, Vitalem & Misenum ab officio & communione suspendit, Acaciumque damnavit.

Discimus omnem causæ feriem, ac insuper varia spectantia ad dignitatem Sedis Apostolicæ. Primò, quod Imperator Zeno Joannem Thalamam, adhuc Presbyterum, & ad se Legatum, dum cum suis sacris ad Timotheum Episcopum, & Alexandriæ Clerum Responsis remisit, in istis ipsis litteris adeò prædicaverit ut redux, post eas lectas, ab omnibus haberetur Episcopalis Dignitatis jam Candidatus. Proinde supra memoratum perjurium est manifesta calumnia. Secundò discimus, quod Alexandrini Patriarchæ suam consecrationem debuerunt statim referre Romano Pontifici, ejus confirmationem postulare, ac obtinere. Et hoc ex more Majorum. Nempè ex Apostolico Canone, confirmato per sextum Nicænum. Hinc Imperator Zeno Joannis exsufflari, Petri autem Mogi consecrationem supplicavit à Simplicio Papa confirmari. At hujus constantia neutrum concessit. Petrum, utpotè sceleratum Monachum, qui in ipso etiam Ephesino Latrocinio turbas cum Eutythete egerat, penitus abiecit, Joannis verò confirmationem suscepit in plenius examen, vel in gratiam Principis. Et his offensus Zeno Pergamio Duci & Apollonio Augustali scripsit, ut Joannem eicerent, & Petrum inthronizarent. Et ita ejectus Joannes abiit Antiochiam, & ex Calendonis consilio inde Romam appellavit ac venit. Et de ejus, dum in urbem pervenit, restitutione Liberatus tacet. Quia nempè Joannes ob pendente confirmationem necdum ex integro vestitus fuerat, ideoque nec ex integro spoliari poterat nec poterat reverti. Nec per Synodalem, aut Episcopalem, sed per solam Laicam violentiam erat exutus, ideoque nec per Apostolicam auctoritatem videbatur revertendus.

Simplicius circa ipsum videtur nihil egisse judicialiter. Studuit eum sine strepitu reponere in Principis & Acacii gratiam. Hinc Felix Pontifex in litteris, quibus per Vitalem & Misenum evocavit Acacium ad suum Tribunal, habet inter cætera: *Supervenientis Frater & Co-Episcopus noster Joannes, fugatus ab hæreticis Perversoribus Sedis Alexandrinæ, libellum nobis, quem Sanctæ memoriæ Prædecessori meo paraverat porrigendum, ingessit. Quem morem Majoris sui Beatæ memoriæ Athanasii exemplo & Priorum nostrorum non potuit refutare. Primus igitur Felix iudicii postulatorum libellum suscepit à Joanne, atque ita est*

Christ. Lupi Opera T. VIII.

exorsus iudicium. An ipsum cum Acacio certaturum solemniter reverterit juxta Sardicenses Canones, ignoro. Certè non fuit necessarium. Iudicii Processus fuit longus & multifarius. Ejus finis fuit, quod Felix Vitalem & Misenum Episcopali gradu, Acacium autem insuper communionem exuerit, ac ipso etiam Christiano nomine. Quid circa Joannem egerit, exponit Liberatus: *Joannes Thalamam habens Episcopi dignitatem remansit Romæ, cui Papa Nolanam dedit Ecclesiam, quæ est in Regione Campaniæ, in qua plurimos residens annos in pace defunctus est. Liber Pontificalis in Sancti Gelasii vita adjungit: Eodem tempore fugiens Joannes Alexandrinus Episcopus Catholice venit Romam ad Sedem Apostolicam. Quem Beatus Gelasius suscepit cum gloria. Cui etiam & secundam Sedem præbuit. Possit errare in persona: Et Felicis opus transcribere in Gelasium. Proinde Felix Joannem plenè reddidit Alexandrino Episcopatu, & uti verum Alexandriæ Patriarcham gloriosè tractavit in omnibus: Et in sua Romana Synodo dedit secundam Sedem. At quoniam schismatica Principis violentia ipsum non permittebat reponi in Thronum, ei Felix dedit Nolensem Ecclesiam; videtur dumtaxat commendasse. Quidquid sit, Joannes semper retinuit Patriarchæ dignitatem & titulum, & honorem secundæ Sedis. Etiam Felix addit hæc omnia à Joanne ad Sancti Athanasii, à se agi ad exempla suorum Antecessorum. Et ejus opus constanter approbavit omnis semper Orthodoxus Oriens. Et ipsa etiam Acaciana Factio tandem acquievit, Acacium legitime damnatum profitens, & ejus nomen radens è sacris tabulis. Etiam nomen Zenonis Imperatoris.*

Hanc appellationem strenuè laudat, & ejus occasione antiquas Ecclesiæ Regulas ac mores exponit Sanctus Gelasius in Commonitorio ad Faustum, sub Theodorico Italiæ Rege Magistrum Officiorum, ac ejusdem Principis Legatum ad Imperatorem Anastasium: *Græci nobis opponunt Canones, dum nesciunt quid loquantur. Contra quos hoc ipso venire se produnt, quod primæ Sedis, sana rectaque suadenti, parere fugiunt. Ipsi sunt Canones, qui appellationes totius Ecclesiæ ad hujus Sedis examen volvere deferrunt. Ab ipsa verò nunquam appellari debere sanxerunt, ac per hoc illam de tota Ecclesia judicare, ipsam ad nullius commovere iudicium, nec de ejus unquam præcepèrunt iudicio judicari, sententiamque illius constituerunt non oportere dissolvi, cujus potius Decreta sequenda mandarunt. Et infra: *Nobis ausi sunt facere Canonum mentionem, contra quos semper ambitionibus illicitis fecisse monstrantur. Qua ipsi Synodo, vel secundum cuius Synodi formam Alexandrinum Joannem de Ecclesia, cui ordinatus fuerat, expulerunt? Qui nullis evidentibus nec ante convinci, nec postea provocans etiam in iudicio competenti potuit accusari. Et tandem: *Qua traditione Majorum Sedem Apostolicam in iudicium vocant? Acacianæ Factionis Sectatores, auctoris sui jam defuncti nomen detrectantes radere è sacris tabulis, blaterabant ipsam à Felice tertio non rectè damnatum: Quod Regiæ civitatis Episcopus non à solo Papa, sed à Generali Synodo fuisse damnandum. Et provocabant***

ad Canones, nec non ad mores Majorum. Et Gelasius reponit illos garrere inania, & nescire quid loquantur. Nullos esse authenticos istiusmodi Canones, nullam talem Majorum consuetudinem. Notat Canones Antiochenos, Eusebianæ commenta, & Acacianæ Factionis fundamenta: Et eis opponit Canones Sardicenses. Juxta hoc, adeoque & juxta confirmatam ab illis Majorum consuetudinem affirmat egisse Felicem. Hi enim Canones omnium ex toto Mundo appellationum retractatorum Judicium deferunt Romano Pontifici.

Eadem omnia amplissimè repetit ac illustrat Gelasius in litteris ad Dardaniam Episcopos, & post plura adjungit: *Sed nec ista præterimus, quod Apostolica Sedes frequenter more Majorum, etiam sine ulla Synodo præcedente, & absolvendi quos Synodus iniquè damnaverat, & damnandi nulla existente Synodo, quos oportuit, habuerit facultatem. Sanctæ memoriæ quippè Athanasium Synodus Orientalis addixerat, quem tamen exceptum Sedes Apostolica, quia damnationis Græcorum non consensit, absolvit. Sanctæ memoriæ nihilominus Joannem Constantinopolitanum Synodus etiam Catholicorum Præsulum certè damnarat, quem simili modo Sedes Apostolica, etiam sola, quia non consensit, absolvit. Itemque Sanctæ memoriæ Flavianum, Pontificum Congregatione damnatum, pari tenore, quoniam sola Sedes Apostolica non consensit, absolvit, potiusque qui illic receptus fuerat, Dioscorum secundæ Sedis Præsulem sua auctoritate damnavit, & impiam Synodum non consentiendo sola submovit, ac pro veritate ut Chalcedonensis Synodus fieret, sola decrevit, in qua Pontificibus innumeris, qui Latrocinio corruerant Ephesino, veniam poscentibus sola concessit, & in sua perfidia permanentes nihilominus sua auctoritate prostravit, quam Congregatio, que illic pro reparanda veritate congregata fuerat, est secuta: Quoniam sicut id, quod prima Sedes non probaverat, constare non potuit, sic quod illa censuit judicandum, Ecclesia suscepit.*

Petrus de Marca, alique Symmytæ nobis suadent Sanctum Athanasium, Sanctum Joannem Chrysostomum, ac Sanctum Flavianum non ad Romanum Pontificem aut ejus Sedem, sed provocasse ad totius Ecclesiæ, aut certè ad Synodum totius Occidentis: Et ita oportuisse. Per Canones non licuisse aliud. At verò Sanctus Gelasius constanter hoc loco scribit ipsos appellasse ad Sedem Apostolicam. Et non de uno, sed de omnibus tribus disertè adjungit: *Sola Sedes Apostolica.* Videtur in istos Novatores præscripsisse. Cui credendum? Certè Gallicana olim Ecclesia credidit Sancto Gelasio. Et Sancti Athanasii, itemque Sancti Joannis Chrysostomi appellatio hærebat in solis causis Canonicis. Scio Dioscorum, ac in ejus perfidia aut Factione permanentes Episcopos fuisse damnatos à Chalcedonensi Synodo: Item Sanctum Flavianum, & plures cum ipso ab Ephesino Latrocinio damnatos Antistites fuisse reparatos à laudata Synodo. Cur igitur Gelasius scribit: *Sola Sedes Apostolica absolvit, sola sua auctoritate prostravit?* Ob duas rationes. Primam edicit ipse Pontifex: *Quam Congregatio secuta est.* Hoc est, quia omnis Synodus aliud

non fecit, quàm sequi & firmare Prærogativam Apostolice suffragii. Altera ratio est in his verbis ejusdem Pontificis: *Ut Chalcedonensis Synodus fieret, sola decrevit.* Hoc est, ad diffinitivè retractandum Ephesini Latrocinii Judicium sola Apostolica Sedes suo sapientissimo arbitrio juxta Sardicenses Canones fieri jussit Chalcedonensem Synodum, idèdque quidquid isthic circa præfatas appellationes actum est, processit ex auctoritate ac delegatione laudatæ Sedis. Et hunc loquendum usitavit etiam Sanctus Avitus Archi-Episcopus Viennensis. Ex sensu Gallicanæ Ecclesiæ. Nec mirum. Etenim Gelasius rectè affirmat omnia hæc fuisse acta, & à se scribi juxta Canones, & juxta perpetuam consuetudinem Majorum.

Hoc ipsum lucidè testatur in litteris ad Rufum Thessalonicensem Episcopum, & cunctos ejus in Illyrico Collegas Sanctus Bonifacius primus Pontifex. Alexandrinæ, Antiochenæ, aliisque per Orientem Primatialibus Cathedris proficitur ac firmat suas dignitates, & adjungit: *Sed quia res postulat, approbandum documentis est, maximas Orientalium Ecclesias in magnis negotiis, in quibus opus esset disceptatione majori, Sedem semper consultuisse Romanam, & quoties usus exegit, ejus auxilium postulasse. Sanctæ memoriæ Athanasius & Petrus Alexandrinæ Sacerdotes Ecclesiæ, hujus Sedis auxilium postularunt. Cum Antiochena Ecclesia per multum temporis laboraret, ita ut ferebant illinc propter hoc ipsum sepe discursus, primò sub Meletio, postea sub Flaviano, Apostolicam Sedem manifestum est esse consultam: Ad cujus auctoritatem post multa, que ab Ecclesia nostra gesta sunt, nemini dubium est Flavianum communionis gratiam recepisse, qua in perpetuum caruerat, nisi hinc super hoc Scripta mansissent. Clementissimæ recordationis Princeps Theodosius Nectarii Ordinationem, propterea quia in nostra notione non esset, habere non existimans firmitatem, missi à Latere suo Aulici cum Episcopis, Formata huic à Sede Romana dirigi regulariter depoposcit, que ejus Sacerdotium roboraret. Ante breve tempus, id est, sub Prædecessore meo Beatæ recordationis Innocentio, Orientalium Ecclesiarum Pontifices, dolentes se à Beati Petri communionem se junctos, per Legatos pacem poposcerunt. Quo tempore Apostolica Sedes non difficulter omnia indulgit. Affirmat Sanctum Athanasium ac ejus Successorem Petrum, Alexandrinos Patriarchas, Sanctum Meletium ac ejus Competitorem Flavianum, Patriarchas Antiochenos, Nectarium ac ejus Successorem Sanctum Joannem Chrysostomum, Episcopos Constantinopolitanos, non ad Generalem Synodum, sed provocasse ad solam Apostolicam Sedem, & ab ipsa sola fuisse per causæ definitionem adjutos. Nectarii causa omninò spectabat ad Romanam appellationem Maximi Cynici. Epistola exstat in Romana Synodo Bonifacii secundi Pontificis.*

Consonat in litteris ad Clerum ac Populum Constantinopolitanum Sanctus Cælestinus Pontifex, agens de Clericis per Patriarcham Nestorium degradatis ac relegatis: *Habetis vos, quicumquæ Ecclesia estis ejusdem, penè nostrorum temporum Beati recordationis Athanasii, Alexandrinæ*

Epist. 10.

Eccle.

*Ecclesiæ prudentissimi Sacerdotis, exemplum. Fugatus illinc, & in nostris partibus roboratus est. Denique hic ei redintegratus est status, & in hac Sede quietem communionis invenit, à qua semper Captivus subvenitur.* Epistola exstat in prima parte Ephesini Concilii. Hoc ipsum in suo Constituto constantissimè affirmat Vigilius Pontifex: *Hanc regulam & in sanctorum, Joannis Constantinopolitani Episcopi, quem Chrysostomum vocant, atque Flaviani, ejusdem civitatis Episcopi, veneranda memoria constat esse servatum, qui licet violenter exclusi essent, non tamen pro damnatis sunt habiti, ad quod semper inviolatam eorum communionem Romani Pontifices servaverunt. Nec abscondi ab Ecclesia dici poterunt vel poterunt, quos sibi inconspicuitas Apostolica judicavit auctoritas. Constitutum istud est scriptum ad Imperatorem Justinianum, & ad omnes Orientales Episcopos: Et ipsorum nullus unquam vel somniavit huic articulo contradicere. Quin immò præfatus Imperator in suo adversum tria Capitula Edicto illum lucidè confirmat: Quantum ad insipientiam dicentium, non oportere anathematizari post mortem eos, qui in sua impietate mortui sunt, oportebat nec eos, qui iniuste condemnati sunt, Patres post mortem revocari, quale contigit in Joanne S. recordationis Episcopo Constantinopolitane civitatis, ab universali Ecclesia post mortem revocato, ac in Flaviano S. memoriæ, & ipso Episcopo Constantinopolitane civitatis, iniuste quidem in vita condemnato, iuste autem post mortem revocato, tam à S. memoriæ Papa Leone, quam à S. Chalcedonensi Concilio. Nempe Sanctus Leo revertisse à se Flaviani retractatorum judicium juxta Sardicenses Canones delegarat Chalcedonensi Synodo, atque ita etiam hæc Flavianum revocavit. Consonat & Liberatus Diaconus: Flavianus, contra se prolata sententia,*

*per Legatos ejus Sedem Apostolicam appellavit libello. Nulla Novatorum turba hanc lucidissimam veritatem, tot ac tantis stipatam testibus, possit obnubilare.*

## CAPUT VI.

*Adducitur Instrumentum Appellationis, quod Hæresiarcha Eutyches misit ad Sanctum Papam Leonem.*

Quod Eutyches ad Sanctum Leonem ac ejus Apostolicam Sedem appellaverit, & appellationis libellos transmiserit, est supra ex laudati Pontificis epistolis, aliisque authenticis documentis abundè demonstratum. Epistolæ libellos disertè memorant. Huc usquè credidimus perditos, & non potuimus producere. Deo laus, eos nobis custodivit præfatus Codex Cassinensis. Appellationis libellus habet hunc titulum:

*Epistola Eutychetis Hæretici, ubi scribens ad Papam urbis Romæ Leonem negat in Christo duas esse naturas, id est, Divinitatis & humanitatis.*

Est Titulus appositus à Compilatore aut Descriptore. Hic est Contextus:

**D**E mea in Dominum & Deum omnium Christum spe confidens ante omnia quidem, Testis Deus Verbum est, in sensibus hujusmodi dignoscens veritatis probationem, invocans autem vestram Sanctitatem in testimonio cordis mei; & rationes sensuum meorum atque verborum. Sed pessimus Diabolus fascinavit tale studium nostrum & Propositum, à quibus vires ejus destrui oportuit. His stimulans omnem Domesticam sibi vim, contra me movens Eusebium Episcopum Oppidi Dorycensis, libellum dantem Sancto Episcopo Constantinopolitane Ecclesiæ Flaviano, & quibusdam aliis inventis in eadem urbe, qui propter diversas causas suase venerant, quomodo hæreticum compellavit, non veritate accusationem mihi, sed perniciem mihi machinans, & perturbationem Ecclesiis Dei. Vocabar ad responsonem accusationis ab ipsorum Sanctitate, sed gravi ægritudine super ipsam senectutem retentus; Occurri ad purgationem, non ignorans compositam factionem contra salutem meam. Et quidem libellis statim, subscriptione mea his addita, obtuli Scripta, ostendens de Sancta Fide professionem meam. Sancto autem Flaviano Archi-Episcopo neque libellum suscipiente, neque

Christi. Lupi Opera T. VIII.

F f 3

neque ut legeretur jubente, audiente tamen, & respondente me ipsis verbis eam fidem, quæ Nicææ exposita est à Sancta Synodo, confirmata verò apud Ephesum, expetebat duas naturas fateri, & anathematizare eos, qui hoc negant. Ego autem metuens definitionem à Synodo, nec adimere nec addere verbum contra expositam fidem à sancta Synodo Nicæna, sciens verò Sanctos & Beatos Patres nostros, Julium, Felicem, Athanasium, Gregorium, SS. Episcopos, refutantes duarum naturarum vocabulum, & non audens tractare de natura Dei Verbi, qui in Carnem venit ultimis diebus in Uterum Sanctissimæ Virginis MARIÆ immutabiliter, quomodo voluit & scit, in veritate, non in phantasmate homo factus, aut anathematizare supradictos Patres nostros, rogabam ut innotescerent ista Sanctitati vestræ, & quod vobis videretur iudicaretis, omnibus modis me secuturum, quæ probassetis: Sed nullo eorum quæ à me dicebantur audito, abrupta Synodo publicaverunt dejectionis sententiam, quam adversus me calumniæ factione instruebant, ut & salutis meæ discrimen incumberet, nisi citò opera Dei, orationibus Sanctitatis tuæ, militaris manus me ab incursione rapuisset. Tunc Duces aliorum Monasteriorum cogere cœperunt in dejectionem meam subscribere, quod nunquam nec in eos qui se hæreticos professi sunt, vel adversus ipsum Nestorium factum est. In tantum cum ad satisfaciendum plebi proponerem fidei meæ confessiones, non solum & arcerent eas audiri, verum & arriperent hi, qui contra me supradictam Factionem meditabantur, ut exinde tanquam hæreticus apud omnes haberer. Ad vos igitur Religionis Defensores, & hujusmodi Factiones execrantes confugio, nihil & nunc novum inducens contra fidem jam indè nobis ab initio traditam, sed anathematizans Apollinarium, Valentinum, Manem, & Nestorium, & eos qui dicunt Carnem Domini Nostri JESU CHRISTI Salvatoris è cœlo descendisse, & non è Spiritu Sancto & Sancta Virgine MARIA: Et omnes hærefes usque ad Magum Simonem. Et nihilominus tanquam Hæreticus de vita periclitor. Et obsecro, nullo mihi præjudicio facto ex his, quæ per insidias contra me gesta sunt, quæ visa vobis fuerit super fidem proferre sententiam, & nullam deinceps permittere à Factiosis contra me calumniam procedere, & non excuti & eximi de numero Orthodoxorum eum, qui in continentia et omni castitate septuaginta annos vitam peregit, ita ut in ipso exitu vitæ naufragium patriatur. Subjungi autem his litteris meis utrumque libellum: Et cum qui ab Accusatore meo oblati sunt Synodo, et qui à me gestus quidem est, non tamen susceptus. Et editionem fidei meæ. Necnon et ea, quæ de duabus naturis à sanctis Patribus nostris decreta sunt.

Notanda sunt verba: *Invoco vestram Sanctitatem. Rogabam ut innotescerent ista Sanctitati vestræ, & quod vobis videretur iudicaretis, omnibus modis me secuturum quæ probassetis. Ad vos igitur Religionis Defensores, & hujusmodi Factiones execrantes confugio. Et obsecro, nullo mihi præjudicio facto ex his, quæ per insidias contra me gesta sunt, quæ visa vobis fuerit super fidem proferre sententiam, & nullam*

*& nullam deinceps permittere à Factiosis contra me calumniam procedere, & non excuti & eximi de numero Orthodoxorum eum, qui in continentia & omni castitate septuaginta annos vitam peregit. Sunt manifesta appellantis verba. Insuper disertè affirmant Eutychem in ipso Sancti Flaviani Judicio ad Papam provocasse. Possint tamen esse mendacia. Rationes suo loco exposui. Præfata verba etiam conqueruntur appellationi non datum effectum suspensivum, ideòque violatos fuisse Sardicenses Canones. Omnis libellus nihil penitus habet, quod per omnia non consonet Synodali-bus Actis Sancti Flaviani. Proinde hic est omnino libellus, de quo Magnus Leo scripsit ad laudatum Flavianum: *Acceptimus libellum Eutyche Presbyteri, qui se queritur, accusante Eusebio Episcopo, immeritò communionem privatum. Maximè cum vocatum se adfuisse refertur, nec suam presentiam denegasse, adeò ut in ipso Judicio libellum appellationis suæ se asserat obtulisse, nec tamen fuisse susceptum. Qua ratione compulsus sit, ut contestatorios libellos in Constantinopolitana urbe proponeret. Et infra: *Nec aliqua poterit ex hac parte difficultas offerri, cum memoratus Presbyter libello proprio sit***

*professus paratum se esse ad corrigendum, si quid in se inventum fuerit, quod reprehensione sit dignum. Et in litteris ad Imperatorem Theodosium: *Quid in Constantinopolitana Ecclesia perturbationis accidit, quod ita Fratrem & Co. Episcopum nostrum Flavianum potuerit commovere, ut Eutychem Presbyterum communionem privaret, nondum potuimus evidenter cognoscere. Quamvis enim prædictus Presbyter ad Sedem Apostolicam per libellum doloris sui querimoniam miserit, breviter tamen aliqua prælibavit, asserens se Nicæna Synodi Constituta servantem frustra in fidei diversitate culpatum. Eusebii autem Episcopi Accusatoris ejus libellus, cujus exemplaria ad nos prædictus Presbyter misit, de objectionum evidentia nihil habebat. Hæc Leo rescripsit Principi, qui Eutycheis libellum laudaverat, & fuerat comitatus suis sacris litteris.**

*Cassinenis Codex nobis custodivit & aliud Eutycheis instrumentum, quod existimo esse Contestatorium illius libellum, transmissum etiam Leoni Pontifici. Codex dat ei hunc titulum: *Item verba Eutycheis.* Contextus ejus est hic:*

**T**estor vos coram Deo, qui cuncta vivificat, & CHRISTO JESU, qui sub Pontio Pilato testificatus est optimam illam Confessionem: ne quid ad gratiam faciatis. Ego enim jam à Majoribus meis ita sensi, & à pueritia mea ita illuminatus sum, quemadmodum sancta & ex universo Orbe terrarum apud Nicæam habita Synodus trecentorum decem & octo Beatissimorum Episcoporum fidem constituit, & quam conservavit ac definivit denuò obtinere solam Sancta Synodus Ephesi collecta. Et nunquam aliter sensi, quam quemadmodum præcepit recta & sola vera fides Orthodoxa. Et cunctis, quæcumque sunt circa eandem fidem à Sancta eadem Synodo constituta Ephesi, adsentior. Cujus Synodi Dux & Princeps fuit Beatæ ac Sanctæ recordationis Episcopus Cyrillus Alexandrinorum, & prædicationis ac fidei Sanctissimorum & Electorum Dei, Gregorii majoris, & item Gregorii, Basili, Athanasii, Attici, Procli focus & particeps. Eum & omnes eos Orthodoxos & fideles habui, & honoravi tanquam sanctos, et Magistros meos existimavi. Anathema autem dico Nestorio, et Apollinari, et omnibus Hæreticis usque ad Simonem, et qui dicunt carnem Domini nostri JESU-CHRISTI de cœlo descendisse. Ipse enim, qui est Verbum Dei, descendit de cœlo sine Carne, et factus est Caro in Utero Sanctissimæ Virginis, ex ipsa Carne Virginis, incommutabiliter et inconvertibiliter, sicut ipse novit et voluit. Et factus est, qui est semper Deus perfectus ante sæcula, idem et homo perfectus in extremo dierum propter nos et nostram salutem. Hanc igitur meam plenam professionem Sanctitas vestra, etc. Eutyches Presbyter et Archi-Mandrites huic libello subscripsi manu mea,

*Etiam hic libellus per omnia consonat Actis laudatæ Synodi.*

*Præfatus Codex adjungit & fragmentum ex nescio quibus Sancti Pontificis Julii litteris, & ipsi*

ipsis præfigit hunc titulum: *Exemplar Julii Episcopi urbis Romæ, ut asserunt Eutyche Scripta, ad Dionysium Episcopum, cujus sensu ductus ipse Eutyche decidit in errorem. Hæc Eutyche Scripta omnino sunt adductus appellationis libellus, in quo habetur: Sciens verò sanctos & Beatos Patres nostros, Julium, Felicem, Athanasium, Gregorium,*

*SS. Episcopos, refutantes duarum naturarum vocabulum, &c. Hoc igitur fragmentum Eutyche unâ cum suâ appellationis libello transmissit Leoni Pontifici, quo se demonstraret non recedere à fide & doctrina Romanæ Ecclesiæ. Fragmenti contextus est:*

**M**iror audiens quosdam confitentes quidem in Carne Dominum nostrum, incurrentes verò divisionem malè à Paulianistis introductam. Illi enim Paulum Samosatenum sequentes, alium quidem intelligunt eum, qui ex cœlo descendit, Deum confitentes; alium verò terrenum hominem esse dicunt. Et illum quidem infabricabilem. Hunc Dominum, alium servum. Impium, seu venerentur eum, quem servum appellant et fabricatum, seu non colant eum, qui nos Sanguine suo redemit. Hi verò, qui Deum descendisse de cœlo confitentur, et Carnem factum ex Virgine, et unum esse cum Carne, frustra conturbantur, excedentes in verba impietatis illorum. Dicunt enim et ipsi, sicut audio, *duas naturas*. Ad quod Sanctus Joannes evidenter probat unum Dominum nostrum, cum dicat: *Verbum Caro factum est*. Et Paulus Apostolus, cum dicat: *Unus Dominus JESUS-CHRISTUS, per quem omnia*. Si enim natus ex Virgine JESUS nominatur, et ipse est per quem universa facta sunt, una scilicet natura facta est, quoniam et una Persona, non in duo divisa, cum nec propria natura corporis est, & propria natura Deitas sit secundum Carnem. Sed sicut homo una natura est, ita & is, qui ad similitudinem hominis est factus CHRISTUS. Quod si non agnoscunt id, quod per adunationem unum est, possunt & unum in plura partire, & plurimas dicere naturas; Quoniam multiplex corpus, quod ex ossibus, nervis, & venis, carne & cute, sanguine & spiritu constat, quæ omnia diversa quidem inter se sunt, una tamen est eorum natura. Unde & Deitatis natura cum corpore unum est. Et hæc in duas naturas dividitur? Nec enim poterat totum filius hominis appellari, qui descendisset de cœlis, & rursùm Filius Dei, qui natus ex foemina est, si duarum naturarum caperet divisionem, sed id quidem quod descendisset de cœlis vocaretur Filius hominis, non Filius Dei. Et hoc Paulianæ divisionis est. Nos autem Divinæ Scripturæ doceant tanquam de uno Domino nostro sentire, & cum descendisset de cœlis, & cum in terra natus est. Qui igitur sic sentiunt, non excedunt ab insona contraria sentientibus, ut cum mente Divinis Præceptis consentiant, sermonibus discrepent. Necessè est enim eos, cum duas naturas intelligant, alteram colere, alteram non adorare. Et in Divinam quidem baptizari, in humanam verò non baptizari. Si autem in mortem baptizamur Domini, unam profiteamur naturam, & impassibilis Deitatis, & passionabilis Carnis, ut per hoc sit Baptisma nostrum & in Deum, & in mortem Domini perceptum. Nec enim veremur Calumniatores, qui dividunt in duas Personas Dominum.

Dominum. Nec cum nos unitatem Evangelicam atque Apostolicam prædicemus, lacerent nos tamquam dicentes Carnem esse cœlestem: Cum nos è contra Divinas Scripturas legamus dicentes Filium esse non ex cœlo. Nec enim cum dicimus Filium Dei creatum ex muliere, possumus reprehendi tanquam Verbum ex terra dicentes, & non ex cœlo. Dicimus enim utrumque: Et ex cœlo totum propter Deitatem, & ex muliere totum propter Carnem, ignorantes divisionem unius Personæ.

An hæc sit integra epistola, ignoro. Interim grande hoc fragmentum huc usque latuit. Apud Leontium Byzantinum habuimus dumtaxat pauca ipsius verba.

Cap. 2. Palmare Eutyche Dogma volebat Christum Dominum esse non unicam solummodò Personam, sed & unicam compositam naturam. Et ipsam in adducta Julii epistola censebat esse fundatissimam. Et in hoc sui authoris sensu Eutycheiani omnes dudum pertinacissimè naufragarunt. Porro de hac epistola Gennadius, Massiliensis Ecclesiæ Presbyter, ab isto errore plenè immunis, in illustrium virorum Catalogo scripsit: *Julius urbis Romæ Episcopus scripsit ad Dionysium quemdam de Incarnatione Domini epistolam unam, quæ illo quidem tempore utilis visa est adversum eos, qui in duas per incarnationem asserbant in Christo personas, sicut & naturas; nunc autem perniciose probatur. Fomentum enim est Eutycheianæ ac Timotheianæ impietatis*. Affirmat epistolam esse reverà Julii Pontificis. Quod ejus Judicium à quibusdam gravissimè reprehenditur. Aliis tamen videtur scripsisse ex sensu plurium tunc in Gallicana Ecclesia. Quidquid sit, certum est labi ac deviare.

Cap. 5. Etenim in primo ad Imperatorem Justinianum libro Facundus Hermianensis Episcopus duas in Christo Domino fuisse naturas, & ipsas in unam non coisse, nec coire potuisse, sed duas semper permansisse, vario Sanctorum Patrum testimonio demonstrat, & rectè prosequitur: *Quid autem Eutycheianos contra hæc evidentissima Patrum testimonia juvare poterit, quod in vanissimi sui assertionem erroris dicunt Julium Romanum Episcopum nescio ubi rescripsisse, quod una sit Christi natura? Cum in Sancta Ephesina Synodo hoc solum ipsius Beati Julii contra Nestorium recitatum fuerit ex epistola ad Prosdocium. Adducit laudatum ab Ephesina Synodo testimonium, & pergit: Non aliud præter hanc ad Prosdocium epistolam ex Dictis Julii in illa Synodo prolatum est; si qua forsitan alia scripsit, neque ex hac epistola aliquid amplius. Cur igitur non illud potius, quod de una Christi natura isti circumferunt tanquam ab ipso Beato Julio scriptum, vel quæquæ similia, quæ scripsisse autumant alios venerabiles Patres, in Synodo recitata sunt contra Nestorium? Nam ipsa magis ejus dogmati contraria videntur. Quid enim jam controversiæ remansisset, quod una esset illius Dei-Hominis subsistentia sive Persona, si probarentur Patres, quod etiam unam prædicaverint ejus esse naturam? Igitur ut omnis auferatur questio, si non postea epistola illa confecta est,*

*aut Beati Julii eam non esse, sicut magis credendum est, Synodus judicavit, aut etiam si ejus esse credit, quod ego non dico, ut alia magis, quam ipsam ejusdem Sancti Julii contra Nestorium proferret, non ex eo quod incautè dictum est, contrarium errorem judicavit esse vincendum.*

Eutychei ac omnibus Eutycheianistis familiarissimum & constantissimum fuit proclamare ad Nicænum Symbolum, & Acta Ephesini Concilii. Porro hoc Concilium inter alia Patrum testimonia, ex quibus Nestorianam revicere perfidiam, adduxit Julii Romani Pontificis epistolam ad Docimum, sive Prosdocium: Exinde Errones isti concluderunt omnia ejusdem Pontificis Scripta esse probata per istam Synodum, idèque & ejus epistolam ad nescio quem Dionysium. Et ipsam plenis buccis & buccinis ubique prædicarunt. Magnus Leo ad sibi transmissum ipsius ab Eutyche fragmentum videtur tacuisse. In ejus epistolis nulla est ipsius memoria. Et hinc apud Errones increvit epistolæ fides atque autoritas. Quare eorum clamoribus fatigati Doctores Orthodoxi cœperunt rem disquirere. Et Facundus dicit varia. Primò dubitat, an epistola non sit confecta post Ephesinum Concilium. Censet ipsam, utpotè validissimè peremptoriam Nestoriani dogmatis, si antea existisset, & reverà fuisse Julii, à Synodo non fuisse prætermittendam. Secundò asserit ipsam, licet forsitan sit Julii, non sine rationibus fuisse prætermittam à Synodo, & productam solam epistolam ad Docimum. Quia nempe non expedit per verbum à Julio incautè prolatum impugnari ac everti Nestorianam blasphemiam. Pelagianis quædam Sancti Joannis Chryostomi verba adversus originale peccatum objectantibus Sanctus Augustinus reposuit: *Vobis necdum litigantibus Patres securius loquebantur*. Hoc ipsum Facundus affirmat de Julio Pontifice, scribente ante lites Eutycheianas. Rectè adiungit incautum Pontificis verbum non fuisse congruum fundamentum, cui Ecumenica Synodus suam definitionem superstrueret. Tertiò asserit magis credendum, quod epistola non sit Julii, sed nescio cujus sub ejus nomine figmentum. Etiam se ignorare fatetur, quid Ephesina Synodus de ipsa censuerit. Ad hæc verba, *Si ejus esse credit, adjungit: Quod ego non dico*. Igitur Facundus epistolam credit esse fictam, aut sanè incautam.

Ejusdem ferè sententiæ in suis apud Photii Bibliothecam libris fuit Sanctus Eulogius Patriarcha Alexandrinus: *Sed enim testimonium, quod* Lib. 230.  
Eu-



*Eutychniana heresis adfert ex epistola Julii Romani ad Dionysium, haud dubie non est genuinum. Et enim Sanctus Cyrillus in Synodo Ephesina epistola ad Docimum adducens, ejus usum non dignatus est in memoriam hujus venire. Infra tamen suam assertionem modificat: Si verò quis contendat Julium in Christo unicam naturam dicere, primum quidem nunquam clarum, si genuinus hic sermo. Secundo par est cognoscere, ut posterior Julio apud Romanos nomen naturæ & Hypostasos studiosè indicavit, & frustra heretica zizania semen ibidem student suffocare. Injudicatis enim vocibus manentibus, non obviam vult impietas, potius valdè consequens pro hypostasos voce naturæ uti. Sed illud de Julio licet dicere. Est obscura translatio. Eulogius affirmat duo. Primum, quod epistola sit ambiguum naturalium, proindeque ex ipsa nihil possit definiti. Secundo, si legitima sit, quod Julio evenerit istud ipsum, quod postmodò evenit aliis Latinis circa quæstionem de vocibus *Ussa* & *Hypostasos*. Et Latini & Græci concordabant in sensu, verum Latini propter suæ linguæ inopiam cespitabant circa syllabas. Rei seriem exponit in funebri Elogio Magni Athanasii Sanctus Gregorius Nazianzenus, & in variis litteris Sanctus Hieronymus. Istud emplastrum Græci apposuerunt multis vulneribus. Nam Acacius Bertheensis Episcopus ipso studuit purgare & sanare etiam Nestorium. Ita habes in ejus ad Sanctum Cyrillum litteris, exstantibus in prima parte Ephesini Concilii. Ipsum ergò Eulogius apponere conatur etiam præsentis epistolæ Sancti Julii. Censet ipsam, si verè sit Julii, recta sensisse, sed non fuisse usam aptis vocabulis. Eiusdem mentis in sua ad Eutychnianos Orientis Monachos oratione fuit Sanctus Ephremius Patriarcha Antiochenus. Affirmat Julium, dum unam naturam scripsit, scripsisse contra Paulum Samosatensem, ex aliis ejus Scriptis demonstrat recta sensisse, & concludit: Quibus perspicuo patet, quomodò Sanctus Julius duas naturas fateatur. Nam naturam prædictis verbis pro hypostasi accepit. Orationis compendium existat in præfata Bibliotheca Photii. Verum infra ex Leontio Byzantino audiemus originale epistolæ textum non esse Latinum, sed Græcum, ideoque nequaquam à Julio. Etenim Romani olim Pontifices ad Græcos nunquam scripserunt Græcè, sed semper Latinè. Immo suas Latinas litteras nec Romæ permiserunt transferri in Græcum: Constante voluerunt id fieri ab ipsis Græcis. Hinc Sanctus Ephremius, affirmans Julium vocem *Natura* accepisse pro hypostasi, caret fundamento. Hoc enim fecerunt quidam Græcorum Patres, nemo unquam Latinus.*

Hinc plura in Constantinopolitana Orthodoxorum & Eutychnianorum Episcoporum coram Imperatore Justiniano habita collatione dixit Hypatius Ephesiorum Episcopus, de quo omnes isthic Catholici Collegæ: Reverendissimus Archiepiscopus Hypatius os nostrum factus est. Eutychnianis igitur inter unius naturæ Assertores etiam Julium Pontificem in præfata epistola adducentibus Hypatius respondit: In tantum falsæ sunt epistolæ sive testificationes illæ quas dicitis, ut neque

Lib. 229

unam ex illis Beatus Cyrillus voluerit recordari. Affirmat quod Sanctus Cyrillus ad probandos & firmandos hos suos articulos, *Sacra Virgo est Deipara*, *Deus est carne passus*, Julii ad Docimum litteras adduxerit in Ephesina Synodo, & adjungit: Si ergò Cyrillus sciebat de una natura quemquam ex his dixisse, illic maximè proferre habuit, ubi tantum erat & tale universale Concilium. Si autem illic non sunt prolata, quemadmodum nunc à vobis proferantur, satis admiror. Affirmat unicas Julii ad Docimum datas, & apud Ephesum lectas ac probatas litteras esse veras, quasvis alias esse spurias: Confictas aut falsatas ab Apollinaristis.


Leontius Scholasticus Byzantinus scripsit singularem librum in eos, qui proferunt nobis quædam Apollinarii, falso inscripta nomine Sanctorum Patrum, & ipsi dat hoc exordium: *Quidam ex Heresi Apollinarii, vel Eutychnis, vel Dioscori, cum vellent suam heresim confirmare, quasdam Apollinarii orationes Gregorio Thaumaturgo, aut Athanasio, aut Julio inscripserunt, ut simpliciores fallerent, quod quidem perfecerunt. Autoritate enim hujusmodi Personarum fide digna multos Ecclesiæ Catholica capere potuerunt. Et apud multos ex rectè credentibus reperire poteris librum Apollinarii, cui titulus, Fides particularis, inscriptum Gregorio, & quasdam ejus epistolas inscriptas Julio, & alias ejus de Incarnatione orationes vel expositiones Athanasio inscriptas. Adducit varia similia, in quibus sunt & hæc: Domini Apollinarii ex epistola ad Dionysium, cujus principium est, Mihi argumentum amicitiae, &c. Ex alia epistola ad eundem, cujus principium: Admiror, &c. Et rursus ex eadem epistola. Hæc posterior est ista, cujus fragmentum Eutychnes transmisit Magno Leonti. Et post plura Leontius pergit: Sufficiunt hæc eis, qui non sunt nimium rudes & tardi, ad ostendendum Apollinarii esse epistolas, quæ nomine Julii feruntur, præter eas epistolas Apollinarii, de quibus Athanasius. Discipuli enim Apollinarii antiquiores sunt omnibus, qui his usi sunt, quas, ut verisimile est, qui à Julio per schisma discesserunt, inscripserunt. Nequè solum hoc, sed sunt ex Orthodoxis, qui inscriptione decepti rectas eas esse intelligere & dicere perseverabant, propter Personæ auctoritatem fide dignam. Alioquin magis omnium Orthodoxorum est agnoscere illos sermones esse proprii Doctoris. Ne autem ex solo testimonio Discipulorum sermones ipsius Apollinarii agnoscamus, quamvis aliqui eos Julio, quamvis Gregorio, quamvis falsè inscribant Athanasio, sed etiam ex eodem genere sermonis & stylo, age præter auctoritates, quas Discipuli ejus protulerunt, integros & totos ejus sermones in medium producimus, ut qui studio veritatis cognoscendæ legerint, certissimum habeant hæc & illa falsè inscripta esse eadem. Assertionem suam firmat tribus argumentis. Primum est, quod licet ex Apollinarii Discipulis aliqui epistolas istas adscribant Julio, alii tamen profiteantur esse Apollinarii. Et adducit horum Discipulorum testimonia. Secundum argumentum est idem istarum epistolarum stylus cum reliquis Scriptis Apollinarii. Tertium est Codex continens omnia Apollinarii Scripta, in quo & istæ epistolæ.*

Et


Et tandem concludit: Arbitror eum, qui non fuerit nimis contentiosus, non posse his cum ratione adversari & contradicere, quin potius futurum esse, ut continuo, & ut ita dicam, non violenter veritati assentiat, & omnibus suffragiis fateatur Apollinarii esse epistolas vel sermones de Incarnatione, quæ Julii, & Gregorii, & Athanasii falsè esse feruntur.

Eadem Leontius, & quidem cum aliquo augmento, tradit in libro de Sectis: Eutychniani adferunt aliud quoque dictum, velut à Beato Julio profectum, quod existat in epistola scripta ad Dionysium Corinthi Episcopum: cujus initium est; *Admiror de quibusdam audiens. Est quid dictum hujusmodi: Necessè est eos, cum duas naturas dicunt, unam adorare, alteram non adorare. Ac in*

Divinam quidem baptizari, at in humanam non baptizari. Aliaque plura istæ epistola continet. Sed nos argumentis pluribus convincimus non illam epistolam esse Beati illius Julii, sed Apollinarii. Primum ex eo quod si quis eam subtiliter consideret, nihil Juliano dignum nomine habeat. Quin & septem illæ epistolæ, quæ ejus esse dicunt, Apollinarii sunt. Probat hæc pluribus argumentis & prosequitur: Præterea de hoc quoque epistola non Beati Julii, sed Apollinarii esse redarguitur, quod Nyssenus ille Gregorius in opere contra Apollinarianos aperit multa recitet, quæ hæc epistola continentur, eaque tanquam prava refutat. Quod argumentum est penitus irrefragabile ac peremptorium. Leontius concludit: *Potest & aliunde convinci quod epistola Beati Julii non sit. Est longè verissimum.*



DIS-



DISSERTATIO QUINTA  
DE  
ROMANA APPELLATIONE  
THEODORETI,  
CYRENSIS  
EPISCOPI.  
CAPUT PRIMUM.

*An Theodoretus ad solum Papam Leonem,  
an ad aliam Generalem Synodum  
appellaverit?*



**I**nter degradatos ab Ephesino Latrocinio Episcopos fuit etiam Theodoretus, Degradatus est absens, ac inauditus. Ab Imperatore Theodosio erat ligatus circumscripto intra suam civitatem exilio, ac vetitus Ephesum accedere. Hinc & ipse statim provocavit ab ista Latrociniali sententia. Et certum ac exploratum est appellasse ad solum Leonem. Existat ipsum appellationis instrumentum, lucidum ac manifestum. Laudat Romanæ Sedis Primum super omnes Ecclesias, prædicat Dogmaticum Sancti Leonis Tomum, demonstrat se esse ac semper fuisse Orthodoxum, lamentatur se ab Ephesino Latrocinio absentem ac inauditum esse

degradatum, & prosequitur ad Pontificem. *No-  
lite obsecro supplices meas preces respicere, nec misere-  
ram meam caritatem, post multos labores contumeliose  
tractatam, despiciere. Ante omnia ut à vobis docear  
oro, an me oporteat in hac injusta depositione  
acquiescere, an non? Vestram enim sententiam ex-  
specto. Quod si in iudicatis manere me iusseritis,  
manebo: Nequè ulli hominum deinceps molestus ero,  
sed rectum Dei & Salvatoris nostri iudicium expecta-  
bo. Me quidem, testis est Dominus Deus, honoris &  
gloriæ cura non tangit, sed scandalum, quod inje-  
ctum est. Quia multi à simplicioribus, atque à ma-  
ximè, qui ex diversis hæresibus emerferunt, Sedem  
illorum, qui condemnarunt, attendentes, hæreticos  
nos esse fortasse existimabunt cum dogmatis per-  
fectionem perspicere non possint. Hac per Reverendis-  
simos ac Deo Carissimos Presbyteros, Hypatium,  
Abra-*

Epist. 113.

*Abrabamium, ac Alipium, Sanctitati vestrae sug-  
gessi, quandoquidem ne ad vos contenderem, Re-  
gularum litterarum vincula retinuerunt: Utique  
vincula, quibus eum Theodosius circumscriptis  
ferat intra Cyrensem civitatem. Hinc Romam  
accedere non poterat, propositurus suam appel-  
lationem, ac prosequitur.*

Eadem de re scribit ad Renatum Romanæ Ec-  
clesiæ in Sancti Clementis titulo Presbyterum  
Cardinalem, ac Magni Leonis in Ephesino La-  
trocinio Legatum: *Oro Sanctitatem tuam, San-  
ctissimo ac Beatissimo Archi-Episcopo persuadeat, ut  
Apostolica auctoritate utatur, & ad Concilium ve-  
strum advolare præcipiat. Non obstante violento  
Mandato Imperatoris Theodosii. Ad quod Con-  
cilium? Non ad Generale totius Ecclesiæ, ne-  
què ad totius Occidentis Patriarchale, sed ad  
Synodum solius Romanæ Provinciæ. Hinc  
Theodoretus prosequitur: *Habet enim Sanctissima  
illa Sedes Ecclesiarum, que in toto Orbe sunt, Princi-  
patum multis nominibus, atque hoc ante omnia, quod  
ab hæretica tæbe immunis mansit, nec ullus contra-  
ria sentiens in illa sedit, sed Apostolicam gratiam in-  
tegram conservavit. Quæ à vobis fuerint iudicata,  
in his, qualiacumque ea erunt, iudicii vestri æqui-  
tati confidentes, acquiescemus. Et rogamus, ut ju-  
diciam ex Scriptis constituatur. Suscipite, quæso,  
preces meas, & injuria oppressum ne despiciat.*  
Verba sunt lucida: Lucidiora omni Commen-  
tario.*

Eadem omnia Theodoretus allegat in litteris  
ad Anatolium Patricium, & adjungit: *Magnitu-  
dinem tuam obsecror, hanc à Victore Augusto gratiam  
petat, ut in Occidentem veniam, ibique à Deo  
charissimis ac Sanctissimis Episcopis iudicet. Et si ve-  
minimùm à fidei regula deflectere videar, dejiciat in  
medium profundum maris. Quod si his precibus ve-  
stris non cedat, habitare me saltem jubeat in Mona-  
sterio nostro, quod quidem à Cyrensi civitate abest  
millibus centum & viginti. Supplicat unum è duo-  
bus: Aut solvi circumscriptum exilium, licet  
non plenè, saltem quoad Romanum accessum,  
& Romanæ appellationis prosecutionem; aut  
certè juxta Imperatoris Gratiani, ab ipso Theo-  
dosio confirmatam, de degradatis Episcopis le-  
gem, relegari à Cyro ad centum millia: Habi-  
tare ac latitare in suæ professionis Monasterio.  
Supplicat hanc saltem sibi fieri gratiam.*

Et non aliqua Synodus, sed solus suæ Sedis  
auctoritate Magnus Leo appellatorem Theodore-  
tum exaudivit, ac revestivit. Lucet ex Actis  
Chalcedonenis Synodi. Etenim in prima statim  
ejus Actione gloriosissimi Judices edixerunt: *In-  
grediatur & Reverendissimus Episcopus Theodoretus,  
ut sit particeps Synodi, quia & restituit ei Episcopa-  
tum SS. Archi-Episcopus Leo. Ad quod Edictum,  
& præsertim ad ejus vigore subsecutum Theodo-  
reti ingressum facta est inter Episcopos dura con-  
tentio. Etenim Ægyptii, Illyriciani, ac Pale-  
stini clamaverunt: *Miseremini, fides perit. Istum  
Canones ejiciunt. Hunc foras mittite. Magistrum  
Nestoris foras mittite. At verò Orientales, Pon-  
tici, Asiatici, & Thraces clamaverunt in contra-*  
*Christi Lupi Opera T. VIII.**

*rum: Nos in pura charta subscripsimus. Cæsi su-  
mus, & ita subscripsimus. Manichæos foras mittite,  
& inimicos Flaviani foras mittite. Adversarios  
fidei foras mittite. Clamarunt se in Theodoretum,  
ac aliorum Episcoporum damnationem non con-  
sensisse, sed fustibus ad pura in charta subscri-  
bendum fuisse compulsos, ideòque damnationem  
fuisse nullius ponderis. Postularunt non Theo-  
doretum, sed ejici Eutychianos, utpotè novos  
Manichæos. Contentionis radicem aperit in Bre-  
viario Liberatus: *Solutio Ephesino Concilio, & ad* Cap. 12.  
*suas Sedes reversis Episcopis, scisso facta est inter  
eos, qualis antè nunquam contigerat. Ægyptii,  
Thraces, & Palestini Episcopi Dioscorum sequeban-  
tur; Orientales, Pontici, & Asiatici, Sanctæ me-  
morie Flavianum. Post multam igitur contentio-  
nem gloriosi Judices persisterunt in suo Edicto:  
Theodoretus Reverendissimus Episcopus, proprium  
recipiens locum à SS. Episcopo inclite urbis Romæ,  
in locum nunc Accusatoris ingressus est. Unde patiamini  
ea, quæ inchoata sunt, finire, ne aliqua con-  
fusio Auditorio fiat. Præjudicium enim ex persona  
Reverendissimi Episcopi Theodoretum nulli generabitur:  
Reservata videlicet post hæc omni accusatione, &  
vobis & illi, & quæ invicem exercere volueritis,  
quæ rectam tenet fidem. Assumant illum non ex  
plena causæ retractatione fuisse à Magno Leone  
integre reparatum, sed summaria cognitione  
dumtaxat revestitum: Retractatorium examen  
ac definitivum iudicium esse à Pontifice remissa  
ad Synodum, & suo loco ac tempore explenda.  
Omnes audiendos. Interim verò parendum esse  
Decretis Romani Episcopi. Et fuit obeditum.  
Theodoretus fuit admissus ad Confessum. Et  
Orientales ejus Collegæ ex cordis abundantia ire-  
rùm exclamarunt: *Dignus, Dignus. Quæ voces  
excitarent invidiam, novasque contentiones,  
vel exclamations in invicem. Quarè gloriosissi-  
mi Judices iterum edixerunt: acclamationes istæ  
Populares nequè Episcopos decent, nequè Partes ju-  
vant. Patiamini ergò fieri lectionem. Et rursum:  
Magis acquiescite secundum Deum audientiam fieri,  
& permittite omnia secundum ordinem recenseri. Et  
tunc tandem Romano iudicio omnes plenè  
acquieverunt.***

Hoc revestitorium iudicium an Leo in suo  
Presbyterio fecerit, an in aliqua suæ Provinciæ  
Synodo non possum demonstrare. Certè fecit in  
alterutro. Forsitan in Synodo, qua circumduxit  
Latrocinii Acta, & qua revestivit Sanctum Fla-  
vianum. Quidquid sit iudicium Rescripto trans-  
misit ad Theodoretum. Et licet Rescriptum pe-  
rierit, sui tamen iudicii Pontifex meminit in  
aliis ad Theodoretum litteris, jam plenè repa-  
ratum per Synodum Chalcedonensem: *Benedi-* Epist. 93.  
*ctus Deus noster, cujus invincibilis veritas ab omni* Cap. 5.  
*hæresis macula mundum te secundum Sedis Apostolicæ  
iudicium, demonstravit. Cui dignam retribuere pro  
tot laboribus gratiam, si talem te, qualem probavi-  
mus & probamus, pro universalis Ecclesiæ defensione  
servaveris. Nam quod Deus omnium calumnioso-  
rum fallacias solvit, maximam Beattissimi Petri cu-  
ram pro cunctis nobis agnoscimus, qui postquam suæ  
Sedis*

Sedis iudicium in fidei definitione firmavit, nec circa cuiusquam vestrum, qui nobiscum pro Catholica fide laborastis, personam quidquam reprobum videri permisit. Quia nec poterat, Spiritu Sancto iudicante, quisquam ex eis non victor exire, quorum iam vice rat fides. Docet plura. Primò, quod Apostolica Sedes Theodoretum probavit ac iudicavit mundum ab omni macula hæresos. Nempè per interlocutoriam sententiam, qua spoliatum restituit, ac de Episcopatu revesitit. Secundò, quod Apostolica Sedes ipsum omninò revesitit. Et quidem per magnos labores. Nempè ob contradicentium potentiam & contumaciam. Tertio, quod istud fecerit per iudicium. Nempè per interlocutoriam sententiam admittendo ejus appellationem, illi dando suspensivum effectum, ac appellantiem, quo armatus in retractatorio iudicio congrèdi posset, in Episcopalis dignitatis locum restituendo. Quartò, quod Chalcedonensis Synodus appellatam Theodoretum causam plenè retractaverit, ac interlocutorium Apostolicæ Sedis iudicium confirmaverit, ac traduxerit in definitivum. Quintò, quod laudata Synodus istud fecerit non circa solum Theodoretum, sed etiam circa alios.

Diffinitivam Chalcedonensis Synodi sententiam conceperunt Paschasius Lilybetanus, Lucentius Esculanus, ac Julianus Coensis Episcopus, nec non Bonifacius Romanæ Ecclesiæ Presbyter, Legati Magni Leonis, & pronunciarunt hoc tenore: Sanctissimum ac venerabilem Episcopum Theodoretum Sanctissimum ac Beatissimum universæ Ecclesiæ Episcopum urbis Romæ Leo dudum in communionem suscepit ita, sicut litteræ ab eo ad nostram humilitatem directæ testantur. Stigatur fidem Catholicam, sicut promittit, & secundum prædictum B. Episcopum subscriptionem in proprio libello direxit, & nostræ insuper humilitati alio dato libello monstravit, quoniam & Nestorium & Eutychen non solum scripto, sed & sub præsentia totius Confessus ore proprio anathematizavit, hoc iudicio Sanctissima ac Venerandissima Synodus, insuper verò & nostra humilitas reddi ei Ecclesiam propriam definit. Maximus Antiochiæ Patriarcha suo suffragio addidit: Dudum & à principio Reverendissimum Episcopum Theodoretum novi Catholicum, audiens doctrinam ejus in SS. Ecclesia. Antiochena. Illic enim Theodoretus sub tribus successivè Patriarchis, Theodoro, Joanne, ac Domino, frequentissimè fuerat concionatus, & à Maximo, tunc Abbate aut Monacho, auditus. Et Maximi testimonium erat summi ponderis: Semper enim ille fuerat acerrimus Adversarius Nestorianorum. Theodoretus nunquam dixerat duos filios. Erant consuetæ in ipsum calumniam per Factionem Dioscori ac Eutychetis. Hinc istud Apostolicorum Legatorum iudicium singulari suffragio confirmarunt omnes Synodi Primates, & omnes tandem Episcopi exclamarunt: Hoc iustum iudicium, hæc iusta sententia, hoc Christi iudicium. His & nos consentimus. Hæc omnes dicimus. Et gloriosissimi Iudices miserunt in executionem: Theodoretus SS. Episcopus Ecclesiam civitatis Cyri

recipiat. Compendio hæc illustrat in Breviario Liberatus Diaconus: Celebrata est Actio, in qua Theodoretus Episcopus Cyri, quem Dioscorus expulerat, Orthodoxus iudicatus est, & dignus Sede sua.

Apostolicæ Legationis suffragium docet nos varia. Primò, quod Sanctus Leo Theodoretum dudum ante Chalcedonensem Synodum recepisset in sui gradus communionem, seu de Episcopatu revesitisset. Forstian in prima sua post Legatorum ex Ephesino Latrocínio reditum celebrata Synodo. Secundò, quod Leo Chalcedonem ad suos Legatos transtulisset Mandatum ac instructionem, juxta quæ volebat fieri retractatorium, Theodoretum iudicium. Tertio, quod Chalcedonensis Synodus hanc causam non retractaverit, nisi ex Delegatione & Mandato Leonis. Tota enim causæ administratio privativè spectabat ad ipsum. Et ipse eam suo sapientissimo Beneplacito duxit delegandam Chalcedonensi, quod tunc instabat, Concilio. Juxta Canones Sardicenses. Quartò, quod Theodoretus per omnia obediens processerit secundum prædictum Beatum Episcopum. Secundum Beneplacita & Mandata Magni Leonis. Quintò, quod Sanctus Leo, adeoque & omnis Pontifex sit non solius Romæ Episcopus, sed universæ insuper Ecclesiæ. In antiquis Synodorum Actis Pontifex passim inscribitur Episcopus Catholica Ecclesiæ urbis Romæ. Quidam censent intelligi solam urbis Ecclesiam. Et suo intellectu abutuntur. Quidquid sit, Leo hic inscribitur & Romanæ urbis Episcopus, & universæ Ecclesiæ. Eadem in Synodo appellatur Episcopus universalis. Verùm quod recitaverit invidiæ obnoxium vocabulum, testatur Magnus Gregorius.

Porrò inter alios ab Ephesino Latrocínio degradatos Episcopos, quos ad se appellasse, à se revesitit, ac à Chalcedonensi Synodo fuisse ex integro reparatos scripsit ad Theodoretum Magnus Leo, fuit Eutychetis Accusator Eusebius Dorylaensis. De ipso idem Pontifex scripsit ad Sanctam Imperatricem Pulcheriam: Quia novimus, quantum pie sollicitudinis Catholicis Sacerdotibus Mansuetudo vestra dignetur impendere indicandum esse curavimus Fratrem & Co-Episcopum meum Eusebium nobiscum degere, & nostræ communionis esse consortem, cujus commendamus Ecclesiam, quam dicitur vastare, qui illi iniuste asseritur subrogatus. De eodem scripsit ad Anatolium Constantinopolitanum Episcopum: Illud quoque Dilectionem Ep. 60. c. 4. tuam nosse volumus, Fratrem & Co Episcopum nostrum Eusebium, qui causa fidei multa discrimina, laboresque toleravit, nobiscum interim demorari, & in nostra nunc communionem persistere, cujus Ecclesiam tua sollicitudine volumus esse defensam, ut nihil eo absente deperat, nullus ei in aliquo præjudicare presumat, donec cum litterarum nostrarum ad vos prosecutione perveniat. Affirmat primò, quod Eusebius Romanam Ecclesiam non solummodo appellaverit, sed etiam personaliter accesserit. Et quidem per multa pericula ac labores. Ut potè elapsus ex carcere. Secundò, quod Leo ipsum

ipsum revesitit, & revesitit apud se detinuerit. Tertio, quod ipsius causam voluerit per semetipsum retractare, atque ita gloriosum cum suis reparatoriis litteris remittere in Orientem. Et Leo istud omninò fecit. Etenim Eusebius Chalcedonensi Synodo adfuit ut plenè Canonice Episcopus, & de retractanda ejus causa nullus factus est sermo, nulla memoria. Quod nempè Pontifex ipsam plenè retractasset, ac definisset. Quare hoc ipsum ille potuerat facere circa Theodoretum & Flavianum. Rationes sapientissimo ejus arbitrio aliud persuaserunt. Notanda sunt verba: Qui illi iniuste asseritur subrogatus. Etenim de degradatis ab Ephesino Latrocínio Episcopis scribit Liberatus Diaconus: Ordinatus est pro Flaviano Anatholius Diaconus, pro Domino Maximus, pro Iba Edeffeno Nonnus, pro Sabitiano Parrheni Athanasius, pro Theodoro autem & Eusebio nullus ordinatus est. Eusebius istud nesciens videtur aliud Leoni ex metu suggestisse. Hinc Leo scripsit: Asseritur.

## CAPUT II.

### Discutiuntur Commenta Reverendi Parris Paschasti Quesnelli.

Paschasius Quesnelli adducit superius laudata Sancti Leonis ad Theodoretum à Chalcedonensi Synodo plenè restitutum verba, & commentatur: Quale fuerit illud Apostolicæ Sedis iudicium, à multis id questum hætenus, in quæ varias itum est sententias. Nonnulli aliquod vel in Synodo, vel extrà Synodum à Sancto Leone de restitutione Theodoretum Decretum conditum fuisse autumant, postquam ad eum causam suam per libellum appellationis detulisset. Verùm cum de hujusmodi Decreto ne apex quidem ullus appareat, sive in Actis Chalcedonensibus, sive in aliis rerum tunc gestarum monumentis, tam facile reffellit, quam profertur. Alii eadem Synodali ac judiciali sententia Theodoretum restitutum ajunt, qua Pseudo-Synodus Ephesina in irritum missa fuerat: In illo videlicet Episcoporum Conventu, quorum cinctus agmine Romanus Pontifex apud Sanctum Petrum venisse in occursum Valentiniani Augusti, Augustarumque legitur in epistolis ea de re scriptis ad Theodosium Imperatorem de Acto. rum hujus Concilii rescissione. Apud me verò certum est de Theodoretum causa nullam intercessisse sententiam, sive quæ à solo Leone, sive quæ à Synodo sit missa, sed illud solummodo iudicium à Christ. Lupi Opera Tom. VIII.

Leone commemorari, quod communionis litteris continebatur. Dum enim querelas Theodoretum ultra suscepit Pontifex, eidemque suam communionem impartivit, consequens fuit, ut eundem ab omni hæresos macula mundum judicaverit, deputaverit quæ inter Adversariorum calumnias, quidquid obtruserant, ut eum velut suspectum de fide à Synodo arcerent, vel etiam quasi de hæresi convictum deponerent in Synodo.

Errores iterum varii. Primus est, quod de isto revesitorio Theodoretum Decreto nulla sit mentio in Actis Chalcedonensibus. Etenim gloriosissimorum Iudicum ad plenam istam Synodum verba sunt lucida: Ingrediatum Reverendissimus Episcopus Theodoretus, ut sit particeps Synodi, quia ei restituit Episcopatum SS. Archiepiscopus Leo. Et iterum: Theodoretus Reverendissimus Episcopus proprium recepit locum à SS. Episcopo urbis Romæ. Reverendus Pater Paschasius Quesnelli omninò legit Acta Chalcedonensia: Quare oportet ipsum, dum superiora scripsit, esse lapsam memoria. Ægyptii, Illyriciani, ac Palæstini Episcopi, qui Dioscoro apud Ephesum faverant, Chalcedone adversus Theodoretum urserunt istud ipsum, quod Sardicæ adversus Sanctum Athanasium, aliosque Orientales per Julium Pontificem revesitit Episcopos præterdit Eusebiana Factio. Noluerunt ipsum ante expletam totius causæ retractationem ac definitionem esse Synodi participem. Verùm uti isthic Hosius Cordubensis Episcopus, & Apostolicæ Synodi Præses, ita hic gloriosissimi Iudices, haud dubiè moti per Legatos Apostolicos, voluerunt deferri plenam reverentiam atque obedientiam revesititioris Decretis Romani Pontificis. Et utrobique obtinuerunt. Et istud Apostolicum Romanæ appellationis & Romani Pontificis Jus Sardicenses Canones stabilierunt. Porrò an Sanctus Leo Theodoretum in sua, qua Ephesini Latrocinii Acta circumduxit, Romana Synodo, an per singulare Decretum revesitit, est digna inquisitione. Eius resolutio rei presentis non est necessaria. Quidquid sit, certum ac manifestum est ipsum fuisse revesititum, ideòque Chalcedone admittum ad Synodi participium. Quare secundus & insignis error est in his verbis: Apud me certum est de Theodoretum causa nullam intercessisse sententiam, sive quæ à solo Leone, sive quæ à Synodo sit emissa.

Tertius error est in his verbis: Sed illud solummodo iudicium à Leone commemorari, quod communionis litteris continebatur. Iterum rem proficitur Reverendus ille Pater, & voces negat. Etenim communionis litteræ non sunt aliud, quam litteræ Revesititionis, quæ fieri non potest sine examine & iudicio. Lucet ex Apostolicorum Legatorum suffragio; quo Theodoretum causam Chalcedone definierunt, ac ipsum plenè repararunt: SS. Episcopum Theodoretum Beatissimum Episcopum Leo in communionem suscepit. Dicunt istud ipsum, quod in prima Actione dixerant gloriosi Iudices: Ei re-

stuit Episcopatum. Etenim Magnus Leo non Laicam aut Clericalem, sed Episcopalem ei communionem restituit, quæ est Episcopatus. Loquor rem exploratam apud omnes vel leviter imbutos Ecclesiasticæ Antiquitatis peritia. Videri possunt antiquæ observationes Gabrielis Alba-Spinæ, Episcopi Aurelianensis. Notanda sunt & hæc Romanorum Legatorum verba: *Sicut litteræ ab eo ad nostram Humilitatem directæ testantur. Laudant litteras, quas de Theodoretis restitutione ac reparatione Magnus Leo ad suos Legatos scripserat, ideoque hæc litteræ non sunt ex illis, de quibus possit dici: Tam facile refellitur, quam profertur.* Et fabula iterum sibi ipsi non coheret. Lucet ex his verbis: Consequens fuit, ut eundem ab omni hæresis macula mundum iudicaret. Certè Pontifex iudicare non potuit, nisi per iudicium.

Paschasius Quesnellus compendio exponit Theodoretis adversitates, ejusque ab Ephesino Latrocinio degradationem, & prosequitur: *Hoc ubi refertur Theodoretus, doluit ipse vicem suam, quidque caperet consilii in tanta rerum perturbatione apud se cogitans, circumspiciensque omnes Orientalis Ecclesiæ Episcopos, aut etiam seculi Potestates, neminem invenit quem adire, vel cui suas querelas deferre posset. Chrysostomus enim, cuius consilio agebatur Imperator, Eutychis Patrocinium palam & publicè susceperat. Augustus ipse hæreticorum arte delusus Pseudo-Synodi sententiam auctoritate sua tuebatur. Dioscorus totius illius tempestatis erat auctor, & artifex præcipuus. Dominus similem cum Theodoro depositionis sententiam exceperat. Constantinopolitanus Episcopus per Eutychianorum scelus & immanitatem supremum diem obierat. Quid restabat Theodoro agendum, Orientalibus penè omnibus vel furentibus, vel oppressis, vel ne hiscere quidem audientibus, nisi ut ad Occidentales sese converteret, eorumque fidem ac Religionem sollicitaret? Dedit igitur litteras ad Leonem, tanquam Occidentalium Patriarcham, omnium Episcoporum Caput, ac communem totius Ecclesiæ Patrem, ejus, omniumque pariter Occidentis Episcoporum opem implorans. Et adjungit verba Liberati Diaconi: Theodoretus Episcopus Papæ suggestit, quanta mala periculorè ex insidiis Dioscori, rogans ut celerius tali causæ subveniretur per alium Convocatum Episcoporum. Ex ipsis, quoniam Romanæ appellationis non meminerunt, concludit Theodoretum non ad solum Pontificem, sed ad Generale Synodum provocasse.*

Respondeo Theodoretum ab inflata degradationis injuria nec per Dioscorum, nec per Donnum, nec per Flavianum, nec per illum Orientalem Episcopum, nec item per imperii Potestates, sed juvari potuisse per solum Romanam Ecclesiam. Quis unquam Patriarcha damnatum à Generali Synodo Episcopum reconstituit, aut reparavit? Adducatur authentici exemplum. Et ista omnia Theodoretus optime noverat. Etenim de Sancto Pontifice

Julio, Sancti Athanasii appellationem admittente, ac ipsum reveſtiente, scripsit in Ecclesiastica Historia: *Julius Ecclesiasticam sequens regulam, & ipsos Romam venire iussit, & Divino Athanasio ad iudicium diem dixit.* Ex eadem Regula Theodoretus, dum solo circumscripto per Principem exilio ligabatur, per fugium fecit ad omnes Imperii Ministros, & notos & ignotos; ac verò ubi accepit Synodale degradationis vinculum, ad solam confugit Romanam Ecclesiam. Quidquid ad alios scripsit, scripsit eo fine, ut Romam permitteretur accedere. Nempè claves, quibus Synodalia possint solvi vincula, Christus Dominus posuit in ista sola Cathedra. Porro Liberatus Diaconus adductis per Paschasium Quesnellum verbis adjungit: *Ne hæretica Eutychis dogmata permanerent à Dioscoro confirmata.* Horum nihil Theodoretus habet in illa, quæ nobis superest, ad Leonem epistola. Proinde plures scripsit ad Pontificem litteras. Per alias suam appellationem ab ipso solo, per alias supplicavit fidei causam retractari ab alia Synodo. Dedit prudentissimum consilium. Hinc Liberatus prosequitur: *Fortissimus Leo, audiens Legatorum suorum suggestionem, & Theodoretis querelas suscipiens, litteris suis Theodosium Imperatorem & Pulcheriam Augustam petit, ut fieret intra Italiam Generale Concilium, & aboleretur error fidei per violentiam Dioscori factus. Valentinianum autem Imperatorem, & Eudoxiam uxorem deprecatus est, ut Imperatorem Theodosium hortarentur aliam fieri Synodum ad retractanda illa, quæ à Dioscoro malè acta & perpetrata fuerant in damnatione Flaviani Episcopi, & Orthodoxorum depositione. Rogavit fieri Synodum non ad Flavianum ac alios degradatos Episcopos reveſtandos, sed ad ipsorum causam retractandam, & præsertim ad abolendum errorem fidei. Rogavit motus à Legatorum suggestione, & Theodoretis querimoniis. At verò Legatorum suggestionem audivit in sua Romana Synodo: Proinde isthæc audivisse videtur etiam Theodoretis querimonias, ac ipsum reveſtisse.*

Paschasius Quesnellus pergit: *Sed ipsum Theodoretum audiamus, ita Leonem nostrum pro se alloquentem. Ego autem, inquit, Apostolicæ vestræ Sedis expecto sententiam, & supplico & obsecro vestram Sanctitatem, ut mihi invocanti justum vestrum & rectum iudicium opem ferat, & jubeat ad vos venire, & ostendere meam doctrinam vestigia Apostolica sequentem. Quibus verbis duo mihi postulare videtur Theodoretus. Primum quidem ex Sancti Leonis sententia & consilio, tanquam Prudentissimi, Pissimique Præfulis, doceri cupit, an iudicio Dioscori ipsum stare satius sit pro Ecclesiæ pace, quam altarum Synodorum Tribunal pulsare, quod quidem novarum fortè turbarum occasio esse poterat. Et hic quidem est primorum verborum sensus: Apostolicæ vestræ Sedis expecto sententiam. Quam interpretationem non ex nostro, sed ex ipsius Theo-*

Theodoretis natam ingenio verba sequentia comprobant. Nempè hæc verba: *Antè omnia autem rogo, ut sciam à vobis, an in injusta hac depositione oporteat acquiescere, an non. Vestram enim expecto sententiam. Et si iudicatis me stare iusseritis, stabo; nec ulli deinceps homini molestiam exhibebo, sed quod fecisti non potest, Dei & Salvatoris nostri iudicium expectabo.* Respondeo hæc verba, Apostolicæ vestræ Sedis expecto sententiam, exponi ab immediatè sequentibus: *Supplico & obsecro vestram Sanctitatem, ut mihi invocanti justum vestrum & rectum iudicium opem ferat.* Palam exposulat non consiliarem, sed iudicalem sententiam. Hinc adjungit: *Et jubeat ad vos venire, & ostendere meam doctrinam vestigia Apostolica sequentem.* Ostendere in retractatorio iudicio. Proinde Theodoretus toto contextu supplicat è duobus unum: Aut causam suam judicialiter retractari, aut certè se, si aliud videatur, paternè doceri, quò possit se recipere ad suæ Professionis Monasterium, atquè illic in silentio expectare sententiam supremi iudicis. Hiscè etiam paternis Monitis spondet acquiescere, & deinceps non cogitare de humano auxilio. Quod ad suæ Professionis Cœnobium redire cogitavit, demonstrant ejus litteræ ad Anatolium Patrium. Hic est verus litterarum sensus.

Paschasius Quesnellus pergit in suo istius epistolæ Commentario: *Alterum quod sciscitatur Theodoretus, hoc est, ut si iudicaret Sanctus Leo standum non esse Dioscori sententiæ, aliud Concilium in Occidente Apostolica auctoritate haberetur, ad quod ipse convolare posset, ab injusta sententiâ absolventis. Is est superius descriptorum verborum sensus. Nempè horum verborum: Obsecro vestram Sanctitatem, ut mihi invocanti justum vestrum & rectum iudicium opem ferat, & jubeat ad vos currere. Hunc sensum affirmat perspicuè elici ex litteris ad Renatum Presbyterum Romanæ Ecclesiæ: Tuam oro Sanctitatem, ut persuadeas SS. Archi-Episcopo, ut Apostolica utatur auctoritate, & præcipiat ad vestrum convolare Concilium. Et ex epistola ad Anatolium Patrium: Hanc gratiam ab Imperatore obtineas, ut ad Occidentem accedam, & ab illis SS. Episcopis iudicet.* Respondeo in datis ad Pontificem litteris nullam penitus fieri memoriam Synodi. Theodoretus invocat justum & rectum iudicium solius Leonis. Utrique suæ appellationis retractatorium. Et ad ipsum subeundum supplicat evocari ad urbem. Supplicat solvi à Regio circumscripti exilii vinculo. Et ut ad istam solutionem Pontifex utatur Apostolica auctoritate. Ex quo palam discimus Papalem auctoritatem etiam tunc omnibus istiusmodi Regiis in Episcoporum personas & causas violentiis prævaluisse. Attamen fateor has Theodoretis litteras cum aliis ad Renatum Presbyterum & Anatolium Patrium datis nullatenus pugnare. Etenim non quaecumquè, sed Romano Presbytero scribens laudat vestrum Concilium. Et in litteris ad Anatolium rogat ab illius Episcopis iudicari. Palam laudat Concilium Romanæ Provincie, in quo Pontifex consuevit istiusmodi causas retractare. *Christi Lupi Opera T. VIII.*

Pontifex isthæc est omnia. Hinc ad Chalcedonensem Synodum & gloriosissimi Judices, & Apostolici Legati dixerunt Theodoro esse à solo Leone redditum Episcopatum, ac Episcopalem communionem.

Paschasius Quesnellus pergit in suo Commentario: *Sive autem Concilium istud, quod adire optat Theodoretus, ex solis Italici Tractus Episcopis componi velit, sive ex omnibus Occidentalium partium Præfulibus, perinde est mihi. Et si enim illorum solummodò Episcoporum Concilium postulatum esse concesserim, quibus ex proximis Provinciis ad Romanum Pontificem concurrere solenne erat, non esset sententiæ nostræ adversum. Quoniam manifestum est tale Concilium à Theodoro non ex juris necessitate esse postulatum, sed ex ipsius litigantis arbitrio, cui liberum fuit juxta Ecclesiæ Africanæ morem, & Carthaginensis Concilii Decretum, iudicium sibi deligere apud Occidentalium Episcoporum Synodum, ea lege ut quaecumquè à delectis sponte propria iudicibus emitteretur sententia, ei sese irrevocabiliter submitteret. Ex spontaneo igitur delectu, non ex necessitate Romani Pontificis Synodum convenisse dicendus erit Theodoretus, si ad eam solum provocavit. Si enim ad hoc iure teneretur, ut quid vereretur, ne preces suæ à Pontifice non admitterentur, nec suum effectum recursus sortiretur? Cur Renati Presbyteri gratiam capiat, ut ipso agente, ac stante ad Concilium Occidentis convolare ipsi permitteretur? Cur hortatur Romanæ Ecclesiæ Archidiaconum, ut Sancti Leonis zelum accendat? Quam denique ob causam se ipsius iudicio, quaecumquè esset, assensurum atquè adhaesurum spondet? Talem enim sponsonem nemo est, qui non videat, si de iudicio agatur, quem adire, & cui obtemperare necessitas fuerit. Tunc enim, velit nolit is qui appellat, nec licet ei iudicium declinare, nec sententiæ obedientiam deirectare. Non incongruè talis sponso permittitur, cum iudicium à delectis ipsius litigantis arbitrio iudicibus postulatur, ne isti iudicandi onus à se removerent. Quamquam hæc dicimus de Romana Synodo, probabilius tamen existimamus de universaliori Occidentis Concilio cogitasse Theodoretum, cum absolutè ad Occidentem accedere, & ab Occidentis Episcopis iudicari exoptet.*

Reverendus ille Pater renovat & confirmat suam doctrinam, qua supra dixit Orientalem Ecclesiam isto tempore non pependisse ab ore Occidentalis, ideòque illius iudicia ad hujus retractatorium Tribunal non potuisse devocari, nisi dum ultra deferrentur. Cum Eusebiana Factione & ejus Philippo-Politano Conventiculo palam lacerat unitatem Catholicæ Ecclesiæ. Etenim membra ab invicem independentia non possunt unum corpus componere. Requiritur unum caput, quod communi influxu omnia membra uniat. Et ut errori fucum addat, fingit Orientalem Ecclesiam vixisse juxta Canones Africanos. Quin & ipsis abusis evertit sua nugamenta. Etenim Africani Episcopi nequibant suarum causarum iudices deligere extra Diœcesim, & forsitan nec extra Provinciam. Præterea electio debebat ex mutuo consensu fieri. At verò Theodoretus



nec intra Orientalem Diocesim, immò nec intra omnem Orientalem Ecclesiam, nec item de Ephesini, cum quo contendebat, Latrocinii consensu elegit, ideoque nulla hic est species electi Judicii. Eligendi Leonis fundamentum non est quarendum per conjecturas. Ipsum lucidissimis verbis Theodoretus edicit in suis ad Leonem litteris, quæ videntur esse ipsum appellationis instrumentum: *Si Paulus Præco veritatis, tuba Spiritus Sancti, ad Magnum Petrum se contulit, ut eis qui Antiochia de legali conversatione ambigebant, explicationem ab illo referret, multò magis nos humiles & pusilli ad Apostolicam Sedem vestram accurramus, ut Ecclesiarum remedia à vobis accipiamus. Vobis enim Primas in omnibus tenere convenit. Multis si quidem prærogativis ornatur Sedes vestra. Et enim alias urbes ornat vel magnitudo, vel pulchritudo, vel habitatorum frequentia. Nonnullas etiam quæ his carent spiritualia quædam dona illustrant. Vestre verò bonorum affluentiam omnium largitor dedit.* Loquitur cum Sancto Bonifacio Pontifice, scribente Nicænam Synodum nihil fuisse ausam constituere supra Sancti Petri Cathedram, quoniam sciebat ipsi à Domino concessa esse omnia. An Theodoretus epistolam viderit, ignoro: Interim eodem modo loquitur. Hunc Primatum variis encomiis illustrat, & disertis verbis exprimit in epistola ad Renatum Presbyterum: *Habet SS. illa Sedes Ecclesiarum, quæ in toto Orbe sunt, Principatum multis nominibus. Atque hoc ante omnia, quod ab hæretica tæbe immunis mansit, nec ulius contraria sentiens in illa sedit, sed Apostolicam gratiam integram conservavit.* Affirmat nobilitatem Romani Primatus portionem esse plenam ac perpetuam in dirimendis fidei controversiis infalibilitatem. Proinde appellandi Leonis fundamentum non fuit libera Theodoretici electio, sed suprema Romanæ Ecclesiæ autoritas, in qua semper viguit Apostolicæ Sedis Principatus. Sensus sua abundè exposuit in Ecclesiastica Historia, enarrans Romanam appellationem Sancti Athanasii, & aliorum Orientalium Episcoporum.

Quæ Paschasius Quesnellus adducit pro suis commentis, sunt nugamenta. Primum est in his verbis: *Si ad hoc Jure teneretur ut quid vereretur, ne preces sue à Pontifice non admitterentur? &c.* Respondeo Theodoretum Jure non fuisse obligatum ad appellandum: Poterat enim juri suo cedere, & dare locum Latrocinialibus furoribus Dioscori. Attamen dum appellare voluit, non potuit nisi ad Apostolicam Sedem, aut ad Generalem Synodum. Verùm hæc erat remotissima. Etenim Latrocinialia Acta Imperator Theodosius pleno impetu sustinebat, & forsitan tunc confirmaverat. Nullis precibus aut rationibus se permittebat ab ista iniquitate dimoveri. Lucet ex ejus Rescriptis ad Imperatorem Valentinianum, ad Gallam Placidiam, & ad alios. Hinc prudentissimè Theodoretus se convertit ad Sedem Apostolicam. Et quo ejus appellatio admitteretur, rectissimè adjunxit preces apud Pontificem, & varios Intercessores. Quod nempe ejus causa

esset suspecta atque difficilis. Erat non solummodò degradatus ab Ephesino Latrocinio, sed insuper per severa, & Latrocinio anteriora Imperatoris Decreta ligatus intra propriam civitatem: Suspectus & de Nestoriana hæresi, & de multa turbulentia. Et suspicio non erat temeraria. Ei Theodoretus fundamenta ac fomenta dederat per variam petulantiam in Sancti Cyrilli non sola Capitula, sed insuper personam. Etiam post initam Ecclesiarum pacem, & post Sancti Cyrilli mortem. Accedebant ejus imperus pro libris Diodori ac Theodori, quos constabat Nestorio fuisse fontes perfidie. Quare merito timebat sibi evenire, quod evenit ejus Patriarchæ Domino. Ne Magnus Leo degradationem duceret ratam, atque ita ejus appellationem abiiceret. Hinc non sine rationibus preces admovit ac Intercessores. Notanda sunt precum verba: *Apostolicæ vestre Sedis respectu sententiam. Justum vestrum judicium invocanti opem ferat. Jubeat ad vos venire, ne ad vos contenderem, Regiarum litterarum vincula retinuerunt. Apostolica Potestate utatur. Ad Concilium vestrum advolare præcipiat.* Ista omnia nullatenus cadunt in electum Judicem. Hic quippe non ex sua Sedis auctoritate, sed operatur ex solo consensu patrium. Et quomodò hic consensus, qui tamen hic non adfuit, poterat Leoni dare potestatem solvendi vinculi, quo Princeps Theodoretum ligaverat? Privatè id spectat ad Sancti Petri privilegium.

Alterum nugamentum est in his verbis: *Quam denique ob causam se ipsius judicio, qualecumque esset, assensurum atque adhaesurum spondet, &c.* Respondeo id spondidisse ob præfatam suspitionem de inquietudine ac turbulentia. Etenim in prima apud Ephesum Synodo Theodoretus in famosa Joannis Patriarchæ Antiocheni adversus S. Cyrillum & Synodalia Acta rebellionem fuerat omnia. Joannes erat tunc novellus Episcopus, ideoque eminentem scientia Theodoretum audiebat & sequebatur in omnibus. Theodoretus igitur apud Ephesum nullius judicio acquiescere voluerat: Nec Synodi, nec Principis, nec Pontificis. Et factam postmodò Ecclesiarum pacem quomodò observaverit, docet ipsi infligendum à Principe exilium. Idem demonstrant ejus Scripta ac Declamata in defunctum Sanctum Cyrillum. Quare apud Romanam Ecclesiam poterat merito esse suspectus, ne suum Nestorium imitatus sperneret ejus judicium, & ab ipso provocaret ad Generalem Synodum. Hinc in litteris ad Renatum Romanæ Ecclesiæ Presbyterum seriò spondet, se qualecumque Leonis sententiæ acquieturum, ac deinceps non cogitaturum de aliis humanis Judiciis. Hæc Paschasii Quesnelli nugamenta Romanum Pontificem palàm redigunt in ordinem. Ejus Primatum contrahunt ad solum honorem nominis & loci. Etiam intra proprium Patriarchatum. Sunt non dumtaxat adversus Papale, sed etiam adversus Patriarchale Privilegium attentata manifestò schismatica, ideoque per Romanam Ecclesiam non solis Apostolicis, sed etiam Regiis Edictis damnanda ac opprimenda.

Rede-

Redeamus ad præfatam Reverendum Patrem: *Acceptis porrò Theodoretici, & aliorum litteris, auditaque Hilari Relatione, quid Theodoro rescripsit Sanctus Leo ignoramus; quid egerit, inquirimus. Intellexit statim Pontifex post Ephesinum Latrocinium opus esse Concilio, eoque Generali, ut ex ejus litteris ea de re ad Augustum scriptis clarum est. Verùm pro restituendo Theodoro neque Provinciale, neque Generalem Synodum necessariam esse duxit: Quoniam pro deposito habendus ille non erat, in quem non Concilium, sed Latrocinium, non Episcopus, sed Prædo improbus depositionis sententiam ferre conatus fuerat. Quod ita apud omnes certum erat, ut quidquid in illo miserando Ephesi Conventu factum erat pro infecto ab omnibus passim Catholicis haberetur. Unde Leo monet Constantinopolitanos, ne à Sacerdote suo, qui similem cum Theodoro exceperat depositionis sententiam, ulla eos formido diuallat. Hoc ipsum quod ab Imperatore Theodosio poscebat Leo noster, cum rogabat eum, ut omnia in eo statu esse juberet, in quo fuerant ante omne Judicium, donec major ex toto Orbe Sacerdotum numerus congregaretur. Cui postulationi annuit pro Theodosio Maritimus, cum in ejus mortui locum suffectus est: Qui & majorem revera ex toto Orbe Episcoporum Synodum congregavit, & eidem jussit interesse Theodoretum.*

Errores varii. Primus est, quod Magnus Leo pro restituendo Theodoro neque Provinciale, neque Generalem Synodum duxerit esse necessariam. Quod nullam duxerit necessariam, & ego profiteor: Verùm ex alia radice. Ego enim profiteor Romani Episcopi potestatem, qua appellantes ad se Episcopos possit etiam in suo Presbyterio revestire, ac ex integro reparare; at verò Paschasius Quesnellus censet Theodoretum tali revestimento non indignis, ideoque nec ejus appellationem in ulla Leonis Synodo fuisse auditam aut admittam. Est manifestus error. Etenim Hilarus Romanorum Archidiaconus disertè scripsit ad Sanctam Imperatricem Pulcheriam: *Vestra veneranda Clementia cognoscat à Reverendissimo Papa Leone cum omni Occidentali Concilio reprobari omnia, quæ in Epheso contra Canones per tumultus & odia secularia à Dioscuro Episcopo gesta sunt, & nulla ratione hæc in his partibus posse suscipi.* Disertè affirmat Latrocinialium Actorum Apostolicam reprobationem esse decretam in Occidentis Concilio. Uti Domni damnationem Leo Synodaliter confirmavit, ita aliorum Episcoporum damnationem exufflavit, aut potius suspendit. Juxta Sardicenses Canones. Et hujus sui Synodalis Judicii executionem postulavit ab Imperatore Theodosio, sed impetrare non potuit.

Hinc secundus error est, quod Theodoretus & alii ab Ephesino Latrocinio damnati Episcopi essent citrà omnem Romanæ Ecclesiæ judicium habendi pro non damnatis. Etenim longè aliud in prima apud Ephesum Synodo censuit Sanctus Cyrillus. Eum facinorosa Joannis Antiocheni Patriarchæ Factio degrada-

verat. Et cum ipso Memnonem Exarchum Ephesiorum. Erat manifestè attentata sententia. Etenim Cyrillus erat non solummodò secunda Sedis Episcopus, in quem tertia Sedes nihil omnino poterat, sed insuper erat prima Sedis Legatus, ac Præses Synodi. Et hinc Acacius Melitenensis Episcopus, secunda Armeniæ doctissimus Metropolita, censuit sententiam illam esse non Episcopale Judicium, sed hostile convitium, ideoque spernendum ab omnibus, ac extirpandum. Eiusdem opinionis fuit tota Synodus. Etenim omnes ejus Episcopi infligam sibi ab eadem Factione excommunicationem constanter spreverunt: Perrexerunt & sibi mutuo, & Sancto Cyrillo in omnibus Divinis atque humanis communicare. Ita lucet ex præfati Joannis litteris ad istos Episcopos. At verò Sanctus Cyrillus nec ad Synodi Præsentiam, nec ad Episcopi Ministerium resumenda induci potuit, nisi causa retractata ac judicata per novos Legatos Pontificis Cælestini. Ista omnia Theodoretus viderat: Ut potè Patriarchæ Joannis non solummodò adiutor ad istas turbas, sed & incensor, & forsitan primus author. Hinc postmodò in eandem, in quam Sanctum Cyrillum iniquissimè conjecerat, injuriæ & calamitatis foveam à Dioscuro coniectus agnovit nullum esse emergendi auxilium, nisi ab Ecclesia Romana. Noverat vetustam totius Ecclesiæ Regulam, quæ sancit iniqua etiam anathemata esse metuenda ac veneranda. Et ipse singulares causas habuit istius timoris. Etenim propter multam in Sancti Cyrilli Capitula petulantiam hærebat in eodem luto cum suo Patriarcha Domino. Immò in scædiori. Quoniam Author fuerat omnis istius petulantiae. Hinc non vanè metuebat, ne & sua damnatio à Magnò Leone confirmaretur. Sanè solum Domni exemplum abundè evincit Latrociniale Dioscori Judicium non potuisse sperni sine Romana auctoritate.

Tertius error est, quod istud Latrociniale Judicium ab omnibus passim Catholicis haberetur pro infecto. Etenim Imperator Theodosius ipsum pro infecto adeò non habuit, ut suis legibus confirmaverit, & jussit sanctissimè observandum. Antiochenam, Edesienam, Parrhensem, ac Dorylæensem Ecclesias quis dubitet fuisse Catholicas? Et tamen pro suis apud Ephesum degradatis Episcopis alios ordinarunt. Antiochena pro Domino Maximo, Edesiense pro Iba Nonnum, Parrhensis pro Sabiniano Athanasium. Fama volabat, quod etiam Dorylæensis superordinasset. Et quidem Nonnus ac Athanasius usque ad Chalcedonensem Synodum pacificè sederunt. Quod nempe Ibas & Sabinianus non invocassent Sedem Apostolicam. Et Nonnus à Chalcedonensi Synodo non fuit tractatus uti intrusus. Etenim Edesiense Ecclesia, ac in ipsam restitutus Ibas fuerunt obligati ad ei præstandas pensiones. Quod nempe, Iba non appellante, ejus consecratio non

non impigisset in Sardicenses Canones. Et in Chalcedonensi Concilio plures Episcopi Romanam Theodoretum revestitionem censuerunt obreptitiam, ideoque adversus ipsam potentissimè intercesserunt. Proinde ejus degradationem non habuerunt pro infecta. Hinc Hilarus Romanorum Archidiaconus scripsit ad Sanctam Imperatricem Pulcheriam: *Nulla ratione hæc, utique Ephesina Acta; in his partibus suscipi possunt. Quod nempe illa apud Orientem susciperentur. Occidens suscipere non voluit propter Magni Leonis Synodum, quæ omnia cassaverat, Omnia ad ipsam delata. Quare non cassavit damnationem prætorum Ibas ac Sabianæ. Quod nempe non invocassent Sedem Apostolicam. Quin immò Domini degradatio fuit istis confirmata.*

Quartus error est, quod Imperator Martinus Theodoretum sua autoritate citrà prævium Magni Leonis Judicium jussit adesse Chalcedonensi Concilio. Etenim Gloriosissimi Judices diserte ad plenissimam Synodum dixerunt contrarium: *Ingrédatur & Reverendissimus Episcopus Theodoretus, ut sit particeps Synodi, quia & restituit et Episcopatum SS. Leo, & sacratissimus Imperator sanxit eum adesse Sanctæ Synodo. Sanxit exequens judicium Magni Leonis. Non definitivum, sed revestitorium. Et hinc discimus rationem, ex qua nec Ibas, nec Sabianus; nec alii apud Ephesum degradati Episcopi fuerint participes Chalcedonensis Synodi. Quin immò Nonnus & Athanasius habuerunt illic confessum & suffragium. Nempe quod isti non invocassent Sedem Apostolicam; ideoque per Magnum Leonem non fuit sententia revestitio. Eadem ratione idem Pontifex Constantinopolitanæ civitatis Clerum ac Populum habebatatus est, ne Flaviani communionem desererent; aut ipsi vivo permitterent suscipi ordinari: Quod nempe appellatam Flavianum revestisset. Et omnes ante Theodosii oculos obedierunt. Plus absenti Pontifici detulerant, quam præsentii Imperatori. Quid opus multis? Gloriosissimi Judices post plenè retractatam Theodoretum causam denuò dixerunt ad Synodum: *Omnis jam dubitatio de Theodoro, Reverendissimo Episcopo, est soluta. Quippè & Nestorium coram nobis anathematizavit, & à SS. Archi-Episcopo senioris Romæ Leone susceptus est, & destinationem fidei à Religiositate vestra prolata libenter suscepit, & insuper Epistole memorati Sanctissimi Archi-Episcopi Leonis subscripsit. Docetigitur, ut sententia proferatur à Reverentia vestra, ut Ecclesiam suam recipiat, sicut & Sanctissimus Leo Archi-Episcopus judicavit. Omnia in revestitorio Leonis Decreto fundant, nihil in Edicto Martiani.**

Paschasius Quesnellus verba multiplicat, & prosequitur: *Ex dictis manifestum est Leonem nostrum nullum habuisse judicium ad causam Theodoretum ventilandam, sed eidem communionem non interrupta fuisse conjunctum, ejusque litteris revestisse nec standum esse judicatis, nec exspe-*

*standum ei esse aliud judicium, ut Ecclesiam suam solito more gubernaret. Quoniam quæ gesta erant Ephesi per unius hominis impudentiam, nulla Catholice fidei ratio rata esse permittebat. Eo libentius autem sententiam adversus Theodoretum latam pro nulla habuit, quod de ejusdem fidei integritate novum ex Oriente testimonium ad ipsum fuit delatum. Ex litteris enim Anatolii Constantinopolitani Episcopi rescripserat Theodoretum Encyclicæ ad Flavianum epistole ultrò subscripsisse, nec Nestoriana, Eutybianaque solim dogmata damnaße, sed ipsi etiam Nestorio & Eutyebi anathema dixisse. Illud enim præstitum esse ab omnibus Episcopis, qui Antiocheno suberant, quorum unus erat Theodoretus, discimus ex epistola Leonis nostri ad Paschasium Lihbetanum, quam nunc primum in lucem emittimus. Ex hujusmodi subscriptione, vel etiam ex epistola, quam ad Leonem scripserat Theodoretus, intellexit Romanus Pontifex, judicavitque ipsum ab omni hæresis macula immunem, nihilque hac ex parte obstarè, quominus suam ei communionem more solito impartiret, & illæ suam Ecclesiam cum pace Ecclesiastica retineret. Tale est Sedis Apostolicæ judicium, ut ego quidem reor, de quo in hac epistola, quam commentamur, mentio facta est, quod quidem non demonstrat restitutam esse Judiciali Pontificis sententiam suam Theodoro Sedem, sed amotam solum nonnullam erroris suspicionem, quæ ei fortè vel ex antiquis cum Cyrillo concertationibus indæ-*

*serat. Iterum errores varii. Primus est, quod Magnus Leo nullo habito Judicio Theodoretum reparaverit, ac jussit solito more gubernare Ecclesiam. Eruditissimum ac Sanctissimum Pontificem infamat de horrenda prævaricatione. Etenim de Ebbonis Remensis Ex-Episcopi causa ad tertiam Sueslionensem Synodum rectè scripsit Nicolaus primus Pontifex: *Porro si quispiam Sedem Apostolicam, per Sergium S. memoratæ Papam, Ebbonem quondam Archi-Episcopum indignum Clericali communionem sanxisse perhibet, noverit quoniam talem Sedes Apostolica debuit Ebbonem, donec Synodali ejus examine causa discuteretur, habere; qualem ab aliis habitum non ignorabat. Statutum quippè in magna & veneranda Nicæna Synodo legerat: Ut de his qui communionem privantur, seu ex Clero, seu ex Laico ordine, Episcoporum per unamquamque Provinciam sententia Regularis obtineat, ut hi qui abjiciuntur, ab aliis non recipiantur. Requiritur autem, ne pusillanimitate, aut contentione, aut alio quolibet Episcopi vitio videatur à Congregatione seclusus. Donec igitur auctoritate sua de hujusmodi pusillanimitate, aut contentione, aut alio quolibet vitio examinatio vel dijudicatio proveniret, Sedes Apostolica nihil agere debuit, nisi quod egit. Videlicet ut ab aliis abjectum ipsa nequaquam indiscussè suscipere. Præcipue cum prædictus Ebbo non quasi pro depositione queritans, & restitui legitime velens examine præcedente, Sedem Apostolicam appellaverit, sed à contumacibus suavis, & bis junctus**

*repente & reconciliari ab ea, & Pallio decorari querens, & quasi Episcopus inter Episcopos, nulla suæ causæ discussione præveniente, poscens, ad eandem summam Sedem accesserit, à qua reprobatu ab aliis merito debuit reprobari, donec supplex ab ea Sede posceret Canonice adjuvari. Hunc turbidum ac facinorosum procedendi modum Paschasius Quesnellus impingit Magno Leoni. Sanè si tali via Theodoretus fuisset in Episcopalem communionem ac revestitionem intrusus, in Chalcedonensi Synodo Aegyptii ac alii Episcopi, qui ipsum pessimè averfabantur, istud vitium in suis iteratis intercessionibus nequaquam tacuissent. Profecto Theodoretus non violenter, quomodo Ebbo, revestiri voluit, sed invocavit justum & rectum Leonis Tribunal, exspectavit Sedis Apostolicæ sententiam, rogavit judicium ex scriptis ab ipso libris constitui: Et Magnus Leo taliter omnino fecit. Lucet ex Gloriosissimorum judicium ad Chalcedonensem Synodum interlocutione, qua postularunt definitivam pro Theodoro sententiam: *Sententia proferatur, ut Ecclesiam suam recipiat, sicut & Sanctissimus Leo Archi-Episcopus judicavit. Nisi forsitan Paschasius Quesnellus censet judicium istud fuisset non Synodale aut Episcopale, sed Doctorale: Quale hodie faciunt Magistri nostri, dum de aliquo excommunicationis valore consulti respondent. Et hunc esse ipsius sensum, qui Apostolicæ Sedis dignitatem manifestè everit, multa suadent.**

Secundus error est, quod Magnus Leo ex Anatolii Constantinopolitani litteris, Maximi Patriarchæ Antiocheni Tractoriam laudantibus, fuerit permotus ad Theodoretum revestendum. Etenim Anatolius non fuit à Magno Leone in Regiæ civitatis Episcopum confirmatus, ideoque nec ipsi per litteras communicavit, nisi post Theodosii mortem, & Imperio admotum Martianum. At vero Theodoretus palam appellavit, ac revestitus fuit vivente Theodosio. Lucet ex ejus verbis: *Quandoquidem ne ad vos contenderem, Regiarum litterarum vincula retinuerunt, quemadmodum & alior. Istud vinculum Martinus nec ad unam horam continuavit. Lucet ex Sanctæ Imperatricis Pulcheriæ ad Magnum Leonem litteris, scriptis statim post suum cum Marciano Virginali Conjugium: *Super hæc autem sciat tua Sanctitas, quoniam Præcepto nostri Domini, & tranquillissimi Principis mei Conjugis, in gloriosam civitatem Constantinopolim S. memorie Episcopi Flaviani corpus allatum est, & in Basilica Apostolorum, in qua consueverunt Prædecessores Episcopi sepeliri, competenter est positum. Et hos similiter Episcopos, qui propter eandem causam, quoviam cum Sanctissimo Flaviano ad concordiam Catholice fidei concurrerant, ex illo deputati sunt, reverti debere, robore Pragmatici sui præcepit, quatenus per approbationem Synodi, atque sententiam omnium Episcoporum conventum, Episcopatum & Ecclesiam proprias recipere mereantur.**

Hoc Martiani Pragmaticum laudarunt in Chalcedonensi Synodo Gloriosissimi Judices: *Ingrédatur & Reverendissimus Episcopus Theodoretus, ut sit particeps Synodi, quia & restituit et Episcopatum SS. Archi-Episcopus Leo, & sacratissimus Imperator sanxit eum adesse S. Synodo. Et infra: *Præjudicium ex persona Reverendissimi Theodoretii Episcopi non generabitur, reservata videlicet post hæc omni accusatione, & vobis & illi, & quæ invicem exercere volueritis. Nempe Magnus Leo Theodoretum non plenè reparaverat, sed dumtaxat revestiverat, retractatorium definitivæ causæ judicium reservans ac transmittens ad futuram Synodum. Et hoc ejus judicium Martiani plenè confirmaverat per Pragmaticum. Hinc Gloriosi Judices utuntur verbo, *Sanxit: Est correspondens Pragmatico. Etiam Maximus Antiochenus non emisit laudatam Tractoriam, nisi jam per Leonem in Episcopatu confirmatus. Proinde ista omnia sunt Theodoretum revestitione posteriora, ideoque Magnum nostrum Pontificem non potuerunt permovere ad illum revestendum. Insuper Maximi Tractoria dirigi non potuit ad Sanctum Flavianum. Etenim Maximus fuit consecratus ab Anatolio, quem Paschasius Quesnellus redè scribit non fuisse ordinatum, nisi post mortem Sancti Flaviani. Et hic est tertius, ad rem tamen præsentem non pertinens, istius viri error.***

Interim pergit nos fatigare multis verbis: *Enim verò si eam ob rem restitutum à Sede Apostolica Theodoretum contendat, quia eum communionis suæ sine complexu est, quidni à cæteris quoque Episcopis restitutum eum pronunciet, cum & Maximus Antiochenus, ejus Primas, & Anatolius Constantinopolitanus, & alii plurimi Antistites Orientalium partium, communionis cum eo nexum vel abrupserint nunquam, vel mox religaverint. Quamquam Romani Pontificis votum, ejusque communionis suffragium præ cæteris habitum esse quis velit diffiteri, utpotè Primatis omnium Sedis Episcopi, viri insuper Sanctissimi, Doctissimi, & in hac præsertim causa Catholice fidei strenui Defensoris? Rem tamen totam ex Leonis Facto finitam esse asserere non possumus, cum eam rursus ad incudem vocatam à Patribus Chalcedonensibus, notum sit cuiuslibet hujus Synodi Acta recententi. Idque factum est ex ipsius Sancti Leonis mente. Cum enim post Ephesinam Pseudo-Synodum posuisset Sanctus Leo, ut omnibus à Dioscuro Decretis supersederetur, & omnia in eodem statu essent, in quo fuerant ante omne judicium, donec major ex toto Orbe Sacerdotum numerus congregaretur, hoc procul dubio Pontificis erat consilium, ut majoris hujusmodi Episcoporum numeri judicio & examini omnia de novo quasi injudicata subicerentur, ubi primum congregatus esset. Nec est quod quis Theodoretum causam ab ista lege eximendam existimet, cum potius hæc præ cæteris una Synodi examen postularet. Alii enim plerique Episcopi, quos Pseudo-Synodus Ephesina Seditibus suis deiecerat, ante Latrocinium in suspicio-*

non erroris non venerant, ac propterea rescissis Pseudo-Synodi Actis, res illis sua integra erat: Theodoretus autem longè ante Ephesinum Convēntum suspectæ fidei notatus fuerat à Catholica sententiæ propugnatoribus, Nestorio visus erat paritracinari, & ex erroris suspitione ansam arripuerat Imperator eum à Synodo removendi. Quare est & à Leone in communionem receptus, & ad Chalcedonensē Concilium accersitus esset Imperatoris Edicto, non hoc tamen uno diluebantur antiquæ suspitiones, sed futuro iudicio via parabatur, cui & ejus fides discutienda, & Adversariorum accusationes examinandæ servabatur. Inde est, quod Judicibus Laicis introduct eundem in Synodum postulantes juxta Imperatoris Edictum, non pauci aliqui Episcopi, ut videtur nonnullis, sed longè plurimi, Ægyptii videlicet, Palestini, & Illyriciani, clamaverunt. Hos inter Episcopos Illyriciani Ducem habebant Thessalonicensem Episcopum, qui cum vices Romani Episcopi gereret in Illyrico, ab ejus nutu pendebat, nec tamen Apostolicæ Sedis iudicium, quo Theodoretus ab omni hæresis macula mundus pronuntiatus fuerat, obviare credidit, quominus ille à Synodo tanquam de fide ex antiquo suspectus removeretur. Rursum verò instantibus Judicibus eum recipi, vix tandem acquieverunt dicti Episcopi, quasi ex indulgentia ac dispensatione: Non prius tamen quam Maximi Antiocheni Primatis sui testimonio nulla hæretici sensus peste esse infectus Theodoretus probaretur, & insuper pollicerentur Judices nullum ex præsentia illius præjudicium creandum esse; causamque integram futuro examini esse reservandam. His impostis conditionibus tandem admissus est Theodoretus.

Commenta varia. Primum est, quod Theodoretum dicimus à Sede Apostolica restitutum, quia ipsum Leo suæ communionis sinu fuit amplexus. Etenim aliquem sua communione amplexi est ambiguum: Cedit & in integrum Episcopum, & in degradatum. Proinde Theodoretum dicimus à Sede Apostolica restitutum, quia Magnus Leo suæ Sedis autoritate ei reddidit Episcopatum, Episcopalem locum, seu Episcopalem communionem. Secundum est in his verbis: Quidni à cæteris quoque Episcopis restitutum eum pronuncias? Videntur asserere, quod pari Jure Theodoretus potuerit ab ipsis restitui. Pessimè. Etenim quo Jure Orientalis Diocesis Episcopos potuerit restitui à Constantinopolitano? Sed nequè ab Antiocheno potuit. Quod nequè iste aliquid virium haberet in Sancti Generalis Concilii.

Tertium est, quod Anatolius, Maximus, alique plurimi Orientalium Episcopi communionis cum Theodoro nexum vel nunquam abruperint, vel mox religaverint. Etenim Anatolius & Maximus, licet in Ephesino Latrocinio consecrati non fuerint, videntur tamen in ipso fuisse electi. Quidquid sit, Anatolius Diaconus & Apocrifarius, Maximus erat fidelis amicus: Uterque per Latrocinii auctoritatem fuit & electus & consecratus. Hinc cer-

tum est, quod suam à Theodoro communionem abruperint. Istud ipsum fecerunt & plurimi alii Orientalium Episcopi. Etenim ipsum degradaverant, & non statim egerunt poenitentiam sui facinoris. Difficiatio permansit, donec Anatolius & Maximus sui vitiosi Episcopatus sanationem & firmitatem; reliqui verò Episcopi à Magno Leone obtinuerunt sui lapsus veniam, & communionem Romanæ Ecclesiæ. Hanc Theodoretus ante omnes istos obtinuerat, atque ita isti sanati statim ceperunt Theodoro communicare. Omnia per auctoritatem Romanæ Cathedralis.

Quartum Commentum est in his verbis: Quamquam Romani Pontificis votum, &c. Quod votum, quod suffragium? Nec enim hæc in Chalcedonensi Synodo, sed ante ipsam facta sunt per solam Primariæ Sedis auctoritatem. Gloriosissimum Judicium ad laudatam Synodum verba sunt lucida: Leo ei restituit Episcopatum. Verum Reverendus Pater Paschasius Quesnellus Romanam Sedem non plena super omnes auctoritate, sed solius loci dignitate vult esse primariam, ideoque Leonem sine aliis Patriarchis atque Episcopis nihil aut parum circa Theodoretum valuisse. Et hic Primatus est apud ipsum parvi ponderis. Etenim Leonis suffragium censet fuisse præ cæteris æstimumandum, quod esset vir Sanctissimus, doctissimus, & strenuus Defensor Catholicæ fidei. Potius propter personæ merita, quam propter privilegia Sedis.

Quintum commentum est in his verbis: Rem tamen totam ex Leonis Facto fuitam esse, &c. Theodoretum restitutum appellat Leonis non Judicium, sed Factum. Quod nempe istam Judicalem potestatem non agnoscat in Romana Cathedra. Interim & nos Orthodoxi profitemur ex isto Leonis iudicio causam non fuisse finitam. Erat enim dumtaxat restitutorum, non retractatæ ex integro causæ diffinitivum. Etiam Sanctus Julius restituit à se Athanasii causam in Sardicensi, Sanctus Damasus restituit à se Maximi Cynici Actionem in futura plenaria, Sanctus Innocentius restituit à se Joannis Chrysostomi appellationem retractari ac definiri voluit in Synodo Thessalonicensi. Et postmodò Adrianus secundus Sancti Patriarchæ Ignatii quæstiones examinari ab exordio, & definiri permisit in octavo Concilio. Eadem igitur ratione Magnus Leo Theodoretum causam non definivit, sed ipsum solummodò restituit in Episcopum, totius causæ retractationem ac definitionem delegans Chalcedonensi Synodo. Hinc enim ad Synodi Patres dixerunt Gloriosissimi Judices: Præjudicium ex persona Reverendissimi Theodoretum Episcopi nulli generabitur, reservata videlicet post hæc omni accusatione, & vobis & illi, & quæ invicem exercere volueritis. Et hæc omnia sunt omninò facta ex mente Sancti Leonis. Hinc enim post retractatam Theodoretum causam Apostolici Legati dixerunt ad Synodum: Theodoretum Leo in commu-

nionem

nionem suscipit ita, &c. Hoc est, ea lege ut se purgaret de variis. Et hujus purgationis examen ac definitionem Pontifex delegavit Synodo.

Sextum Commentum est, quod Illyriciani Episcopi suæ contra Theodoretum refragatio nis Ducem habuerint suum Apostolicæ Sedis Vicarium, Anastasium Episcopum Thessalonicensem. Etenim Anastasius non adfuit Synodo, sed ejus vices egit Quintillus Heracleensis in Macedonia Episcopus. Etiam Ephesino Latrocinio non adfuit, eaque de absentia gratulatus est ei Pontifex, rogans ut restitui à se Flaviani communionem non desereret. Certum est, quod omnia Leonis contra Latrocinium Decreta, adeoque & Theodoretum restititionem fuerit plenissimè veneratus. Etenim ad Joannem Antiochiæ Patriarcham de Sancti Cælestini in Nestorium Decretis scripsit Sanctus Cyrillus: Macedonia Episcopi à Romani Pontificis sententia nunquam decedere solent. Exstat epistola in prima parte Ephesini Concilii. At cur igitur quidam Illyriciani Antistites Chalcedone noluerunt Theodoretum admittere? Quod ipsum crederent non dumtaxat restitutum, sed integrè reparatum. Credebant ipsum Pontifici per circumscriptiones obrepisse. Hinc ipsum voluerunt discuti, & causam retractari. Lucet ex laudata Gloriosissimum Judicium interlocutione: Reservata post hæc omni accusatione. Dixerunt ipsum solummodò restitutum à Pontifice, plenam retractationem esse transmissam ad Synodum. Et tunc Episcopi isti acquieverunt.

Septimum commentum est in his verbis: Inde est quod Judicibus Laicis introduct eundem, &c. Nullam faciunt Apostolicæ restititionis memoriam Quod nempe ipsam censent parvi aut nullius ponderis. Lucet ex verbis inferioribus, quæ affirmant Theodoretum quæse indulgentia ac dispensatione fuisse admissum. Et fabula iterum sibi non cohæret. Etenim adjungit hæc verba: Nec tamen Apostolicæ Sedis Judicium, quo Theodoretus ab omni hæresis macula mundus pronuntiatus fuerat, &c. Omnipotens veritas etiam ab invitis extorquet sui professionem. Reverendus Pater Paschasius Quesnellus quædam adjungit de suprema Synodorum auctoritate, de Episcoporum in ipsis decisivo suffragio, ac de Papali omnium Chalcedonensium Actorum confirmatione. Non spectant ad præsentem materiam, ideoque sunt alibi discutienda. Eruditio vir dignetur his acquiescere. Etenim existimo me in ipsis à Sanctorum Patrum confessione, ac perpetuo Ecclesiæ sensu non recessisse.

Quod Magnus Leo retractatorum restitui à se Theodoretum iudicium Chalcedonensi Synodo delegaverit, etiam Vigilus Pontifex disertè testatur in suo Constituto de tribus Capitulis: Ne quis forsitan arbitretur ambiguum, quod Legatis atque Vicariis Sedis Apostolicæ à Beatissimo Papa Leone tantum fidei causa, & non etiam

de depositorum incompetenter Episcoporum fuerit revocatione mandatum, novit Beatissimum Papam Leonem sanctæ Chalcedonensi Synodo hæc inter cætera scripsisse dicendo; Quia verò non ignoramus per pravas amulationes Statum multarum Ecclesiarum fuisse turbatum, plurimosque Episcopos, qui hæresim non recipere, Sedibus suis pulsos, & in exilia deportatos, atque in locum superstitum alios substitutos, his primitus vulneribus adhibenda est medicina justitiæ, ne quisquam careat propriis, vel alter utatur alienis. Quæ omnia & per Pontificem, & per Synodum sunt manifestò facta juxta disciplinam Sardicensem. Iterum repeto hanc Romanam Appellationem non fuisse Theodoro primam. Etenim non dumtaxat adversus Sancti Cyrilli Alexandrini & sui Antiocheni Patriarchæ Joannis pacificatoria Acta, sed etiam adversus omnia Sacro-Sancti Ephesini Concilii Gesta appellaverat ad Sixtum tertium. Nec solus, sed unà cum suo Metropolitano Alexandro, cum Helladio Tharsensi, cum Euthero Thyansenis, cum pluribus aliis Episcoporum Provinciis. Nec ad totius Ecclesiæ, aut totius Occidentis Synodum, sed ad solum Pontificem, ad solum Apostolicam Sedem. Nec sine fructu. Eadem igitur ratione nunc adversus Ephesinum Latrocinium invocavit solum Papam Leonem. Insuper Chalcedonensis Synodus cuncta sua de Theodoro Acta ad Leonem retulit, & Leo confirmavit. Ita testatur idem Vigilus. Nempe Synodus ex Vicaria dumtaxat delegatione ista egerat, ideoque firmari non poterant, nisi per delegantis Pontificis auctoritatem. Generales Synodi, quas juxta Sardicenses Canones Papa convocat, omninò tantam ab ipso habent dependentiam. Quarumcumque Generalium Synodorum non est eadem natura, species, auctoritas.


Quod periculosa novissimum dierum tempora immineant, plura vix sinunt nos dubitare. Eorum characterem nobis jam pridem prædixit Apostolus: Erunt homines se ipsos amantes, cupidî, elati, superbi, Parentibus non obediētes. Illi præsertim Parenti, quem omnis sub cœlo Ecclesia semper appellavit Patrem Patrum. De Diabolo verissimè scripsit in libris de Civitate Dei Sanctus Augustinus: Videns Diabolus templum Dæmonum deseri, & in nomen liberantis Mediatoris curvere genus humanum, Hæreticos movit, qui sub vocabulo Christiano doctrinam restiterent Christianæ, quasi possent indifferenter sine ulla correptione haberi in Civitate Dei, sicut civitas confusiois indifferenter habuit Philosophos, inter se diversa & adversa sentientes. Etenim Divinæ Majestatis essentiam per sceleratissimos Gnosticos, Divinarum personarum proprietates per Praxeam ac Sabelium, Divinæ Naturæ unitatem per Arium ac Macedonium, Sacro-Sanctam Dominicæ Incarnationis integritatem per Apollinarium ac Eutychetem, ejus Hypostaticam unitatem per Paulum Samosatensem ac Nestorium, sacras

JESU

JESU CHRISTI Imagines per Leonem Haurum, ejus benedicta Sacramenta per Joannem Wicleffum, humanæ Justificationis Arcanum per Martinum Lutherum ac Joannem Calvinum, alia nostræ salutis dogmata variis temporibus arietavit per alios. Ubique victus, ac vincendus. Hinc postremus ejus insultus erit in illam Romanæ Cathedræ Petram, supra quam Christus Dominus fundavit Ecclesiam. Tentabit Anarchiam inducere, ideoque Arcis, in qua sola salvamur, fundamentum

suffodere. Apparere nunc videntur prima hujus moliminis exordia. Absit ut circa eminentes in Ecclesia viros indulgeam istiusmodi judiciis aut suspicionibus. Absit à me tanta temeritas. Attamen anxia Evangelici Depositi custodia cunctos jubet formidare ac vigilare. Nequaquam per meas, utpote nullas, sed per tuas, Gloriosissime Apostolorum Princeps Petre, vires ego nitor occurrere. Per validissimas vires, quas tibi dederunt sublimia Dei-Hominis verba: *Confirma Fratres tuos.*

FINIS TOMI OCTAVI.



IN-

# I N D E X

## RERUM, ET VERBORUM.

### A

**A**bsenti, qui dicantur? 24. 1.  
*Absentio* Cypriano frequentissime significat depositionem. *ibid.* quandoque sumitur pro excommunicatione. *ibid.*  
*Absentio* ab Episcopali, aut Clericali communicatione erat vera degradatio. *ibid.*  
 Acacius Patriarcha Constantinopolitanus, quomodo se gesserit in damnatione, & absolute Petri Moggi Alexandrini Patriarchæ? 25. 1. 114. 2. in reprobum sensum datus instauravit Eusebianam audaciam, tandemque à Romana Ecclesia damnatus genti suæ reliquit damnabile schisma Acacianum. *ibid.*  
 Adrianus primus statuit Metropolitanam Bituricensis Cathedræ à sola Sede Apostolica judicari. 33. 1. Innovat, & confirmat Rhemenis Ecclesiæ privilegia, inter quæ est, quod ejus Archi-Episcopus per solum Romanum Pontificem possit judicari. 39. 1. Codicem Romanum sibi ab Angilramno Metensi Episcopo oblatum nunquam confirmavit. 248. 1.  
 Adrianus secundus Hincmarum Laudunensem, itemque ejus Adversarios vult ad se transmitti & causam eorum coram se retractari. 60. 1.  
 Sardicenses Canones longè aliter intellexit, quàm Hincmarus Rhemenis *ibid.* cur Sancti Patriarchæ Ignatii retractandam causam delegaverit octavæ Synodo. 64. 1. in 8. Synodo Pontificalem in Galliis autoritatem firmat. 89. 2.  
 Africa dicitur quandoque Lybia. 146. 1. Lybia propriè spectat ad orientale imperium, ac Ægyptiacam Diocesim, Africa autem semper spectavit ad Occidentis imperium, fuitque singularis Diocesis ex Magni Constantini decreto subjecta Prætorio Italia. *ibid.*  
 Africa in Ecclesiasticis rebus Primatem habuit Carthaginensem Episcopum, & spectavit ad Romanum Patriarchatum. 146. 1.  
 Africæ Primates, an, & quomodo potuerint à *Christ. Lupi Opera T. VIII.*

fuis Synodis judicari? 34. 1. 37. 2.  
 Africæ Provinciæ, quot fuerint? 146. 1. & seq. post Constantini M. tempora fuerunt dumtaxat sex. 147. 1. nimirum, Provincia consularis, Numidia, Byzacium, Tripolis, Cæsariensis Mauritania, & Mauritania Siciensis. *Ibid.* Quænam fuerint earum Metropoles, 147. 2. & seq. fuerint Provinciæ quoad Episcopales Cathedras numerosissimæ, 149. 1. Quælibet Africæ Provincia, licet Metropolitanam potestatem habuerit, non tamen habuit Ecclesiam Metropolitanam in cujus Episcopis ista potestas per successorem resideret. 150. 1.  
 Africa Jurisdictioni Papæ subjecta probatur, ex eo quod ad judicium Melchias refugiendum accusaverint ipsum traditionis. 270. 2.  
 Africana consuetudo solos Presbyteros, nequaquam autem Episcopos vetat ad Apostolicam Sedem, aut etiam generalem Ecclesiæ Synodum provocare, 228. 2. 230. 1. 238. 2. cur Episcopis hoc licuerit, non Presbyteris. 231. 1.  
 Africana Ecclesia ab aliis diversam Hierarchiam semper habuit, 145. 1. Nullus in omni Romano Patriarchatu fuit pluribus Provinciis præfectus Primas, nisi solus Carthaginensis, *Ibid.* Africana Ecclesia semper spectavit ad Romanum Patriarchatum. 145. 2. 154. 2. constat ex Innocentio I. & Tertulliano. 145. 1.  
 Africana Ecclesia à Romana Sede postulat Baptisti ministros. 285. 1. semper subfuit Romano Patriarchatu. 165. 1.  
 Africæ Diocesi Justinianus Imperator inducit varias novitates. 148. 1. & seq. Quæ tamen non plenè obtinuerunt in Ecclesiasticis negotiis. *Ibid.*  
 Africæ Diocesis divisio, servitus, &c. 149. 1.  
 Africæ Ecclesiæ fundatio est Sancti Petri, 154. 1. Primi ejus Episcopi per Apostolicam Sedem fuerunt consecrati, & transmissi in Africam. *Ibid.*  
 Africæ Ecclesiæ Romanas appellationes non prohibuit Bonifacius Carthaginensis, 238. 1.  
 H h Expo-



Exponuntur ejus refuscitati Canones, *Ibid.*  
 Africani Episcopi semper poterunt appellare  
 Romam. 49. 1. 241. 2. Africani Episcopi  
 transversi Romanas etiam suorum Collegarum  
 appellationes censuerunt non vetari à 5. Nicæ-  
 no Canone. 50. 1. Africani Episcopi pote-  
 rant in suarum Provincialium Synodorum Ju-  
 diciis proximè Romam provocare, 155. 1.  
 Africano Clero inferiori Romana appellatio,  
 an licita fuerit? 262. 1. Quid ea de re sen-  
 serit Zozimus, & an pro ea Sardicensem Cano-  
 nem attulerit; *Ibid.* Afrorum Clerus, etiam  
 inferior, semper potuit Romam provocare in  
 materia fidei. 279. 2. Afrorum Episcopi liber-  
 rimè Romam appellarunt tempore Gregorii  
 M. 285. 2. Inter Africanam & Romanam Ec-  
 clesiam sola quæstio erat de Romana appella-  
 tione Cleri inferioris, 49. 2.  
 Africanæ Ecclesiæ perpetua consuetudo Romanæ  
 damnatorum à se Episcoporum appellationi  
 semper detulit etiam suspensivi effectus rever-  
 rentiam. 228. 2.  
 Africanæ Ecclesiæ Romam appellantis ex Sancto  
 Augustino exempla. 232. 2. An nullo casu  
 Clerus inferior potuerit Romam appellare.  
 272. 2.  
 Africanæ Ecclesiæ plurimæ non nisi unicum ha-  
 bebant Presbyterum. 204. 2. Raritati Cleri-  
 corum subvenit Augustinus per sua apud om-  
 nem Africam multiplicata monasteria. 204. 1.  
 Africana Ecclesia degradatis Episcopis nunquam  
 statim superordinavit. 19. 1. Synodi non fe-  
 stinabant superordinare, ut prius referrent Ju-  
 dicium suum ad Romanam Sedem. *Ibid.*  
 Africanæ Ecclesiæ in variis articulis alterata ac  
 lauciata Hierarchia sub Wandalica captivitate.  
 121. 1.  
 Africanæ Ecclesiæ Synodus de appellationibus  
 Romanis, &c. 214. 1.  
 Africanæ Ecclesiæ Synodus de appellationibus  
 Romanis, quo anno celebrata fuerit? 252. 2.  
 An illa verba: *Sicut & de Episcopis sæpe consti-  
 tutum est*, sint addita collectioni. *Ibid.*  
 Africana Ecclesia semper habuit ab antiquo sin-  
 gularem Canonum Codicem, 168. 1. Primum  
 in illo locum occuparunt Nicæni Canones,  
*Ibid.* Proximè sequebantur Canones à Synodo,  
 aut Synodis Grati, qui interfuerat Synodo  
 Sardicensi. 168. 2.  
 Africana Ecclesia semper debuit quascumque gra-  
 viores causas referre ad Sedem Apostolicam.  
*Ibid.* Cyprianus ob non relatam Fortunati in-  
 trusionem reprehensus à Sancto Cornelio.  
*Ibid.*  
 Africanæ Ecclesiæ judicia exponuntur. 210. 1.  
 Africanæ Ecclesiæ privilegiis, an gaudeat Galli-  
 cana Ecclesia? 84. 2. & seq.  
 Africana Ecclesia habuit plures, quàm quingen-  
 tas Episcopales Cathedras. 149. 2.  
 Africanæ Provinciæ omnes, excepta Tripoli,  
 habebant ferè centum Episcopos. 213. 1.  
 Africanarum Synodorum variæ, species, forma,  
 atque autoritas. 204. 1. & seq.

Africani Concilii litteræ ad Cælestinum miseran-  
 dæ. 49. 2. 60. 1. Africani non admittebant  
 nisi viginti Canones Nicænos. 49. 2. Quænam  
 inde concluderunt. *Ibid.* Eadem litteræ ab  
 Hincmaro Rhemensis citatæ. 60. 1.  
 Africanus Codex fueritne vitiosus? 251. 2. fue-  
 ritne opus Synodale, an personale? 252. 1.  
 Author est palam impurus, & scripsit sub Cæ-  
 lestino Pontifice. *Ibid.* Canones illi non sunt  
 Concilii Milevitani. *Ibid.*  
 Africani Episcopi, quomodo fuerint stipulati  
 cum Romanis Legatis de appellationibus.  
 260. 1. 2. *Interim*, de quo actum fuit, non  
 erat de Episcopalis appellationis substantia,  
 sed dumtaxat de ordine & modo. 261. 1.  
 Africani Episcopi poterunt Romam appella-  
 re, juxta Augustinum. 271. 1. Nequibant  
 suarum causarum Judices deligere extra Dice-  
 cesim, & forsitan nec extra Provinciam.  
 353. 2.  
 Agapetus Pontifex deponit Anthimum, eum-  
 que jubet ex Constantinopolitano Patriar-  
 cha denuò esse Trapezuntinum Episcopum.  
*Ibid.*  
 Alexandrini Patriarchatus translatio in Sedem  
 Carthaginensem est fictio. 158. 2.  
 Alexandrino Patriarchæ, cur totius Ægyptia-  
 cæ Diocesis administratio committatur? 49. 1.  
 Alexandrinus Patriarchatus privatè spectat ad  
 primam cognitionem Romani Pontificis,  
 ideoque sine praviam ad illum relatione, & si-  
 ne accepto ad ipsum Rescripto non potest ab  
 illa Synodo damnari. 114. 2.  
 Alexandrini Patriarchæ quomodo sepelirentur?  
 194. 1. Non acceperunt olim Roma pal-  
 lium. *Ibid.*  
 S. Ambrosii ad Imperatorem Theodosium pro  
 Maximo Cynico Romam appellante episto-  
 la. 27. 1.  
 S. Ambrosii Catechumeni in Episcopum ordi-  
 natio, approbata ab Ecclesia Romana. 120. 2.  
 S. Ambrosii quomodo explicet Canonem. 3.  
 & 7. Sardicensis Concilii. 63. 1. Scripsit  
 epistolam Patriarchalis Synodi Aquilejensis,  
 cui interfuerunt septem Gallicani Episcopi.  
 119. 1. Approbat Romanam appellationem  
 Maximi Cynici. 68. 2. Vocatur in Gallias. 45. 1.  
 Refugit interesse Synodo Taurinensi. *Ibid.*  
 Angelus Rocca Tagastensis Episcopus, quid de  
 Gregorii Mag. Pallio scripserit? 201. 1. 2.  
 Angilramnus circa appellationes Gallicanæ Ec-  
 clesiæ erravit veniali errore. 83. 1.  
 Anonymorum scriptis non est necessariò respon-  
 dendum. 213. 1.  
 Anonymus de antiquis & majoribus Episcopo-  
 rum causis contra Joannem David Apologus.  
 212. 2. Cur Authoris nomen supprimat.  
 213. 1.  
 Anonymus scriptor vitæ Sancti Hilarii Arelaten-  
 sis, an fuerit Sanctus Honoratus Massiliensis  
 Episcopus? 17. 1. Affirmat Quæsnellus, sed  
 malè ex Miræo, Chiffletio, &c. *Ibid.*  
 Antiochena Sedes ab Apostolica Sede Magnæ  
 Romæ

Romæ judicatur. 32. 2.  
 Anthimus semetipsum in Constantinopolitanæ  
 civitatis Cathedram intravit, hæreticæ Theo-  
 doræ Imperatricis favore nixus. 37. 2. Occul-  
 tè fovet Eutylianam hæresim. 38. 1. Ipsum  
 deponit Agapetus Pontifex, & ex Constanti-  
 nopolitano Patriarcha jubet denuò esse Trape-  
 zuntinum Episcopum. *Ibid.*  
 Anthimi hæretici hominis sine exemplo audacia  
 in dando Imperatoribus pallio. 179. 2.  
 Antiochenæ Synodi epistola ad Julium Pontifi-  
 cem, est Eusebianæ Factionis. 108. 1. Osten-  
 ditur ex Rescripto Julii. *Ibid.* Julius censet eas  
 litteras fuisse supprimendas. *Ibid.* Epistola pe-  
 rit, aut later. *Ibid.*  
 Antiochenæ Synodi Canones continet Eusebianæ  
 Factionis occultos fucos. 51. 1. Eos non sola  
 Romana, sed & omnis Orthodoxa Orientis  
 Ecclesia fuit averfata. *Ibid.* Cessante Euse-  
 biana vafritie, placere cœperunt etiam Roma-  
 næ Ecclesiæ. *Ibid.* debent intelligi cum clau-  
 sula Innocentii primi: *Sine præjudicio Romanæ  
 Ecclesiæ, cui in omnibus causis debet reverentia  
 custodiri.* *Ibid.* 76. 2. 90. 2. Petrus à Marca  
 utitur his Canonibus in sensu Eusebiano. *Ibid.*  
 Antiochena Synodus damnavit proprium Patriar-  
 cham Paulum Samofatenum ob crimen Hære-  
 sis. 33. 2. Nicænum Canonem quintum ma-  
 lè intelligit. 51. 2.  
 Antiocheni Canones damnati per Synodum Sar-  
 dicensem. 54. 1. 76. 2. 90. 2. 96. 1. Ever-  
 tunt Canones Nicænos juxta Julium Pontifi-  
 cem in epistola ad Synodum Antiochenam.  
 90. 2.  
 Antiocheni Patriarchatus translatio in Sedem  
 Hierosolymitanam est figmentum. 158. 2.  
 Antiochenus Canon 15. pertinet ad dolosus Eu-  
 sebianæ Factionis contra Sanctum Athanasium  
 sutellas, & privilegium Romanæ appellationi-  
 nis. 50. 2. 51. 1.  
 Antonius Capellus edidit insigniter eruditum de  
 Romanis Afrorum appellationibus opuscu-  
 lum. 269. 1.  
 Antonii Fustalensis Episcopi Romana appellatio.  
 232. 1. 233. 2. & seq. Non fuerat ei potestas  
 ablata, sed diminuta. 242. 2. Quomodo à  
 Bonifacio fuerit absolutus? 233. 1. Item quo-  
 modo à Sancto Augustino Episcopus creatus?  
 233. 2. Ejus appellatio non fuit mera trans-  
 actio, vel *interim*. 235. 1. 237. 1. Quando  
 Romam appellaverit? 240. 1.  
 Antonius Fustalensis Episcopus subscripsit Epi-  
 stolæ Aurelii ad Cælestinum. 245. 1. Quo-  
 modo erga illum se gesserit Augustinus. *Ibid.*  
 Apiarii attentata appellatio fuit origo omnis con-  
 troversie in Africa de Romanis appellationi-  
 bus. 239. 1. Fecit horrifonos motus per to-  
 tam Africam. 241. 2. Ejus crimina. 253. 1.  
 Restitutus fuit in gradum Presbyterii, non  
 tamen in Siccentem Ecclesiam. 254. 2. Cur  
 Africani Episcopi Romanam ejus reparatio-  
 nem admiserint. *Ibid.*  
 Apiarii causam retractant Africani Episcopi. 250. 2.  
*Christi Lupi Opera T. VIII.*

Causa ejus quomodo tractata à Faustino Lega-  
 to Romanæ Ecclesiæ? 266. 2.  
 Apiarii Presbyteri appellatio Romana. 214. 1.  
 Contra gentis suæ consuetudinem. *Ibid.* Per  
 Zozimum reparatio facta fuit quidem valida,  
 sed illegitima. 223. 1. 249. 2.  
 Apiarius erat Siccentis Ecclesiæ in Cæsariensi  
 Mauritania Presbyter, ideoque à Romana ci-  
 vitate remotissimus. 78. 2. Labitur proindè à  
 Marca affirmans, quod Zozimus vicinioris  
 jure ejus appellationem admiserit. *Ibid.*  
 Apiarius, utrum primus provocaverit ad Apo-  
 stolicam Sedem? 244. 1.  
 Apocalypsis prima verba decimi tertii Capituli mi-  
 grarunt in finem Capituli duodecimi. 161. 2.  
 Apollinarii damnata per Damasum Pontificem  
 hæresis 334. 2. 335. 1. Fraus & receptio.  
*Ibid.*  
 Apostolicæ Ecclesiæ duplices, aliæ per Aposto-  
 licam foundationem; aliæ per solam doctrinæ  
 Apostolicæ consanguinitatem. 146. 1.  
 Apostolica Ecclesia est triplex, Romana, Ale-  
 xandrina, ac Antiochena. 114. 1. Sola San-  
 cti Petri Episcopalis inessio facit Apostolicam  
 Sedem. *Ibid.*  
 Apostolicæ Ecclesiæ multæ erant dumtaxat suf-  
 fraganeæ. 115. 2. Talis erat Ecclesia Colof-  
 sentis. *Ibid.*  
 Apostolicæ manus appositio antiqua. 45. 1.  
 Apostolicæ Sedis autoritas. 15. 1. 2. vide *Ro-  
 manus Pontifex*.  
 Apostolici Vicarii in Gallia, Arelatenfis, &  
 Rhemensis Ecclesiæ Antistes. 87. 2.  
 Appellandi & provocandi vocibus Synodus Sardi-  
 censis usa est in propria significatione. 99. 1.  
 100. 2.  
 Appellare ad Patriarcham in suæ Provinciæ Syn-  
 nodo potest Clerus inferior in Oriente. 76. 2.  
 Appellare Cleri Afri poterant tribus modis: ad  
 Provinciæ Synodum: ad Provinciæ Prima-  
 tem: & ad Vicinos Episcopos. 213. 2. Ad  
 transmarina ex antiqua consuetudine non po-  
 terant. *Ibid.*  
 Appellari non posse à Provincialibus Synodis ne-  
 mo unquam somniavit, nisi novissimis diebus  
 Petrus de Marca, & Stephanus Baluzius.  
 10. 2. Has sordes reforbet Quæsnellus. 11. 1.  
 Canones, qui Provincialium Synodorum ju-  
 dicia sanciant non esse Romanis appellationi-  
 bus obnoxia, ignorantur. 97. 2. & seq.  
 Appellari potest à Concilio generali ad solum Ro-  
 manum Episcopum, adeoque hic est generali  
 Synodo superior. 318. 1. 2.  
 Appellatio ad Patriarcham non censetur facta ad  
 Patriarchalem Synodum. 301. 2.  
 Appellatio ad Romanæ Ecclesiæ Clerum vacante  
 Sede Romana. 73. 2. In causa Marcionis, &  
 Sancti Cypriani. *Ibid.*  
 Appellatio ad Romanam Sedem non requirit, ut  
 Judices à quibus appellatur simul confideant,  
 & judicent. 64. 2. & seq. 100. 1.  
 Appellatio Episcoporum Orientalium à suarum  
 Provincialium Synodis damnatorum ad Pa-  
 triar-

triarchas, aut Exarchos. 106. 1. & seq.  
 Appellatione ad generale Concilium Romani Pontificis auctoritas non suspenditur. 297. 1.  
 Causa dumtaxat devolvitur, idque ex beneplacito Pontificis. *Ibid.* & seq.  
 Appellationes fundantur in hac generali regula: *Ab inferioribus potior discuti non potest.* 32. 1.  
 Multis exemplis id probatur. *Ibid.*  
 Appellationes Gallicanæ Ecclesiæ ad Sedem Romanam Patrocli. 42. 1. 44. 1. Danielis 46. 1.  
 Sunt antiqua Ecclesiæ Gallicanæ consuetudo. 10. 2. & seq. Eas nunquam in Gallia, vel Africa fuisse admittas docet Joannes Calvinus. 11. 1. Non soli Episcopi, sed & infimus Gallicæ Clerus semper Romam appellavit. 12. 1.  
 Romam appellaverunt Laici Galli, etiam à pœnitentiis publicis. 12. 2. Eandem sententiam tenuit Imperator Ludovicus Pius, & cuncti tunc per Galliam & Germaniam Episcopi. *Ibid.* Item Carolus Magnus. 13. 1. Eiusmodi appellationes non sunt recenter in Galliam inventæ. 20. 1. Multis exemplis probantur. 21. 1. 22. 1. 80. 1. & seq.  
 Appellationes immediatæ ad Romanam Sedem moderandæ sunt Apostolica Regula: *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.* 86. 1.  
 Constat ex Sancto Bernardo. *Ibid.* Romani Pontificis hac in re quandoque nimium benigni teste Triburienfi Synodo. *Ibid.*  
 Appellationes in Africa directæ secundum Sardinensem Canonem. 213. 2.  
 Appellationes Romanas ex Afrorum appellatione primus impugnat Photius, 214. 2. Item Balsamon & Meletius schismaticus, Zonaras, & in Florentino Marcus Ephesinus. *Ibid.* Item Joannes Calvinus, ac Marcus Antonius de Dominis, & facinorosus in Gallia tegebrus, 215. 1. Et cum moderatione de Marca, Baluzius & Quesnellus. 215. 2.  
 Appellationes Romanæ confirmantur per Theodosium II. ac Valentinianum III. 12. 1. Item per Sanctum Avitum. 12. 2.  
 Appellationes Romanæ non fundantur principaliter in Canonibus Sardinensibus. 52. 2. Fundantur in traditione Evangelica à Julio I. allegata. *Ibid.*  
 Appellationes Romanæ per Illyricum liberimissis semper pedibus ambulaverunt. 122. 2. 123. 1.  
 Appellationes Romanæ non solis suburbicariis Provinciis olim licuerunt. 241. 1.  
 Appellationes Romanæ sunt suprema Romanæ Ecclesiæ dignitas, & de ipsa Dominus singulariter dixit ad Apostolici Collegii Principem *Confirma Fratres tuos.* 13. 1. 123. 2. 129. 2. 223. 2. Fieri possunt immediatè ad Pontificem sine Concilio generali juxta Sanctum Ambrosium, Theodoretum Cyrensem, Eusebium Doryleensem 63. 1. 2. Non sunt desumptum ex regia violentia imitamentum. 98. 2. & seq.  
 Appellationibus Romanis nulla Synodus, nullus Pontifex potest derogare. 223. 2.  
 Appellationes Romanæ variæ. Joannis Presbyteri contra Joannem Constantinopolitanum.

19. 2. Sancti Athanasii. 51. 1. 52. 2. 130. 1. Marcionis. 72. 2. Maximi Cynici. 63. 1. Marcelli Ancyran. *Ibid.* Basilidis & Martialis. 75. 2. Herlefridi Presbyteri. 85. 1. 2. Bubbali ac Taurini. 122. 1. Januarii Malacitani & Stephani. 141. 1. Petri Alexandrini 130. 2. Flaviani. *Ibid.* Nestarii, 134. 2. 130. 1. Meletii. 130. 2. & seq. Achillis, 139. 1. Adriani in Thessalia. 143. 1. Antonii Fussalensis, 233. 2. Joannis Alexandrini; 337. 1. Eutherii & Helladii, 332. 2. Primosi. 234. 2.  
 Appellationibus Romanis nihil contrarium continet lex Gratiani postea innovata, & extenta ab Imperatoribus Arcadio, ac Honorio. 91. 2. & seqq. Hincmarus Rhemensis primus præterdit per Gratiani legem everti damnatorum Episcoporum Romanas appellationes. 92. 2.  
 Appellationi Romanæ Cælestii Hæresiarchæ nullus Afrorum Episcoporum contradixit. 250. 1.  
 Appellationi Romanæ Eutycheus Theodosius Imperator iussit adscribi effectum suspensivum. 293. 1. Instrumentum appellationis. 341. 2.  
 Appellationis ac Relationis eadem est potestas, 85. 2.  
 Appellationis exemplum nullum est in quo damnatus à sua Synodo provocavit, non ad Papam, sed ad aliam Metropolitanam, aut Patriarcham. 304. 1.  
 Appellationis Romanæ retractatorium iudicium non est renovandum in eadem, aut vicina Provincia. 76. 2. 83. 1.  
 Appellatio non sit à contumelia citra potestatem ullam attentata juxta avitam à Pelagio primo laudatam regulam. 29. 2.  
 Appellationum Gallicanæ Ecclesiæ abusus. 82. 2.  
 Appellationum Romanarum à Gallia formam cepit immutare inserta per barbaros Reges calamitas. 39. 1. Antiquam formam reduxit Carolus Magnus. *Ibid.*  
 Appellationum Romanarum potestatem delegare nunquam consuevit Sedes Apostolica. 129. 2.  
 Appellationum Romanarum Regula juxta Sanctum Gelasium: *Ad Beati Petri Apostoli Sedem de qualibet mundi parte Canones appellari voluerunt: Ab illa autem nemo est appellare permittitur.* Item alia regula: *Cuncta per Mundum novit Ecclesia, quoniam quorumlibet sententiis ligata Pontificum, Sedes Beati Petri Apostoli jus habeat resolvendi.* 43. 2.  
 Appellatio orientalis Illyrici ad Romanam Sedem semper fuit in usu. 139. 1. 2.  
 Appellatio Romana Clericorum Constantinopolitanorum ad Sanctum Cælestinum contra Nestorium. 306. 2.  
 Appellatio Romana licita Africanis Episcopis, non inferiori Clero. 222. 1. & seq. 230. 1.  
 Appellatio Romana Athanasii, ex Orientalium firmata testimoniis Sancti Gelasii. 339. 2. 340. 1. Bonifacii primi. *Ibid.* Cælestini. 340. 2.  
 Appellatio Romana fuit semper permittita Orientalis Ecclesiæ Clericis etiam inferioribus. 77. 1. & seq.

Appel-

Appellatio Romana Felicissimi, atque Vincentii Diaconorum Ecclesiæ Lamingensis. 288. 1.  
 Item in causa Constantii & Mustelli 288. 2.  
 Etiam in prima instantia. *Ibid.* Item in causa Regensis civitatis Episcopi. *Ibid.*  
 Appellatio Romana solita fieri non solum adversus latam; sed etiam adversus ferendam à Synodis sententiam. 136. 1.  
 Appellatio Sancti Flaviani adversus generalem totius Ecclesiæ Synodum, est sublime ac eximium Romanæ appellationis exemplum. 301. 2.  
 Aquilejensis Synodi epistola per Sanctum Ambrosium scripta. 119. 1. Fuit Patriarchalis Synodus, à qua Ecclesia Gallicana non fuit exempta. *Ibid.* Adfuere septem Gallicani Episcopi. *Ibid.*  
 Archidiaconi, & Archipresbyteri, an fuerint in Hipponensi Ecclesia. 210. 1. Item Emeritensi in Hispania. *Ibid.* Certum est fuisse in quibusdam Africa Ecclesiis. *Ibid.*  
 Archiepiscopi titulus olim an daretur solis Patriarchis, vel Autocephalis? 152. 1.  
 Arelatenfis Provinciæ divisio. 16. 2.  
 Arelatenfis Synodus in causa Chelidonii, quo anno, & loco celebrata? 19. 2.  
 Augustini epistola ad Cælestinum non est spuria. 234. 1. Clarè refert Sancti Augustini stylum. *Ibid.*  
 S. Augustinus ad Innocentium immediatè defert Pelagium, quia erat vagabundus. 46. 1.  
 S. Augustinus à Megalio Calamensi Episcopo infamatus de propinatis mulieri amatoris oculis. 168. 1. Augustinum purgavit numerosa Synodus, & Megalium compulit, ut Augustinum propriis manibus consecraret. *Ibid.*  
 S. Augustinus antiquam formam, secundum quam Africanæ Synodi Primates suos evocabant, insigniter describit. 34. 2.  
 S. Augustinus Apostolicæ Sedis auctoritatem constantissimè ac lucidissimè docet. 277. 1.  
 S. Augustinus auctor, cur Sanctus Chrysostomus gradui suo restitutus fuerit. 97. 2.  
 S. Augustinus civiles Laicorum causas audiebat diligenter, ac pie, 210. 1. Aliquando ad horam refectionis, aliquando tota die, semper tamen jejunans, *Ibid.* Clericos non puniebat solummodò, sed etiam degradabat. *Ibid.*  
 S. Augustinus curavit sibi in successorem eligi Presbyterum Eradium. 204. 1.  
 S. Augustinus docet, quod debemus permanere in Occidentalis Ecclesiæ sensibus, quæ nos genuit, docuit, & baptizavit. 113. 2.  
 Augustinus epistola 163. Donatistas designat, non *Cupizitarum* nomine, ut mendosè legitur, sed *Rupitarum.* 161. 2.  
 S. Augustinus fuit delicatæ conscientie, & cogitavit de Episcopatu deponendo, & agenda humiliter pœnitentia, si conspexerit per eum, cujus Episcopatus in imprudentiam suffragatus fuerat, vastari Ecclesiam Dei, &c. 234. 1. 2. Similia scribit Xantippo Primati, 234. 1. Ad *Christ. Lupi Opera T. VIII.*

deponendum Episcopatum fuit paratissimus. 234. 2.  
 Augustinus graviter redarguit Secundum Episcopum Numidiæ Primatem, quod damnato Cæciliano superordinasset Majorinum antequam ista damnatio confirmaretur per Romanam Ecclesiam. 27. 2.  
 S. Augustinus in Hipponensi magna Synodo adhuc Presbyter exposuit Apostolicum Symbolum. 169. 2.  
 S. Augustinus insigniter laudatus à Capreolo Carthagenensi. 284. 2.  
 S. Augustinus, quam potestatem retinuerit in Presbyterum Fussulani Episcopatus à se erecti. 234. 1.  
 S. Augustinus quando agit de Cæciliani causa, cur Ecclesiæ Romanæ adjungat omnes Apostolicas Ecclesias? 230. 2. & seq.  
 S. Augustinus quid sentiat de Synodalibus Philippo-Politani conventiculi literis. 165. 2.  
 S. Augustinus Romanis appellationibus se non opposuit, alias non ita commendaretur à Pontificibus Romanis. 272. 1.  
 S. Augustinus senex ob insolentiam plebis Fussulanæ Episcopatum vult deserere, & semetipsum damnare ad perpetuam pœnitentiam, 234. 1. Similia scribit Xantippo Primati. 234. 2.  
 S. Augustinus Sancto Petro mansit fidelissimus, 51. 2. patet ex epistola quam de causa Antonii Fussalensis scripsit ad Cælestinum Pontificem, *Ibid.* Non fuit Author infelicis epistolæ Aurelii & quorundam Afrorum Episcoporum ad Cælestinum, 67. 1. 2. Romanas Afrorum Antistitem appellationes constantissimè defendit. *Ibid.*  
 S. Augustinus Synodi Numidiæ mens, os & lingua. 272. 1.  
 Augustinus solus damnat Rusticana in Hipponensi Dicecesi Parochiæ Rectorem, qui sole in Dominici Natalis Vigilia jejuniu violare, aliaque præsumpserat. 210. 2. Factum id contra Carthagenensis primæ Synodi Canonem undecimum, quo Augustinus asserit se nolle ligari 211. 1. Videtur Canonem non omnis Africa, etiam post Genethlii confirmationem, admisisse *Ibid.* & huic parti adhæsit Sanctus Augustinus. *Ibid.*  
 S. Augustinus tamquam Legatus Numidiæ, cujus sententiæ fuerit in Concilio Carthagenensi? 263. 1.  
 S. Avitus Romanus in Gallia appellationes proficitur. 12. 2. 64. 2.  
 Aurelianensis Synodus 3. deviat dum jubet Metropolitanos à Metropolitanis consecrari. 159. 2.  
 Aureliani Imperatoris iudicio non est collatus Primatus Pontifici Romano. 103. 2.  
 Aurelii Carthagenensis Episcopi Synodus erratica, 51. 2. Ex quo cepit Romanas appellationes invadere deseritur ab Augustino, Alipio, & Possidio, *Ibid.* Prævaricatur 5. Nicænum Canonem. *Ibid.*  
 Aurelii Carthagenensis epistolæ ad Cælestinum

fe non immiscuerunt Sanctus Augustinus, Valentinus Numidiæ Primas, & ferme omnes istius Provinciæ Episcopi, imò constanter fuerunt refragati. 234. 2.  
**Aurelii** Carthaginensis epistolam de Romanis appellationibus, quidam censent esse spuriam & fictam, 50. 1. Non est hausta ex Sancto Cypriano, neque ex Sancto Augustino. *ibid.* Non agit de Provinciæ, sed totius diœcesis Synodo. 102. 1. Epistolæ non adhæsit Augustinus. 272. 1. Aurelio soli iuvenes adhæserunt. *ibid.*  
**Aurelius** Carthaginensis, e jusque Episcopi, cur ignoraverint Canones Sardicenses? 168. 2. Synodi sub Aurelio fuerunt omnino viginti. *ibid.* Cur appellationes Romanas abrogare tentaverit. 237. 2. Non apparet in Romanis Sanctorum tabulis ob finalem lapsum. 272. 1.  
**Aurelius** Carthaginensis censuit Episcopos Afros non posse Romam provocare. 239. 1.  
**Authoritas** Tertulliano idem est, quod origo, 145. 1. Fuit Afris familiaris hujus vocis acceptio. *ibid.*  
**Autocephali** etiam Sardicenses Canonibus subiecti. 20. 1. 2.  
**Autocephali** Exarchi tres, Heracleensis, Ephesinus, & Cæsariensis. 114. 2. Quamdiu manserint autocephali? *ibid.*  
**Autocephalorum** Episcoporum Exarchorum confirmatio, & consecratio privativè, ac sine medio spectat ad Romanum Pontificem. 35. 2. 37. 1.

## B

**B** Agadii de Bostrensi Episcopatu contententis dejectio fieri non potuit nisi per plenam totius Provinciæ Synodum. 47. 2.  
**Bagajensis** Synodus. 160. 1.  
**Baldvini** Flandrensis Forestarii ad Sedem Romanam appellatio. 80. 2.  
**Baluzii** lapsus de appellatione à Provincialibus Synodis. 11. 1.  
**Baptisterium** olim in quavis civitate unicum fuisse videtur. 257. 2.  
**Baptizandis** Competentibus Orientalis Ecclesia post Nicænam Synodum non desit dare Symbolum Apostolicum, & cœpit tradere Nicænum. 296. 2.  
**Basilicæ** Fausti frequens apud Sanctum Augustinum mentio. 257. 1.  
**Basilides** Asturiensis Episcopus Romam appellat. 26. 2. 27. 1. Ob Idololatriæ libellos ac alia crimina à Synodo sua degradatur. 26. 2. Reparatur & restituitur per Sanctum Stephanum Pontificem. *ibid.* Asturicenses in Basilidis locum eligunt, & consecrant Sabinum. *ibid.* Basilides & Martialis Sanctum Stephanum per obreptiones circumveniunt. 27. 2. Non sunt reparati per potentiam aut dispensatoriam gratiam, *ibid.* Hæc enim ignorabat istorum temporum immobilis disciplina. 28. 1.

**Bassianus** invitus consecratur Evazorum Episcopus, 35. 2. Renuit thronum accedere, 36. 1. Cum multa necessitate, & vi inthronizatur in civitate Ephesi & confirmatur ab Imperatore. *ibid.* Proclus hanc inthronizationem pessimè capit. *ibid.* Per quatuor annos Bassianus in plena pace sedet Episcopus. 37. 1. Degradatur à Sancto Leone eò quod præter regulas promotus erat. *ibid.* Sancti Leonis iudicium probavit Chalcedonensis Synodus. *ibid.*  
**Bassianus** quomodo violenter degradatus, & Episcopali pallio privatus. 203. 1.  
**Benedictus** III. quæ privilegia Hincmaro concesserit. 187. 2. & seq. An concesserit quotidianum usum Pallii. *ibid.*  
**Bernardus** primus Patriarcha latinus Antiochenorum, qua ratione & conditione Roma Pallium acceperit? 197. 1. & seq.  
**Birrhum** quid Græcis dicatur? 173. 2. Erat vestis ampla, talaris & longa. *ibid.* Episcopalem Birrhum Græci jam pridem appellant Mandyam undulatam. *ibid.*  
**Bonifacii** I. epistola ad Lupum Theffalonicensem Archi-Episcopum in Romana Bonifacii II. Synodo vulgata per Lucam Holstenium. 129. 2. Manifestè docet Orientalium Ecclesias in magnis negotiis in quibus opus esset disceptatione majori Sedem semper consuluisse Romanam. 340. 1.  
**Bonifacii** II. nomine epistola ad Eulalium est ficta ac supposititia. 50. 1. 283. 2. Quæsnellus eas devias ac miserandas litteras malè probat, & ex ipsis quintum Nicænum Canonem exponit. 50. 2.  
**Bonifacii** II. per D. Lucam Holstenium vulgata Synodus. 129. 2.  
**Bonifacii** Pontificis Gallorum in Romanam Sedem observantiæ præclarum testimonium. 81. 1. Teste Prospero contra Collatorem non solum Apostolicis, sed etiam Regis utebatur edictis. 70. 1. 2.  
**Bonifacii** Pontificis tempore, quàm rudes fuerint Episcopi Gallorum. 39. 1. 2. Quam miseri Diaconi ex quibus Presbyteri ac Episcopi creabantur. *ibid.*  
**Bonifacius** Pontifex quandonam fuerit electus. 255. 2.  
**Bonifacius** Pontifex suo tribunali affixam Maximi Valentini Episcopi causam delegat Narbonensi Synodo. 45. 1. Delegatio facta est sub Consulatu Monaxii. *ibid.*  
**S. Briccius** Turonensis Episcopus ejectus per rebellem populum Romam appellat. 21. 1. Per Romanum Apostolicæ Sedis iudicium recipit suum thronum atque Ecclesiam. *ibid.*  
**S. Briccius** Turonensis Episcopus injustè accusatur à Lazaro. 42. 1. 44. 1. Degradatur Romam appellat. *ibid.*  
**Bubalii** & Tauriani appellatio à Synodo Macedoniæ ad Romanam Sedem. 122. 1. 2. 129. 1. Quales litteras Bubalius finxerit. 122. 1. 2. Non videntur fuisse reparatrices. *ibid.*

Cæ

## C

**C**æsarius Arelatenis Episcopus videtur primus in Gallia usus Canonibus Africanis. 247. 2.  
**Canonum** collectio, quæ in quinquaginta titulos distributa Theodoretæ Cyrensis nomine extat in manuscripto Codice Bibliothecæ Regiæ, an reverà sit Theodoretæ Cyrensis? 123. 1. Cur Theodoretus Cyrensis Sardicenses Canones in suam collectionem conjecerit? *ibid.*  
**Chalcedonensis** Synodi latina translatio facta videtur à Juliano Coenfi Episcopo, uno ex Patribus Chalcedonensis Concilii. 203. 2.  
**Chalcedonensis** Synodus, non tam ad Eutychetis adversus Leonem, quàm ad Sancti Flaviani ad ipsum factam appellationem retractandam, fuit indicta. 336. 2.  
**Calvinus** malè docet Romanas appellationes nunquam in Gallia, & Africa fuisse admittas. 11. 2. In quo statuat Romanæ Ecclesiæ Primatum. *ibid.*  
**Caroli** Calvi nomine ad Joannem VIII. epistola ab Hincmaro Rhemenfi. 82. 1. Non est palàm prævaricatoria, cum supplicet Pontifici, & potius contra Clericalium appellationum abusum supplicat, quàm contra substantiam. 82. 2. Peccat tamen quod ex abusu prætextu molitur suffocare substantiam. *ibid.*  
**Caroli** Calvi professio fidei. 81. 2. Unicus ferè ab Hincmaro Rhemenfi circumscriptus egisse videtur contra Romanas appellationes, quas tamen postea admittit. *ibid.*  
**Capreolus** Carthaginensis Episcopus proximus Aurelii successor Bessulam Diaconum suum misit legatum ad Ephesinam Synodum. 283. 2. Fuit integerimus Catholicæ communionis, & magnæ apud omnem Ecclesiam autoritatis. 284. 1. Duas adversus Nestorium scripsit epistolas sanctissimas ac eruditissimas. 284. 2.  
**Carolus** Calvus electus in Imperatorem anno septuagesimo primo sæculi noni. 82. 1.  
**Carolus** Magnus qua ratione cognoverit de causis difficilioribus Clericorum. 61. 1. In nullo voluit lædere appellationes Romanas. 81. 1. Canonum de Appellationibus Romanis vigorem læsum per Galliæ invasores Reges barbaros reduxit in Galliam. 33. 1.  
**Cardinales** Presbyteri Romæ tempore Optati Milevitani quadraginta, & Cardinales Diaconi quatuordecim. 163. 1.  
**Carthaginensis** Archi-Episcopi dignitas, quod solus in Africana Ecclesia habuerit pallium, ipsumque acceperit à Sede Apostolica. 172. 2.  
**Carthaginensis** Ecclesia non est Autocephala, adeoque ejus Sedes non fuit inter maximas. 23. 2. Remotissima fuit à Patriarchali dignitate. 152. 1. Hinc ejus Episcopus in plenaria suæ Diœcesis Synodo non habuit singularem thronum, sed sedet Collega inter Collegas. *ibid.*

**Carthaginensis** Ecclesiæ dignitatem graviter læserunt Donatistæ. 118. 1.  
**Carthaginensis** Ecclesiæ prærogativæ decem. 168. 1. & seq. *Prima*, consecratio omnium per Africanam Episcoporum. *ibid.* *Secunda*. Consecratos Episcopos referre Romam. 169. 1. *Tertia*, decedentium ac succedentium Episcoporum Matriculam accipere. *ibid.* *Quarta* iudicium, ac definitio quæstionum circa successionem Primatum, & ipsorum, licet nulla esset controversia, confirmatio. 169. 2. *Quinta*. Custodia disciplinæ & observationis Canonum. *ibid.* *Sexta*. Jus ac obligatio visitandi omnes Africanas Ecclesias. 170. 1. *Septima*. Per omnem Africanam invitit Episcopis novos Episcopatus erigere. *ibid.* *Ottava*. Clericum alienum eripere, & Ecclesiæ indigentem dare. 171. 1. *Nona*. Generales suæ Gentis Synodos indicere, tempus & locum determinare eisdem, habere jus Relationis ac prærogativam suffragii. 172. 1. *Decima*. Quod Carthaginensis Episcopus quibuscumque Synodalibus litteris ac mandatis solus subscriberet, 172. 2. *Undecima*. Omnibus per Africanam Ecclesiis diem Paschalem quotannis denunciare. *ibid.* *Duodecima*. Quorumvis Monasteriorum Monachos posse transferre, ac evehere in Clerum. *ibid.* *Decima tertia*. Quod à quovis Monasterio potuerit eligi in Superiorem. *ibid.*  
**Carthaginensis** Episcopus post Romanum Pontificem primus Archi-Episcopus, & totius Africae maximus Metropolitanus. 155. 2. Dicitur primus Archi-Episcopus intra Romanum Patriarchatum. *ibid.* Possit ne dici Episcopus Episcoporum? 154. 1. Non fuit Autocephalus, sed Patriarchico jure subiectus Romanæ Ecclesiæ. *ibid.* Innocentius I. Carthaginensem Ecclesiam primus ponit in eadem classe cum Ecclesiis Hispanis, Gallis, Italis, ac Siculis. *ibid.*  
**Carthaginensis** Primas ad Romanam Ecclesiam semper retulit quasvis graviore ac difficiliore causas, & quovis de novo consecratos Episcopos. 154. 2. Constat ex variis Sancti Cypriani epistolis. *ibid.* Item ex facto Monachorum Martiniani ac Saturniani, & ex epistola Leonis IX. 155. 1.  
**Carthaginensis** Primas, an olim acceperit pallium à Romana Ecclesia? 193. 2. Ubique iudicatus poterat provocare ad Sedem Apostolicam. 228. 2. Locum id etiam habet in cunctis Afrorum Episcopis. *ibid.*  
**Carthaginensis** Primas poterat Presbyterum alienum, etiam unicum, indigentem Ecclesiæ Episcopum dare. 193. 2. Potestatis illius usus plures lites causavit in Africa, quas Sanctus Augustinus, per introducta Monasteria ac mirificè statim multiplicata, extinxit. 172. 1.  
**Carthaginensis** Primatis, quæ fuerit potestas sacrarum ordinationum? 165. 1. poterat alienos Clericos, non dumtaxat in suam transferre Ecclesiam, sed insuper in quamvis aliam. 165. 2. Poterat omnibus per Africanam plebi-

bus,

bus, quæ id petierant, ordinare Presbyteros. *ibid.* Episcopos ordinabat Carthagine per quamlibet pœnè Anni Dominicam. 166. 1. 2. Primates alii passim ordinabant in viduarum plebis civitate. *ibid.*

Carthaginensis Synodus non est celebrata duodecim post Sardicenses annis, ut vult Leo Acri-densis. 105. 2. distantia fuit septuaginta An-norum. *ibid.*

Carthaginensis Synodus sexta quando celebrata? 255. 2. ejus acta illustrantur. 257. 1. & seq. Exordium videtur spurium. *ibid.*

Carthaginensis Synodus sub Pontificatu Sancti Cælestini. 265. 2. Fuit diversa à Synodo sexta. *ibid.*

Carthaginensium Episcoporum Successio. 214. 1. Circa illam labitur D. Lucas Holstenius. *ibid.*

Carthago proconsularis Provinciæ Metropolis. 147. 2. Carthaginis encomia. *ibid.* Omnium Africæ Provinciæ Princeps & caput. 148. 1. Ab Augustino quandoque vocatur absolute Provincia. *ibid.* Potestatem habuit in omnes Dioceses Provincias. 154. 2.

Carthago, quo sensu à Nilo Doxopatrio dicatur esse in Provincia Byzacii? 149. 1.

Casano Cardinalis, vide Hieronymus.

Casula omnis apud Græcos est ex lana. 178. 2. Objectum Latinis, quod gestarent casulas ex ferico. *ibid.*

Casula non fuit olim pretiosa vestis. 201. 1. Fuit lanea ad instar pallii, quandoque alba, quandoque coccinea. *ibid.*

Cecilianus in Carthaginensem Episcopum electio, & consecratio, quibus de causis impugnata fuerit à Donatistis? 159. 1. 224. 2. Donatistæ Ceciliano superordinarunt Majorinum. 159. 2. Cecilianus vocatus ad Synodum adesse noluit, allegans superiorem citari, aut evocari non posse à subditis 34. 1. Male damnatur in contumaciam, *ibid.* Debuerat deferri ad tribunal Romanæ Ecclesiæ. *ibid.* An appellaverit ad Melchiam? 130. 1. Melchias non proprio motu, juxta Sanctum Augustinum, sed à Principe rogatus causam Cecilianus ad suum tribunal evocavit, juxta Canones & per suæ Sedis auctoritatem. 227. 1. Melchias sententia in ejus favorem. 223. 2.

Cecilianus, utpote Exarchus totius Africæ exemptus à Provincialibus Synodis. 229. 2. Appellare poterat, non tantum ad Synodum universalem, sed etiam ad tribunal Romanum. 230. 1.

Cedreni adversus Sardicenses Canones objecta. 125. 1.

Celestii ad Zozimum Pontificem appellatio. 265. 2. 272. 2. Huic, quod in dogmatica esset materia, nemo Afrorum obstrepuit. 278. 2. Appellationem desertam resumit. 273. 2.

Celestii dolosa fidei professio. 275. 1. & seqq. Ejus discussi articuli sunt de solo originali peccato, non de natura aut gratia. 273. 2.

S. Cælestinus impium Nestorium condemnat sua auctoritate 38. 1. Quod ipsum constanter pro-

fecta est Ephesina Synodus. *ibid.* Proculum Massiliensem Episcopum Viennensis, ac Narbonensis Provinciæ Episcopis audiendum delegat. 41. 1. Approbante Sancto Cyrillo Nestorium communionem & gradu privat, nisi intra decem dies canter erroris palinodiam, 309. 1. 314. 1. Sancto Cyrillo committit Ephesinæ Synodi præsentiam. 200. 1. Delegans epistola perit, aut later. *ibid.*

Cælestinus Papa Daniele citat Romam. 461. 1. Proculi Massiliensis Episcopi causam non merè dimittit Synodo, sed delegat. 42. 1. 46. 2. Cur Synodo delegaverit causam Maximi Valentini potius, quam Danielis. 46. 2.

Chelidonius adversus Hilarium Arelatensem Romanam appellat, ubi absolvitur & Ecclesiæ suæ post plenum causæ examen restituitur. 80. 1. 2. Item 59. 2. & seq. permansit Episcopus. 16. 1.

Chiffletius existimans Vigilium Tapensem non loqui de Sardicensi Synodo, sed conventu Philippo-Politano fallitur. 126. 1.

S. Chrysostomi ad Romanam Sedem appellatio. 97. 1. 134. 2.

S. Chrysostomus, quo sensu contestatus fuerit patrum sead diluenda crimina coram centum vel mille Episcopis, 301. 1. Appellationem suam coram sola Sede Romana introduxit, & apud ipsam solam est profecutus. 301. 2.

S. Chrysostomus Patriarchicam Constantinopolitani Episcopatus Diocesim ac potestatem primum architectari cœpit, 105. 1.

S. Chrysostomus Sancto Flaviano familiarissimus & sub illo dixit Homelias ad Antiochenum populum. 134. 1.

Clementius Byzacensæ Provinciæ Primas Romam appellat. 287. 1. & seq.

Clericus alienus sine proprii Episcopi jussu, ac litteris ab alio Episcopo nequit incardinari in suam Ecclesiam. 73. 1.

Clericus in hæresim lapsus, licet pœnitens, perpetuo est irregularis. 44. 1.

Clericus omnis, licet non eandem domum aut mensam, olim tamen aliquid communis vitæ habuit, ideoque omnia sua ponebat ad pedes sui Episcopi singulis juxta Monasterii merita distributuri divisiones mensurnas & sportulas, 71. 2. Inferendi forma postmodum transivit ad Monasteria. *ibid.*

Codex Africanus sine opus Synodale. 251. 2. 272. 1.

Cæsarea Palestinæ Metropolis. 23. 1.

Communio Episcopalis, Clericalis, Laica. 24. 1.

Concilia intra Gallias non agitantur ex sententia & consensu Regis & omnium Ordinum. 89. 1. Neque, si quid Roma mittatur est deliberationi obnoxium. *ibid.*

Concilia non definiunt, neque tractant nisi de motis apud se controversiis. 78. 2.

Concilii generalis nomine in causa Sancti Athanasii non intelligitur totius Ecclesiæ, sed commune partibus contradicentium. 61. 2.

Concilium generale Constantinopolitanum ex totius Orbis Episcopis indictum à Sancto Damaso.

maso. 63. 1. In Synodis generalibus Orientales Episcopi non sunt conjudices, aut habituri Synodale suffragium, sed Synodalem Romani Episcopi tractatum, atque judicium subituri. *ibid.*

Concilium generale solas sibi à Pontifice delegatas causas potest juxta Sanctum Leonem agitare ac definire, 78. 2. vide Synodus.

Consistorii Papalis prima mentio, 138. 1. Cardinales Diaconi olim Consistorio, aut Synodo non assistebant, 268. 2. Hodie assistunt. *ibid.*

Consistorium Papale Siricius vocat Presbyterium. 204. 1.

Constantinæ donationis instrumentum falsi arguitur, 25. 1. Non bene dicitur ab Ecclesia Romana approbatum ab octingentis annis, 177. 2. Plures eruditi censent non esse opus adeo antiquum, *ibid.* Ecclesia Romana illud non probavit, dum suscepit Gratiani Decretum: imò graves Authores testantur Gratianum ipsum agnovisse istud instrumentum esse spurium. *ibid.*

Constantinopolitana Ecclesia Pallium non accepit à Romana Ecclesia. 194. 2.

Constantinopolitana Synodus à Damaso confirmata, 120. 2. Nicænam fidem de Sacro-Sancta Trinitate ac divina incarnatione insigniter defendit ac stabilivit. *ibid.*

Constantinopolitana Synodus adversus Petri Alexandrini Patriarchæ præsumptionem, 48. 2. Cur totius Ægyptiæ Dioceses administrationem committat soli Alexandrino Patriarchæ, nec meminerit Romanæ Ecclesiæ? 49. 1. Canonem 5. Nicæni, si tangat, valde modicè tangit. 49. 2.

Constantinopolitana Synodus, an postulaverit confirmari à Romano Pontifice? 120. 2. Conflata erat ex pessimis hominibus. *ibid.* Constantinopolitana Synodus Canone 2. non interpretatur Canonem 5. Nicænum, sed præfertim sextum. 48. 2. 49. 2.

Constantinopolitani Episcopi omnes post Sanctum Joannem Chrysostomum tentaverunt Ephesinos Exarchos sua autocephalia exuere, ac Regiæ Civitatis throno subicere, atque ita sese eyehere in Patriarchas. 36. 1.

Constantinopolitanus Episcopus quandonam cœperit habere secundum in Ecclesia locum, 193. 2. 299. 2. Sanctus Leo circa hoc pacta Domni ac Procli, licet per Chalcedonensem Synodum confirmata, potentissimè ac penitus abolevit. 299. 2. Ejus judicium Romana Ecclesia defendit & custodivit per multa sæcula. *ibid.*

Constantinus Donatistas ad se provocantes remittit ad Papam Melchiam. 75. 2. Non Gallicanos, quos ipsi petebant, dedit Judices, sed Pontificem Romanum. 91. 1. Quò tamen Donatistis aliquid impertiret, adjunxit quosdam Gallicanos Episcopos, 229. 2. Donatistarum preces transulit in formam Appellationis. 227. 1.

Constantinus, an idem senserit cum Eusebianis?

112. 1. Verius est, quod non, sed Synodo Sardicensi adhæserit. *ibid.* Athanasium cum honorificis litteris remittit in Sedem. *ibid.*

Constantinus Imperator ab Eusebianis dictus Episcopus Episcoporum. 90. 2. 112. 1. In decernendo faciens se Principem Episcoporum dicitur abominatio desolationis, quæ à Daniele prædicta est. 95. 1. Suadentibus Eusebianis plusquam trecentorum Episcoporum conventum ex Ecclesia transfert ad palatium, ac ipse præsidet & Episcopos cogit ad sua desideria. 100. 1. In Ecclesiæ Synodis agebat omnia. 112. 1. Quæ Mandata miserit ad Ariminensem Synodum? 112. 2. nolebat Athanasium absolvi ab Ariminensibus. *ibid.*

Consuetudines singulares Ecclesiarum possunt aboleri per generales Synodos, 267. 2.

Contumeliosi Rejensis in secunda Narbonensi Provincia Episcopi ad Romanam Sedem appellatio, 55. 2. Lapsus fuerat in adulterium & involutus aliis criminibus, *ibid.* Controversia circa ejus pœnitentiam. *ibid.* Provocat ad Agapetum. 56. 1. 92. 2. Ejus appellatio non fuit à Sancto Cæsario reprobata, sed facta ejus innocentia. 247. 2.

Cornelio Pontifici defertur causa Fortunati Presbyteri, &c. contra Sancti Cypriani ex Neophyto Episcopalem creationem. 62. 2.

Cornelius decrevit Episcopos lapsos ad Pœnitentiam quidem agendam posse admitti, ab ordinatione autem Cleri, atque Sacerdotali honore prohiberi. 27. 1.

Cosmas Epiphaniensis, ac Severianus Arethusa Episcopus damnant Severum Antiochenum. 33. 2.

Cresconius Episcopus appellat ad Sedem Romanam. 287. 1.

Cresconius suo Codici canonum, etiam inferuit Sardicenses Canones, qui firmant Romanas appellationes Episcoporum. 285. 1. 2.

S. Cypriani epistola ad Sanctum Stephanum male à Joanne Launoy profcribitur, ut spuria. 22. 2.

S. Cyprianum de Baptismo errantem Jubajanus ac Pompejus non invaserunt, sed detulerunt apud Sanctum Stephanum Papam, quod ejus error haberet aliquid fundamenti. 33. 2. Ob eam causam Sanctus Stephanus ad damnationem fuit lentior. 34. 2.

S. Cyprianus novam in Lapsos clementiam non præsumpsit attentare, nisi facta relatione ad Romanum vacantis Ecclesiæ Clerum. 154. 2.

S. Cyprianus Romanarum in Gallia appellationum assertor. 21. 2. commendat Sancto Stephano, ut in Provinciam, & ad Plebem Arelatæ consistentem litteras mittat, quibus abstento Martiano alius in ejus locum substituitur. 22. 1. Quo sensu dixerit, quod Episcopatus per totam Ecclesiam sit unus? 307. 2.

S. Cyprianus sollicitudinem gessit omnis Ecclesiæ, non quidem paternæ justitiæ, sed Fraternæ charitatis, præsertim circa materiam Novatienensis crudelitatis, 23. 2. non scripsit propriè motu



motu in Gallias de causa Martiani . 25. 1. tamquam author novæ in lapsos clementiæ singulariter in Martiani damnationem debuit influere . 26. 1. Non contrariatur authoritati appellationis Romanæ, sed soli effectui appellationis frivola & per obreptionem, à Sancto Stephano obtenta, 28. 1. Favet Romanis Africæ appellationibus. 217. 2. Damnat solas appellationes Africanæ Cleri inferioris, 220. 1. Fortunatum credidit ob Hæresim non fuisse validè ordinatum, 222. 2. Primus apud Afros è Neophyto ordinatus Episcopus. 217. 2. S. Cyrilli epistola, qua transmisit Nicænos Canones, quando scripta. 266. 1. S. Cyrilli Hierosolymitani appellatio discutitur, 95. 1. & seq. Appellat non ad numerosiorem Synodum, sed ad suam Patriarcham Antiochenam, 95. 2. Malè à Socrate dicitur primus omnium appellationem usurpasse ad eum morem, qui in foro obrinet. 96. 1. S. Cyrillus Alexandrinus Patriarcha non fuit ausus Nestorium damnare sine præceptione Romani Pontificis, 25. 2. Cur non appellaverit à damnatione facta per Joannis Antiocheni factionem, 29. 2. Ephesinæ Synodo præfedit vice & nomine Celestini Pontificis, 199. 2. 200. 1. Quibus conditionibus convenit cum Joanne Antiocheno. 331. 1.

## D

S. Ancti Damasi circa Romanas appellationes Acta elucidantur, 334. 2. Quid egerit in causa Apollinarii. *ibid.* Item in causa Vitalis. *ibid.* S. Damasus non solus, sed etiam ejus successores constanter usi sunt potestate degradandi in cunctos Romani Patriarchatus Metropolitans. 38. 2. S. Damasus Priscillianistas Romam appellantes in conspectum suum, cur non admiserit? 30. 1. Daniel Presbyter Orientali Ecclesiæ de variis, etiam stupro Sancti Monialium, accusatur, 46. 1. Fugit in Galliam, & tamquam vagabundus apud Patrem communem Romanum Episcopum accusatur. *ibid.* Degradato Episcopo auferebatur etiam sui Patriomonii regimen & ex ipsius proventibus alebatur. 56. 2. Desiderius Archi-Episcopus Viennensis pallio Episcopali ornatus. 184. 2. Diocesis. Vox induta per Constantinum M. 146. 2. Dionysii Exigui autoritas ex Cassiodoro stabilitur. 249. 2. Dionysium Alexandrinum Episcopi Pentapoli-tanæ Provinciæ non præsumperunt damnare, sed accusarunt apud Dionysium Pontificem. 34. 1. Dioscorus Patriarcha Alexandrinus præsumit Sy-

nodum facere sine autoritate Sedis Apostolicæ, quod nunquam licuit, nunquam factum est, 65. 1. In Chalcedonensi Synodo debuit à Cathedra descendere, & ut Reus in medio stare, 65. 2. Quanta potuerit in Ephesino latrocinio? 296. 2. Cur oderat Domnum Antiochiæ Patriarcham? *ibid.* Domni Antiocheni damnatio, prout à Dioscoro facta est, fuit iniqua, & invalida. 324. 2. Domnus Antiochenus Patriarcha, cur damnatus? 324. 1. Defunctus tempore Chalcedonensis Synodi. *ibid.* Domnus ordinatur in locum Pauli Samosatensis, 109. 2. Donatistæ recurrunt ad potestatem sæcularem. 75. 1. Cecilianum apud Imperatorem accusant, 75. 2. Primi retractatorum iudicium postularunt à Laico Principe. 95. 1. gravissimè impegnerunt in Canones. 225. 2. Donatistæ transcripserunt in totam Ecclesiam Orientalem litteras conventiculi Philippo-Politani solius Eusebianæ factionis facinus, 280. 2. Quid differunt ab Arianiis? 280. 1. Cur à Romanis vocati sint Montenses? 163. 1. Donatistarum schisma inchoatum à Numidiæ Episcopis ob Cecilianum Carthaginensis Archidiaconi ad istius Ecclesiæ Episcopatum promotionem. 159. 1. Contendebant Primatum debuisse consecrari à Primatu, & quidem Numidiæ. *ibid.* Donatistarum varia in Carthaginensis Ecclesiæ dignitatem injuria. 159. 1. Donatus appellari voluit *Princeps Carthaginis*. 151. 1. Eundem titulum usurparunt Donatistæ, displicuitque Synodo Carthaginensi. *ibid.* Donatus nomen est Afris proprium & familiaris. 280. 1. Donatus quis fuerit Donatianæ Hæresis Princeps? 224. 2. Dorotheus Martiano-politanus Episcopus pro concione negat Mariam esse Deiparam. 25. 2. Duziacensis Synodus, quid scripserit in causa Hincmari Laudunensis? 60. 2.

## E

Ebonis reparatio quomodo peracta? 356. 2. Appellans ad Sedem Romanam non fuit sine prævio examine admittitur ut Canonicus Episcopus, & pallio donatus. 69. 2. Ecclesiæ regimen Monarchicum, mixtum tamen Aristocratia. 48. 2. Ecclesiæ sunt ab Apostolis distributæ in sex Autocephalias, uni tamen Papali Capiti subjectas Dioceses, tres Patriarchales, & tres Exarchicas. *ibid.* Ecembolius Sophista Constantinopolitanus vertumnus ad Imperatorum ingenia, ac naturam se conformans. 213. 1. *Electio* quandoque accipitur pro consecratione. 167. 2. Ennodii Ticinensis Episcopi Apologeticus, quid scri-

scribat de Synodo Sardiceni? 124. 1. Ephesina Ecclesia à Sancto Paulo fundata, & à Sancto Joanne Evangelista dudum directæ, agrè fert se spoliari sua Autocephalia. 37. 1. Ephesina Synodus Metropolitæ pœnam statuit, quod deinceps suæ Provinciæ subfuturus sit. 32. 1. Fuit in duas partes divisa. *ibid.* Ephesina Synodus convenit, non ad solam Nestorii, sed præsertim ad degradatorum ab ipso Clericorum provocationem discutiendam. 337. 1. Ephesina Synodus, utrum Œcumenica? 128. 2. Ephesinum latrocinium, cur subindè vocetur universale Concilium? 326. 2. Cujus autoritas sit. *ibid.* Non habebatur ab omnibus Catholicis passim pro Latrocinio. *ibid.* Causa Synodi. 211. 2. S. Epiphanius, quid senserit de Marcione? 71. 1. S. Epiphanius Apocryphis quandoque credidit. 71. 2. Episcopales accusationes solus Provinciæ Primas potuit admittere, ac Reos citare. 212. 1. Potuit duodecim Episcopos eligere & iis præferre aut alicui decimo tertio vices suas delegare. *ibid.* Episcopale iudicium non finit controversiam fidei. 269. 2. Episcopi Italiæ, quinam dicantur? 120. 1. Item, quinam finitimi ad almam urbem? *ibid.* Episcopi in Africa quomodo appellare potuerint? 213. 2. 214. 1. Episcopi Provinciales in Synodis Provinciales Episcopos damnare poterant, concessa tamen damnatis facultate appellandi. 47. 1. appellatio, si excluderetur, non tantum in Papalem, sed in Patriarchalem potestatem foret injuriosa. *ibid.* Episcoporum translatio summopere quondam reprobata. 150. 2. Eam Afri equiparabant reprobationi. *ibid.* Episcopus, cujus Sedes Reum reparat, non potest Synodo non præferre. 160. 1. Episcopus debet esse sine crimine, & præsertim sine flagitio, & quidem patrato post nonnisi à duodecim Episcopis damnari potuit. 210. 1. & seq. Suppleri tamen potuit per septuaginta duos idoneos testes. 211. 2. Attamen nonnisi per Provinciæ Synodum. *ibid.* Episcopus novus in locum damnati creari in Africa non poterat nisi damnationem Romana Ecclesia confirmaret. 34. 1. Episcopus per injuriam rejectus à sua ad quam consecratus fuerat civitate, & nunquam admittitur, potest in aliam Ecclesiam incardinari ex perpetua omnium Gentium consuetudine & Apostolica disciplina. 135. 1. Ista incardinatio nullatenus est translatio. *ibid.* Episcopus solus nequit Collegam deponere, aut criminaliter deponere, nec Metropolita, imò nec Patriarcha id potest in suum suffraganeum. 47. 2. Evagrius à Paulino solo adhuc vivo successor or-

dinatur. 133. 1. Eulalii contra Bonifacium schisma quomodo compositum. 256. 2. Nec Alexandrina, nec Carthaginensis Ecclesia inter suos Episcopos unquam habuit Eulalium. 283. 2. Euphratæ Colonienfis Episcopi Romana appellatio. 28. 1. & seq. Item 97. 2. Fusè, Non fuit damnatus ob Arianam Hæresim, sed Pauli Samosatensis, aut Marcelli. 28. 1. Damnatus fuit à propria Synodo: Non tamen processit ad definitivam sententiam, nisi adesset Maximinus Treverensis, & Valentinus Arelatenfis. 33. 2. Eusebiana factio à Provincialibus Synodis non exclusit Clericorum ad Patriarcharum provocationes, longè minùs ad Pontificem. 81. 1. Eusebianæ factionis epistola sceleratissima 94. 2. à Marca malè ex illa invadit Romanas appellationes. *ibid.* Est epistola Philippo-Politani conventus, 108. 1. Quot subscripserunt? *ibid.* Eusebiana factio. 31. 1. Degradat Gaudentium Naxitanum, 48. 1. Desperans non Romam, sed processit Antiochiam & evomuit Canonum fucos. 51. 1. Ecclesiæ Monarchiam impugnant, & Aristocratiam inducere tentant. *ibid.* Sardiceni Synodi contra Eusebianam factionem testimonium. 54. 1. Conjurarunt Sancti Athanasii, & aliorum restitutionem nunquam admittere. *ibid.* Cum Hosio & aliis disputantes nihil profecerunt: Omnes de nocte fugerunt Philippo-Polim, & apud Orientale imperium insaniunt tres Patriarchatus esse jure divino Autocephalos. *ibid.* Julium Pontificem gradu & communionem privarunt. *ibid.* Eusebiana factio malè dicitur noluisse sua iudicia retractari, etiam per œcumenicam Synodum. 107. 2. Eusebiana factio nunquam negavit Provinciales Synodos ad Patriarcham, aut Autocephalum Primatem posse appellare. 14. 1. Solas Patriarchales ac alias Autocephalas Synodos voluit esse inappellabiles. *ibid.* & 75. 2. 76. 2. Appellantes & Romam accedentes Presbyteros comprehendebant per viam ac tradebant in custodias. 76. 1. Eusebiana factio Romanas appellationes antea approbaverat. 62. 1. Noctu & insalutato Pontifice ob repulsam fugiunt Roma. 62. 2. 66. 1. 68. 2. Eusebiani tertio Romam à Julio evocati. 109. 1. Eusebianorum tergiversatio contra Julium Pontificem. 61. 2. In causa Pisci molimina apud Julium Pontificem. 62. 2. Eusebius Doryleensis Episcopus in Chalcedonensi Synodo queritur de occisione Flaviani. 65. 2. Primus Eutychem accusat. 66. 1. Item Patriarcham Nestorium. 290. 1. A Synodo Chalcedonensi fuit ex integro reparatus. 350. 2. Romanam Ecclesiam non solummodo appellavit, sed etiam personaliter accessit. *ibid.* Chalcedonensi Synodo adfuit ut plenè Cano-

Canonicus Episcopus. *Ibid.*  
 Eusebii Nicomedienfis unde Eusebiana factio. 62. 1.  
 Eustatius Sebastenus Episcopus appellat ad Liberium. 336. 1. Ab eodem sine generali Synodo restituitur. *Ibid.* Dignitati restitutus redit ad ingenium & vomitum. 336. 2.  
 Eutycherii Thyanenfis Metropolitæ epistola ac Xixtum Pontificem noviter reperta. 327. 2. & seq.  
 Eutyches appellat Romam. 290. 1. & seq. 301. 1. Romam appellat ante inchoatam revisionem. 295. 2. Pontifex videtur appellationem admisisse, eique adscripsisse suspensivum effectum. *Ibid.* Cur in sua, quam ad Florentii Patricii aures fecit appellatione, exprimens Thessalonicensem Episcopum, omiserit Patriarcham Antiochenum. 297. 2. Quare ad Dominum & ejus Concilium provocare noluerit. 299. 1. 300. 1. In Sancti Flaviani Synodo Romanum Episcopum invocavit, quod desisset circa Christianam fidem nihil posse stabiliri sine Episcopo Romano. 300. 1. Hierosolymitanum ex arte invocavit. *Ibid.* Ad generalem Synodum appellavit ante Sancti Leonis iudicium. 296. 1. Mendaciter affirmabat se appellasse tempore Constantinopolitani Concilii. 301. 1. Ad generalem totius Ecclesiæ Synodum per subitum impetum appellavit, 301. 2. Statim à sua Romana appellatione cogitavit de generali Synodo. 302. 1. 310. 2. 311. 1.  
 Eutyches appellationem suam ad tres Patriarchas introduxit coram solo Papa Leone. 303. 1.  
 Eutyches fuit Archimandrita trecentorum Monachorum. 291. 1.  
 Eutycheis error. 297. 2. 345. 1. Hæresis non fuit nova. 301. 2. Synodalis contra eum sententia. 290. 2. Apollinarii erroribus dedit novam faciem. 305. 2. Sanctum Leonem infamavit de Nestorianæ Hæresis patrocinio. 311. 1.  
 Eutycheis imperitia, mendacia. 296. 1. 302. 2.  
 A. Quenello perperam vocatus vir sagacissimus, *Ibid.* Injuris prosequitur Sanctum Flavianum, 292. 2. & Sanctum Leonem; 295. 1. 311. 1. Author commotæ in Theodoretum Cyrensem tragœdiæ. 298. 1. 2.  
 Eutycheianæ ad Sanctum Leonem appellationis ex Cassianensi Codice instrumentum. 341. 2.  
 Excommunicatio Romana in totum Orientem, & cur commutata in simplicem communionis dissociationem. 314. 1.

## F

Fauftini Potentini Episcopi, ac Philippi & Afelli Presbyterorum apud Afros acta. 253. 2.  
 Fauftinus cur Africanæ Synodo non præfederit. 256. 2. Eum qua legatum revocari non postularunt Africani Episcopi. *Ibid.*

Fauftinus Lugdunensium Metropolitæ Cypriano scribit de causa Martiniani Arelatensis. 23. 1. Non presumpsit de Martiniano judicare. 47. 1.  
 Felix Episcopus, imaginarium urbis Romæ Episcopum se dicit, 161. 1. 2. à Donatistis detruditur in tertium locum post Januarianum ac Primianum. *Ibid.*  
 Felix in nova Epyro Episcopus ad Romanam Sedem appellat. 136. 1. 2. videtur non à lata sententia, sed provocasse adversus ferendam. *Ibid.*  
 Ferrandus Archidiaconus Carthaginensis Ecclesiæ Sancto Fulgentio retulit quæstiones de Æthiopis baptismo, 285. 1. Idem scripsit vitam Sancti Fulgentii, & creditur auctor Breviarii Canonum, *ibid.* 156. 1.  
 S. Flaviani ad Sanctum Leonem epistolæ duæ, 306. 1. In priori epistola seu relatione postulavit confirmationem lætæ de Eutycheis sententiæ. 306. 2. Postulavit non suæ personæ, sed Ecclesiasticæ causæ solatium ac desertionem, seu factæ Synodi confirmationem. 308. 2.  
 S. Flaviani appellationem solus Sanctus Leo sine generali Synodo poterat retractare ac definire. 324. 1. Constat ex universa Chalcedonensi Synodo. *Ibid.* Item ex Sancti Leonis epistola ad Clerum & Populum Constantinopolitanum, *ibid.* 325. 3.  
 S. Flaviani cadaver in Basilica Sanctorum Apostolorum convenienter est sepultum. 324. 2.  
 S. Flaviani de Eutycheis errore ac persona sententiam Sanctus Leo confirmat. 294. 2.  
 S. Flaviani in Romanam Ecclesiam profunda reverentia. 293. 1.  
 S. Flaviani Romana appellatio à Dioscori, & omnis istius factionis violentia. 301. 1.  
 S. Flaviani Romana appellatio discutitur. 318. 1.  
 S. Flavianum, quæ genuina ratio deterruerit à cogenda Synodo. 316. 2.  
 S. Flavianum sceleratus Dioscorus coram se genuflexum invasit calcibus, in conspectu totius Synodi, ex quibus paucos post dies novus iste Abel migravit ad Dominum. 318. 2.  
 S. Flavianus à Romana Ecclesia pro perjuro, exlege, & contumaci habitus. 120. 2. Romanæ Ecclesiæ communionem non accepit, nisi sub finem vitæ per mediationem Acacii Berrhænsis Episcopi, & Sancti Isidori Pelusiotæ Presbyteri Alexandrini. *Ibid.*  
 S. Flavianus ab Eutycheis compulsus ad solemnem in scriptis fidei professionem. 293. 1.  
 S. Flavianus accusatus ab Eutycheis de Nestoriana hæresi. 294. 1. Item de refutatis duodecim Capitulis Sancti Cyrilli. *Ibid.*  
 S. Flavianus ad solam Apostolicam Sedem appellavit, non ad generalem Synodum. 322. 2. Constat ex Liberato Carthaginensis Ecclesiæ Archidiacono. 323. 1. 2.  
 S. Flavianus, an appellaverit ad solum Pontificem, an verò ad aliam generalem Synodum? 319. 1. Ex testimonio Sancti Leonis licet appellasse ad solum Pontificem. *ibid.* & seq. Idem

Idem constat ex Valentiniani III. Imperatoris ad Collegam Theodosium epistola. 320. 2. Item ex litteris, quas ad Theodosium scripsit Galla Placidia Augusta Constantii Imperatoris vidua, Valentiniani mater. 321. 1. Item ex litteris Hilari Romanæ Ecclesiæ Archidiaconi ad Paulcheriam Augustam. 321. 2.  
 S. Flavianus, an censuerit per Papalem suæ Synodi confirmationem posse, aut debere abstinere à generali Synodo. 315. 2. Quid de hac re etiam senserit Sanctus Leo. *ibid.*  
 S. Flavianus Apostolicis Sancti Leonis litteris statim respondit, omnemque Eutycheis errorem, omniaque suæ Synodi acta exposuit. 292. 2.  
 S. Flavianus censet ad enarrationem causæ Eutycheis non esse opus œcumenica Synodo, sed proficitur sufficere solum Leonis Sacerdotium. 303. 1.  
 S. Flavianus Constantinopolitanus Episcopus, sectatus vestigia Sancti Joannis Chrysostomi retinuit & exercuit Patriarchalem potestatem in Asiaticam, immò in tres olim Autocephalas Diœceses. 290. 1.  
 S. Flavianus cum Eusebio apud Ephesum à Dioscoro carceratus & relegatus Hyperpam Asiæ, inter manus eorum, à quibus in exilium ducebatur glorioso ad Christum sine transivit. 323. 1.  
 S. Flavianus in causa Eutycheis agnovit jus Romanæ appellationis. 301. 2. Contra factum Eutycheis meritò contendit. *ibid.*  
 S. Flavianus sacra iustione compulsus fuit, propria manu scribere libellum fidei, atque ita se de Nestorio purgare. 295. 1.  
 S. Flavianus suorum Synodaliū gestorum Apostolicam confirmationem à Sancto Leone postulavit omnibus eloquentiæ suæ viribus. 316. 1. Quas rationes ad removendum generale Concilium attulerit. *ibid.*  
 S. Flavianus superordinatus Meletio. 133. 1. Flavianum, utpotè manifestè perjurum, atque intrusum semper ac meritò averfata fuit Romana Ecclesia. *ibid.* Flavianus renuit venire ad Synodum Capuanam. *ibid.* Ab Apostolica Sede provocavit ad Synodum. 133. 2. Flaviani appellationi non detulit Siricius. 134. 1.  
 Flavitas Presbyter mortuo Acacio ordinatur Patriarcha Constantinopolitanus non tamen consensit inthronizari sine Romano Episcopo. 109. 2.  
 Fortunati ac Felicissimi appellatio Romana, quo sensu à Sancto Cypriano improbata. 220. 2. Fortunatus non fuit Episcopus. 147. 1.  
 Fortunati legatos quomodo Cornelius Pontifex tractaverit. 223. 1.  
 Fortunatus ex mente Cypriani non erat verus Episcopus, quia consecratus ab Hæreticis, à quibus datos ordines, sicut & baptisma Cyprianus censebat esse irritos & nullos. 222. 2. Illud ipsum censebat Cypriani populus. *ibid.*  
 Fortunatus non à viginti quinque, sed à solis quinque, eisque sordidis & damnatis Episcopis. *Christ. Lupi Opera T. VIII.*

pis intrusus & consecratus. 220. 1. Quæ postularit à Sancto Cornelio. *ibid.*  
 Franco-fordienfis Synodus, quid decernat de appellationibus? 79. 2. Ejus Canones sintne confirmati per Romanam Ecclesiam? 80. 1.  
 Fulcherius Tyrensis Archi-Episcopus pallium accipit ab Innocentio II. 197. 1.  
 Fussala quandonam cœperit habere Episcopum? 242. 1.  
 Fussala quondam Hipponensis Parochiæ oppidum distmbratur. 233. 2. Fuerat pertinax in parte Donati. *ibid.* Denuò adscripta Cathedralis Hipponensi. *ibid.*  
 Fussalanus Episcopatus erectus à Sancto Augustino. 242. 2.

## G

Gallia nihil pertinet ad Carthaginensem Episcopum. 23. 2. 25. 1.  
 Galliarum Primates sunt Africanis longè juniores. 155. 2. Omnium senior est per Carolum M. *ibid.*  
 Gallicana Ecclesia, an in appellando gaudeat Africanæ Ecclesiæ Privilegiis? 84. 2. & seq.  
 Gallicana Ecclesia non solet festinanter superordinare. 19. 1.  
 Gallicana Ecclesia semper fuit obsequentissima Sedi Apostolicæ, 18. 1. Longè aliter Romano Episcopo, quam Carthaginensi subjecta. 25. 1.  
 Gallicana olim Ecclesia credidit Sancto Gelasio affirmanti Sanctum Athanasium, Sanctum Joannem Chrysostomum, ac Sanctum Flavianum provocasse ad solam Sedem Apostolicam. 340. 2.  
 Gallicana Provincialia Concilia non pollent suprema facultate, ut ab iis Romam non appellentur ab inferiore Clero. 78. 2.  
 Gallicanæ Ecclesiæ Clerici damnati à suis Episcopis volebant suarum Provincialium Synodis accedere. 82. 2. 83. 1. Fraudulenter accedebant Sedem Romanam. 83. 1.  
 Gallicanæ Ecclesiæ Clerus inferior semper appellavit ad Sedem Romanam. 77. 2. & seq.  
 Gallicanæ Ecclesiæ Presbyteri, an possint prætermissa Synodo immediatè Romam provocare? 84. 1.  
 Gallicani Episcopi à suis Synodis damnati, olim appellaverunt ad Sedem Apostolicam. 11. 1.  
 Gallicani Episcopi, an fuerint aliquandò exempti à Patriarchali intra almam Urbem celebrandam Romani Pontificis Synodo. 86. 2.  
 Gallicani Episcopi excusant se à Synodo indicta per Nicolaum I. non quod talis evocationis potestatem negarent, sed quod existimabant nullam esse evocationis necessitatem. 88. 1. cur Episcopi rationes suas per se non exposuerint, sed per Reges. 88. 2. & seq.  
 Gallicani Episcopi Synodales suorum Collegarum damnationes in executionem non mittebant, quandò ad Sedem Romanam erat provocatum. 123. 2. Causa Contumeliosi, cujus

damnatio transferat in rem iudicatam, perpetram allegatur. *ibid.* & *seq.*  
 Gallicanos Episcopos ad Patriarchales Romani Pontificis Synodos evocandi vetusta consuetudo. 88. 1.  
 Galli novatores Eusebiana factione peiores. 10. 2.  
 Galli semper appellaverunt ad Sedem Apostolicam. 15. 2. Solus Hilarius tramitem illum dereliquit. 18. 2.  
 Galli spectant ad Patriarchalem Synodum Romanæ Ecclesiæ. 86. 2.  
 Gamalius Bagajensis Episcopus & Primas Numidiæ præsidet Synodo, &c. 159. 2.  
 Gamalius Primas cogit Synodum trecentorum & decem Episcoporum. 160. 1.  
 Gaudentius Naxitanus degradatur ab Eusebiana factionis conventu. 48. 1.  
 Gaudentius Naxitanus Metropolita Dacorum 129. 2. Ad ejus intercessionem emanarunt Canones Sardicenses de Romana appellatione. *ibid.* & 139. 2.  
 Gaudentius Naxitanus in Illyrico Episcopus appellationes Romanas non tantum agnoscit, sed etiam ampliat. 123. 1. Hinc degradatur à Philippo-Politana factione. 122. 2.  
 S. Gaudentius Abitunensis Episcopus, Wandalis Africam devastantibus, cum sancto Quodvult-Deus, & cæteris Præsulibus fugit, & in Parthenope civitate monasterium condidit. 284. 2. Jecit prima Augustiniani Ordinis extra Africam exordia. *ibid.*  
 Gerbais Joannes Doctor Parisiensis errat circa tempus & locum Concilii Arelatensis. 17. 2. Fatetur Chelidonium ivisse Romam ad postulandum Hilarini iudicii reformationem, juxta placita Sardicensis Concilii. *ibid.* rectè sentit de appellationibus Romanis. *ibid.* Recedit à professione veritatis, quam fecerat de Sardicensibus Canonibus, 18. 2. Labitur. *ibid.*  
 Gerbais recedit à prima sua sententia. 20. 1. Malè docet Sanctum Leonem errasse, quod Gallicanorum Episcoporum causas Romæ cognoverit, *ibid.* Eiusdem sentia & errores circa Imperatoris Gratiani legem. 35. 1.  
 S. Gelasii epistola ad Faustum Magistrum à Quenello agnita citat Canones, qui appellationes totius Ecclesiæ ad Romanæ Sedis examen volvere deservi, ab ipsa verò nunquam appellari debere sanxerunt. 287. 1.  
 Gerontius sceleratus Sancti Ambrosii ex-Diaco-nus circumscribit Helladium Cæsaræensem in Cappadocia Episcopum, & consecratur Nicomedien-sis Episcopus. 46. 1.  
 Gratiani decretum, an Ecclesia quoad omnia probaverit? 177. 2.  
 Gratiani & Valentiniani de Romanis appellationibus leges, an sint contrariæ Canonibus? 32. 1. 39. 2.  
 Gratiani Imperatoris lex de iudicandis Episcopis à Romano Pontifice. 35. 1. Non hæsit in persona solius Damasi. 38. 1. 40. 1.  
 Gratiani lex adversus Parmensem ac Puteolanum Episcopum, nihil sancit Romanis appellationibus contrarium. 91. 2. & *seq.*

Gratiani lex apud Orientales, quoad illam partem, quæ apud ipsos servari poterat, semper fuit in summa reverentia, ac plena obedientia. 39. 2. Ad Ecclesiæ Africanæ preces in novata quoad posteriorem partem per Imperatorem Arcadium & Honorium. *ibid.*  
 Gratiani lex non hæsit in sola persona Damasi, sed fuit perpetua interpres ac executrix Canonis Apostolici. 39. 2. Viguit in Gallia tempore Bonifacii Pontificis. 45. 2.  
 Græcorum ritus de pallio sunt omnino Apostolicum institutum. 197. 2.  
 S. Gregorii M. epistola ad Columbium debebat præcedere epistolam ad Mauritium. 286. 2.  
 Gregorii M. epistolæ egent revisione & correctione. Epistola 16. ad Columbium deberet esse omnium, circa materiam de qua agitur, prima. *ibid.*  
 S. Gregorii M. tempore non soli Afrorum Episcopum, sed etiam inferior Clerus Romam appellavit. 285. 2.  
 S. Gregorii M. textus vitiatus. 196. 1. Pro *Nicomediæ*, legendum *Nicopolis*. *ibid.*  
 S. Gregorius M. etiam in prima instantia agit adversus Metropolitanos. 39. 1.  
 S. Gregorius M. gestavit non latinum, sed græcum Pallium. 201. 1. Gregorius Magnus quandoque latino, quandoque græco utebatur pallio. 201. 2.  
 S. Gregorius M. quale pallium gestaverit? 138. 1. Non fuit latinum, sed Græcum. *ibid.* Accometensis Monachus an sententiam Felicis tertii affixerit Episcopali pallio Acacii. 176. 1.  
 Gregorius M. quomodo circa appellationes Romanas egerit in Gallia? 140. 1. Quomodo in Hispania? 140. 2.  
 Gregorius Nazianzenus propugnaculum fidei Catholicæ adversus Arianos. 117. 1. Quod Arianum haberent omnes Ecclesias, est concionatus sub dio, ideoque ab Arianis passus solemnem lapides. *ibid.*  
 Gregorius Turonensis pro appellationibus Romanis è Gallia dat testimonium. 21. 2.  
 Gummitanus Episcopus, cur apud Sanctum Leonem nonum prætenderit Carthaginensem Episcopum à Primatu excludere? 149. 1.  
 Gummitanus Episcopus, quid attentaverit circa Carthaginensis Ecclesiæ dignitatem? 155. 2.

## H

Helladii Tharsensis Metropolitæ epistola ad Sixtum Pontificem noviter reperta. 327. 2. & *seq.* Valcdixit schismati, & permansit Episcopus. 332. 2.  
 Henricus Leodiensis, quid senserit de Pontificia potestate solvendi, aut ligandi sine consensu aut ratificatione proprii Sacerdotis. 55. 1.  
 Hæresis crimen sufficiens, ut Metropolita iudicetur à propria Synodo. 33. 1. 2. Debet tamen esse manifesta. *ibid.* Si sit dubia vel palliabilis

liabilis opus est prævia relatione ad Sedem Apostolicam. *ibid.*  
 Hæreticæ arma Dogmatica transmittere est facinus longè enormius, quam arma corporalia deportare ad hostes. 106. 2.  
 Hæreticus è Clero manifestus seipsum damnat ac degradat. 33. 2.  
 Hermes Metropolitanus Narbonensis ab Hilario Papa confirmatur in sua Cathedra, sed sub pœnali moderamine. 38. 2.  
 Heros ac Lazarus accusant Pelagium Hæresiarcham & perducunt ad Synodum Diospolitinam. 43. 2.  
 Herotis Archi-Episcopi Arelatensis causa discutitur. 42. 2. & *seq.*  
 Hierarchia Africanæ Ecclesiæ exponitur. 149. 2. & *seq.* Apud Afros Metropolitanica autoritas non erat adstricta certæ Sedi, sed semper transibat ad seniore confecratione Episcopum totius Africae. 150. 2.  
 Hierarchia Ecclesiastica non est Aristocratica sed Monarchica. 125. 1.  
 Hierarchiam Romanæ Ecclesiæ VVandalorum Episcopi Africam ingressi in se transtulerunt. 151. 2.  
 Hieronymus Casanate Eminentissimus ac Reverendissimus S. R. E. Cardinalis subministravit ex Cassinensi Monasterio Codicem continentem ultra ducentas litteras plurimum illustratas acta Ephesini Concilii, & Chalcedonen-sis. 327. 2.  
 Hierosolymitana Ecclesia Sancti Jacobi Omophorion traduxit de Patriarcha in Patriarcham. 194. 1. Non accepit illud Roma. *ibid.* Quamdiu duraverit translatio Omophorii de Patriarcha in Patriarcham? *ibid.*  
 Hierosolymitanus Patriarcha Antiocheno postponitur. 194. 1.  
 Hierosolymitanus Patriarchatus quomodo emer-sit? 158. 2.  
 Hilarii Arelatensis cum S. Leone mota quaestio, 7. 2. Originem duxit ex Chelidonii Episcopi per S. Leonem reparatione. *ibid.*  
 Hilarii scopus, error, & audacia circa Romanas appellationes, 14. 1. Non impugnavit Papalem Primatum. *ibid.*  
 Hilarius Arelatensis unicus in Gallia prætendit Autocephaliam, seu exemptionem à Patriarchico jugo Romani Antistitis, 88. 1.  
 Hilarius censuit ex Gallicani Præfecti Sede suo throno accessisse novam dignitatis speciem. 19. 1. Contra morem Galliæ festinanter superordinavit, non soli Projecto, sed & Chelidonio, *ibid.* In propria causa cespitavit, *ibid.*  
 Hilarius in retractatorio Chelidonii iudicio habuit Synodalem confesum, atque suffragium, 67. 1. Non ex Sacrorum Canonum debito, sed ex gratioso S. Leonis beneficio. *ibid.* Eamdem gratiam Hofius in Sardicensi Synodo obtulit Eusebianis Episcopis. *ibid.*  
 Hilarius non evasit victor adversus Pontificem Leonem, ut vult Quenellus. 16. 1. An fuerit *Christi Lupi Opera T. VIII.*

rit à Sancto Leone degradatus? 16. 2. An à Sancto Leone ad iudicium revocatus? *ibid.*  
 Sux Cathedræ privilegio ob pertinaciam privatus, 17. 1. Tandem conversus ac illuminatus ad seriam pœnitentiam. *ibid.* A nonnullis creditur sponte ex Episcopali throno descendisse, & ad silentium Lerinen-sis Monasterii rediisse. *ibid.*  
 Hilarius non vult demutari in accusatorem, sed simpliciter protestari, 14. 2. Hilarius errat cum Mariniano Ravennate Episcopo, 14. 1. Nullatenus prætendit appellationes Romanas auferre, aut circumducere. 14. 2. prætendebat, ne appellationi tribueretur effectus suspensivus, *ibid.* Ignorare non potuit Sardicenses Canones, *ibid.* Hilarium circumduxit nova Autocephalia. 15. 1.  
 Hilarius præsentat se Sancto Leoni, & de facta Chelidonii reparatione queritur, 8. 1. Dicit se simpliciter protestari. *ibid.* Clementer excipitur à Sancto Leone. 8. 2. In Concilio Sacerdotum non habuit, quod rationabiliter responderet, *ibid.* Papale pro Chelidonio iudicium admittere contumaciter recusat. 9. 1. Hinc insalutato Pontifice Roma aufugit. *ibid.* Eiusdem excessus varii. 9. 2.  
 Hilarius Pictaviensium Episcopus laudat Sardicenses Canones. 18. 1. Scribit *Constantino* se exulare non crimine, sed factione, 29. 2. Cur non appellaverit? *ibid.*  
 Hilarus Pontifex iurisdictionem exercet in Hermetem Narbonensis Ecclesiæ Metropolitanam, 38. 2. Ea de re scribit ad Leontium Arelatensem Archi-Episcopum, suum in Gallia Vicarium. *ibid.* Hermetem confirmat in Narbonensi Cathedra, sed sub pœnali moderamine, *ibid.* Mamertum Viennensem Metropolitanam iudicavit, compescuit, atque correxit. *ibid.*  
 Hincmari Rhemensis error circa Gratiani legem. 94. 2.  
 Hincmaro Rhemensi quid Benedictus III. concesserit? 189. 1. Canone 27. octavæ Synodi frænatur ejus excessus circa usum Pallii. Et Canone 17. damnatur ejus contumacia contra Romanas evocationes. 191. 1.  
 Hincmarus Rhemensis artium & temperamentorum fuit callentissimus, 188. 2. Non tantum ad ipsa exploranda, sed etiam ad practicanda. *ibid.* Numquam tamen eò devenit audaciæ, ut diceret sibi per antiquos Canones licere quotidianum usum pallii. *ibid.*  
 Hincmarus Rhemensis Metropolita Canones Africanos primus usurpare cepit adversus appellationes Romanas. 248. 1. Solius tamen inferioris Cleri. *ibid.*  
 Hincmarus Rhemensis Metropolita quæ privilegia acceperit à Benedicto III. Pontifice. 188. 2. An impetraverit quotidianum usum Pallii. *ibid.* Damnatus in 8. Synodo. *ibid.*  
 Hincmarus Rhemensis pertinaciter docuit à Romana Ecclesia sanciri non posse novos Canones, sed nova dumtaxat decreta hausta ex generalibus Ecclesiæ Canonibus. 193. 1. Est dogma

dogma Eusebianum ac Photianum. *ibid.*  
 Hincmarus Rhemenfis primus non cœpit anti-  
 quum Canonem de appellatione Metropolitanæ  
 ad solam Sedem Apostolicam introducere in  
 Gallias. 33. 1.  
 Hincmarus Rhemenfis primus non cœpit provo-  
 care ad Africanos Canones & mores. 83. 1.  
 Nequidem ad prævaricatoriam Aurelii Cartha-  
 ginensis epistolam. *ibid.*  
 Hincmarus Rhemenfis Romam appellantes Cle-  
 ricos consuevit tractare ad eum modum quo  
 Rex Pharo tractabat Hebræos, 76. 1. 80. 2.  
 Hincmarus Rhemenfis Romanas appellationes  
 inferiori Clero non licuisse docuit, & istam  
 disciplinam tentavit transducere etiam in  
 Gallias, nequaquam tamen id ausus asserere  
 de Episcopis, quod Novatores. 145. 1.  
 Hincmarus Rhemenfis Sedis Apostolicæ evoca-  
 tionem ad suum tribunal censet adversari Ca-  
 nonibus Sardicenis, 60. 1.  
 Hincmarus Rhemenfis utitur Africana epistola  
 ad Cælestinum adversus Romanas appellationes,  
 60. 1. Item epistola Gregorii M. ad Col-  
 lumbum Numidiæ Episcopum. *ibid.*  
 Hipponensis magna Synodus, in qua Sanctus  
 Augustinus disputavit ac exposuit Apostoli-  
 cum Symbolum. 169. 2. Quo anno contige-  
 rit. *ibid.*  
 Hispania ante Gothorum invasionem in Roma-  
 num imperium, nullum Primatem, nullum  
 Apostolicum Vicarium, adeoque nec Dice-  
 cesanum habuit Synodum. 142. 2. A judi-  
 cii Provinciarum Hispaniæ provocari non  
 poterat nisi ad Episcopum Romanum juxta  
 sextum Nicænum Canonem. *ibid.*  
 Hispanis quando datum Episcopale pallium?  
 184. 1.  
 Hyberniæ Episcopis non fuit concessum pallium  
 usque ad Eugenium III. Pontificem. 185. 1.  
 Honorius Pontifex quomodo processerit adver-  
 sus Calaritanum Episcopum Sardinæ Metro-  
 politam? 59. 1.  
 Hofius Cordubæ celebrat Synodum, in qua re-  
 cipitur Sardicenis Synodus. 55. 2.  
 Hofius Cordubensis Episcopus cur in Synodo  
 Sardiceni quasi supplicans dixerit: *Si placet*  
*vobis, S. Petri Apostoli memoriam honoremus.*  
 100. 2. Atrox est contumelia huic confesso-  
 ri timiditatem in Sardiceni Synodo adscri-  
 bere. 104. 2. in Mediolanensi Synodo quam  
 generosè locutus sit Liberio Pontifici. *Ibid.*  
 Confessionis munus explevit in persecutione  
 Maximiniani. *ibid.*  
 Hofius in Sardiceni Synodo retractationis in  
 Provincia decernendæ jus proponens, non  
 proposuit rem novam, nisi solam illud jus  
 intellexerit. 53. 2. Non potuit referre ali-  
 quid Nicæni Synodo, cui præfuerat, non  
 consonum. *ibid.* Generosè, constanter, &  
 ex Apostolico pectore clamavit ad Sardicen-  
 sem Synodum: *S. Petri Apostoli memoriam ho-  
 noremus.* *ibid.*  
 Hofius, quid de imperialibus Episcopaliis

causarum delegationibus senserit Sardiceni  
 Synodus, ad Imperatorem Constantium ex-  
 ponit eleganter. 102. 2.  
 Hofius Sardiceni Concilii præses Afris fuit in-  
 signiter familiaris. 281. 1.

## I

**J** Anuarianus Primas Numidiæ. 161. 1.  
 Idacius atque Itachius Orthodoxi Hispania-  
 rum Episcopi adeunt sæculares Judices. 30.  
 1. parum sanis consiliis. *ibid.*  
 Idduas Smyrnenfis Episcopus appellat ad Ro-  
 manam Sedem. 136. 2. Adfuit Ephesino  
 Concilio inter cæteros Patres. *ibid.*  
 Idololatria manifesta est crimen sufficiens, ut  
 Metropolita judicetur à sua Synodo. 34. 2.  
 Illiberitana Synodus diu post decretum Corne-  
 lii Pontificis negavit quibusdam Mœchis &  
 lapsis æternum Sacramentalis reconciliatio-  
 nis viaticum. 34. 2. Censuit antiquam discipli-  
 nam esse suis populis convenientiorem. *ibid.*  
 Illyriciana Ecclesia Romam appellare semper  
 consuevit. 135. 1. Potestas illa non venit à  
 Sardiceni, aut alia Synodo, sed à Christo  
 Domino, qui eam S. Petro dedit transfun-  
 dendam in successores, *ibid.* appellationis  
 exempla. *ibid.*  
 Illyricianæ Ecclesiæ tempore Gregorii ad Se-  
 dem Romanam appellatio. 143. 1. Item ci-  
 vium Florentii Epidauriensis Episcopi, 144.  
 2. Item Honorati Salonitani, *ibid.* Item Ma-  
 ximi Salonitani Episcopi. 144. 2.  
 Illyricianæ Provinciæ Diœcesis violenter erepta  
 Romano Patriarchatu. 241. 2.  
 Illyrici Clerus, etiam inferior, Romam appel-  
 lavit. 144. 1.  
 Illyrici utriusque Ecclesiæ Romanarum appella-  
 tionum consuetudinem semper habuit, ac  
 ipsas frequentavit. 129. 2. Sardicenes Cano-  
 nes non potuit ignorasse. *ibid.*  
 Illyrico toti præfuit Thessalonicensis Episcopus,  
 non per ordinarium Primatum, sed per vi-  
 ces delegatas Sedis Apostolicæ. 155. 2. Ista  
 Vicaria Præfectura a S. Damaso primam du-  
 xit originem. *ibid.*  
 Illyricum Orientale per Theodosium Apostoli-  
 cæ Sedi ablatum, & transcriptum in Patriar-  
 chicam potestatem Constantinopolitanæ Ca-  
 thedræ. 135. 2.  
 Imperatores Græcorum, & Reges Latinorum  
 Patriarchas, aut Metropolitanos non inve-  
 stiverunt per pallium. 181. 2. Ejusmodi in-  
 vestituræ nullum proferri potest exemplum,  
 nisi forsan prophani Constantini Patriarchæ,  
 quem facinorosus Imperator Constantinus Ca-  
 ballinus coram omni populo vestivit in Pa-  
 triarcham. *ibid.*  
 Imperatores Romani non habuerunt jus dandi  
 Rescripta ad retractanda judicia degradato-  
 rum Episcoporum. 283. 2. Dederunt ex me-  
 ra conniventia: *ibid.* Quando cessaverit il-  
 lud

lud præsumtum jus Imperatorum. *ibid.*  
 Imperator non potest per semetipsum retracta-  
 re Synodorum sententias, sed, ut summum,  
 delegare aliis Episcopis. 101. 1.  
 Imperatorum circa Synodos autoritas. 90. 2.  
 Imperatorum divalia Rescripta, & Sacræ dele-  
 gationes debebant observare & exequi sacros  
 Canones, alioquin erant violenta in Eccle-  
 siæ dignitatem injuria. *ibid.* & seq.  
 Imperatorum iustiones sacris Canonibus contra-  
 riæ negligendæ sunt ac excutiendæ, non so-  
 lum ob Ecclesiæ disciplinam, sed etiam ob  
 Rempublicam, ac animas ipsorum Princi-  
 pum. 144. 2.  
 Incarnatio requirit duas in Christo naturas.  
 346. 1. Quo sensu quidam Patres docere vi-  
 deantur unam in Christo naturam. *ibid.* Qui-  
 dam Græcorum Patres, nemo unquam La-  
 tinus, vocem *natura*, accepit pro *Hypostasi*.  
*ibid.*  
 Innocentii I. capitulum tertium ad Victricium,  
 an explicet Canonem quintum Nicæni?  
 50. 2. Everit Quæsnelli commenta. *ibid.*  
 Innocentii I. de appellationibus Romanis testi-  
 monium expenditur. 12. 1. 18. 1. Laudat Sar-  
 dicenes Canones de liberis ad Apostolicam  
 Sedem appellationibus. 18. 1. Ejus ad Vi-  
 tricum epistola summæ semper in Gallia  
 auctoritatis. *ibid.*  
 Innocentius Carthaginensis Ecclesiæ Presbyter  
 rerulit ex oriente Nicænos Canones. 265. 2.  
 Innocentius I. agnovitne Canones Sardicen-  
 ses? 121. 2. In litteris ad Victricium egerit  
 de solis in materia fidei Relationibus, an  
 etiam disciplinæ? *ibid.*  
 Innocentius I. ante omnem audientiam S. Joannem  
 Chrysofomum communicavit in Epi-  
 scopali communione, & Theophilum evo-  
 cavit cum ipso Romam ad causæ retractationem.  
 68. 2. Innocentii iudicium probavit  
 atque firmavit omnis etiam Orientalis Eccle-  
 sia. *ibid.* Secundum Sardicenes Canones  
 exequitur S. Joannis Chrysofomi appellatio-  
 nem. 54. 2.  
 Innocentius I. in causa Appellationis Bubalii  
 & Tauriani processit juxta Canones Sardicen-  
 ses. 122. 2.  
 Innocentius I. S. Joannis Chrysofomi iudicium  
 retractatorium, cur delegaverit Synodo The-  
 salonicensi, 64. 1. Factum id, non ob A-  
 postolicæ auctoritatis insufficientiam, sed ob  
 violentas refragationes circumscriptorum Prin-  
 cipum. 325. 1.  
 Innocentius III. quid de Pallio Roma peten-  
 do statuerit? 197. 2. fuit periculis Sacro-  
 rum Canonum. *ibid.* Sanxit pro solis Lati-  
 nis. *ibid.*  
 Instantia I. juxta Canones spectat ad Provinciæ  
 Synodum. 45. 1. 50. 2.  
 Instantius, Salvianus, & Priscillianus F. nam  
 proficiscuntur, ut apud Damasum. *ibid.*  
 Instigant. 30. 1. Ne in conspectum quidem  
 ejus admissi sunt. *ibid.* S. Ambrosium æquè  
 Christi. Lupi Opera T. VIII.

fibi adversantem reperiunt. *ibid.* In Syno-  
 do Burdigalensi, ad Imperatorem appellant.  
 30. 2.  
 Joannes Alexandrinus, licet de solo crimine ci-  
 vili accusatus foret, ad solam Sedem Aposto-  
 licam provocat. 337. 1. Falsò accusatur  
 de ambitu, perjurio, ac Simonia. 338. 2.  
 Joannes Antiochenus, quibus conditionibus  
 convenerit cum Sancto Cyrillo? 331. 2.  
 Joannes David frustra impugnatur ab Anonymo  
 Apologo pro Petro de Marca. 212. 2. rectè  
 sentit de Sardicenis Canonibus. *ibid.*  
 Joannes Launoy Epistolam Sancti Cypriani ad  
 Sanctum Stephanum malè proferbit ad spuria.  
 22. 2.  
 Ischyris imaginarius Episcopus Maræoticis sub-  
 scripsit epistolæ Synodali Eusebianæ factionis.  
 107. 2.  
 Ildori Mercatoris Codex Canonum, quantæ sit  
 auctoritatis? 79. 2. 142. 1. Collectionis au-  
 thor est homo Hispanus. 142. 1. 212. 1.  
 Iudicia Ecclesiastica olim fuerunt passim Synoda-  
 lia. 247. 2. Fuerunt tamen & personalia à so-  
 lo Episcopo. *ibid.* Solæ adversus Episcopum  
 causæ erant olim Synodales: adversus Laicos  
 & Clericos intentatas actiones judicabat solus  
 Episcopus, *ibid.* Diaconi, Presbyteri & Epi-  
 scopi, à quot Episcopis judicandi. 211. 1. &  
 seq. Civiles Clericorum causas Episcopus po-  
 terat solus dirimere. *ibid.*  
 Italiæ Metropolitanæ quatuor, Romanus, Medio-  
 lanensis, Aquilejensis, Calaritanus. 35. 2.  
 Italia solida dividitur in tres partes: In Provin-  
 cias suburbicarias, urbicarias, & Italianam spe-  
 cialiter dictam. 120. 2.  
 Juliani Eclanensis appellatio ad generalem Syno-  
 dum 205. 2. 276. 2. Erat frivola. 277. 1.  
 Pertinacissimè detrectat subscribere decrecis  
 Zozimi Pontificis contra Pelagium & Cele-  
 stium. 276. 2.  
 S. Julii Pontificis adversus Eusebianam factio-  
 nem, Hincmarum, Quæsnellum, aliosque  
 de Romanis Appellationibus testimonium.  
 61. 1.  
 S. Julii Pontificis epistola de Eutychetis doctri-  
 na, fueritne verè à Julio Pontifice conscripta?  
 345. 1. Longè verissimum est eam epistolam  
 non esse Julii Pontificis, 346. 2.  
 S. Julii Pontificis epistola, quam scripsit ad An-  
 tiochenam Synodum malè dicitur hætenus à  
 nemine intellecta. 112. 1. Non continet me-  
 rum genus obsequii, *ibid.* Aureis litteris om-  
 nium cordibus inscribenda. 110. 2.  
 S. Julii Pontificis iudicium in causa Sancti Atha-  
 nassi, 68. 1. 110. 1. 111. 2. 113. 1. Cur retra-  
 ctatorium iudicium delegaverit Synodo Sardi-  
 ceni. 64. 1.  
 Julii Rescriptum ad Antiochenam Synodum no-  
 bis in secunda sua Apologia custodivit Sanctus  
 Athanasius. 113. 2.  
 Justinianus Episcopus Sancto Briccio superordi-  
 natus jubetur à Populo Romam accedere.  
 21. 1. Iusto Dei iudicio percussus obiit pere-  
 gri.



grinus. *ibid.*  
 Justinianus Imperator condit leges in speciem iustas, in quarum visceribus latebat pessimus anguis. 51. 1. Malè sanxit Præfectorum, Patriarcharum, ideoque Aptocephalorum Primatum sententias esse inappellabiles. 19. 2.

## L

**L** Aureatorum receptio erat olim manifesta professio obedientiæ. 180. 2.  
 Laurentius, de quo Sanctus Augustinus ad Cælestinum, non fuit Icositanus Episcopus. 240. 2.  
 Lazari Aquiensis causa discutitur, 42. 1. Cum Herote Archi-Episcopo Arelatenfi, Hæresiarum Pelagium simul accusarunt. *ibid.*  
 Legati à latere olim Romam missi. 268. 1. Tituli origo est à Concilio Sardicensi. *ibid.* est titulus mutuatus è Romano imperio. *ibid.* Eorum officium non bene explicatur à Joanne Morino 268. 2. Sed nec à Quesnello. *ibid.* Erant inter Pontificis Romani latera, id est inter ejus in Romanæ Provinciæ Synodo, aut Romanæ Ecclesiæ Consistorio adfessores. *ibid.* Hoc officio nonungebantur olim Cardinales Diaconi, nunc funguntur. *ibid.* Hodie omnes, & soli Cardinales possunt esse Legati à latere; *ibid.*  
 Legatus Apostolicus à latere in Provincias olim mitti solitus. 256. 2. Omnem ejusmodi legationem Africani Episcopi non improba-verunt. *ibid.*  
 Leo Acridensis Episcopus Exarchus Bulgarorum Michaelis Cerularii satellites & cooperarius. 103. 1. Negat Primatum à Christo Domino esse datum meritis S. Petri. *ibid.* Verba Christi *tu es Petrus*, &c. docet directa non in Petri personam, sed in ejus de Dei Filio confessionem. *ibid.* Aliæ ejusdem fabulose blasphemix. 103. 2. & seq. Quid de Sardicensi Synodo sentiat? 105. 1.  
 S. Leo an excefferit in causa Chelidonii? 8. 1. 20. 2. 59. 2. 67. 2. 69. 2. 71. 1. Item in causa Theodreti, Eusebii Doryleensis, aliorumque per latrocinium Ephesinum degradatorum? 69. 1.  
 S. Leo cur ab Excommunicatione contumeliosa Dioscori non appellat. 29. 2. Cur Eutycheanos legatos Antiochenæ Ecclesiæ nec ad societatem usque salutationis admisit? 31. 1. Item cur retractatorium judicium non Romæ, sed in plena Synodo Chalcedone censerit faciendum? 64. 1.  
 S. Leo cur in litteris ad Theodosium pro S. Flaviani appellatione adducat solos Canones Sardicenses, & adversus Hilarium non produxerit Sardicenses Canones? 57. 1.  
 S. Leo deponit Bassianum inthronizatum Ephesinorum Episcopum, quia præter regulas factus fuerat. 37. 1. S. Leonis judicium probat Chalcedonensis Synodus. 37. 1. 2.

S. Leo Domni Antiocheni Patriarchæ damnationem solus stabilivit, atque ita hominem quasi de novo damnavit. 324. 2.  
 S. Leo Ephesinum totum latrocinium evocavit Romam ad audiendum retractatorium judicium S. Flaviani, & ejus Collegarum. Tandem adesse jussit apud Chalcedonem & Dioscorum stare inter Reos, palam professus id à se agi juxta Sardicenses Canones. 119. 2.  
 S. Leo Episcopos omnes Orientales, qui latrociniali in S. Flavianum judicio adfuerant, & confenserant, suspendit à suæ Sedis ac totius Ecclesiæ Occidentalis communione. 321. 2.  
 S. Leo habuit penes se quædam rerum in Gallis gestarum monumenta, quæ usque ad nos non pervenerunt. 12. 1.  
 S. Leo in Chalcedonensi Synodo vocatur Episcopus universalis. 250. 2. Testatur S. Gregorius, quod S. Leo titulum illum tamquam invidiæ obnoxium recusaverit. *ibid.*  
 S. Leonis epistola ad Cæsarensis Mauritianæ Antistites, sitne interpolata? 216. 1. & seq. Cur Lupicini causam non traxerit Romam, neque Legatum miserit ad Afros, sed retractatorium judicium delegaverit Provinciæ Synodo? 216. 2. Poruisset S. Leo fatente Quesnello Lupicinum Romam accersere. *ibid.*  
 S. Leonis epistola quatenus agit de Lupicini Episcopi appellatione immeritò tamquam spurium signentium rejicitur à Quesnello. 246. 2. & seq.  
 S. Leonis epistolæ duæ in unam congestæ. *ibid.*  
 S. Leo mittendo Ephesum dogmatum totum nequaquam factus est suæ Sedi non esse potestatem definiendi quæstiones fidei. 312. 1. Hanc fidem tunc professæ est omnis Gallicana Ecclesia. *ibid.* & seq.  
 S. Leo quomodo se gesserit in causa Eutyche-tis ad Sedem Romanam appellantis. 294. 2. Sine generali Synodo solus ad Sancti Flaviani appellationem retractandam, ac definiendam suffecit. 324. 1. Voluit de causa Eutyche-tis ex S. Petri Apostoli privilegio & sui Primatus autoritate à S. Flaviano informari. 306. 1.  
 Liberius Pontifex nihil passus est addi, nihil minui Episcopatu urbis Romæ. 7. 2.  
 Libri multi, an scribendi? 7. 1.  
 Linus Pontifex, an fuerit primus Author Pallii? 198. 2.  
 Ludovicus Pius Fortunatum Gradensem Archiepiscopum, licet læsæ Majestatis Reum, Romam mittit à Papa judicandum. 39. 1.  
 Ludovicus Pius Romanas Appellationes in Gallia disertè affirmat. 99. 1.  
 Luitprandus Cremonensis, quid Imperatori Nicephoro Phocæ scripserit de Pallio Sancti Petri permissu per Constantinopolitanum Patriarcham accepto? 195. 1. Cujus Autoritatis sit ea epistola? *ibid.* Græcorum mores non satis calluit. 195. 2. Per usum Pallii intellexit Papalem confirmationem. *ibid.*

Lupicini

Lupicini Episcopi appellatio ad Sanctum Leonem. 246. 2.  
 Lybia quandoque accipitur pro Africa. 146. 1. Propriè tamen ab ea distinguitur. *ibid.*

## M

**M**acedoniæ Synodus in causa Bubalii, & Tauriani. 122. 1.  
 Macrobius, aliique Romani Donatistarum Episcopi, nunquam sederunt in Sancti Petri Cathedra, nec ipsam unquam permissi fuerunt videre: nec Sanctorum Principum Apostolorum memoriis communicare, nec ad ipsas of-ferre, imò nec ingredi. 162. 2.  
 Magdeburgenses primi evulgarunt divalem constitutionem Honorii contra Celestium & Pelagium. 276. 1.  
 Majorinus à Donatistis contra Cecilianum sceleratè ordinatus. 225. 2.  
 Mamertus Viennensis Metropolita ab Hilario Papa judicatus. 309. 1.  
 Marca docet rectè sua dogmata non obtinere in Christianæ fidei judiciis, 79. 1. Indignum est, quod velit Canonem 8. Synodi sancire, quod Provincialis Synodi de Clerico judicium sit inconcussum, atque inappellabile. 80. 2.  
 Marca errores circa factum Canonis Synodi Africanæ additamentum. 251. 1. 2.  
 Marca fallitur docens Romanos Imperatores aliquando habuisse jus dandi Rescripta ad retractanda judicia degradatorum Episcoporum, 282. 1. Item asserens, quod Arcadius & Honorius istam consuetudinem abjecerint. 282. 2. Sibi non constat cum dicit istud sacrum jus ab Imperio transisse ad Reges Christianissimos. *ibid.*  
 Marca Gregorium M. immeritò accusat, quod sanxerit contraria Canonibus, 96. 1. Innocentium I. malè accusat de audacia. 122. 1. In omni materia seminat novitates atque errores. 173. 1.  
 Marca lapsus de Pallio. 182. 2. Cur talia de Pallio Ecclesiastico scripserit? *ibid.*  
 Marca malè & non satis consequenter docet, quod Zozimus Pontifex jus dandi ad retractanda judicia degradatorum Episcoporum mendicaverit à Romanis Imperatoribus. 283. 1.  
 Marca multorum in suis libris articulorum scriptam Palinodiam coram omni sub Coelis Ecclesia solemniter cantat. 212. 2.  
 Marca perperam docet, quod tempore Innocentii I. nondum recepti erant Canones Sardicenses. 282. 1.  
 Marca Philippo-Politani conventiculi litteras folius Eusebianæ factionis facinus transcripsit in totam Orientalem Ecclesiam. 280. 2. Idipsum antè fecerant Donatistæ. *ibid.*  
 Marca primus omnium docuit Provincialium Synodorum inappellabilem autoritatem adstrui à Canone 5. Nicæno. 101. 2. & seq.  
 Marca, quid senserit de Romanis Appellationibus? 300. 2. Admittit illas circa dogmaticas fidei quæstiones. *ibid.*

Marca varii errores circa Appellationem Eutyche-tis 301. 2. malè sentit Eutyche-tis hæresim fuisse novam. *ibid.*  
 Marca utitur Antiochenis Canonibus in sensu Eusebiano. 90. 2. Disertè fatetur dogma suum de intellectu Sardicensis Synodi esse novum. 99. 1. Adeoque quod universa hæcenus Ecclesia fuerit in errore. 99. 2.  
 Marcelli Ancyræ Episcopi Appellatio Romana. 74. 2.  
 Marcion ab Episcopi sententia appellavit Romam, & accessit. 71. 1. 72. 1. Vacante Sede. *ibid.* Defunctus est in poenitentia. 71. 2. Romæ non tantum baptizatus est, sed in super evectus in Clerum. *ibid.* Ejus peccatum erat Mæchia, & quidem cumlata cum sacrilegio. 72. 1. A Patre petitam poenitentiam nullis precibus obrinuit. *ibid.* Quo sensu Romani dixerunt se non posse contra eum quidquam agere injussu Patris. 73. 1. Idem petivi in-cardinari Presbyter in Romanam Ecclesiam. *ibid.* Permanit Romæ, *ibid.* Marcionis Pater Episcopus. *ibid.* Veneratur Romanas Appellationes, *ibid.* Quomodo ausus fuerit Canonibus contraria à Sede Romana postulare? 73. 2.  
 Marcus Ephesus in Florentino opponit se Romanis Appellationibus. 214. 2. Insigniter errat dicens Nicænos Canones in Afrorum contentione fuisse postulatòs à Sancto Proclo Episcopo Constantinopolitano. 215. 1.  
 Mariniani error circa Appellationes Romanas. 14. 1. Personas pro negotio suo Romam transmittit. *ibid.*  
 Marsilia quando evaserit in Metropolim; 40. 1.  
 Martialis Emeritensis Episcopus ob Idololatriæ crimen degradatur. 26. 2. 33. 2. Non constat fuisse Metropolitam. *ibid.* Romam appellat, & à Sancto Stephano reparatur ac restituitur. 27. 1. 34. 1.  
 Martiani causa 47. 1. 22. 1. 24. 1. & seq. Stephanus Pontifex primam de Martiano cognitionem instituit, & primus ipsum damnavit. 47. 1.  
 Martianum Narbonensis Synodus non est ausa damnare, quia crimen Martiani non erat plene exploratum. 34. 2.  
 Martinus Imperator piissimus cum Valentiniano III. permittit Pontifici liberum Papali autoritatis exercitium. 64. 1.  
 Martini Braccarenfis Canones Romanis Appellationibus nequaquam nocent. 140. 2.  
 Matifconensis Synodi Canon de Pallio Archiepiscopi exponitur. 186. 2.  
 Maurentius novæ Germaniciæ in Numidia Episcopus, quos Judices postulaverit. 212. 1.  
 Mauritanæ Provinciæ semper fuerunt duæ. 152. 2. Et civiles & Ecclesiasticæ. *ibid.*  
 Mauritius Imperator quomodo se gesserit circa Clementium Byzacii Primatem. 212. 1.  
 Maximi Cynici ad Romanam Sedem Appellatio. 9. 1. 116. 1. 117. 1. 134. 1. 2. Ejusdem consecratio

cratio in Episcopum Constantinopolitanam Ecclesiam, 117. 1. Facta ei contradictio, *ibid.* & 117. 2. Falsum est, quod Romana Synodus absentibus Orientalibus de Maximo nihil voluit decernere, *ibid.* Eum admittit ad communionem, & revesitum ad retractatorium iudicium. *ibid.*

Maximi dolosa Hypocritis, & ante Episcopatum occulta facinora, 120. 2. Ejus ordinatio an fuerit causa dissociationis inter Orientalem & Occidentalem Ecclesiam? 119. 1.

S. Maximinus Athanasium, dum à Constantio quaerere ad poenam, honorifice suscepit. 29. 2. Sardicensi Synodo adfuit, vel certe subscripsit, 14. 2. Author fuit Pontifici Julio, ut erga Sanctum Athanasium, aliosque ad se appellantes Episcopos ficeret, quæcumque fecit. 14. 2. 54. 1. ex more Gallicanæ Ecclesiae, 20. 1. 21. 1. Accusatur ab Eusebianis. 15. 1.

Maximus, teste S. Ambrosio, Romam appellat. 63. 1. 119. 1. 2. Ad eam Appellationem accorprandam S. Damasus non indignit Provincialis Concilii autoritate. *ibid.* & 116. 1. Ante inchoatum retractatorium iudicium continuatur in Episcopatus possessione. 68. 2.

Maximus Valentinus Episcopus accusatur. 44. 2. & seq.

Melchisedes à Donatistis frustra accusatus de lapsu, traditione, ac Thurificatione. 163. 1. Calumnia fidem invenit, etiam apud aliquos Catholicos, & hinc Synodus Sinuesana. *ibid.*

Melchisedes Donatistarum adversus Cecilianum provocationem retractat Romæ, 62. 2. Cur in ea causa plures sibi assumpserit Assessores, 232. 1. Cecilianum non iudicavit ex autoritate imperialis delegationis. 227. 1.

Melchisedes ultima de causa Cecilianæ sententia concepta in ipsius solius nomen, 227. 1. 232. 1. Cur post sententiam à se prolatam, sustinuerit in Arelateni Concilio iteratam litis cognitionem? *ibid.*

Meletii ordinatio & appellatio Romana. 119. 1. 130. 2. & seq. Stipulatio cum Paulino. 132. 2.

Metropolita à Provinciae suæ Synodo nunquam potuit damnari, aut iudicari. 32. 1. provocat ad Patriarcham. *ibid.* Lex Gratiani de Metropolitæ non condit novum jus, sed innovat, ac stabilis Apostolicam traditionem. 32. 2. Canones de hac re, cur quandoque non vigerunt in Gallia, *ibid.* Carolus Magnus Canonum vigorem reduxit. 33. 1.

Metropolita à solo Patriarcha juxta Apostolicam regulam potest deici vel iudicari. 23. 1. 33. 1. Excipe tamen casum Hæresis manifestæ: item Idololatriæ. 33. 1.

Metropolitæ Galliarum, gestaverintne Pallium ante Sancti Bonifacii Apostolatum? 187. 1.

Metropolitæ in Ægyptiaca Diocesi non possunt celebrare Synodos. 136. 2.

Metropolitæ in Hispania non videntur fuisse usque ad tempora Constantini. 33. 2.

Metropolitæ Italiæ quatuor, Romanus, Medio-

lanensis, Aquilejensis, Calaritanus. 35. 2.

Metropolitæ nonnulli per Principes sæculares impediunt Patriarchales Synodos. 88. 2. 89. 1.

Metropolitani titulus, non soli Carthaginis Episcopo, sed etiam aliarum Provinciarum Primatibus attributus. 151. 2.

Metropolitica potestas apud Afros non erat adstricta certæ Sedi, sed semper transibat ad senioreni consecratione Episcopum totius Provinciae. 150. 2. Utrum hoc obtinuerit in omnibus sex Africae Provinciis? 152. 1. 2. Constat viguisse in Cæsarænsi Provincia. *ibid.*

Apud Afros Metropolita dicitur Senex 150. 1. Item Donatistis Princeps. 151. 1. Item Primas. *ibid.*

Milevitana Synodo vulgata Conciliorum editio malè adscribit Canones de Originali peccato, & adiutorio divinæ gratiæ. 279. 1. Certum est ipsos esse à Carthaginensibus & esse approbatos & confirmatos per Sedem Apostolicam. *ibid.*

Miræus negat vitam Sancti Hilarii Arelateni Sancto Honorato Massiliensi adscribendam. 17. 2.

Missa. Vox est insigniter antiqua. 203. 2.

Mitra ornatus, ac aliorum indumentorum Pontificalium usus quibusdam olim Episcopis non fuit concessus. 185. 1. Ipsi dudum caruit Ultrajectensis Episcopus. *ibid.*

Mitram Græcorum Patriarchæ, ac Episcopi non gestabant. 199. 2.

Morinus non rectè explicat originem tituli Legatorum Apostolicorum à latere. 268. 2.

## N

Narbonæ Provincia, quomodo antiquitus divisa? 40. 1.

Nestarii adhuc Catechumeni in Episcopum Constantinopolitanam consecrationi, cur contradistum fuerit? 117. 2. Secundum Sardicenses Canones, tamquam pendente Appellatione promotus, eijci debuerat à Synodo Romana. 118. 1. Dissimulatum fuit ob causas. *ibid.*

Nestarii audacia, qui non solum se intrudi permiserat in Sedem Constantinopolitanam, sed insuper fuerat author Flavianum contra jurata pacta intrudendi in Sedem Antiochenam. 119. 1.

Nestarii Catechumeni Ordinationem in Episcopum, approbat Romana Ecclesia, dum scribebat Ambrosius. 120. 2.

Nestarii Constantinopolitani ad Sedem Romanam appellatio. 134. 1. Ei temporalem confirmationem, & communionem tandem dedit Sanctus Damasus. *ibid.*

Nestarius ad Theodosii preces, nec non ad Ecclesiae pacem confirmatur in suo Episcopatu. 121. 1. Confirmatus est per primam Constantinopolitanam Synodum. 127. 2.

Nestorii causa discutitur, 313. 1. 315. 1. Proprium de suis Clericis iudicium retulit Sedi Apostolicæ, *ibid.* A iudicio Sancti Cyrilli provocat

66. 1. vocat ad Synodum.

Nestorii iudicium per Sanctum Cyrillum cassatum, 313. 2. Non erat opus generali Synodo. *ibid.*

Nestorius à Cælestino communionem & gradu privatur, nisi intra decem dies cantaret erroris palinodiam. 309. 1. 313. 2.

Nestorius appellationem ad generale Concilium non præsumpsit à Juliano Eclanensi Episcopo, aliisque Pelagianis. 314. 1. Ejus artibus seductus Theodosius, *ibid.* Propter indicam ab ipso Synodum populus solemniter comminatus est Nestorium præcipitare in mare. 314. 2.

Nestorius, cur noluerit causam Juliani Eclanensis degradati cognoscere? 304. 1.

Nestorius malè contra Apollinarium pugnando, fecit pro Apollinario. 297. 2.

Nestorius Synodum, quam postulerat adeo extimuit, ut refugerit interesse, 315. 1. Ejus damnatio. *ibid.*

Nicænæ Synodi Acta plena nunquam videtur vidisse Romana Ecclesia. 262. 1. Hilarius Pictaviensis Episcopus profiteretur ipsum Nicænum Symbolum, à se etiam Episcopo, non fuisse visum, nisi dum in exilio degeret apud Græcos. 258. 2.

Nicæni Canones, fuerintne plures quam viginti? 215. 1. Postulati ab Africanis Episcopis, 270. 1. 264. 1. Et cur eos non postulerint ab Orientalibus? 262. 1.

Nicæni Concilii capitulum unum, & duo Sardicenses Concilii Innocentius I. ad Victricium congesti in unum. 50. 2.

Nicænorum Canonum in Africa autoritas, 221. 2. Juxta Sanctum Leonem sunt spiritu Dei conditi. 262. 1. Juxta Innocentium I. sunt Apostolici. 58. 2.

Nicænorum Canonum nomine Innocentius primus complectitur etiam Sardicenses, 55. 2.

Theodosius Imperator inter Nicænos Canones refert Canonem Sardicensem, 54. 2. Sanctus Leo adducit solos Sardicenses Canones, eoque vocat Nicænos. 57. 2. Sardicenses Canones tunc vigere per totum Orientem. *ibid.*

Nicænos Canones Africana Ecclesia tantum viginti agnovit. 49. 2. Zozimus plures adstruebat. *ibid.*

Nicænum Canonem Provincialium Synodorum iudiciis adscribere supremam ac appellabilem autoritatem, nemo unquam effutivit, nemo Catholicus, nemo schismaticus, nemo Hæreticus. 101. 2.

Nicænum 5. Canonem vetere Romanas Appellationes, non primus docuit Petrus de Marca. 106. 2. Idipsum docuit Guilielmus Beveregius Anglicani Schismatis Doctor. *ibid.*

Nicænus Canon 5. nihil sanxit de depositionibus Episcoporum. 74. 2. Cur non exprimat Romanæ Ecclesiae privilegium? *ibid.*

Nicænus Canon 5. tractat de solis criminalibus in Clericos, aut Laicos iudiciis. 47. 2.

Nicolaus Cusanus, quid senserit de Pontificia potestate solvendi & ligandi sine consensu,

aut ratificatione proprii Sacerdotis. 55. 1.

Nicolaus I. Clericorum Galliae ad Romanam Sedem Appellationes asserit. 80. 1. 88. 1. Cur Ebbonem absque prævio examine non admiserit tamquam canonicum Episcopum, neque donaverit Pallio? 65. 1. 2. Quomodo se gesserit cum Rothaldo Episcopo Sueffionensi? 65. 2.

Nicolaus I. Regia in Episcopos jura malè dicitur tandem agnovisse. 89. 2. Caroli violentias prudenter dissimulavit. *ibid.*

Nicopolis caput veteris Epyri spectat ad Patriarchatum Romanum. 196. 1.

Novati ad Romanam Sedem appellatio. 226. 1.

Novatianensis crudelitas erga lapsos ad reconciliationem non admittendos. 23. 2.

Novatus, an Novatianum consecraverit Episcopum? 219. 1. Lapsos mittebat ad communionem sine satisfactione & poenitentia. 220. 1. S. Cypriani Episcopatum occasione persecutionis invadit. *ibid.*

Numidia fuit duplex, antiqua & nova. 147. 2.

## O

Occidentales Reges dudum retinuerunt & agnoverunt aliquid obedientiæ erga Romanum Imperium. 180. 2. Præsertim regnum Burgundiæ. *ibid.* & seq.

Octavæ Synodi Constantinopolitanæ Canon 27. de usu Pallii exponitur. 191. 1.

Omophorion antiquum Græcorum non fuit idem cum Phænolio. 173. 2.

Omophorion Græcis Episcopis non fuit olim vestis vulgata. 191. 1. Græcorum Episcopi non deponunt illud post recitatum Evangelium. 191. 2.

Omophorion, quid apud Isidorum Pelusiotam? 173. 1. Non fuit palliolium, seu Mozetta, quo Græcorum Antistes utebantur extra sacrificii tempora. *ibid.*

Omophorion sacrum non est ornamentum Patriarchis permittum ab Imperatoribus. 174. 1. Non est imperiale beneficium, sed institutum Apostolicum. *ibid.* Eo usus S. Jacobus Frater Domini, Marcus Evangelista, & ipse S. Petrus Apostolus. *ibid.*

Omophorion S. Jacobi Theodosius Patriarcha Hierosolymitanus donavit S. Ignatio Patriarchæ Constantinopolitano. 194. 1. 2. vide *Pallium*.

Ordinare, vox sumitur pro consecratione, vel inthronizatione. 157. 1.

Ordinatio Catechumeni in Episcopum approbata à Romana Ecclesia in S. Ambrosio, & etiam Nestario. 120. 2.

Ordinatio Evagrii à S. Paulino vivo solo. 133. 1.

Ordinatio in locum damnati Episcopi fieri nequit, antequam damnatio confirmetur per Romanam Ecclesiam. 27. 1. 2.

Ordinationes Africanæ Ecclesiae exponuntur. 165. 1.

165. 1. & seq.
- Ordinationes Episcoporum apud Afros celebratae solemnissime. 166. 2. Carthaginensis Primas consecrari consueverat à duodecim. *ibid.* Quot requisiti fuerint ad aliorum Episcoporum consecrationem. 167. 1.
- Orientalis Ecclesiae, etiam Patriarchales, semper fuerunt subiectae Sedi Romanae. 129. 2. In magnis negotiis, in quibus opus erat disceptatione majori, semper consuluerunt Sedem Romanam. 340. 2.
- Orientalis Episcopi olim provocarunt ad solum Romanum Pontificem adversus Acta generalium Conciliorum. 327. 2.
- Orientalis Ecclesia Catholica olim ad Carthaginensem, aut alios Occidentis Episcopos nunquam scribebat Synodales litteras praetermissis Romano. 280. 2.
- Orientalis Ecclesiae Clerus inferior semper appellavit ad Sedem Romanam. 77. 1. & seq.
- Orientalis Ecclesia olim pendit ab ore Occidentis. 353. 2. Falsum est, quod Orientalis Ecclesiae iudicia non potuerint ad Occidentis Ecclesiae iudicia devocari, nisi dum ultro deferrentur. *ibid.*
- Orientalis Ecclesia perperam fingitur vixisse iuxta Canones Africanos. *ibid.*
- Orientalium epistola Synodica ad Damasum Papam non satisfecit Occidentalibus. 120. 2. Romana Ecclesia Flaviano non est largita communionem nisi sub finem vitae. *ibid.*
- Orientalium, non tantum de dogmaticis, sed etiam de Canonicis quaestionibus iudicia, fuerunt semper per Appellationem devoluta ad Apostolicam Sedem, & per ipsam solum retractata, ac definita. 134. 2.
- Origenes purgat se ab accusatione de nimia Librorum scriptioe. 7. 1.
- Originale peccatum non pertinet ad Ecclesiasticas; & agitabiles quaestiones. 275. 1. Est immobile Evangelii dogma aertum a S. Paulino & S. Augustino contra Celestium. *ibid.*
- P**
- Palæstina non est Alexandrino Episcopo subdita. 23. 2.
- Pallia antiqua non fuerunt hodiernis cappis, seu Pluvialibus similia. 185. 2. 198. 2.
- Pallii ablatione Patriarcha, ac Metropolita degradatur. 183. 1.
- Pallii acceptioni rectè apponitur professio Romanæ subiectionis, & obedientiae. 192. 1. 192. 2.
- Pallii antiquitas longè certior in Ecclesia Orientali, quam Occidentali. 198. 2.
- Pallii Archi-Episcopalis antiquitas. 172. 1. De nullo Metropolitano in quibuslibet Mundi partibus auditum est extra Missarum tempus usum pallii sibi vindicasse. 174. 2.
- Pallii Græcorum author est S. Petrus. 207. 1.

- Non est idem cum Sacco Græcorum. 179. 1.
- Pallii sacrosancta significatio. 175. 2.
- Pallii usum permitti Anastasio, cur à Mauricio Imperatore postulaverit Gregorius M. 182. 1. Non adigit Metropolitam ad insolitam quandam Apostolicæ Sedis reverentiam. 188. 2.
- Pallio uti non licuit uti extra Missarum tempus, neque in Litanis, seu extra Ecclesiam processionibus. 186. 1. 201. 1. Cur insigniatur crucibus. *ibid.*
- Pallium ab Anthymo hæretico Imperatoribus audacter, & sine exemplo redditum. 179. 2.
- Pallium à Gregorio M. non solum Metropolitis, sed etiam Provincialibus quibusdam Episcopis transmissum. 184. 1. & seq.
- Pallium Alexandrina Ecclesia non accepit à Romano Pontifice. 194. 1. Nec Hierosolymitana. *ibid.* Nec etiam Constantinopolitana. 195. 1.
- Pallium, an Patriarchæ Autocephali, ac nominatim Carthaginensis Primas olim acceperint à Romana Ecclesia? 193. 2.
- Pallium Armeniis misit Gregorius IX. eo quod prius esset nimia vetustate consumptum. 194. 2. 196. 1.
- Pallium, cur furati tres S. Joannis Chrysoctomi Diaconi. 195. 1. Cur Gregorius Magnus Leandro transmissit inconsulto Mauricio? 181. 2.
- Pallium de quo Synodus Matisconensis sanxit, non fuit diversum à Romano. 186. 1. Arelatensis Episcopus, non solus inter Gallias Metropolitam insignitur Pallio. 187. 2.
- Pallium Episcopale, an in Constantinianæ donationis instrumento significetur per lorum & Chlamydem? 177. 2.
- Pallium Episcopale confirmationis Roma petendæ Symbolum. 183. 1. Est lanea fascia, Nestorio degradando detracta. 202. 2. Est Pastoricia vestis. *ibid.* Fuit apud Græcos ovina pellis. *ibid.* 176. 2.
- Pallium Græcorum Patriarchæ suis Metropolitis non transmissit olim ad Episcopalis & Metropolitanæ dignitatis firmitatem. 190. 1.
- Pallium Græcum & latinum in quibus conveniant, & in quibus differant. 175. 2. 191. 2.
- Pallium in Africa solus Carthaginensis Archi-Episcopus gestare consuevit. 198. 1. An semper acceperit ab Apostolica Sede. *ibid.*
- Pallium Metropolitanis, ac aliis Episcopis olim à Romanis Pontificibus transmissum. 183. 2. & seq. Ex prisca consuetudine. *ibid.*
- Pallium non fuit vestis, quam calcavit Anastasius Syncellus, vel quam affixit Acemeterensis Monachus. 186. 1.
- Pallium olim acceptum de altari, non à consecrante, sed ab ipso consecrato. 195. 1.
- Pallium olim non erat indumentum integrum. 175. 1. Erat ovina pellis. *ibid.* Gregorius M. in suis litteris non loquitur de Pallio tamquam de veste integra & talari. *ibid.*
- Pallium ovis errantis typus. 195. 1. Quia ex lana. *ibid.*

Pal-

- Pallium quibusdam per Galliam Metropolitanis olim non concessum. 185. 1. In tota Hybernia non fuit usque ad Eugenium III. *ibid.*
- Pallium quoniam est Ecclesiasticum indumentum, tribui non potest Imperatoribus. 182. 2.
- Pallium Romana Ecclesia, quo tempore nulli dederit absenti. 196. 2.
- Pallium Romanum & Gallicum non fuit diversum. 185. 2. 188. 1.
- Pallium Sacrosanctum Archi-Episcoporum sitne imperiale donum, ac beneficium. 188. 1. 194. 1.
- Pallio Sancti Marci utebantur Alexandrini Patriarchæ. *ibid.*
- Pallium sunt humerales fasciæ gestatæ semper supra sacras Casulas. 186. 1.
- Pallium vide *Omophorion*.
- Paludamentum non erat splendidum sed ex lana. 177. 2.
- Pamelius docet licuisse jam olim Pontificibus Romanis Episcopos Galliarum iustis de causis evocare, immò destituere & novos in eorum locum substituere. 22. 2. 26. 1.
- Papa titulus olim communis omnibus Episcopis, etiam Africanis. 158. 2. Hi tamen ipsum nulli derulerunt nisi suo Primati Carthaginensi. *ibid.*
- Papa vide *Romanus Pontifex*.
- Parsienensis Synodus nihil sanxit contra Sanctum Petrum. 80. 1.
- Parmenianus Donatista fuit Hispanus. 164. 2.
- Paschasius vide *Quessnellus*.
- Patriarcha Alexandrino defuncto quomodo novus eligeretur. 194. 1.
- Patriarcha Alexandrinus suam consecrationem debuit statim referre Romano Pontifici & ejus confirmationem postulare ac obtinere ex Apostolico Canone confirmato per Nicænum. 339. 1.
- Patriarcha Constantinopolitanus novus debebat semper ad Pontificem transmittere Synodicam & suæ dignitatis confirmationem petere. 195. 2.
- Patriarcha damnari potest per Provinciale Romanum Pontificis Synodum, requiritur Concilium totius Ecclesiae. 115. 1.
- Patriarchæ Constantinopolitani promotio, ac de excessibus privative spectat ad solum Pontificem. 38. 2. Pontifex dum illum degradat potest suo jure consecrare successorem. *ibid.*
- Patriarchæ etiam Sardicenses Canonibus subiecti. 19. 2. Item Sedi Romanae. 130. 1.
- Patriarchæ Græcorum ac Episcopi olim non gestabant Mihras. 199. 2.
- Patriarchæ Græcorum Occidentalium Metropolitanum mora ante acceptum Papalem confirmationem non poterant sedere in throno, nec fungi præcipuis dignitatis suæ muneribus. 109. 2.
- Patriarchæ Græcorum suis Metropolitis non transmissit Episcopale pallium. 190. 1. & seq.
- Patriarchæ Latini, imò & quidam Metropolitanæ post duodecimi sæculi exordium acceperunt Roma pallium. 196. 1.

- Patriarchæ nomen Jocundus & Cyrillus Episcopi Wandalorum assumpserunt. 151. 2.
- Patriarchæ omnes semper debuerunt à Romano Pontifice consecrationis & dignitatis suæ confirmationem supplicare & ante ipsam non potuerunt legitime sedere. 194. 1. Non tamen potuerunt Pallium simul postulare, aut accipere. *ibid.*
- Patriarchæ Orientales in quibus ornamentis uti prohibiti fuerint diebus juniorum & in defunctorum officiis. 191. 1.
- Patriarchæ soli non verò Metropolitanæ habent in Ecclesia locum, quem Prætoriorum Præfecti habent in Republica. 90. 2. Solum possunt Synodos celebrare in Ægypto. 136. 2.
- Patriarchæ Synodum convocant. 89. 1.
- Patroclus Arelatensis appellat ad Zozimum Papam, 40. 2. 42. 1. à Tribuno quodam Barnalo multis vulneribus laniatus occiditur, 41. 1. ejus cum Procuro causa. 41. 1. 2.
- Pauli Episcopi appellatio ad Sedem Romanam. 286. 1. & seq.
- Pauli Orosii Apogeticus, sitne opus legitimum? 273. 1.
- Paulinus Celestium cogit ad profitendam fidem de peccato originali. 274. 2. 275. 1.
- Paulinus Treverensis Episcopus ab Arelatensi Synodo injustè depositus, cur Romam non appellaverit. 40. 1. 2. A Constantio in Phrygiam relegatus. 29. 1. 2. Defunctum Treverensis Ecclesia à Phrygia deportavit in Galliam, & uti Canonicum Episcopum, imò ut triumphantem Martyrem gloriosè sepelivit, 30. 1. Cur in postrema appellatione ad Imperatorem Maximum, non ad Romanum Episcopum provocavit? *ibid.*
- Paulus Archi-Episcopus Cretæ, quomodo se gesserit in Joannis Episcopi Lappensis appellatione ad Vitalianum Papam? 142. 2.
- S. Paulus docuit totum Illyrium, ac omnem Asiam à Hierusalem Romam usque. 114. 2.
- Paulus Samosatenus ad potestatem sæcularem ab Antiochena Synodo videtur recurrisse. 75. 1. Damnari non debuerat sine prævia relatione ad Romanum Pontificem. 109. 2. 115. 1. Damnatur à propria Synodo. 33. 2. Non tamen per definitivam sententiam, nisi adesset Dionysius Alexandrinus, & Firmilianus Cæsariensis. 33. 2.
- Paulus Samosatenus degradatus, contumax permansit in Episcopali palatio, & tandem per Aurelianum Imperatorem jubetur excedere. 109. 2.
- Pax. Apud antiquos Patres & Canones est culpa aut pœnæ reconciliatoria solutio. 112. 1.
- Pelagii cum Catholicis de gratiæ necessitate disputatio quando contigerit? 250. 2.
- Pelagii fraudulentus Libellus fidei, 275. 1. Accusatur ab Herote ac Lazaro & perducitur ad Synodum Diospolitana. 43. 1. 2. à Sancto Augustino, ac aliis Afrorum Episcopis immediate deferretur ad S. Sedem, quia erat Gyrovagus ac vagabundus. 46. 1. Non fuit damnatus

natus ab Africana Synodo, neque Romam ideo provocavit. 215. 1.  
 Perigenis Corinthii Episcopi ad Sedem Romanam appellatio. 135. 1. & seq.  
 Petreus Thessalæ Provinciæ Episcopus appellat ad Sedem Romanam, 136. 1. Adfuit Ephesino Concilio. *ibid.*  
 Perronius Cardinalis frustra arguitur quod male intellexerit Epistolam Julii Pontificis. 115. 2.  
 Petilianus Donatista ab Augustino quandoque Cyrrhensis, quandoque appellatur Episcopus Continentis. 148. 2. Male hinc quidam stant censent duos tunc fuisse Petilianos. *ibid.*  
 Petrus Alexandrinus Patriarcha primus omnium Gregorium Nazianzenum Constantinopoli inthronizavit per litteras. 117. 2.  
 Petrus Alexandrinus Romam provocat contra violentias Latronis Lucii. 336. 1.  
 Petrus de Marca, summum jus Romanæ Sedis in sententia de rebus ad se relatis ferenda ex Cypriano præclare probat, 26. 1. Male sentit de lege Gratiani & Valentiniani lata in favorem Appellationis Romanæ. 35. 2.  
*Petrus de Marca, vide Marca.*  
 Petrus Fullo Patriarcha Antiochenus damnatus ab Episcopis. 33. 2.  
 Petrus Moggus Alexandrinus Patriarcha damnatur, & absolvitur, 114. 2. Quid molitus fuerit contra Joannem Alexandrinum. 339. 1.  
 S. Petrus sedit Romæ Episcopus. 162. 2. Episcopalis thronus à Sancto Petro institutus. *ibid.*  
*Vide Romanus Pontifex.*  
 Phænolion apud Græcos duplex, parvum & magnum, initiale & finale. Hoc subdividitur in Presbyterale, & Episcopale. Istud est simplex ex lana, hoc est polystaurion, seu pluribus crucibus insignitum. 173. 2. Est idem, quod nostra Casula, seu Planeta. 178. 2. Omnis Græcorum casula est ex lana. *ibid.* 179. 1. Objectum Latinis, quod haberent Casulas ex ferico. *ibid.*  
 Phænolion non est ornamentum solis Patriarchis proprium, 190. 2. Theodorus Balsamon id affirmat de solo Phænolion polystaurio. *ibid.*  
 Philippo-Politani conventiculi epistola oblata Augustino pro Synodo Sardicensi. 280. 1. Codex ille fuit mutilus. *ibid.*  
 Philippo-politani conventiculi litteræ Augustino suspectæ, quod ad Carthaginensem Episcopum Romano prætermisso, nunquam Orientalis Ecclesia scriberet. 164. 2. Evertunt Evangelicum Romanæ Ecclesiæ Primatum: Evangelicam Christianitatis Monarchiam transmutate student in parem trium Patriarcharum Aristocratiam. *ibid.* 51. 1.  
 Philippo-politani conventiculi litteræ continebant S. Athanasii & Julii Romanæ Ecclesiæ Episcopi damnationem. 280. 1. Augustinus probat fuisse Arianorum Concilium. 280. 2.  
 Photius Hæresiarcha quàm abs re citetur à Petro de Marca pro adstruenda autoritate Principis secularis ad retractanda judicia Synodorum Provincialium. 95. 1.

Photius primus ex Afrorum appellationibus Romanas Appellationes impugnat. 214. 1.  
 Pbrvgium S. Cyrillo à S. Cælestino datum non fuit Pallium. 199. 2.  
 Pisti Ariti congeronis factum & appellatio. 62. 1. 112. 1.  
 Pœnitentia etiam de gravibus criminibus privatim iterari permiffa tempore Marcionis. 72. 1. Usque ad Zephyrini Papatum omnis sub Cælo Ecclesia tria crimina reservabat Christo Domino: Idololatriam, homicidium, & Mœchiam. *ibid.* Quædam olim delicta Episcopum, aut Clerum degradabant, quædam proscribebant à solo ascensu ad altiorum gradum. 152. 2.  
 Polystaurion quid Græcis? 178. 2. 179. 1.  
*Pontifex vide Romanus Pontifex.*  
 Pontificalis liber est modicæ autoritatis. 219. 1.  
 Prædestinatus Jacobi Sirmondi imperitus. 273. 2.  
 Primas apud Afros, potueritne fieri sine prævio examine, & confirmatione Archi-Episcopi Carthaginensis? 156. 2. 169. 2.  
 Primas in Africa vocabatur *Senex*. 150. 1. Item Donatistis *Princeps*. 150. 2. Item *primæ Sedis Episcopus*, & hinc *Primas*. *ibid.* Item *Metropolitani*, non à civitate, sed ab autoritate. 151. 2.  
 Primatem Africanum Gregorius M. voluit deinceps per Synodos eligi digniorem totius Provinciæ. 153. 2. Sanctio erat Sanctissima, ad preces tamen Afrorum moderata. *ibid.*  
 Primatem proprium habuerintne sex Provinciæ Africanæ? 152. 2.  
 Primates Africani omnium suorum Episcoporum mortem, eorumque novos successores debebant referre ad Carthaginensem Episcopum: & hic ad Episcopum Romanum. 168. 2.  
 Primates Cantuariensis ac Toletanus spectant ad media sæcula. 156. 2.  
 Primates Galliarum sunt Africanis longè juniores. *ibid.* Omnium senior est per Carolum Magnum. *ibid.*  
 Primates Provinciarum, an soli citra Carthaginensis Cathedralis conscientiam potuerint in Africa dividere Episcopatum, ac novos erigere? 170. 2.  
 Primates Provinciarum, quibus dignitatibus in Africa fulgerent? 157. 2. Ordo sedendi inter Primates. 158. 1. Primati Numidiæ & Mauritanix semper datus primus locus post Primatem Carthaginensem. *ibid.*  
 Primates singularum Provinciarum in Africa potuerunt consecrare suos Comprovinciales, ipsorumque consecrationem delegare aliis. 166. 1. & seq.  
 Primatum successio secundum ætatem per Gregorium M. concessa semper permansit, & dum Africam contigerit reduci ad Christum Dominum debebit permanere. 154. 1.  
 Primatus Carthaginensis Ecclesiæ exponitur. *ibid.* & seq.  
 Primianum Donatistarum Primatem Synodus propria non ausa est invitum ad Synodum cogere.

cogere. 34. 2.  
 Primosi Thiganensis apud Cæsarænses Mauros Episcopi Romana Appellatio. 234. 2.  
 Priscillianistæ non facillè admissi ad reconciliationis gratiam, quod secreta prodere recusarent. 44. 1.  
 Priscillianus Hæresiarcha adhuc Laicus Instantium, ac Salvanum Hispaniarum Episcopos seducit. 30. 1. Damnatur in Synodo apud Cæsar-Augustam congregata. *ibid.* Non ausus fuerat ejus judicio se submittere. *ibid.* Romam cum suis frustra appellat. *ibid.* S. Ambrosium æquè repugnantem reperit. *ibid.* Ab Imperatore cupita extorquet. 30. 2. In Synodo Burdigalensi ad Principem provocat. *ibid.* Cur non ad Romanum Pontificem. *ibid.*  
 Privatus Lambestanus Episcopus appellat Romam. 217. 2. 220. 2.  
 S. Proclus S. Joannis Chrysoctomi Diaconus opposit se consecrationi Basiliani. 35. 2. Per Imperatorem reconciliantur. 36. 1.  
 Proculus degradatur a Zozimo Pontifice. 40. 2. Procli causa discutitur. 41. 1. 2. Quamobrem conquestus fuerit de Zozimi judicio. 41. 2. A Bonifacio consecutus est plenam gratiam. *ibid.*  
 Professio obedientiæ, quam provinciales Episcopi in sua consecratione faciunt suo Metropolitanæ est antiqua. 192. 1.  
 S. Prosper in prima etiam instantia desert ad S. Sedem blasphemias adversus S. Augustinum. 57. 2.  
 S. Prosper male à Quesnello dicitur Sancti Leonis seductor. 57. 2. Ejus Acta evincunt, quod Romanas in Gallia appellationes probavit, atque defenderit. *ibid.*  
 S. Prosper utrum fuerit S. Leonis Secretarius res est valde incerta. *ibid.* Non videtur fuisse Episcopus, sed Monachus & Laicus. *ibid.* 58. 1.  
 Proterius crudelissimè ipsa quinta sancta feria in ipso Baptistario trucidatur ab Alexandrino populo & Clero. 37. 2.  
 Protogenes Sardicensis civitatis Episcopus, fuit Hostii Præsidis in Sardicensi Synodo adjutor. 140. 2. Damnatur ab Eusebiana Factione. 139. 2.  
 Provinciali Synodo damnatis provocare ad Synodum Patriarchalem permittit Constantinopolitana Synodus. 133. 2.  
 Provinciali Synodo non competit inappellabilis potestas deponendorum Episcoporum. 89. 2.  
 Provincia pro Diocesi accipitur à S. Cypriano. 154. 1.

Quesnelli circa S. Flaviani Appellationem lapsus. 324. 1. Item circa appellationem Theodoretii Cyrensis. 351. 1. & seq. Item *Christi Lupi Opera T. VIII.*

circa Martianum. 23. 1. Item contra nescio quem eximie eruditionis virum asserta. 315. 2.  
 Quesnelli sentia circa Appellationes Romanas. 8. 1. revelata fronte affirmat S. Leonem graviter, & multipliciter excessisse. 9. 1. 11. 1. 58. 2. 60. 1. Ipsiusmet Hilarii excessus demonstrantur. *ibid.* Perperam asserit quod tota quæstio de qua agitur, sit in examine facti, non in discussione juris. 10. 2. dicit S. Leonem non esse idoneum testem in propria causa. 11. 1. Imitatur Marcum Antonium de Dominis & Joannem Calvinum. 11. 2.  
 Quesnello gratulandum, quod Sancti Gelatii Pontificis epistolam ad Faustum Magistrum admittat. 316. 2.  
 Quesnellus accusat male Synodum Romanam & Imperatores Gratianum & Valentinianum. 30. 2. Item Zozimum Pontificem. Errat dum scribit: Quod Orientalis Ecclesia Sardicensem definitionem non statim admiserit. 54. 1.  
 Quesnellus calumniatur S. Leonem, Cyprianum, ac S. Augustinum. 67. 2.  
 Quesnellus Codicem Nicænorum Canonum cum Sardicensibus magnum Ecclesiasticæ eruditionis Thesaurum primus produxit in lucem. 281. 2. 283. 2.  
 Quesnellus, ejusque Symmitæ Eusebiano in Antiochena Synodo potant turbidas aquas. 61. 2. 71. 1. 73. 2.  
 Quesnellus imponit S. Leoni, quod in retractatorio Chelidonii judicio, non dederit Hilario Synodalem confessum, atque suffragium. 67. 1. S. Prosperum male studet facere S. Leonis seductorem. 57. 2.  
 Quesnellus in Hilarium injurius. 16. 1. Male affirmat Hilarium adversus Pontificem evaluisse victorem ac permansisse. *ibid.*  
 Quesnellus male corrigit textum S. Leonis. 77. 2. Inaniter clamat Africanam Ecclesiam nunquam appellasse ad Apostolicam Sedem. 145. 1. Idipsum sentit Joannes Calvinus, M. Antonius de Dominis. *ibid.*  
 Quesnellus male rejicit epistolam S. Leonis, quatenus agit de Lupicini appellatione. 134. 2. & seq. Item non rectè explicat tituli Legatorum à latere originem. 268. 2.  
 Quesnellus Leonis ad Cæsarænsis Mauritanix Antistites epistolam, male affirmat esse interpolatam. 216. 1. 2. Leoni imponit. 216. 2.  
 Quesnellus quid senserit de Romana Eutycheus appellatione. 302. 1. Eiusdem errores. *ibid.* & seq. Male vocat Eutychem *Virum sagacissimum*. 302. 2. rectè exponit causas cur Eutycheus in sua, (quàm ad Florentii Patrii aures fecit appellatione, exprimens Thessalonicensem Episcopum) omiserit Patriarcham Antiochenum. 297. 2.  
 Quesnellus sine causa affirmat, quod Metropolitanæ ad subditum Episcopum damnatum autoritas sit jus naturale. 216. 1.  
 Quod vult-Deus ac Deo gratias fuerunt familiarissimè uniti cum S. Augustino. 284. 2.  
 Quod vult-Deus successor Capreoli in Sede Carthaginiensi. K K cha-



thaginensi. 284. 1. Una cum Clero, à Geizerico Rege Ariano in navibus fractis abique remigijs & velis impositus, præter spem Neapolim appulit, ibique in Ecclesia positus Confessor occubuit. *ibid.* Creditur fuisse S. Gelasius Pontifex. 284. 2.

## R

**R**econciationis extremæ viaticum, an & quando Mœchis & lapsis negatum? 34. 2.

Regibus non competit facultas examinandi conditos Patriarchali Synodo Canones priùsquàm executioni mandentur. 89. 1. 2.

Relatio Alexandri Patriarchæ Alexandrini ad S. Pontificem Sylvestrum. 98. 1.

Relatio, aut provocatio non fit nisi ad Superiorem. 129. 2. Orientales Ecclesiæ ad Romanam semper retulerunt, aut provocarunt. *ibid.*

Relatio juxta Synodum Sardicensem in majoribus causis debet fieri ad Sedem Apostolicam. 50. 2. Est antiquissima juxta à Marca. 74. 2. Examinatur ad Romanam Sedem Relatio cuiusdam Presbyteri, de cuius Irregularitate difficilis erat questio. 84. 2.

Relationes Episcopales juxta Ecclesiasticam regulam debent fieri, vel ad Metropolitanam, vel ad summum Pontificem. 85. 1. Episcopis competit jus eligendi alterutrum. *ibid.* Apostolica Sedes, quoniam distrahitur in plurima semper maluit primam Relationem fieri ad Metropolitanam. *ibid.*

Reliquiæ consecrandis altaribus semper fuerunt necessariae. 162. 2.

Reparatus Archiepiscopus Carthaginensis, quam retulerit ad Joannem Secundum Pontificem. 285. 1. Eidem per Agapetum Pontificem Metropolitana jura reparantur. 156. 1.

Rigaltius docet jam olim Romanis Pontificibus licuisse Episcopos Galliæ justis de causis excommunicare, imò destituere, & in eorum locum novos substituere. 22. 2. 26. 1.

Rocheto Græci non utuntur. 173. 2.

Romæ ante Nicænam Synodum Acta fuerunt omnia causarum retractoria judicia. 62. 2. Basilidis, & Martialis Hispanorum Antistitum, &c. *ibid.*

Roma extra Sozomenum *Apostolorum Schola*, & *pietatis Metropolis*. 108. 2.

Romana Cathedra gratiosè permittit omnes Africanorum Episcopos, consecrari per manus, aut litteras Primatis Carthaginensis, 156. 1. & *seq.*

Romana Cathedra juxta Dorotheum Thessalonicensem Archiepiscopum, est *primus omnium ad ipsum festinantium portus*: & juxta Gelasium *portus omnium fluctuantium* 336. 1. Hæc phrasia desumpta est ex Sancto Hieronymo. *ibid.*

Romana Ecclesia, an possit condere novos Canones, an verò tantum decreta deprompta ex

generalibus Ecclesiæ Canonibus? 193. 1.

Romana Ecclesia, cur interdum abstinerit ab excommunicatione in totum Orientem. 314. 1.

Romana Ecclesia est juxta Ambrosium *totius orbis Romani caput, unde omnia veneranda communicationis jura dimanant*. 230. 2.

Romana Ecclesia omnes afflictos ipsam invocantes potest ac debet suscipere: priores Judices potest Romam evocare ad reddendas sui iudicii rationes, &c. 112. 1.

Romana Ecclesia semper fuit gavisæ & usa jure evocandi Gallicanos Episcopos ad suam Patriarchalem Synodum. 87. 1. & *seq.*

Romanæ Ecclesiæ judicium in prima instantia causæ Maximi Valentini per Bonifacium, 44. 2. Item in causâ Patrocli, & Hilarii Metropolitanarum per Zozyum, 45. 2. Vide ex Arabicis Canonibus. 52. 1.

Romanæ Ecclesiæ Legati in Ephesino non fuerunt duplices, quorundam alii solius Cælestini, alii totius Ecclesiæ Occidentalis forent Vicarii, 333. 1. 2. Quo sensu universa Occidentalium Episcoporum multitudo consentiret Synodo. 334. 1.

Romanæ Ecclesiæ populus nunquam juxta primitivorum Hierosolymitanæ ac Alexandrinæ Christianitatis morem in communi vixit. 71. 2.

Romanæ Ecclesiæ Principatus consistit in quatuor. 11. 2.

Romanæ Provinciæ olim amplitudo. 84. 1.

Romana Sedes à portis Inferi nunquam pro Domini permissione vincitur, 124. 2. Orientalis Ecclesia non contradixit, imò scripsit ad Gelasium successorem Symmachum, ut non pro Orientalium tantum, sed trium prope plagarum habitabilis mundi Sedes Romana adjuvet. 124. 2.

Romana Sedes immediate & privativè judicat Metropolitanas, 46. 1. Item Clericos Gyrovagos, *ibid.* Ita factum in Pelagio. *ibid.*

Romana Sedes judicat in prima instantia in causâ Martiani. 47. 1.

Romana Sedes respectu aliarum Patriarchalium non immeritò visui comparatur, qui profectò cunctis sensibus præcæmet, acutior illis existens, & communionem, sicut nullus eorum cum omnibus habens. 126. 2.

Romana Sedes ridiculè dicitur alijs Provinciis *Judex exiranca*, 196. 1. Præsertim, si sermo sit de Provinciis ad ejus Patriarchatum spectantibus. *ibid.*

Romana Synodus sub Damaso appellationes Romanas ab Imperatoribus Gratiano, & Valentiniano postulavit confirmari, 31. 2. Nihil postulavit contra Canones, *ibid.* Synodo interfuit Sanctus Ambrosius. 32. 1.

Romana Urbs Optati Milevitani tempore habebat ultra quadraginta basilicas, adeoque & totidem Cardinales Presbyteros: Item quatuordecim Diaconias, adeoque & tot Cardinales Diaconos. 163. 1.

Romani Cleri in Marcionem causa discutitur. 71. 1. & *seq.*

Roma-

Romani & papalis Consistorii prima mentio. 138. 1.

Romani Imperatores Hispaniam à Gothis constanter repetierunt. 181. 1.

Romani Imperatoris potestatem omnes Occidentales Reges dudum agnovērunt. 180. 2.

Romani Legati adfuerunt Ephesino latrocinio nomine solius Pontificis Leonis, non verò nomine, & vice totius Occidentalis Concilii, 326. 2. Sanctus Leo antea nullam celebraverat Synodum, nisi solius suæ Provinciæ, adeoque Legati fuerunt ipsius solius Vicarii. 326. 1.

Romani Legati non interfuerunt Oecumenicis Orientis Conciliis, tamquam Episcopi totius Occidentis, sed solius Romani Pontificis nomine. 326. 1.

Romani Patriarchatus Episcopi omnes, qui in alma Urbe reperiebantur in eligendo Pontifice habebant suffragium. 219. 1.

Romani Pontifices Metropolitanis ac alijs Episcopis olim transmissērunt pallia ex prisca consuetudine asserta à Gregorio Magno. 180. 1.

Romani Pontifices nunquam ad Græcos scripserunt græcè sed semper latinè. 346. 1. Imò suas latinas, nec Romæ permiserunt verti in Græcum, sed constanter voluerunt id fieri à Græcis. *ibid.*

Romani Pontifices, uti in Illyrico, ita & in Gallia Apostolicos Vicarios habuerunt. 88. 1.

Romani Pontificis auctoritati nihil nocet simplex revisio facta in causâ Cecilianæ. 232. 1. Romani Pontificis consensus requisitus, ut Episcoporum ubique extra Italiam consecrationes fierent. 183. 1.

Romani Pontificis pedum oscula. 8. 1.

Romano Pontifici, an nihil speciale competat nisi primus locus? 231. 2. Ad eum appellatur ex omni gente, nequaquam tamen ad alias Apostolicas Ecclesias. *ibid.* 66. 2. Adversus Romani Pontificis judicia nullus est appellationis locus, sed gratiosæ revisioni. 69. 1.

Romano Pontifici dari Visitatorem Canones prohibent. 163. 2.

Romano Pontifici in sua Patriarchali Synodo Apostolicæ Canon permittit omnia, 227. 1. Ipsum fuisse à Nicæna confirmatum ac stabilitum affirmat in sua Synodo Felix III. *ibid.*

Romanum Pontificem subfuisse generali Concilio ex gestis in Synodo Capuana malè probat Joannes Launoyus. 133. 2.

Romanus Patriarcha constituit Vicarios Apostolicos cum potestate congregandi Diocesanam Synodum. 88. 1.

Romanus Pontifex, an possit appellantes, & appellatos evocare ad suum tribunal, non delegando in partibus retractatorum iudicium. 60. 1. & *seq.* Possitne à retractatorio appellatæ causæ iudicio priores iudices excludere? 64. 2.

100. 1. Non obligatur ad certum retractationis modum. 101. 1. 2. Solus eximitur ab appellati iudicis in Reum demutatione. 104. 2. Ab ea Lege nec ipsi Patriarchæ eximuntur. *ibid.*

Christi. Lupi Opera T. VIII.

Romanus Pontifex, an potestatem concedendi revisiones acceperit à Christo Domino, an verò à Laica Regum violentia? 98. 2.

Romanus Pontifex caput, supremus ac universalis Medicus totius Ecclesiæ, 333. 1. per se sine generali Synodo sufficit, ut adjuvet orbem terrarum. *ibid.*

Romanus Pontifex deponit Bassianum ab Ephesino Clero, & populo, & Episcopis inthronizatum Ephesiorum Episcopum. 36. 1.

Romanus Pontifex est Christi Vicarius, 52. 1. Labuntur, qui hunc titulum putant olim fuisse communem omnibus Episcopis, *ibid.*

Romanus Pontifex in generali Synodo habet duplex privilegium, jus relationis, seu propositionis, & prerogativam Suffragii. 119. 2. Item iudicii conclusionem. 226. 1.

Romanus Pontifex in Synodo intra Italiam collecta solus decedit, 326. 2. Alii non possunt nisi solo consilio suffragari. *ibid.* Eandem auctoritatem habet in Patriarchali Synodo totius Occidentis. *ibid.*

Romanus Pontifex potest quorumvis Episcoporum, ac Synodorum iudicia, etiam iusta, per rationalem gratiam solvere. 70. 1.

Romanus Pontifex potest solus sine Synodo damnare, ac dejicere Patriarchas. 38. 2. 304. 2. 337. 1. Sui jure potest in locum degradati consecrare successorem. 38. 2. Prima de alijs, tam Provincialibus, quam Metropolitanis Orientalium Episcopis cognitio, licet fieri possit per Patriarcham, aut Metropolitanam, devolvi potest etiam ad Pontificem. *ibid.*

Romanus Pontifex quandoque consulit doctiores Synodos, aut clariore Episcopos sicut hoc tempore Romanus Pontifex subinde consulit Theologos suos, aut qualificatores. 312. 1. Subjectos suæ Metropoli Episcopos potest solus degradare, cum consilio tamen non Concilio quinque aut septem Episcoporum. 35. 1.

Romanus Pontifex totius Occidentis Patriarchale caput. 87. 1. Ad ejus Synodum, & consecrationem spectant subditi Episcopi. *ibid.* Jure illo, quod non soli Constantinopolitani per Chalcedonense Concilium, sed & Nicæni Canones confirmant omnibus Patriarchis, Nemo Patriarcham Romanum exuit, adeoque illud manifestè retinet. *ibid.*

Romanus Pontifex tempore Zozyimi simpliciter se scribit *Episcopum* sine contradictione ad Romanam civitatem, eò quod sit universalis Episcopus; 260. 1. propterea in antiquis Synodorum Actis inscribitur: *Episcopus Catholicæ Ecclesiæ Urbis Romæ*. 350. 2.

Romanus Pontifex teste Tertulliano passim inscribatur *Pontifex Maximus, ac Episcoporum Episcopus*. 154. 1. Sanctus Papa Stephanus ita videtur inscripsisse seipsum. *ibid.*

Romanus Pontifex visus nunquam est indui ornamentis Imperialibus, nisi unicus Bonifacius octavus. 180. 2.

## S

- S**abinus quomodo in Basilidis locum sit superordinatus? 27. 2.
- Saccus** apud Græcos erat vestimentum oblongum & strictum simile sacco. 178. 1. Omophorion ipsi superimponebatur, adeoque saccus non erat Omophorion. *ibid.* apud Græcos semper fuit albus. 179. 1. 2. Usui non fuit nisi in tribus Domini festiuitatibus, nimirum Magno Paschate Domini, Pentecoste, & Natali Christi. *ibid.*
- Sacerdos**, vox apud antiquos comprehendit & Episcopum & Presbyterum. 222. 1.
- Sardica** est Illyrici civitas, non extrema Metropolis Dioceseos Illyricæ. 123. 1.
- Sardicensem Synodum** Constantius Imperator voluit fieri intra suum imperium, ut omnia permitteret Episcopis & sacris Canonibus. 94. 1. Eam Romana Ecclesia semper est plurimum venerata. 105. 1.
- Sardicenses Canones**, cur inscripti non fuerint in Africanum Codicem? 19. 2. Afris, etiam ipsi Augustino ignoti, 27. 2. 57. 1. 255. 1. Quam ob causam? 277. 2. 281. 1.
- Sardicenses Canones** in Gallia semper floruerunt. 181. 55. 1. & seq. 124. 1. & seq. *Ibidem* diu admitti ante Codicem Dionysii Exigui. 55. 1. Illis subscripserunt Sanctus Maximinus Treuicensis, Euphratas Colonienfis, Servatius Tongrensis, alique plures Gallia Episcopi. 14. 2. 18. 1. 55. 1. Non fuerunt in Gallia ignoti usque ad secundam Regum Dynastiam. 123. 2.
- Sardicenses Canones** in Illyrico conditi, 139. 2. à Gaudentio Illyricano postulati. *ibid.*
- Sardicenses Canones** plenè viguerunt in Illyrico. 129. 2. & seq. Item in Ecclesia Græca, ac Latina, sicut & Africana Ecclesia, 67. 1. Valentinianus Imperator iudicat secundum Canones Sardicenses, adeoque viguerunt per totum Imperium. 123. 1. 2.
- Sardicenses Canones** tantum innovant ac stabiliant antiquissimam Appellationis formam. 74. 2. Canonis 3. & 7. explicatio per D. Ambrosium & omnes Episcopos, qui cum ipso assederunt Sancto Damaso Pontifici in Romana Synodo. 63. 1. Sub appellationibus Episcoporum comprehendunt etiam Clericorum appellationes. 144. 1.
- Sardicenses Canones** tribuunt Pontifici plenissimam appellatæ causæ ad suum tribunal evocandi potestatem. 245. 2. Cur Concilii Præses Hosius expresserit solam delegandi potestatem. *ibid.*
- Sardicenses Canones** usurpati pro Nicænis. 54. 2. 78. 2. 123. 1. 255. 1. 283. 2. Quam ob causam? 281. 2. 283. 2. Sunt expositio & additamenta ad Nicænos, sicut Symbolum Constantinopolitanum Nicæno additum, retinuit nomen, 281. 2. Innocentius I. utitur eadem

- phrasi & modo loquendi, *ibid.* Canones Sardicenses eodem volumine descripti cum Nicænis. 283. 2. Codicem nobis produxit Quenellus. *ibid.*
- Sardicensi Synodo**, an & qui subscripserint? 125. 1. 2. Subscripserunt non tantum quoad Sancti Athanasii restitutionem, sed omnibus Actis. 128. 2.
- Sardicensis Synodus** an fuerit veraciter Œcumenica & generalis. 87. 2. 75. 2. 125. 1. & seq. Baronii & Peronii hac de re decidenda controversia. *ibid.* Non desit esse Œcumenica ob Eusebianæ factionis fugam. 125. 1. 127. 1.
- Sardicensis Synodus** cur dicatur fuisse Occidentalem, 127. 2. Eusebianam Sycophantiam damnat, & Julii Pontificis Acta confirmat. 62. 2. Fuit indicta propter schismaticas quæstiones Eusebianæ factionis contra Romanæ Ecclesiæ Primatum & Hierarchiam Monarchicam. 125. 1.
- Sardicensis Synodus** non dedit temperamentum Appellationum pro solo Occidente. 75. 2. Theodorus Balsamon malè docuit valere pro sola Occidentali Ecclesia. 125. 1. Item, schismaticus Scriptor, quem refutat Catholicus contra Græcos tractatus olim repertus in Constantinopolitano conventu Fratrum Prædicatorum. *ibid.*
- Sardicensis Synodus** non desitit fuisse Œcumenica, quod Orientales aliqui non compararunt. 128. 2. Absentes per dolum, vel culpam nihil detrahunt Œcumenicæ Concilii dignitati. *ibid.*
- Sardicensis Synodus** non ex delegatione Principum, sed ex autoritate Julii Pontificis peracta. 94. 1. & seq.
- Sardicensis Synodus** non introduxit Romanas appellationes. 53. 1. Plurimi ante Romam appellaverunt. *ibid.* Non prima crepit honorare Sancti Petri memoriam. 129. 2. Sardicensis Synodi nomine Sanctus Augustinus intellexit epistolam conventiculi Philippo-politani. 280. 1. 2.
- Sardicensis Synodus** non solum retractationis potestatem fecit Romanis Pontificibus, sed etiam decrevit de Appellationibus. 53. 1. Dat non solum devolutivum, sed & suspensivum effectum. *ibid.* Imò, hanc à Christo donatam, per Apostolos ordinatam, & confirmatam à Nicæna Synodo, solummodò innovat. *ibid.* Non lasit jura Constantinopolitanæ Ecclesiæ. 105. 1.
- Sardicensis Synodus** statim admittit ab Orientali Ecclesia. 54. 2. Opponit se Eusebiana factio. *ibid.* Photius primus Sardicenses Canones arietat. 55. 1. Universæ, utique Orientalis, Ecclesiæ Codex non continet Sardicenses Canones. *ibid.* Sardicenses Canones tempore Sancti Leonis viguerunt per totum Orientem. 57. 1.
- Sardicensis Synodus**, utrum fuerit prior Arabicis Canonibus? 48. 2. Zozimus ex vetusto Romanæ Ecclesiæ more Sardicenses Canones simul

- mul cum Nicænis in unum corpus accumulavit. 49. 2.
- Sardicenum Canonum**, cur non meminerit Synodus Romana, cui interfuit Sanctus Ambrosius? 117. 2.
- Sardicenum Canonum**, fatente Petro de Marca usus antiquus apud Orientales, 123. 1. 2. Orientalium Antistitum Romanæ appellationes nobis pepererunt istos Canones. *ibid.* Sanctus Athanasius, non per solam Ægyptum, sed etiam apud Hierosolimam Synodaliter eos publicavit, & eosdem subscribi fecit à melioribus Orientis Episcopis. *ibid.* & seq.
- Sardinia** proprium semper habuit Metropolitanam. 120. 2.
- Saturnini Arelatensis** excommunicatio, an ad Romanam Sedem relata. 98. 1.
- Secundus Tigrisitanus** Episcopus Cæcilianum ad Synodum evocat, quem nolentem comparere pro confesso habuit, & damnavit in contumaciam. 34. 1.
- Sedes Apostolica**, quid sit? 115. 1.
- Seleuciensis Synodi** tempore fuit appellatio à Provincia Synodo ad Patriarchalem. 96. 1.
- Sicilia** olim spectabat ad Metropolitanam subjectionem Romani Pontificis. 35. 2. Usque ad Leonis Isauri imperium nullos habuit Metropolitanas. 184. 2.
- Simplicius Pontifex** Jurisdictionem exercet in Timotheum Salophaciolum Patriarcham Alexandrinum. 37. 2.
- Siricii Pontificis** epistola in Africam missa discutitur. 156. 1. & seq.
- Siticensis Provincia** olim nec Primatem habebat, nec Synodum. 152. 2. Quandonam obtinuerit. *ibid.* 184. 2.
- Socratis Historiæ** fides parvi pendenda. 97. 1.
- Smyrniensis Synodi** autoritas. 95. 1.
- Stephanus Larissa** Episcopus Metropolita Thessaliæ appellat ad Bonifacium II. Pontificem. 137. 2.
- Stephanus Pontifex** ante Nicænam Synodum Basilidis ac Martialis Hispanorum Antistitum damnationem Romæ retractavit. 26. 2. 27. 1. 62. 2. Permittit sibi per negligentiam obrepi. 27. 2. Primam de Martino cognitionem instituit, & primus ipsum damnavit. 47. 1.
- Sticharion** Græcis quid sit? 178. 1. 2. Est idem quod nobis Alba. *ibid.* Græcis aliquando est tunica purpurea. *ibid.* Non est ornamentum solis Patriarchis proprium. 190. 2. Balsamon id affirmat de solo undulato stichario. *ibid.*
- Stola**, tempore Victoris Carthaginensis Episcopi significabat pallium. 200. 2. Olim honestissima, manicata, talaris, fluens usque ad terram. 174. 2. Ea utuntur etiam hodie Græcorum Episcopi. *ibid.* Vestis est mulieribus propria, quandoque tamen virilem vestem significat. *ibid.* suburbicariæ Provinciæ Romanis, quæ dicantur? 120. 2.
- Syagrius Episcopus** Augusto-dunensi pallium cur à Gregorio M. concessum? 184. 2.
- Symonem Cyrenensem** Crucis Dominicæ portatorem, Donatistæ dicebant fuisse Afrum, quod Sanctus Augustinus merito negavit, cum certum sit manifestè Lybem fuisse. 145. 1.
- Symmachus Pontifex** Æonium Arelatensem & Helychium Viennensem Metropolitanas, aut certè ipsorum Vicarios ad primam instantiam evocat Romam. 38. 2.
- Synodi Agrippinensis** Acta quibusdam videntur spuria 29. 1. Non sine fundamento. *ibid.*
- Synodi apud Atrios**, ut minimum semel in anno celebratæ. 209. 1. Quo tempore celebrarentur? *ibid.* Quis fuerit locus plenariæ per Legatos Synodi? 209. 2.
- Synodi Carthaginensis** ad Sanctum Bonifacium & Cælestinum Synodales litteræ, & omnia circa Apiarium Acta, sintne legitima? 269. 1.
- Synodi generalis** luminare majus est Romanus Pontifex teste Metrophane. 127. 1.
- Synodi generalis** necessitas non oritur ab insufficientia Pontificiæ autoritatis, sed ex difficultate executionis. 324. 2. Synodo generali non est opus ad iudicandum Episcopos. 114. 2.
- Synodo generali** non est opus ad iudicandum Apostolicarum Ecclesiarum Episcopos. *ibid.*
- Synodorum** celebratio debet esse frequens. 208. 2. Sanctus Bonifacius scribit apud nos Christianitatem fuisse destructam, quod per octoginta annos cessasset celebratio Synodorum. *ibid.*
- Synodorum Provincialium** iudicia non sunt inappellabilia. 90. 2. 91. 2. referuntur ad Romanum tribunal. 309. 1.
- Synodos celebrare** in Ægyptiaca Diocesi soli Patriarchæ permittitur, non Metropolitanis. 136. 2.
- Synodum facere sine autoritate Sedis Apostolicæ, nunquam licuit, nunquam factum est.** 326. 2.
- Synodum** generalem Carthaginensis Primas poterat indicere ante consecrationem. 172. 1.
- Synodum** generalem esse supra Pontificem Lauenoyus malè colligit ex delegatione facta in Capuana Synodo. 133. 2.
- Synodus Constantinopolitana** I. est Œcumenica & una istarum quatuor, quas Gregorius M. uti quatuor Sancta Dei Evangelia veneratus est. 165. 1.
- Synodus Diospolitana** juxta Hieronymum *mirabilis*. 165. 1.
- Synodus Donatistarum** apud cavernas Sufis extat apud Sanctum Augustinum in secunda concione ad Psalmum trigessimum sextum. 147. 1. Celebrata quarti sæculi anno nonagesimo quarto. 160. 2.
- Synodus Ephesina**, an Œcumenica? 128. 2.
- Synodus generalis** convocari non debet per Principem, 125. 2. Falsum tamen est, quod Synodus Sardicensis non fuerit convocata per Romanum Principem. *ibid.*
- Synodus generalis** est commotio, non solius Ecclesiæ, sed etiam totius Reipublicæ, adeoque sine Principum permisso fieri nunquam potuit. 93. 2. 102. 1. Quandoque non solummodò est utilis, sed etiam necessaria. 310. 2. 315. 1.

315. 1. Non evertit supremam ac sufficientem  
authoritatem Sedis Apostolicæ. 324. 2.  
Synodus generalis ut dicatur, quomodo requi-  
ratur quinque Patriarcharum præsentia? 126. 2.  
& seq. Approbari debet à Pontifice Romano.  
121. 1.  
Synodus plena Provinciæ requiritur, vel certè  
prædefinitus Episcoporum simul cum Metro-  
polita numerus ad Episcopum deponendum, vel  
criminaliter judicandum. 47. 2.  
Synodus plenaria cujuscumque Provinciæ in Afri-  
ca quomodo fieret. 204. 2. 205. 1.  
Synodus Romana tertia Sancti Damasi contra  
Apollinarium, &c. 335. 2.  
Synodus Thelenis Quæsnello videretur spuria ac  
supposititia; ac sine sufficienti fundamento.  
156. 1.

*Sintus vide Xystus.*

## T

**T**aurinensis Synodus, quid decreverit in cau-  
sa Proculi Massiliensis. 40. 2. Cassatur à  
Zozimo Pontifice. *ibid.*  
Tertullianus I. apud Latinos Author Rebasif-  
mi. 146. 1.  
Theodoretum causam Sanctus Leo non definiit,  
sed ipsum solummodò revesitit in Episcopum,  
totius causæ retractationem ac definitionem de-  
legans Chalcedonensi Synodo. 358. 2. Simi-  
le iudicium in causa Sancti Athanasii, Maximi  
Cynici, Sancti Joannis Chrysostomi & Sancti  
Patriarchæ Ignatii. *ibid.*  
Theodoretum Cyrensis ad Sanctum Leonem appel-  
latus, & in dignitatem Episcopalem per Syn-  
odum Chalcedonensem restituit. 234. 2.  
349. 2. Non Licam, aut Clericalem, sed  
Episcopalem communionem à Synodo Chalce-  
donensi accipit. 351. 2. Definitiva Synodi  
Chalcedonensis sententia. 350. 1.  
Theodoretum Cyrensis Canonum Sardicensium Catho-  
lica expositio. 63. 2. Provocat immédia-  
tè, non ad generale Concilium, sed ad Pon-  
tificem. *ibid.* 92. 2. Ejus appellationi San-  
ctus Leo defert effectum suspensivum. 64. 1.  
Theodoretum in Concilio non se opposuit Anastasius  
Episcopus Theffalonicensis nomine Illyri-  
cianorum Episcoporum. 343. 2. Ejus vices  
egit Quintellus in Macedonia Heraclænsis  
Episcopus. *ibid.*  
Theodoretum Sanctus Leo non reparavit nullo  
habito iudicio. 356. 2. Sed neque restituit  
permotus litteris Anatolii Constantinopolita-  
ni. 357. 1.  
Theodoretum ad Sanctum Leonem scribit: *si Pat-  
rus præco veritatis, tuba Spiritus Sancti, ad  
Magnum Petrum se contulit, ut iis, qui Antio-  
chie de legali conversatione ambigebant, explica-  
tionem ab illo referret, multò magis nos humiles,  
& pusilli ad Apostolicam Sedem vestram accurrimus  
&c.* 353. 2. Videntur hæc litteræ ipsum Appel-  
lationi instrumentum. 354. 1. Fundamen-

tum istius Appellationis non fuit libera electio,  
sed suprema Romanæ Ecclesiæ autoritas, *ibid.*  
Quam magnificè sentiat de Romanæ Ecclesiæ  
autoritate? *ibid.*  
Theodoretus, cur apud Romanam Sedem tim-  
uerit esse suspectus. 354. 2.  
Theodoretus Cyrensis in Ecclesiastica Historia  
de Sancto Pontifice Julio Sancti Athanasii ap-  
pellationem admittente ac ipsum revesitente,  
ita scribit: *Julius Ecclesiasticam sequens Regu-  
lam, & ipsos Romanam venire iussit & Divo Atha-  
nasio ad iudicium diem dixit.* 352. 2.  
Theodoretus Cyrensis Romanam appellans petit,  
vel Romæ audiri, vel habitare ac latitare in  
sua professione Monasterio. 349. 1.  
Theodoretus juxta Quæsnellum ab omni Hæresis  
macula mundus pronuntiatus fuerat. 359. 1.  
Non tantum adversus D. Cyrilli Alexandrini  
& Antiocheni Patriarchæ Joannis pacificatoria  
Acta, sed etiam adversus omnia sacro-sancti  
Ephesini Concilii gesta appellavit ad Xistum  
III. 359. 2.  
Theodoretus non idcirco asseritur à Sede Apo-  
stolica restitutus, quia D. Leo ipsum suæ com-  
munionis sinu fuit amplexus: sed quia D. Leo  
ei reddidit Episcopatum, 358. 1. 2. Restitui  
non potuit à Constantinopolitano, neque ab  
Antiocheno. *ibid.*  
Theodoretus D. Cyrillo etiam post mortem est  
hostiliter adversatus, 298. 1. Multi exili-  
mant, quod Theodoretus in suis Dialogis per  
Eranisten intelligat D. Cyrillum, *ibid.* Ac-  
cusatur turbulentæ. *ibid.*  
Theodosius Imperator licet scientia modicus ha-  
buit tamen secretarios sacrorum Canonum pe-  
ricissimos. 305. 2. Hi judicant causam Eui-  
tychæ referendam esse Sedi Apostolicæ. 306. 1.  
Theodosius Imperator, quid de Romanis Ap-  
pellationibus fenserit. 314. 1. Synodum quo-  
modò indixerit? 314. 2. Quis fuerit successus?  
*ibid.* Confirmat Ephesinum latrocinium. 322. 1.  
Theodorus Balsamon pertinax Michaelis Cerula-  
rii Sæctator contendit Sardicenses Canones pro  
Romanis Appellationibus valere pro sola Oc-  
cidentalibus Ecclesiis. 125. 1.  
Theonis Villana Synodus Ebbonem Archi-Epi-  
scopum Rhemensis ad cedendum Episcopatu  
induxit, eò quod non nisi per Papam, vel ejus  
Vicario iudicari posset. 39. 1.  
S. Thomas Cantuariensis provocat ad Alexan-  
dram III. adversus suffraganeos & Regni Pro-  
ceres. *ibid.*  
Timotheus Apollinari discipulus circumscribit  
S. Damasum, 335. 1. Detecta fraude ab eodem  
damnatur, *ibid.* & seq.  
S. Timotheus Pallium acceperat à S. Paulo. 203. 2.  
Timotheus Salophaciolus Patriarcha Alexandi-  
nus permisit sibi extorqueri, ut damnati Dio-  
scori nomen inter altaria recitaretur. 37. 2.  
Ex timore Eutychnorum & pacis causa id  
fecit, erat tamen gravissimum delictum. *ibid.*  
Errorem agnovit, & rati Diocori nomen,  
pollicitusque meliora humiliter postulavit ve-  
niam.

niam. *ibid.*  
Tractoria damnationis epistola solebat ab Ec-  
clesia Romana mitti ad omnes sub Cælo Ec-  
clesias, 34. 1.  
Tractoria, seu litteræ tractoriæ quid sint? 204. 2.  
Quidam Codices malè legunt tractoria. 205. 1.  
Vocis tractoria variæ significationes. *ibid.* & seq.  
Transmarina Ecclesia idem est Afris, quod Ro-  
mana, & transmarinum iudicium idem est quod  
Romanum tribunal, 225. 2. 230. 1. sic intel-  
xit D. Augustinus, & Africanæ Synodi, *ibid.*  
Cur D. Augustinus, cum de Cæciliani causa  
agit, passim adjungat omnes Apostolicas Ec-  
clesias. *ibid.*  
Tridentinum fuit veraciter ac plenè Ecumeni-  
cum quamvis Patriarchæ Orientis cum suis  
Episcopis abfuerint per Hæresim, ac rebelli-  
onem. 127. 1.  
Trophimus Episcopus lapsus putatur plenè repa-  
ratus. 27. 1.  
Tuentius ordinatus prætermisso Metropolitanano  
Arelatensi. 43. 2. Fuit Priscillianista, & Syn-  
odaliter damnatus refugit ad Sedem Apo-  
stolicam, pœnitens supplicat & accipit gratiam,  
*ibid.*  
Tunica, quid apud Theophanem designet? 173. 2.  
Nos Latini hodie appellamus *Robetum.* *ibid.*  
Græcorum Episcopi non utuntur. *ibid.*  
Typhus Romanorum quis fuerit, quem Afri pro-  
testabantur se nulla ratione passuros, 255. 2.

## V

**V**alentiniani Imperatoris de Appellationibus  
constitutio, non impingit in Canones.  
58. 2. Commendatur ab Hilario Pontifice,  
Ludovico Pio & ab ipso Petro de Marca,  
59. 1. Item ab Honorio Pontifice. *ibid.*  
Valentinianus Imperator affirmat Romanæ Sedis  
de appellationibus Privilegia esse longè anti-  
quissima, 16. 1. Ab eo Sanctus Leo non pos-  
tulavit legis adiutorium. 20. 2. Valentinia-  
nus plenè confirmat Pontificis iudicium. *ibid.*  
Valentinianus III. varia de Romani Pontificis au-  
thoritate scribit adversus Theodosium Impera-  
torem. 320. 2. 321. 1. Censet, quod totius  
Mundi Episcopos congregare, & in ista Syno-  
do sententiam definitivam ferre spectet ad Ro-  
manum Pontificem. 321. 1.  
Valentinus Numidiæ Primas, cur in Carthagi-  
nensi Synodo sederit ante Faustinum Potenti-  
næ Ecclesiæ Episcopum Legatum Romanæ Ec-  
clesiæ? 158. 1.  
Vel. Particula hæc sumitur pro copulativa, etiam  
apud Canones. 157. 1.  
Venethalensis quænam Synodus intelligatur apud  
Leonem Acridentem non constat. 107. 2.  
Victor Pontifex primæ instantiæ iudicium exer-  
cuit in Ephesinum Polycratem. 37. 1.  
Victor Vitenfis fuit Orthodoxus Episcopus.  
284. 1.  
Vigilii Tapfensis Episcopi de Numero Episcopo-

rum Sardicæ congregatorum sententia. 125. 2.  
Visitorem dari Romano Pontifici Canones pro-  
hibent. 163. 2.  
Vistator, id est Rector Vicarius datus Ecclesiæ  
viduatæ 163. 2. Appellabatur etiam *Interven-  
tor,* *ibid.* Hoc munere passim functus vicinus  
Episcopus, *ibid.* Afris datus, etiam Clericus.  
*ibid.*  
Vitalis licet à nulla Synodo damnatus, tamen à  
multis diffamatus & accusatus accedit Dama-  
sum. 335. 1. solus eum absolvit, & contra  
istud iudicium nemo umquam Græcus excepit  
ob defectum autoritatis. 335. 2.  
Vitalis licet detectus, à Sancto Cyrillo in Libro  
ad Reginas adducitur inter authentica SS. PP.  
testimonia. *ibid.*  
Urbani Siccensis Episcopi Romana Appellatio,  
249. 2. 250. 1. Ex Hipponensi Clericorum  
Monasterio promotus est ad Episcopatum.  
250. 1. Ejus frequenter meminit Sanctus Au-  
gustinus, *ibid.* Succedit Fortunatiano. *ibid.*  
Fuit author famosæ, ac infelicis cum Apiario  
controversiæ, 250. 2. jubetur ab Urbano cor-  
rigere vias suas. 253. 2.  
Urbicariæ Provinciæ, quid Romanis fuerint?  
120. 2. Urbicariæ Provinciæ decem recensentur,  
*ibid.* Omnes excepta Sardinia immédia-  
to Metropolitanico jure suberant Romano Ponti-  
fici. *ibid.*  
Ursi & Tuentii ordinatio discussa. 43. 2.  
Ursicini Antipapæ, licet Coloniam relegati fa-  
ctio, graviter vexavit Ecclesias. 35. 2.

## X


**X**antippus apud Augustinum mendosè scribi-  
tur *Tagasensis Episcopus:* legendum vide-  
tur *Xantippus Tigisensis.* 206. 1.  
Xystus Pontifex in causa Idduæ Smyrnenis Epi-  
scopi non est usus Apostolico pectore. 137. 1.  
Anathema dicit Pelagio & Cælestio. 276. 1.  
Xystus III. comparatus Patriarchæ, ac Prophe-  
tæ Moyfi. 327. 1. 331. 1.  
Xystus III. quid præstiterit in negotio appella-  
tionis ad se factæ per Eutherium Thianensem,  
& Helladium Tharsensem Metropolitanam.  
332. 2.

## Z

**Z**ephyrinus primus autor clementiæ erga  
Mæchos. 72. 1.  
Zozymi epistola ad Simplicium Viennensem per  
Joannem à Bosco Parisiensem adducta est legi-  
tima. 46. 2.  
Zozymi Pontificis Acta circa Apiarium Presby-  
terum, 253. 2. Admisit Apiarium appellan-  
tem ad iudicium retractatorium, *ibid.* In cau-  
sa Apiarii non fuit subreptione præventus,  
250. 1. Misit in Africam quatuor Capitula,  
mandans tria priora deinceps observari. *ibid.*  
Repa-

- Reparatio Apiarii fuit valida, at illegitima. 223. 1.
- Zozimus à Cælestio deceptus, 274. 1. Circa personam, non circa dogma. *ibid.* 274. 2. Non tamen temerè processit, *ibid.* Edidit celeberrimam ad omnes sub Cælo Ecclesias Tractoriam, qua Cælestii, & Pelagii dogmata damnantur, & omnes sub Cælo Episcopos iussit subscribere. 276. 1. Later, aut perit ista epistola, 277. 1. Julianus Eclanensis pertinacissimè detrectat illi subscribere, & appellat ad generale Concilium. 276. 2.
- Zozymus appellansem Cælestium non admisit, nec absolvit. 275. 2. Ob Cælestii aut Pelagii causam non misit Legatos in Africam, *ibid.* Noluit ex Africa evocare Accusatorem, & Adversarios Cælestii, nisi prius cognovisset esse verisimile viri corrigendi fundamentum. 274. 1. Resumptam Cælestii appellationem admittit. *ibid.* In cunctis circa Cælestium gestis, & scriptis Apostolicam veritatem non est prævaricatus, teste Augustino insigniter id demonstrante. 277. 1.
- Zozymus cum Clero Romano à Juliano Eclanensi calumniosè accusatur. 276. 2.
- Zozymus Heroten, & Lazarum ab omni communione submovit, 21. 1. 42. 2. Causam Ursi ac Tuentii Gallorum discutit. 21. 2. Ad se trahit primam instantiam Proculi Massiliensis Episcopi. 34. 1.
- Zozymus Sardicenses Canones, an primus agnovit? 121. 2. Sardicenses Canones, cur scripserit esse Nicænos? 281. 2. Hujus locutionis non fuit primus Author. 282. 1.
- Zozymus quando obierit? 255. 2.
- Zozymus suam Tractoriam, unàque Imperialem legem misit ad Orientales Ecclesias. 277. 2. Etiam Hierosolymam, propter Praylium Joannis Hierosolymitani successorem. *ibid.*

F I N I S.





CHRIST.  
LUPI  
OPERA  
TOM. VIII.

942

FIG A  
3-83